de ceux qui ne peuvent porter votre regne, & je vous dis dans la vérité de mes sentimens, que je ne veux pas que vous regniez sur moi. Souffrirez-vous dans ma bouche cette parole que vous avez oüie sortir autrefois de la bouche des Juifs? Permettrez-vous à l'excès de mon amour ce que vous avez permis à l'excès de la fureur & de la rage? Et faut-il que de mêmes paroles servent à des passions si contraires? Vous êtes notre Roi, ô Jesus, & vous desirez regner sur nous: mais vous êtes Roi avant que d'être notre Roi, & vous regnez en vous même avant que de regner sur nous. Vous êtes Roi de toute éternité, votre Royauté est indépendante des créatures, votre regne est en Dieu, votre Trône est dans le sein de votre Pere. Demeurez dans ces grandeurs séparées, qui n'ont point de rapport à la créature, & ne vous donnent nul regard vers elle. Demeurez en ce regne heureux où il n'y a point de sujets qui ne regnent comme vous, puisqu'en vous la créature regne, triomphe, & est Dieu comme vous. Regnez, mais regnez dans la solitude de votre essence, & qu'il ne vous prenne point d'envie de sortir de là pour venir ici bas chercher à faire des conquêtes, & à vous soûmettre des peuples: car vous avez dit vous-même que votre regne n'étoit pas de ce monde. Regnez dans la seule condition de votre nature, qui est de regner & de mettre toutes choses sous vos pieds, sans venir chercher un Royaume secret & inconnu au dedans de nous, où il n'y a rien qui puisse servir de fondement à votre Empire. Soyez dans le zele de votre propre gloire, aneantissez toute puissance, & surmontez toute grandeur, & ne vous arrêtant que dans l'egalité que vous avez avec Dieu, laissez la créature dans l'incapacité où elle est de lui être comparée. Que votre nom soit immortel comme votre nature, & vivant de la vie que vous avez de vous-même, que votre magnificence soit élevée par-dessus tous les Cieux, & que les ames benissent à jamais le sceptre de votre Divinité, sans qu'il soit de besoin que pour vous faire regner elles consentent à votre regne.

11. Inaccessibilité,

Afin que Jesus-Christ demeure en lui-même, laissant la créature dans l'incapacité qu'elle a de l'approcher, que tout ce qu'il est n'ait point de rapport à nous, que son inaccessibilité l'empêche de sortir de soi-même, que les ames renoncent à la rencontre de Dieu, & consentent qu'il demeure dans le lieu propre à la condition de son Estre, qui est un lieu inaccessible à la créature, dans lequel il reçoit la gloire de n'être accompagné que de son essence seule.

Inaccessibilité.

C'est la grandeur des Rois de la terre de se voir environnez d'une foule de monde, & de traîner après eux un grand peuple qui les suit par-tout où ils vont: mais à le bien entendre, ce sont des marques de leur foiblesse & de leur indigence plûtôt que de leur grandeur, parce que ce nombre d'hommes qui se tiennent près d'eux, n'est que pour suppléer à ce qui leur manque. Vous êtes bien éloigné de ces petitesses, vous êtes dans une grandeur bien plus solide, vous qui trouvez en vous-même tout ce que vous pouvez désirer, & à qui nos meilleurs & plus utiles services sont inutiles. C'est pourquoi s'il m'étoit permis de vous bâtir un Palais, & de regler votre Conr & votre maison, mon dessein seroit, ô Roi des Rois, de vous loger en un lieu qui ne fût accessible à personne, & composer votre Cour & votre maison de vous seul. Je voudrois qu'alentour de vous il y eût une nuit si épaisse, une solitude si vaste, & un abysme si profond, que pas une créature n'en pût approcher, non pas même ces Anges qui vous font la cour en nos Eglises, non pas même ceux qui sont continuellement assistans devant vous dans le Ciel. Ce n'est pas vous tenir dans votre grandeur de nous donner accès & entrée si facile vers vous, votre Majesté est méprisée en la liberté de cette communication: & quand je vous vois ainsi sur un Autel, & entre les mains d'un homme mortel, je ne puis croire que nous ne soyons coupables ou d'infidélité, ou d'irrévérence. Mais que faut-il donc dire quand vous en venez jusques-là, que pour entrer en unité d'esprit & de corps avec nous, vous vous incorporez en nous, vous vous insinuez dans nos cœurs, vous nous faites vivre de votre vie, & trouvez l'invention de nous faire passer en vous par une transformation admirable. O Dieu! Estes-vous le Dieu que nous adorons? Estes-vous ce Dieu immense, éternel, & infini, qui habite dans une lumiere inaccessible, ce Dieu caché dans l'unité & la pureté de son Estre, qui le sépare tellement de toutes choses, que lors même qu'il les produit il en est séparé, & ne les produit que comme séparé d'elles, tant il a peu de commerce avec elles? Si cela est, comment vous mêlez-vous ainsi parmi nous? Com-

ment souffrez-vous que nous vous approchions de si près ? Mais comment pouvez-vez-vous venir reposer dans notre sein, & vous plaire en nos embrassemens ? Demeurez en vous-même, & laissez la créature dans l'indignité & l'incapacité de vous approcher : demeurez dans le lieu propre à votre Estre, qui est un lieu inaccessible à la créature, & dans lequel vous recevez la gloire de n'être accompagné que de votre essence seule. Qu'il n'y ait rien en vous qui ait rapport à nous : & quant à nous, si nous sommes incessamment tendans & référez à vous, que ce soit toutefois sans y arriver, que ce soit comme l'étoile du vêpre qui court toujours après le Soleil & ne l'atteint jamais. Qu'il n'y ait point d'ames si hardies que de désirer votre rencontre, qu'elles s'en détournent plûtôt, & s'en défendent, se soûmettant humblement à la loi de votre inaccessibilité, qui vous empêche de sortir de vous-même & de venir à elles.

12. Incompréhensibilité.

Afin que Jesus-Christ demeure dans ses voyes, qu'il les connoisse lui seul, & qu'il ne rende compte qu'à lui-même des desseins qu'il prend sur ses créatures ; que les ames se rendent à l'ignorance, & qu'elles aiment le secret des conseils de Dieu, qu'elles renoncent à la manifestation des choses cachées en Dieu, entant qu'elles doivent demeurer dans la seule science divine.

Incompréhensibilité.

Mais quoi, les loix de votre amour sont autres, & vous avez sur nous d'autres desseins, vous avez pour nous d'autres pensées. Dirons-nous à l'amour, ne soyez pas amour ? Dirons-nous à Dieu, ne soyez pas Dieu ? Vous êtes incompréhensible en votre Estre, mais vous l'êtes aussi en vos conseils, & nous ne devons pas un moindre hommage à votre incompréhensibilité, quand nous l'adorons en votre conduite, que lorsque nous l'adorons en votre nature. Si vous vous élevez au-dessus de nous, c'est une grandeur qui ne peut être comprise ? Si vous vous abaissez à nous, c'est une misericorde qui ne se peut comprendre. Si vous vous tenez dans votre incompréhensibilité, vous êtes incompréhensible ; si vous en sortez, vous ne l'êtes pas moins. Soyez donc toujours incompréhensible, ô Jesus, & dans les effets de votre puissance, & dans les effets de votre amour. Soyez incompréhensible en vos voyes & en vos desseins sur vos créatures, connoissez-les seul, & n'en rendez compte qu'à vous-même. Cachez-moi les raisons par lesquelles vous me voulez conduire. Je me donne à vos desseins sans les connoître, j'aime vos conseils sans les pénétrer, & renonce à la manifestation de vos secrets, afin qu'ils demeurent dans votre seule science. Je désire que tout ce qui est de vous me soit incompréhensible, que vous soyez dans la lumiere, & que je sois dans l'ignorance, & même s'il vous plaît de me donner quelque part à votre incompréhensibilité, je vous supplie que ce soit par une maniere qui me soit incomprehensible.

13. Indépendance.

Afin que Jesus-Christ agisse comme premiere cause, sans assujettissement aux fins qu'il s'est donné à lui-même, en sorte qu'encore que ce Sacrement soit un signe d'amour, il en tire, s'il veut, un effet de justice ; qu'il n'ait point d'égard à ce que les ames meritent, mais qu'il fasse tout selon lui, & que les ames renoncent au pouvoir qu'elles ont d'assujettir Dieu, en ce qu'étant en grace, il leur a promis de se donner à elles, qu'elles ne fondent point leurs espérances sur cela, mais demeurent dans une bienheureuse incertitude qui honore l'indépendance de Dieu.

Indépendance.

C'est le respect que je dois à vos desseins & à vos désirs, de les laisser ainsi dans votre cœur où ils prennent naissance, sans oser les découvrir par ma curiosité, attendant en patience les succès que vous y voulez donner, sans que vous soyez obligé d'y en donner aucun. Car il faut que vous soyez en une grande indifference au regard de vos propres desseins, & qu'il vous soit libre d'en tirer toutes sortes d'effets, ou de les changer si vous voulez, & en faire d'autres ; il faut qu'ils soient en votre puissance & qu'ils dépendent de vous, mais non pas que vous dépendiez d'eux. Votre bonté, ô Jesus, vous lie à de certaines fins que vous vous êtes données à vous-même dans votre conduite envers nous : mais il me semble que c'est une espece d'assujettissement qui ne convient pas à l'indépendance divine, dans laquelle vous êtes au regard de toutes choses & de vous-même. Vous êtes raison suprême

preme & éternelle, vous devez en cette qualité agir sans raisoo : Vous êtes cause premiere, & derniere fin, vous devez en cette qualité agir sans fin & sans cause. Si vous gardez toujours les loix que vous avez faites, & l'ordre que vous avez etabli dans vos œuvres, il semblera que vous n'avez commandé qu'une seule fois poue obéir toujours. Faites quelquefois des renversemens dans les ames & dans leurs conduites, qui soient des marques de votre souveraineté sur elles, & de votre indépendance de vous-même. Prenez quelquefois plaisir à defaire ce que vous avez fait, & faites-vous obeir des causes qui sont en votre main, lorsque vous en exigez des effets tous contraires. Mettez l'horreur & l'amertume dans l'amour, la vie dans la mort, la grandeur dans la bassesse, le repos dans le travail, l'honneur & la joye dans la Croix & les opprobres, sans que personne ose dire, pourquoi le faites-vous ainsi ? Demandez à l'infirmité-même des actions heroïques, dites que l'être subsiste dans le néant, que la liberté triomphe dans l'esclavage, & faites servir les demons & le péché à la sanctification des ames. Vous avez institué un Sacrement en la terre, où vous avez mis votre Corps & votre Sang pour la consolation de votre Eglise ; c'est un Sacrement de vie, d'amour & de misericorde, tirez-en si vous voulez des effets de justice, de colere & de mort. Vous y êtes pour le salut des ames, soyez-y, si bon vous semble, pour leur condamnation, & souffrez qu'au lieu de recevoir le germe de la gloire, & le gage de l'immortalité, elles mangent & boivent leur propre jugement. Vous promettez la vie eternelle à ceux qui s'en approchent dignement, n'en faites rien pourtant si vous ne voulez, & que les ames ne fondent point leurs espérances sur cela, mais demeurent dans une heureuse incertitude qui honore votre indépendance, & vous laissent faire toutes choses selon vous sans avoir égard à elles, renonçant même au pouvoir & au droit qu'elles ont de vous obliger à garder vos promesses.

Incommunicabilité.

Je oe puis assez, ô Jesus, ni m'anéantir devant vous, ni vous exalter par-dessus moi, si je ne cherche vôtre exaltation dans ce que vous êtes sans moi, & mon anéantissement dans ce que je suis sans vous. C'est pourquoi je vous renvoye les biens que vons me faites, afin qu'ils vous enrichissent, & je refuse vos dons afin qu'ils vous demeurent. Vous venez à moi, & je me retire ; vous me regardez, & je me cache ; vous me cherchez, & je me perds ; vous vous offrez, & je vous laisse ; vous vous donnez à moi, & je vous tends à vous-même. Car il me semble que votre nature divine vous établit dans une incommunicabilité qui ne vous doit pas permettre de vous prodiguer comme vous faites ; & quand je vous vois ravalle en des communications si disproportionnées à une capacité infinie comme la vôtre, je ne puis m'empêcher de dire, ou que vous avez trop d'amour pour oous, ou que nons n'avons pas pour vous assez de respect. En effet, nous épargnez-vous aucune chose de ce qui est en votre puissance ? Que pouvez-vous réserver en vous donnant vous-même comme vons faites ? Vos richesses sont infinies ; n'avez-vous pas une bonté infinie qui les distribuë, & un désir infini de vous communiquer qui les épuise ? C'est peu, ce vous semble, de vous être une fois livré pour nous sur la Croix, vous voulez encore tous les jours vous livrer à nous sur l'Autel ; c'est peu de nous donner votre Corps & votre Sang, vous nous donoez encore votre esprit & votre ame : c'est peu de nous donner votre nature humaine, vous nous donnez encore votre personne divine, & sans craindre d'enfermer un trésor si précieux en des vaisseaux de terre ; vous mettez en nous toutes ces choses pour nous rendre participans de tout ce que vous êtes. Permettez-moi, Seigneur, de me tenir dans l'indignité que je porte d'une communication si divine, & suspeodez envers moi les effets de votre amour, de peur qu'ils ne m'accablent comme vous suspendez déja en ce Sacrement les effets de votre gloire, de peur qu'ils ne m'oppriment. Permettez-moi de me retirer dans mon néant,

14. Incommunicabilité.

Afin que Jesus-Christ ne se rabaisse point dans des communications disproportionées à son infinie capacité ; que les ames demeurent dans l'indignité qu'elles portent d'une si divine communication, qu'elles laissent leur être à Dieu, non pas pour recevoir participation du sien, mais pour honorer l'excellence de son incommunicabilité, par la communication du peu que nous sommes, s'estimant heureusement partagées de n'avoir aucune part aux dons de Dieu pour sa joye, qu'ils soient si grands, que nous n'en soyons pas capables.

& vous laisser mon être entre les mains, non pour recevoir participation du vôtre, mais pour honorer l'excellence de votre incommunicabilité par la communication du peu que je suis. Je ne demande aucune part à vos biens, tant je crains de vous ôter quelque chose: & même encore que je ne vous ôte rien, j'aime mieux qu'ils vous demeurent qu'à moi, m'estimaot trop heureusement partage de la seule joye qui me reste de les sçavoir en vous, & de les sçavoir si grands que je n'en suis pas capable.

15. Illimitation.

Illimitation.

Afin que Jesus-Christ agisse dans l'étenduë divine; qu'il ne lui importe ce qui arrive de tout ce qui est fini; qu'il ruine tout ce qui limite ses desseins, que les ames pour l'honorer dans cette perfection, rompent leurs liens, qu'elles ne se tiennent pas dans leurs pensées, ni dans leurs vûes, qu'elles se précipitent dans la vastitude des desseins de Dieu, renonçant à toutes fins finies. Que Jesus-Christ enferme tout en soi, & qu'il ne soit enfermé de rien, mais atteigne d'un bout à l'autre pour exécuter tout ce qui lui plaira.

Je vous expose ainsi mes humbles pensées, & les sentimens d'un amour exquis, qui dans sa plus grande ferveur avouë toutefois son impuissance à ne pouvoir porter la grandeur du vôtre. Mais ce n'est pas pourtant que je désire du changement en votre conduite, ou de la modération de votre amour, je veux être traité dans la force & l'étenduë de l'un & de l'autre, & me rendre fidellement à toutes les voyes qu'il vous plaît d'ordonner sur moi, sans vous demander seulement pourquoi vous en disposez de la sorte. Je suis pour recevoir les effets de votre amour, non pour en rechercher les causes, & s'il arrive que cet amour vous porte à faire quelque chose au préjudice de votre Grandeur, le mien ne doit pas me porter à faire chose quelconque au préjudice de mon devoir. Soyez donc toujours opérant dans vos créatures, choses dignes de vous, & non pas d'elles; soyez agissant avec elles dans l'étenduë divine, & sans avoir égard à ce qu'elles font; faites-leur porter l'impression d'une maniere d'agir sans bornes & sans limites. Ruinez en elles ce qui arrête votre action, ou limite vos desseins; détruisez tous les obstacles qui s'y opposent; s'ils sont dans le cœur, changez ce cœur; s'ils sont dans l'être, changez cet être, & ne regardant tout ce qui est d'elles que d'un œil indifférent, qu'il ne vous importe de ce qu'il en arrive. Rendez les choses finies capables de votre infinité; faites-vous faire large dans leur petitesse, & trouvez place pour votre immensité dans leur néaot. Ne sortez pas de votre illimitation pour opérer en elles, mais tirez-les plûtôt des limites de la nature dans l'illimitation de la grace, qui est une participation de la vôtre, & qui est la vraye liberté des enfans de Dieu. Et lors même que vous êtes captif en notre sein, & contenu sous des especes visibles, que ce soit alors que vous opériez plus selon vous, & que plus vous répandiez dans les opérations de votre être & de votre amour, l'immensité de votre amour & de votre être. Ne soyez enfermé dans aucunes choses, mais que toutes choses soient enfermées en vous comme étant leur centre & leur circonférence; que les extrémitez les plus éloignées y soient reçues; que les contrarietés les plus opposées y soient d'accord, & soyez toujours atteignant d'un bout à l'autre pour exécuter tout ce qu'il vous plaira. Ne me sera-t-il pas permis, pour vous honorer en cette perfection, de rompre mes liens, & ne me tenir plus dans les limites de mes vûës & de mes pensées: mais me perdre & me précipiter dans la vastitude de vos desseins, & renoncer à toutes fins finies pour adhérer seulement aux vôtres qui sont infinies, & ne sont autre chose que vous.

16. Inapplication.

Inapplication.

Afin que Jesus-Christ s'occupe de lui-même, & qu'il ne donne point dans lui d'être aux neans, qu'il n'ait égard a rien qui se passe hors de lui, que les ames ne se présentent pas à lui pour l'objet de son application, mais plûtôt pour être rebutées par la préférence qu'il doit a soi-meme; qu'elles s'appliquent & se donnent à cet-

Vous êtes votre fin, ô Jesus, si vous en avez une; vous êtes le seul objet digne de vous occuper, & vous en êtes si digne, que je m'étonne comme vous pouvez penser à nous. Je sçai qu'étant infiniment séparé de l'être créé, vous ne laissez pas pourtant de lui être infiniment appliqué,

& cette application est de si grande importance, que si elle étoit interrompuë un seul moment, il tomberoit aussi-tôt dans la condition des choses qui ne sont pas. Mais en la vûë qui m'est presentement donnée, du peu d'avantage qui vous en revient, & du peu d'estime que vous faites en cela de vos soins, de vos regards & de vos applications divines, pardonnez-moi si je vous prie de retirer vos yeux de dessus moi, & si j'aime mieux n'estre rien du tout, que de souffrir que vous soyez moins que ce que vous êtes. Occupez-vous de vous-même, & qu'il vous suffise; appliquez-vous à vous-même, & n'ayez point d'égard à ce qui se passe hors de vous, reposez-vous en vous-même, & n'y donnez point d'être ni de place aux néans, qui n'en méritent point ailleurs. J'accepte, ô Jesus, toutes ces conditions, je me donne à vous pour toutes ces fins, je m'offre & me consacre à cette conduite, qui semble porter privation de conduite pour être prise en vous-même, & n'aurez nul rapport à moi. Si je me presente à vous, ce n'est pas pour être l'objet de votre application, mais plûtot pour être rebuté par la préférence que vous vous devez à vous-même. Et si je m'applique à vous, ce n'est que pour bonorer votre inapplication au regard de moi, dans laquelle je veux que l'amour que je vous porte, ou plûtôt que vous vous portez vous-même, triomphe de celui que vous me portez. Car je sens en mon ame cette disposition d'aimer beaucoup mieux être pour jamais exposée à votre oubli, que demeurant dans votre souvenir, vous donner sujet de sortir de l'application de vous-même pour vous appliquer à moi. Si vous voulez être en la terre, soyez-y sans penser à la terre; si vous voulez demeurer parmi les hommes, que ce soit sans penser aux bommes; si vous vous donnez à eux, que ce soit pour l'amour de vous, & non pour l'amour d'eux, s'ils vous reçoivent, que ce soit pour entrer en vous; s'ils vous mangent, que ce soit pour être transformez en vous, mais de telle sorte qu'il ne reste rien d'eux, & que vous soyez parfaitement vivant & regnant en eux comme en vous-même. Soyez tout, ô Jesus, & ne soyons rien, car vous êtes seul digne d'être. Ordonnez de tout sans que nous en sçachions rien, car vous êtes seul digne de commander. Faites tout sans que nous fassions rien, car vous êtes seul digne d'opérer. Nous ne pouvons vous donner que ce que vous avez; nous ne pouvons vous désirer que ce que vous possedez; soyez, ô Jesus, ce que vous êtes; veuillez ce que vous voulez, faites ce que vous faites.

se inapplication de Jesus-Christ, aimant mieux être exposées à son oubli, qu'étant en son souvenir lui donner sujet de sortir de l'application de soi-même, pour s'appliquer aux créatures.

CENSVRE DES DOCTEVRS DE SORBONNE.

Nous soussignez Docteurs en Theologie de la Faculté de Paris, certifions avoir lû le présent livre, qui porte titre de *Chapelet secret du très-saint Sacrement*, lequel nous avons trouvé n'être aucunement utile pour l'instruction des ames, mais au contraire contenir plusieurs extravagances, impertinences, erreurs, blasphêmes, & impietez qui tendent à séparer & détourner les ames de la pratique des vertus, spécialement de la Foi, Espérance, & Charité; détruire la façon de prier, instituée par Jesus Christ, & introduire des opinions contraires aux effets d'amour que Dieu a témoigné pour nous, & nommement au Sacrement de la très-sainte Eucharistie, & mystere de l'Incarnation; l'avons jugé périlleux & de dangereuse conséquence, digne d'être supprimé & défendu: En témoignage dequoi nous avons signé la présente. A Paris, au College de Sorbonne, le dix-huitiéme Juin mil six cens trente-trois. Ainsi signé,

A. DuVal. Le Clerc. Charton. H. Bachelier. François Hallier. Martin. Morel. & N. Cornet.

Hoc monumentum reperitur in libro, cui titulus est, *discussion du Chapelet secret*; Parisiis an. 1635. & in Bibliotheca Sorbonica v v. 8. 23.

Idem Scriptum à Romanis Censoribus inter libros perversæ doctrinæ recensitum fuit.

Anno Domini 1634.

Jussu sacræ Facultatis Parisiensis tres theses, quibus M. Frizon subscripserat, M. Joannes Daultruy correxit, & easdem speciatim reprobavit Parisiensium M. Cœtus.

Die primâ Junii Sacra Theologiæ Facultas Parisiensis post missam de Sancto Spiritu, solito more celebratam Ordinaria habuit Comitia, in Aula Collegii Sorbonæ super sequentibus articulis, &c.

S. M. n. Jacobus Brousse tres aut quatuor Theses Facultati obtulit, à quodam Doctore Facultatis subsignatas, quas asseruit erroribus, falsis doctrinis, imo hæresibus plenas esse, petiitque ut Facultas legi publicè pateretur, atque in approbatorem prout rationis esset, animadverteret. Cujus auditâ propositione honorandus Magister noster Franciscus Chastellain, proSyndicus, dixit: Se easdem Theses Facultatis offerendas ante sex menses habuisse, sed rogatum à M. n. Petro Frizon distulisse, quia dictus M. n. Frizon fatebatur à se subsignatas nomine Magni Magistri Navarrici pro eo tempore existentis, spoponderatque se se dimissurum provinciam Theses subsignandi & præsidendi disputationibus, seu examinibus Theologicis Baccalaureorum, dummodo non deferrentur ad Facultatem ejusmodi Theses ab eo subscriptæ, liceretque ipsi intra semestre proximum sine nota deditoris, seu infamiæ alium institui Navatræ, qui tali muneri obeundo præficeretur, subjunxitque dictus Magister noster Chastellain nolle se dictum D Frizon criminis hæreseos accusare, quem videbat non adhærere firmiter falsis propositionibus, ac hæreticis à se subsignatis, itaque eum vel negligentiæ & incuriæ, vel imperitiæ & incapacitatis reum prætendebat. Cùm verò per declarationes coram Notariis ab ipso Domino Frizon, factas hîc exhibitas constaret, eundem M. n. Frizon legisse, examinasse & in nonnullis correxisse easdem Theses relictis hæresibus integris & intactis, nec non particulis Summi Pontificis, ac Regis Christianissimi dignitates lædentibus, quas in hæc verba citavit ex appendice tertia, *Leges Ecclesiasticæ obligant in conscientia, non Civiles*, ex appendice quinta, Hæretici sunt execrandi dum affirmant potestatem condendi quamlibet legem à communitate non derivari in Legislatorem, sive Ecclesiasticum, sive Secularem, vulgare quippe est atque indubitæ fidei apud omnes Theologos axioma, Deum & naturam prius atque immediatiùs ad totum suppositum quam ad aliquam partem suppositi quamvis nobilissimam intendere. His rationibus atque aliis excusationem negligentiæ excludentibus, proponebat dictus M. n. Chastellain superesse tantum incapacitatis defectum, qui periculum nutæ in Facultatem inducere posset, si permitteretur ipsi Domino Frizon frequenter & plurimorum Theses approbare. Quare huic malo ut provideret Facultas, obnixè rogabat. Quibus in se objectis M. n. Petrus Frizon id responsi dedit se uno verbo posse satisfacere, si diceret Magistros nostros Chastellain & Brousse inimicos esse sibi infensissimos, utpote qui in causa contradictoriè agitata apud Regem Christianissimum, pro Magno Regiæ Navarræ Magisterio partes adversæ fuerant ut constat ex ipsorum syngrapha: quâ cum ceciderint & dicti Magisterii Professor fuerit renuntiatus, in ejus rei odium omnem movisse lapidem ut famæ & bono ejus nomini detraherent, atque inter cæteros litigantes animosiorem fuisse dictum M. n. Chastellain, qui finitâ causâ noluerit Regi & Concilio obtemperare, nec tantum apud Sacram Facultatem turbas excitaverit, sicut in tabulis manifestum esse dicebat, verùm etiam apud Capitulum Parisiense, ut provocatione abusûs & aliis monimentis comprobatur. Præclara sanè, inquiebat, proSyndici exordia & ingressus pacifici. Quod verò ad Theses attinet, asseruit dictum D. Chastellain harum esse autorem & architectum, & semper eas penes se habuisse, ac ipsi Magistro nostro Brousse tradidisse ad hanc tragædiam excitandam, sicut ante plures menses eas tradiderat quibusdam Baccalaureis Navarricis ad eundem M. n. Frizon circumveniendum fraude, doloque agendum, ut renuntiaret magno Magisterio. Inter Baccalaureos verò unum extitisse nomine Thirement, qui in ipsa causa memorata etiam pars adversa erat, & malitiâ inauditâ, aut ignorantiâ illas Theses, technis fabricatas attulerat, in quibus ipsemet D. Frizon quædam correxerat, & de aliis ab iisdem Baccalaureis corrigendis & Thesibus describendis monuerat. Quas cum non correxissent instrumento publico denuntiaverat, & subscriptionem suam ejuraverat. An verò factum adversario-

rum

rum bomines Catholicos & Christianitatem redoleret, Deo & æquis Judicibus relinquebat, postulans ut dictus Tbirement vocaretur coram Sacra Facultate ad satisfaciendum sibi, protestatione factâ se aliàs justitiæ jurisque fidem tempore & loco imploraturum. Et quoniam hon. M. n. Isambert significaverat se tanquam Syndicum per plures menses instanter tum pluribus aliis restitisse tum pro primo cursu, habuit supplicationem in Facultate dictus D. Frizon, præcipuè propter defectum litterarum Tonsuræ; sed procurantibus nonnullis Magistris ejusdem Facultatis etiam Navarricis, fuisse tandem admissum, eo tempore quo propter ingruentem pestem plurimi recesserant: Dominos Navarricos sibi debere imputare si eorum culpâ promotus nunc ipsorum Gymnasio fuerit Præfectus, subjunxit dictus M. n. Frizon, si aliqua difficultas suborta fuerit, dum petiit in Sacram Facultatem admitti, ex eo capite provenisse quod Autograpbum litterarum Clericatûs tunc temporis non haberet, sed solùm exemplar à Notariis exaratum protulisse; postea tamen originales litteras exbibuisse ut idem D. Isambert tunc Syndicus poterat testificari, nunquam vero de sua capacitate & doctrina fuisse dubitatum nisi à malevolis & invidis, ab eo tempore quo controversia mota est de magno Regiæ Navarræ Magisterio. Verum Magister noster Jacobus Brousse eum interpellavit, ut coram toto cœtu aliquas primo occurrentes ex ipsimet Thesibus appendices legeret, & quod in eis damnandum agnosceret liberè aperiret, eâ conditione ut, si detegeret hæreses in eis manifestè contentas, & rationem erroris redderet, omninò ab omnibus liberaretur quæ ipsi objiciebantur. Cui conditioni non acquiescens, dixit eundem M. n. Jacobum Brousse juniorem Doctorem, qui eum ignorantiæ accusabat, majoris inscitiæ & non parvæ præsumptionis accusandum, utpote qui dum ingressus est Regiam Navarram ut Bursarius Tbeologus fieret ab eodem M. n. Frizon fuerit tentatus examine. His utrimque prolatis, aliqua dictarum Theseum capita nec non conventiones coram Notariis factæ inter eosdem Magistros nostros Chastellain & Frizon fuerunt perlectæ. Ut autem liberiora essent suffragia recesserunt prædicti domini Chastellain, Frizon, & Brousse, postquam petierunt actum eorumdem omnium quæ respectivè exposuerant, atque etiam declarationis M. n. Isambert, quorum postulationibus post maturam quadraginta Magistrorum & amplius deliberationem annuit, Facultas donec constaret an ex incuria, aut inscitia, vel ex alio defectu contigerint quæ ipsi domino Frizon objiciebantur.

Anno Domini millesimo sexcentesimo trigesimo quarto, die primâ Julii Sacra Theologiæ Facultas Parisiensis, post missam de Sancto Spiritu, solito more celebratam, ordinaria habuit Comitia in Aula Collegii Sorbonæ, &c.

Honorandus M. n. Cbastellain remissam ad bæc Comitia cognitionem Theseum à domino Frizon lectarum, approbatarum ac subscriptarum, petiit iterum judicari, aut saltem ut seligerentur a Facultate qui prædictas Theses examinarent, & propositiones in eis contentas, censuræ dignas notarent, atque referrent ad Facultatem earumdem qualificationes, & quia expositum fuerat ab eodem domino Frizon in discursu conclusionis Comitiorum superioris mensis contra ipsum M. n. Chastellain, eum turbas excitasse tam in Facultate, quam in Capitulo Parisiensi, ac fuisse autorem Theseum sibi oblatarum per Baccalaureos Navarricos, conquestus est dictus dominus Chastellain de calumniis sibi impositis, ac primo rogavit Facultatem, ut si quid in eam peccaverit, id sibi significetur ut faciat satis Facultati, sin vero immerito sibi objectum fuit quod turbas in ea excitarit, placeat Facultati declarare, id minùs verè exprobratum illi fuisse: De Capitulo Parisiensi contra quod appellatio ab abusu ab ipso facta sibi objiciebatur, dixit idem D. Chastellain se præsentes habere dominos Duval, Le Clerc, Isambert, Cbarton, & Cbapelas quos consuluit an teneretur in conscientia cessare ab illa appellatione: Quantum ad compositionem Theseum, qui eas composuerant paratos esse mendacii arguere objectionem contra ipsum factam, quare petiit ut quod in facultate erat, & quod ad eam spectabat, scilicet de excitatione turbarum ab ipso factarum dignaretur Facultas honorem ipsius, & famam ab ea injuria vindicare per declarationem veritatis contrariam præfatæ objectioni à dicto domino Frizon factæ. Quo audito dictus M. n. Frizon instanter petiit ut si ratio haberetur supplicationis Magistri nostri Chastellain, etiam ex conclusione Facultatis delerentur ea omnia quæ famam ipsius & honorem lædere poterant. Quibus postulationibus utrimque factis, ut libera essent suffragia recesserunt

prædicti MM. nn. Chastellain & Frizon. Cùmque non satis constaret de quibus turbis dictus D. Frizon accusaret dictum D. Chastellain, vocatus ut mentem suam aperiret non comparuit, itaque collectis singulorum Magistrorum suffragiis qui ad octogenarium numerum convenerant, concessum est dicto D. Chastellain ut petiit, nullâ ratione habitâ supplicationis domini Frizon, scilicet, non agnoscere Facultatem indignum quid usquam factum ab ipso D. Chastellain contra ipsam, pro Thesibus vero legendis nominati sunt Magistri nostri Isambert, Daultruy & Lescot, qui eas examinarent, & proximis Comitiis referrent.

Anno Domini 1634. die primâ mensis Augusti, Sacra Theologia Facultas Parisiensis, post missam de Sancto Spiritu, solito more celebratam, ordinaria habuit Comitia in Aula Collegii Sorbonæ, in quibus, &c.

Honorandus M. n. J. Daultruy, juxta demandatam sibi Provinciam à Sacra Facultate, retulit se legisse & examinasse tres Theses à M. n. Frizon obsignatas, easque scatere propositionibus ineptis, absurdis, falsis, temerariis, periculosis, erroneis, immo & hæreticis, ex quibus nonnullas protulit....

Sic censuit Facultas 1°. Auditâ relatione variarum propositionum in Thesibus subsignatis à M. n. Petro Frizon comprehensarum, easdem Theses damnavit & damnat, & censurâ notavit & notat tanquam continentes multa inepta, absurda, falsa, temeraria, periculosa, erronea & hæretica. Antequam vero quidquam decerneret in ejus personam, vocandum esse per apparitorem majorem ad diem duudecimum hujus mensis ut audiatur, etiam tertio, si quid novi in sui defensionem allegare possit præterea quæ dixit diebus primâ Junii & primâ Julii, quia hodiernâ die absens audiri non potuit.

Anno Domini 1634. duodecimâ mensis Augusti, Sacra Theologia Facultas Parisiensis, post missam pro Defunctis celebratam, extraordinaria habuit Comitia in Aula Collegii Sorbonæ, in quibus, &c.

M. n. Frizon decreto Sacræ Facultatis citatus, dixit se libenter coram eadem Facultate sistere super facto cujus fuerat accusatus, & pro defensione proposuit se perincogitantiam Thesibus sibi objectis subscripsisse, postquam eas cursim tantum perlegisset, rogavitque Facultatem ut dignaretur pacificè controversiam hanc componere, multa de pace orans, rursusque supplicavit ut secum benignè & in lenitate spiritûs dignaretur Facultas animadvertere, significavitque habuisse se decretum Sanctioris consilii super hoc facto, & petiit ut aditus pateret Apparitori ejusdem consilii, quatenus lectio & significatio Placiti Regis facultati innotesceret, quo audito, admissus prædictus Apparitor legit & significavit Regis in suo Sanctiori consilio Placitum & Exemplar illius tradidit D. Decano & posteà recessit, eumque secutus dictus D. Frizon postquam protestatus est se fore semper in omnibus Facultati obsequentem.

M. n. Chastellain priusquam exiret & de facto prædicti Domini Frizon suffragia ferrentur, petiit ut Facultas abstineret à rebus controversiæ inter ipsum & D. Frizon, atque tantùm cognosceret de iis quæ sua interessent, & quibus providendum pro suo honore censeret. Quibus utrimque expositis, suffragia Magistrorum nostrorum rogavit D. Decanus, quibus collectis censuit Facultas nihil ad se Decretum Sanctioris consilii pertinere, quippe cum in eo dicatur, *faisant defenses aux Parties de poursuivre ailleurs qu'au Conseil*; Facultas vero nullomodo pars sit in dicta causâ. Quare salvâ prædicti Placiti Regis reverentiâ, statuit in posterum non fore permittendum dicto D. Frizon ut præsit publicis Actibus Facultatis, &, si Supplicantes pro Magistro Tentativæ eum nominaverint, à D. Decano supplicationem eorum rejiciendam esse, & alium ejus loco sufficiendum; quod si ipsemet supplicaverit pro præsidendo Majoribus aliquibus Ordinariis, denegabitur ei à Facultate licentia. De Actibus vero qui fiunt in Aula vel Communitate Navarrica, monebitur prædictus D. Frizon ut aliquem substituat ex eadem familia qui præsit hujusmodi Actibus, nec non & Examinibus, atque Thesibus subscribat. Non tamen intentionis est Facultatis ut Theses illæ erroribus scatentes evulgentur, sed potius quantum fieri poterit supprimantur.

Anno Domini 1634. die primâ Septembris; Sacra Theologia Facultas Parisiensis, post missam de Sancto Spiritu, solito more celebratam, ordinaria habuit Comitia in Aula Collegii Sorbonæ, &c.

Honorandus M. n. Iterius Franciscus Chastellain significavit M. n. Petrum Frizon sollicitasse apud secretius Regis consilium, rescissionem & annulationem Decreti contra se facti die duodecimâ mensis Augusti proxime elapsi, noluisse

tamen illustrissimum, & æquissimum Regni Pro-cancellarium quicquam inaudità ipsâ Facultate statuere, sed præscripsisse ut Syndicus Facultatis, & ipsemet D. Chastellain audiretur super contentis in libello supplici dicti D. Frizon, in cujus sententiæ executionem idem D. Frizon sub falso prætextu diem dixerat eidem D. Chastellain tam privato, quàm Syndici Facultatis nomine, à qua citatione dictus D. Chastellain appellavit quoniam nullum à Facultate mandatum haberet agendi partes Syndici, nec aliud hactenus præstitisse quam hortatu D. Decani, & ad petitionem domini Pereyret Patriam ad tempus proficiscentis, Theses Baccalaureorum approbare, ne Actus Theologici retardarentur, quod suum obsequium libenter ita impensum rogavit ut gratum haberet Facultas & aliquem, vel aliquos nominaret qui conclusiones ipsius Facultatis tanquam legitimè factas sustinerent, & jus animadvertendi in personas de corpore Facultatis existentes, & in culpam crimenve doctrinæ incidentes integrum & illæsum tuerentur....

Sic censuit Facultas 10. Super negotio domini Frizon postquam interpellatus est ut declararet an persequi vellet contra Facultatem, & ejus Decretum nec respondit, & inter ferendum suffragium de eo articulo tacuit : Facultas laudavit operam M. nostri Chastellain in legendis & subscribendis Thesibus, licet id sine ullo Facultatis mandato præstiterit, nec partes Syndici sustinuerit. Cæterum in causa per dictum M n Frizon temerè in Facultatem mota, procuranda, eadem Facultas nominavit & rogavit honorandos MM. nn. Antonium Froissard, & Dionysium de la Barde ram conjunctim, quàm divisim, & unum in absentia alterius qui sedulo intendant defensioni Facultatis si quid per litem in eam moliri pergeret D. Frizon pro irritanda justæ in eum animadversionis sententia, &, si necessitas postulaverit, conveniant prædicti domini Commissi Eminentissimum dominum Cardinalem Ducem de Richelieu, & æquissimum D. Sigillorum Regiorum Custodem, & cæteros Consistorii Regii Consiliarios eisque jura Facultatis exponant, & omnibus modis tam in consilio, quàm alibi, ubi opus fuerit, Conclusiones tanquam legitimè factas defendant autoritatem eis per præsentem Actum ad prædicta omnia peragenda conferendo, atque exemplar hujusce Commissionis per Apparitorem ipsis tradendum vice Procuratorii ordinavit.

Die decimâ quintâ Novembris, anno Domini millesimo trigesimo quarto, Sacra Theologiæ Facultas Parisiensis, post missam pro Defunctis, solito more celebratam extraordinaria habuit Comitia in Aula Collegii Sorbonæ, in quibus lectum est Decretum Secretioris Regis consilii obtentum in favorem Facultatis, in negotio Magistri nostri Petri Frizon quod quidem ad Senatum remittitur ut in eo amplius discutiatur. Cujus lectione auditâ, selecti sunt honorandi Magistri nostri Tonnelier, Froissard, de la Barde, & alii quus secum vellent ascifscere, ut nomine Facultatis gratias agerent amplissimo Sigillorum Regiorum Custodi, & clarissimo viro domino de Gaumin Relatori istius negotii.

In Mss. censuris Sacræ Facultatis Parisiensis ad annum prædictum, hoc monumentum reperitur.

Anno Domini 1635.

Duo Parisienses M. in Comitiis S. F. denuntiaverunt multa reprehensione digna sibi videri in libellis qui sequuntur.

DIE primâ mensis Junii, Sacra Theologiæ Facultas Parisiensis, post missam de Sancto Spiritu, solito more celebratam ordinaria habuit Comitia in Aula Collegii Sorbonæ, &c.

Honorandi Magistri nostri Hieronymus Parent, & Hieronymus Bachelier juxta Provinciam sibi à Facultate demandatam retulerunt quamplurima quæ animadversione digna repererant & notaverant in libellis qui sequuntur.

1us. L'Oraison miraculeuse à la Vierge, &c. avec la mesure de la playe du côté de notre Seigneur.

2us. Sommaire des graces & benedictions concédées de notre Seigneur Jesus-Christ aux grains qu'il a benis lui-même à l'instance de la grande Servante de Dieu, la venérable Mere Loyse de l'Institution Religieuse de l'Ordre de Sainte Claire, en la Ville de Carion-les-Comtes en Espagne.

3us. Indulgences & graces qui ont été concédées par nos SS. Peres les Papes à l'Ordre de notre Dame de la Mercy.

4us. La Regle du Tiers-Ordre de saint François de Paule, avec la Bulle de notre S. Pere le Pape Jule II & son approbation.

5us. Abregé des Privileges & Indul-

gences de la Confrairie du saint Scapulaire de notre Dame du Mont-Carmel, ensemble quelques miracles faits en faveur du même saint Scapulaire.

Quorum auditis relationibus & collectis singulorum Magistrorum, qui ad octogenarium ferè numerum convenerant, sententiis, hos omnes libellos censurâ notavit Facultas, statuitque ut à prædictis Magistris nominatis Parent & Bachelier formula censuræ texeretur, additis propositionibus quæ in iisdem continentur, adhibitisque earum unicuique censoriis notis, quæ ad ipsam Facultatem proximis Comitiis referrentur, antequam typis excuderentur.

Anno Domini 1635. die decimâ quinta mensis Junis, Sacra Theologiæ Facultas Parisiensis, post missam de Defunctis solemniter celebratam, extraordinaria habuit Comitia in Aula Collegii Sorbonæ, &c.

Accessit Secretioris Consilii Regis Ostiarius, qui significavit Decretum Consistorii Regis circa negotium censuræ libelli confraternitatis Scapularis Carmelitarum, cujus judicium sibi consilium Regis auditis testibus reservabat.

In M. censuris S. F. P. ad annum prædictum hoc monumentum reperitur. Inter privilegia Scapulario supposita, istud sanè reprehendendum videtur, quod ad calcem imaginis B. Mariam Virginem Scapularium offerentem repræsentantis, hæc inscriptio addita esset parriâ linguâ: *Quiconque portera ce saint Scapulaire ne périra ni par eau, ni par feu, ni par corde*, id est, quicumque hoc sanctum Scapularium portaverit, nec in aqua suffocabitur, nec igne combustus, nec fune suspensus morte afficietur.

Anno Domini 1635.

Catechismus sic inscriptus, le Directeur des Directeurs, *autore Bertino Berthaut, Presbytero Constantiensi improbatus fuit in Comitiis sacræ Facultatis Parisiensis.*

Die secundâ Julii, Sacra Theologiæ Facultas Parisiensis, post missam de Sancto Spiritu, solito more celebratam, ordinaria habuit Comitia in Aula Collegii Sorbonæ, &c.

M. n. Patu licentiam probandi librum inscriptum, *le Catechisme des Confesseurs*, per Bertinum Berthaut, Presbyterum Diœcesis Constantiensis.

Anno Domini 1635. die primâ Augusti, Sacra Theologiæ Facultas Parisiensis, post missam de Sancto Spiritu, solito more celebratam, ordinaria habuit Comitia in Aula Collegii Sorbonæ, &c.

Deinde lecta est conclusio superioris mensis quæ cum legeretur adverterunt aliqui ex Magistris nostris supplicatum fuisse per M. n. Patu pro approbatione cujusdam libri, qui inscribitur, *le Catechisme des Confesseurs*. par Bertin Berthaut, Prêtre de... au Diocese de Constance, & dixerunt, non tantum multa inepta & ridicula, sed etiam turpia & obscœna observasse ipsum autorem monuisse ut abstineret ab illius evulgatione, quandoquidem scandalum potius quam utilitatem parere posset, tam in iis quæ forum internum, quàm quæ externum concernunt: quâ non obstante monitione eumdem librum sub approbatione aliquorum Religiosorum Doctorum absque licentia Facultatis fuisse excusum non sine præjudicio salutis animarum, & denuò ab autore ipso auctum & recognitum prodire...

Sic censuit Facultas. 1°. Declaravit se nullo modo posse probare evulgationem Catechismi Confessariorum vulgari idiomate editi per dictum Magistrum Bertault, & approbationem, si quæ fuit concessa per aliquos ex Facultate revocare. Insuper decrevit rogandum esse Illustrissimum & Reverendissimum D. Archiepiscopum Rothomagensem per honorandos MM. nn. Gaultier & Froger, ut in sua Provincia illius distributionem & usum impediat, ne ex ipsius lectione scandalum fidelibus oriatur.

Anno Domini 1637.

Decretum Sacræ Facultatis Theologiæ Parisiensis, in Franciscum Cupif Andegavensem, ad gradum Doctoratûs quondam promotum, nunc veræ fideî desertorem.

Jure ac meritò Apostolus, hæreses inter carnalia crimina enumerat, urpote in quas, occulto judicio Dei, præcipites ruere videmus eos, qui vel proprii arbitrii vanitate ac fiduciâ tumentes, vel secundùm carnem ambulantes, nec Dei spiritu duci se sinunt, nec ullâ regulâ teneri, sed nec quidquam nisi quod ad animalis

animalis hominis gustum sit, sapiunt. Quàm ex intimis visceribus dolendum! sed quàm horrendum ejus rei exemplum, magno piorum omnium scandalo, & inimicorum crucis Christi applausu, nuper dedit *Fanciscus Cupif* Andegavensis, in almæ Facultatis Theologicæ Parisiensis gremium olim, tandemque in Doctorum numerum, infelici forte, cooptatus; qui postea immemor legis ab optima parente acceptæ, quæ ejus capiti additura erat gratiam apud Deum & homines; immemor etiam sacramenti toties iterati, quo se, tùm candidati per singulos gradus, tùm recens Doctores, ex more instituto que hujus ordinis, obstringere solent: in eam quam inter cæteras, conceptis verbis damnaverat, perversam Calvinianorum sectam, miserè lapsus, exitium sibi à Deo, ab hominibus dedecus, undequaque maledictum accersivit: factus ut filius insipiens mœstitia matris suæ, dum perfidâ prævaricatione Ecclesiæ Catholicæ, Apostolicæ & Romanæ veram doctrinam ejurans, ad hæreticorum partes, detectâ fronte transfugit, & impietati ac mendacio nomen dedit. Sed quæ illi ad immane præcipitium proclivitas, nisi ex innata animi præsumptione ac effrænis libidinis, quâ semper iis qui propiùs illum norunt, flagrare visus est, ardore indomito? unde obcœcatus & juxta proprias concupiscentias semper incedens, excusso suavi Christi jugo, evasit spontaneum hæreseos, quæ omnium peccatorum cumulus est, mancipium. Cùm verò, ut loquuntur Christiani Imperatores, quòd in divinam religionem committitur, in omnium feratur injuriam; potiori jure ad se spectare Sacra Facultas censuit, irrogatam à degenere fœtu, in Christum Christique fidem, contumeliam, ut eam infamiam gravissimâ, pro criminis atrocitate, censurâ corripiat, ac publicâ detestatione à se amoliatur: tametsi non est verendum ut spuria vitulamina dent radices altas, nec stabile firmamentum collocent. Væ fili desertor, ut faceres consilium & non ex me; & ordireris telam, & non per spiritum meum, ut adderes peccatum super peccatum: qui ambulas ut descendas in Ægyptum, in Synagogam Satanæ, & os meum non interrogasti, nec recordatus es præceptorum meorum: disciplinam meam abjecisti, sperans auxilium in fortitudine Calvini & sequacium, & habens fiduciam in umbra Ægypti, hoc est, conventiculi hæreticorum. Sed erit tibi imaginaria fortitudo in confusionem, & fiduciâ umbræ, quam spreto Ecclesiæ Orthodoxæ corpore, consectaris, in ignominiam.

Eapropter Sacra Theologiæ Facultas Parisiensis ante nominatum Franciscum Cupif, tanquam impium, perjurum, sacrilegum, apostatam, hæreticum, adeoque proprio jam judicio condemnatum ex sententia Apostoli, communi voto damnavit, è suorum albo in perpetuum expunxit, omni gradu, honore, titulo abdicavit, eique anathema publico programmate inclamandum decrevit. Actum apud Sorbonam, in Comitiis solemnibus die primâ, & confirmatum die decimaquintâ Julii, anno Domini millesimo sexcentesimo trigesimo septimo.

De Mandato DD. Decani & Magistrorum præfatæ Facultatis Sacræ Theologiæ Parisiensis.

PH. BOUVOT.

Hoc monumentum reperitur in Bibliotheca Sorbonica, f. 6. 74.

Anno Domini 1637.

Expostulatio S. M. n. Chapelas Syndici adversus librum domini de la Milletiere sub titulo qui sequitur. Le moyen de la paix chrétienne.

DIE quartâ Novembris Sacra Theologiæ Facultas Parisiensis, post missam de Sancto Spiritu, solito more celebratam, ordinaria habuit Comitia in Aula Collegii Sorbonæ, &c.

M. n. Chapelas Syndicus proposuit librum domini de la Milletiere nuper in lucem editum, quem direxit ad ipsam Facultatem sub titulo qui sequitur, *Le moyen de la paix chrétienne*, & petiit ut examinaretur.

Sic censuit Facultas. Librum domini de la Milletiere permisit legendum honorandis Magistris nostris Froger, Dy, & Nicolay, qui de eo referrent ad Facultatem.

Anno Domini 1637. die primâ Decembris, Sacra Theologiæ Facultas Parisiensis, post missam de Sancto Spiritu, solito more celebratam, ordinaria habuit Comitia in Aula Collegii Sorbonæ, &c.

Honorandus M. n. Petrus Chapelas, Syndicus protulit epistolam ex parte domini de la Milletiere occasione sui libri, qui inscribitur, *Le moyen de la paix*

Chrétienne, ad facultatem directam, cujus auditâ lectione, & eâ nonobstante honorandi Magistri Froger, Dy, & prædictus D. Syndicus nomine Magistri nostri F. Joannis Nicolay absentis retulerunt quæ juxta Provinciam sibi à Facultate demandatam excerpserant contra veram & catholicam doctrinam pugnantiâ ex ejusmodi libro, quem propterea gravi animadversione dignum & censurâ notandum censuerunt, si ita videretur ipsi Facultati.

Sic censuit Facultas. 3°. Auditâ relatione errorum contentorum in libro D. de la Milletiere contra fidem, sanam doctrinam & summorum Pontificum autoritatem, censuit ejusmodi librum censurâ notandum pront de facto noravit, liberumque reliquit censoribus prædictis ut possent conferre cum autore de præcipuis capitibus, nominavit etiam honorandos Magistros nostros de Mimeré & Hallier, qui cum præfatis censuræ formulam conficerent, & die 15ª hujus mensis ad Facultatem referrent.

Anno Domini 1637. die decimâ quintâ Decembris, Sacra Theologiæ Facultas Parisiensis, post Missam pro defunctis solito more celebratam, extraordinaria habuit Comitia in Aula Collegii Sorbonæ, in quibus honorandus M. n. Petrus Chapelas Syndicus dixit, Dominum de la Milletiere vehementer optare in Facultate audiri antequam Censura lata in suum librum evulgaretur, & ideo accessisse ut expectaret resolutionem Facultatis; auditis super eâ re singulorum Magistrorum sententiis, inutile istud visum est Facultati, nisi penitùs suam hæresim abjuraret, & publicam professionem Catholicæ Fidei præstaret, & rogati sunt honorandi Magistri nostri Lescot & Syndicus qui istud ei renuntiarent. 2°. Idem D. Syndicus Censuræ formulam in librum dicti de la Milletiere, juxta conclusionem superiorum Comitiorum conscriptam, legit.

Facultas approbavit formulam Censuræ latæ in librum de la Milletiere, qui inscribitur, *Le Moyen de la Paix Chrétienne.*

Censura Sacræ Facultatis Theologiæ Parisiensis lata in Libellum, qui inscribitur, LE PACIFIQUE VERITABLE, *sur le débat de l'usage légitime du Sacrement de Penitence, expliqué par la doctrine du Saint Concile de Trente*, par THEOPHILE BRACHET, *Sieur de la Milletiere. A Paris chez Loüis Boulanger, ruë Saint Jacques, à l'enseigne saint Loüis. M. DC. XLIV. avec Approbation.*

Chapitre 13. *De* ceux qui sont *obligés à restituer*, pag. 307. & 308. quest. 10. Si l'on est obligé de restituer les dommages qui seroient arrivés d'une action qu'un tiers auroit fait à notre Instance: par exemple, *quelqu'un priera un soldat de frapper & de battre* son voisin, ou *de brûler la grange* d'un homme qui l'aura offensé, l'on demande si au defaut du soldat, *l'autre qui l'a prié de faire* tous ces outrages *doit réparer* du sien le mal qui en sera issu; le disent *Caietan*, &c. pag. 308. *Mon sentiment n'est pas le leur*: car à restituer, *nul n'est tenu*, s'il n'a violé la Justice; *Le fait-on*, quand l'on se soumet à autrui, *quand l'on le prie d'une faveur?* Quelques désirs que l'on aïe de l'obtenir par son moïen, quelques demandes que l'on lui en fasse, il demeure toujours libre de l'octroïer ou la nier: de quelque part qu'il encline, c'est sa volonte qui l'y porte, *rien ne l'y oblige que la bonté*, que la douceur *& facilité de son esprit*. Si donc il ne répare le mal qu'il aura fait, s'il ne restitue les choses en leur premier etat, *il n'y faudra astreindre* celui à la priere duquel *il aura offensé l'innocent*.

[a] *Lev. 25. v. 35. Ezec. 18. vv. 8. 13. 17.*

S. ECRITURE.

Exode, ch. 22 vv. 5. & 6. *Si aucun fait gâter le champ, ou vigne, ou laisse aller son bétail paitre au champ d'autrui, il le récompensera du meilleur de son champ, & du meilleur de sa vigne. Si le feu sort, & trouve des épics, & consomme les bleds, qui sont ès tas, ou debout, ou au champ, celui qui les aura brûlés, en fera* restitution.

L. 5. de Regul. Jur. c. 72. *Qui fait* par un autre, *c'est tout autant que s'il faisoit par* soi-même.

BAUNY.

Chap. 14. *De l'Usure*, page 318. *n'est pas prohibé de recevoir parole* de celui qui emprunte, qu'en cas qu'il ne satisfasse au créancier, en lui rendant ce qu'il lui a prêté au temps determiné par entre eux, *il augmentera* de certaine somme d'argent *le capital*.

CAPITULAIRE DE CHARLEMAGNE.

Lib. 1. ch. 125. Usure est *lorsqu'on* exige plus *qu'on ne baille: exemple, si on a baillé un sol*, & qu'on redemande davantage, *ou si on a baillé un muid de vin, ou de froment, & qu'on exige quelque chose de* surcroît.

BAUNY.

Page 325. *Les Confesseurs* ou autres, pour déterminer ce qu'on peut prendre, auront égard *aux personnes*, à la somme qu'on prête & au danger; car plus icelui

danger ſera grand, plus la ſomme notable, les perſonnes *moins ſolvables*, plus ſujettes à fauſſer leur foi, violer leur promeſſe, tromper le monde, *& plus pourra-t-on exiger d'elles.*

S. ECRITURE.

Levitique, ch. 25. vv. 34. 35. 36. *Si ton frere eſt appauvri*, &c. *tu ne prendras* uſure *de lui, ni* plus que tu lui auras donné: *mais crains ton Dieu, afin que ton frere puiſſe vivre avec toi, tu ne lui bailleras point ton argent* à uſure, *& n'exigeras* ſur-abondance *des fruits.*

Deuteronome, ch. 23. vv. 19. 20. *Tu ne bailleras point* à uſure *à ton frere ſoit argent, ou vivre, ou quelqu'autre choſe .... mais tu prêteras à ton frere* ſans uſure, *ce de quoi il a indigence, afin que le Seigneur ton Dieu te beniſſe en tout ton œuvre.*

Pſeaume 14. vv. 1. & 6. *Seigneur, qui ſera celui qui habitera en ton tabernacle? .... celui qui jure à ſon prochain & ne trompe point, & qui n'a point donné ſon argent* à uſure, *& n'a pris aucuns dons ſur l'innocent.*

Ezech. ch. 18. vv. 5. 7. 8. 9. 13. 17. *Si l'homme eſt juſte ..... qu'il ait rendu le gage au débiteur; .... qu'il n'ait rien prêté* à uſure, *& qu'il n'ait reçu rien* de plus; .... *ceſtui eſt juſte; il vivra de vie, dit le Seigneur Dieu ..... Qu'il donne* à uſure; & *qu'il n'en reçoive* plus, *vivra-t'il?* Il ne vivra pas. *Quand il aura fait toutes ces choſes-cy qui ſont* à deteſter, il mourra de mort. ..... *Qu'il ait retiré ſa main de l'injure du pauvre, qu'il ne reçoive ni* uſure, *ni* ſurcroît, *qu'il faſſe mes Jugemens, & qu'il chemine en mes commandemens, ceſtui* ne mourra pas *en l'iniquité de ſon pere, mais* vivra de vie.

BAUNY.

Page 334. *Celui qui a beſoin d'argent*, venant à expliquer le déſir qu'il a d'en recouvrer en telle & telle quantité, le créancier futur lui pourra repondre; je n'ai point d'argent à prêter, ſi bien à mettre à profit honnête & licite; ſi vous déſirez la ſomme que demandez, pour la faire valoir par votre induſtrie à moitié perte, moitié gain, peut-être m'y reſoudrai-je: *bien eſt vrai* qu'à cauſe qu'il y a trop de peine à s'accommoder pour le *profit*, ſi vous m'en voulez aſſurer un *certain*, & quant *& quant* auſſi *mon ſort principal*, qu'il ne coure fortune, *nous tomberons bientôt d'accord*, & vous ferai toucher argent dès cette heure, ainſi l'accord fait de paroles entre les parties, *le contrat ſe paſſera.*

S. ECRITURE.

Saint Matthieu, ch. 15. v. 3. *Pourquoi outrepaſſez-vous le Commandement de Dieu pour votre tradition?*

Au même lieu v. 6. *Vous avez annullé le Commandement de Dieu par votre tradition.*

Saint Paul aux Galates 6. v. 9. *Ne vous abuſez point, Dieu ne peut être mocqué.*

BAUNY.

Il ne faudra prendre le gain convenu entre les parties contractantes au commencement dudit contrat, car lors il n'eſt pas encore dû, ains au bout de l'an, ou demi-an, ou de quartier en quartier, *ne fut que le créancier craignît probablement*, qu'il ne pût recouvrer ce qui lui ſeroit dû, que l'on appelle communément interêt, au bout de l'an, ſans procès, ou que celui qui ſe conſtituë ſon débiteur, ne lui baillât par après franchement de bonne volonte, & ſans être importuné.

Page 335. *Il ne faudra pas*, que ce qu'on demande ſoit exceſſif, communément il ſe faudra tenir dans l'Ordonnance, & ſe contenter du prix que le Roi permet par icelle qui eſt *au denier douze*, pour les marchands, *& au denier dix-huit*, pour les autres, *ne fut que par certaines conſidérations*, dont *le jugement eſt réſervé aux ſages*, il fallut l'accroître ou le diminuer.

Page 337. *Toutes manieres de perſonnes*; Gentils-hommes, Préſidens, Conſeillers, Marchands, Fermiers, &c. qui ſe font païer l'interêt de leur argent, *les uns* au denier douze, *les autres* à dix pour cent, qui excede le prix de l'ordonnance, me ſemblent réprehenſibles, *n'étoit que leurs débiteurs le fiſſent de gré à gré*, & ſans y être contraints. & que *pour juſte cauſe, ils dûſſent paſſer* le prix *de l'Ordonnance.*

Or eſt à noter que la coutume porte que, *lorſque le terme dudit paiement eſt échu*, ſi le débiteur n'a moïen de païer le principal, *il va* païer *& avancer l'interêt*, encore pour un an, & ſon créancier lui baille un prolongement ſigné de ſa main en cette forme.

Je ſouſſigné N. prolonge à un tel le terme à me payer la ſomme de .... qu'il me doit comme appert par contrat reçu par tel Notaire: & ce juſques à un tel jour, ſans déroger audit contrat *fait.*

Page 343. *Eſt à remarquer*, qu'outre cette façon, *il y en a une ſeconde*, qu'on peut juſtifier *par voie de cens & rente* rachetable, après un, deux, ou trois ans; ainſi que l'on croit bon être.

Page 350. *L'action est sans faute*, quand elle a pour appui *l'autorité* d'un homme *aussi pieux que docte*, qui nous assure que Dieu & le prochain *n'y seront point offensés:* car un tel homme de merite & de consideration par sa doctrine, *rend ce qu'il dit probable.*

S. ECRITURE.

Pseaume 115. v. 2. *Tout homme est* menteur.

Jeremie, ch. 17. v. 5. *Maudit soit l'homme, qui se confie en un homme.*

Saint Pierre 2. Ep. ch. 1. vv. 18. 19. *Nous ouïmes cette voix envoïée du Ciel, étant avec lui en la sainte montagne: Et nous avons la parole des Prophetes* plus ferme, *à laquelle vous faites bien d'entendre.*

BAUNY.

Page 351. *Donner* son argent *à cens racheptable de part & d'autre*, ou en societé, accompagnée des deux autres contrats dont nous avons parlé, *n'est chose qui raisonnablement* se puisse *accuser de péché*, puisqu'elle se voit autorisée *d'une coutume*, dont l'on ignore les commencemens.

Vous me direz qu'il n'y a aucune proportion entre *la rente* qui se perçoit par ce contrat, qui est *de six ou sept pour cent*, & le prix qui se donne pour l'avoir, qui est tout tel que celui des rentes qui ne sont racheptables, que de la part de celui qui les vend. Ce qui semble n'être juste.

L'on repond, qu'encore que ce prix *ne soit pas établi du Prince*, qu'il *ne laisse* toutefois *d'être juste*, attendu que *le peuple*, c'est-à-dire, ceux qui *reçoivent & donnent argent*, pour achepter ou vendre *telle cens, decernent & statuent* par entre eux, *que le prix en soit tel*, que nous venons de dire.

Chap. 15. *Des détractions* page 361. concl. 8. *l'on ne péche* que *veniellement*, quand la personne dont on médit *est de soi vile.*

S. ECRITURE.

Saint Jacquesc, h. 2. vv. 5. 6. *Ecoutez très-chers freres, Dieu n'a-t-il point élû les pauvres de ce monde, qui sont* riches en foi, & héritiers du Rïoaume, *que Dieu a promis à ceux qui l'aiment? mais vous avez* deshonoré *le pauvre.*

BAUNY.

Chap. 30. Des especes d'*excommunication*, page 751. concl. 4. C'est aussi un effet de cette Censure que *l'excommunié ne puisse faire* fonction aucune qui appartienne à l'office, *tant civil* qu'Ecclésiastique, *dont il est pourvû*, qu'avec *péché & nullité* de tout ce qui en pourroit provenir, car au can. *Nos Sanctorum*, de la cause 15. quest. 2. Gregoire VIII. *exempte*[a] *les sujets* d'obeïr *à leur Maitre*, quand pour quelque sienne faute il seroit excommunié: *Il ne peut donc les citer* à comparoître devant soi, *ni les obliger* à ce qu'il ordonneroit d'eux, & de leurs differends: Qu'il y ait aussi du peché pour lui à exercer lesdites fonctions appert, de ce que le propre de cette Censure est de priver du bien de la compagnie & communion des Fideles, celui qui par quelque sienne faute l'a encouru, comme il se lit au can. *Angeltr udan caus. 3. quæst.* 4. *Il ne peut* donc, sans péche, *exercer son office*, ni pour le bien du peuple en faire *publiquement quelque fonction.*

S. ECRITURE.

Saint Pierre 1. Ep. ch. 2. v. 18. *Soyez sujets en toute crainte à vos maitres, non-seulement aux bons & modestes, mais aussi* aux fâcheux & dyscoles.

Saint Paul aux Rom. ch. 13. vv. 1. 2. 4. 5. *Toute personne soit sujette aux puissances superieures: car il n'y a point de puissance sinon de Dieu, & les puissances, qui sont, sont ordonnées de Dieu, par quoi qui résiste à la puissance, résiste à l'ordonnance de Dieu, & ceux qui y résistent, font venir condamnation sur eux-mémes . . . . . car le Prince est serviteur de Dieu pour ton bien ... . Et pourtant soyez sujets par la nécessité non-seulement pour l'ire, mais aussi pour* la conscience.

Saint Chrysostome sur ce passage. *Jesus-Christ n'a point introduit les loix pour renverser la police commune:* & par après.

Et montrant que ces choses sont commandées à tous, & Prêtres & Moines, non pas aux Seculiers seulement, il l'a déclaré dès le commencement, disant, Toute personne soit sujette aux puissances supérieures: *Bien que tu sois* Apôtre, *bien qu'*Evangeliste, *bien que* Prophete, *qui que* tu sois: car la subjection ne renverse point la pieté:

a Δεικνὺς, ὡς οὐκ ἐπ' ἀνατροπῇ τῆς κοινῆς πολιτείας, ὁ Χριστὸς τοὺς παρ' αὐτοῦ νόμους εἰσήγαγεν. Καὶ δεικνὺς ὅτι πᾶσι ταῦτα διατάττεται, καὶ ἱερεῦσι, καὶ μοναχοῖς, οὐχὶ τοῖς βιωτικοῖς μόνον, ἐκ προοιμίων αὐτὸ δῆλον ἐποίησεν, οὕτω λέγων: πᾶσα ψυχὴ ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑποτασσέσθω κἂν ἀπόστολος ᾖς, κἂν εὐαγγελιστής, κἂν προφήτης, κἂν ὁστισοῦν: οὐδὲ γὰρ ἀνατρέπει τὴν εὐσέβειαν αὕτη ἡ ὑποταγή, καὶ οὐχ ἁπλῶς εἶπε, πειθέσθω, ἀλλ' ὑποτασσέσθω, καὶ πρῶτον δικαίωμα τῆς τοιαύτης νομοθεσίας, καὶ λογισμοῖς πρέπον πιστοῖς, τὸ παρὰ τοῦ Θεοῦ ταῦτα διατετάχθαι.

il

il n'a pas simplement dit obéisse, *mais* soit sujette: *& que la premiere & principale preuve & justification de cette loi & convenable aux pensées fidelles*, est *que ces choses ont été ordonnées & établies de Dieu.*

BAUNY.

Chapitre 33. *Si les Religieux* peuvent *absoudre* des cas *reservés*, page 809. & 810. Sotus au quatriéme des Sentences dist. 18. q. 4. art. 3. trenche le mot, & dit précisément & nettement, qu'il faut avoir permission de l'Evêque avant que rien entreprendre sur lesdites fautes, qu'il se seroit reservé nommément. A quoi condescendant Valer en parle ainsi au liv. 8. chap. 5. sect. 3. nombre 73. Quamvis Gabriel & *Silvester senserint Religiosos privilegiatos ad audiendas confessiones posse à casibus ipsi Episcopo reservatis absolvere absque illius licentia, tamen eorum sententiam nec tutam, nec receptam esse existimo*: autant en dit Nau. au tom. 2. des Conseils, l. 5. tit. des Privileges, Conseil 11. n. 2. & Diana au tit. 27. resol. 30. met cette opinion au rang de celles qu'il faut tenir pour indubitables & hors de contestation, nommément depuis la déclaration faite par la Congrégation des Cardinaux sur ce sujet au 18, de Novembre de l'an 1628. en laquelle, de l'Ordonnance d'Urbain VIII ils dérogent aux Privileges des Réguliers, touchant le pouvoir d'absoudre des cas réservés aux Evêques, & ainsi conclut cet Auteur que, *contraria sententia non potest amplius sustineri.*

Page 810. Néanmoins puisque la pratique est contraire, pour l'égard des cas que lesdits *Evêques* se seroient particulierement réservés, & qu'elle est appuïée sur la concession des Papes Sixte IV, Urbain IV, Paul III, & Pie V, & *non révoquée* depuis *efficacement* d'aucun autre, *je ne puis, ni dois reprendre* ceux qui s'accommodans à cette opinion, absolvent des péchés que les susdits Evêques se seroient réservés.

Et quant à ce que *Diana* écrit, du sentiment des Cardinaux, l'on répond 1. qu'il *n'a jamais paru par deça les monts* avec les *formes requises à obliger lesdits Réguliers*, qui sont la publication & *réception d'icelui* par ceux à qui le fait importe, 2. L'on dit avec *Ledesme* au tome 1. du Sacrement de Pénitence, chapitre 13. diffic. 7. Sanch. l. 8. de Matt. disp. 2. n. 10. Valerius au liv. des differences de l'un & l'autre for. *verbo absolutio* diff. 1. n. 20. *Pontius* l. 5. de Matt. chap. 13. parag. 2. n. 7. *Diana* tit. 10. resol. 29. que *les avis* & déclarations des *Cardinaux ne tiennent* lieu *de loi*, conséquemment qu'elles *n'obligent à rien.*

* *Can. 12. des Apost. 1. Conc. 5. & ailleurs.*

S. ECRITURE.

Saint Paul aux Hebreux ch. 13. v. 17. *Obéissez à vos conducteurs, & vous y soumettez: car ils veillent pour vos ames, comme ceux qui en doivent rendre compte.*

Page 814. Cette opinion (d'absoudre ceux qui sont nommément excommuniés par l'Evêque) quoique *probable & assurée en conscience*, ne doit toutefois être suivie, *d'autant* que le péril étant évident d'offenser les Ordinaires, la pratique n'en peut être que dangereuse.

CONCILES.

Conc. d'Ant. chap. 6. *Si quelqu'un a été excommunié par son propre Evêque, qu'il ne soit point reçu des autres auparavant que d'avoir été reçu de son Evêque propre, ou que s'étant trouvé dans un Synode, il ait défendu sa cause, & s'étant justifié, il en ait remporté une autre sentence: Et que la même Constitution soit gardée à l'endroit des Laïcs, Prêtres, & Diacres, & ceux qui sont enrôllés au nombre du Clergé.*

BAUNY.

Chapitre 37. *Des* lettres *monitoires*, p. 847. concl. 5. Lesdites lettres, &c. Avec commandement à ceux & celles qui le sçavent d'en manifester la vérité au Juge, que si en le faisant ils *déposoient* d'avanture *quelque chose* tendante à l'infamie d'un tiers, *le Curé ou autres Ecclésiastiques*, qui auroient reçu ladite déposition, *n'en donneront* point copie au Magistrat Laïc, &c.

Page 848. *Ne peuvent* les Evêques, Vicaires, & Officiaux, en fait de crime, *délivrer aux Juges Laïcs les dépositions*, qui en auroient été faites entre leurs mains.

S. ECRITURE.

Lévitique chap. 5. v. 1. *Si une personne a péché, & oüi la voix du jurant* (de l'adjuration) *& qu'il soit témoin, ou qu'il l'ait vû, ou qu'il l'ait sçu*, s'il ne le dénonce, il portera son iniquité.

BAUNY.

Pag.851. *Il y a maintes choses* qui nous *dispensent d'obéir à l'Eglise.* La premiere c'est lorsque la chose, que l'on prétend sçavoir par la confession, ou déclaration de ceux qui en ont la connoissance, n'est sçue que d'un seul, &c. Quand les crimes ne sunt sçus que d'un seul, *la révélation*, qui s'en fait, *est inique.*

Page 852. *La seconde cause qui exempte* venir à révélation de la chose qu'on sçait, *c'est quand l'on manque de preuves* nécessaires à la justification d'icelle.

Page 870. *Les Loix de conscience ne nous permettent* (quelque commandement que l'on en fasse du contraire) de mettre en évidence *les fautes* du prochain, *qui ne sont pas connuës.*

S. ECRITURE.

Saint Matthieu chap. 18. v. 17. *S'il ne veut écouter l'Eglise, qu'il te soit comme Payen & péager.*

BAUNY.

Chapitre 41. *Des cas réservez à l'Evêque*, page 1025. Les Religieux mandians & autres, qui jouïssent de leurs privileges, peuvent-ils absoudre desdits cas sans la licence des Evêques qui les ont reservez ? Comme le saint Pere se décharge sur eux d'une partie de son soin à obliger les Fideles de ses graces, aussi leur donne-t-il le pouvoir à le faire, ils sont ses délegués & en cette qualité *il n'y a vice qui leur soit réservé*, rien qu'ils *ne puissent délier* & remettre *à qui implore leur secours.* Ceux qui ne goûtent ce discours objecteront que Clement VIII l'an 1601. & Paul V l'an 1617. ont révoqué toutes les graces accordees aux Réguliers par eux, & leurs prédecesseurs, avec défense, sous peine d'excommunication, d'absoudre d'aucun cas que les Evêques se seroient réservés, *mais nous disons* 1. que cette Bulle *n'a jamais* été reçuë ni publiée *en France*, 2. qu'elle *ne comprend* autres personnes *que ceux qui sont au-delà des monts.*

Malediction sur vous, qui dites le mal être le bien, & le bien être le mal, qui mettez ténebres pour lumiere, & lumiere pour ténebres, qui mettez chose amere pour chose douce, & chose douce pour chose amere.

Malediction sur vous, qui êtes sages en vos yeux, & prudents envers vous-mêmes. Esaïe chapitre 5. vv. 20. 21.

Censuit Facultas.

Cæterum remissum est judicium libri D. Stephani Bauny in aliud tempus, & ut paratiores accedant Magistri ad deliberandum accipient ab Apparitore exemplaria propositionum, & censurarum quæ lectæ fuerunt in Comitiis Facultatis : nominatusque est M. n. Grandin, qui cum D. de Mimé & DD. Charton, Coquerel, Yon, de Breda & Deputatis conficeret formulam præponendam propositionibus ejusmodi censuræ notatis, atque statutum juxta sententiam Deputatorum ut idem M. n. Grandin cum M. n. F. Nicolay catalogum componeret eorum autorum quibus abutitur idem autor, seu quorum citationes falsò & detorto sensu adhibet in confirmationem assertionum sui libri, ut ad calcem censuræ apponatur.

Anno Domini 1641. die primâ mensis Augusti, Sacra Theologiæ Facultas Parisiensis, post missam de Sancto Spiritu, solito more celebratam, ordinaria habuit Comitia in Aula Collegii Sorbonæ, &c.

D. Syndicus .... petiit ut Facultas decernere vellet quid super mandato Illustrissimi Cancellarii agendum sit, qui vetuit ne Censura in librum Stephani Bauny evulgaretur.

Sic censuit Facultas ..... quod vero attinet ad mandatum Illustrissimi atque Amplissimi Franciæ Cancellarii circa censuram F. Bauny nominatus est honorandus M. n. Stephanus Tonnelier, Parochus sancti Eustachii, qui socios assumeret DD. Charton Pœnitentiarium, de Mimé, Grandin & Nicolay qui exhiberent eidem D. Cancellario catalogum autorum ab ipsis collectorum quibus abusus est prædictus Bauny ut suam doctrinam stabiliret ; denique rogatus est honorandus M. n. Roger Syndicus, ut epistolam conficeret ad Eminentissimum D. Cardinalem Ducem, quâ certiorem redderet prohibitiunis sibi factæ ex parte D. Cancellarii Franciæ circa censuram doctrinæ moralis F. Bauny.

[a] *Voyez le texte du Levitique 3. v. 1. cy-dessus allegué.*
[b] *Voyez le Chapitre 13. de l'Epistre aux Hebreux, cy-devant allegué pag. 19.*

Exemplar Epistolæ ex parte Facultatis Eminentissimo Cardinali directæ.

SApiens ille filius Sirach scitè & eleganter scripsit; hoc passionem magnam esse omnibus hominibus & jugum grave super filios Adam; jugum istud si placet, in præsenti proposito intelligere de prolixa novorum librorum sarcina quibus obruimur quorum volumina quasi falces volantes demetunt pulchritudinem agri Ecclesiastici, & vastant decorem Carmeli. Equidem verius spinæ sunt, tribuli sunt, quos maledicta in opere nostro terra germinat, & quibus eruncandis insudat quotidie Facultas, at tu, Eminentissime Cardinalis facies, si placet, idem quod columna illa ignis Hebreorum quæ & angues,& spinas deserti enecabat & comburebat. Sine istis enim librorum spinis Christianus mundus fuit, eritque. Quasi unus ex istis est liber F. Stephani Bauny cujus errata & annotata sensa,& falso citata verba autorum bonorum, quibus imponit, & quos transvertit, placeat audire & accipere à S. M. n. Lescotio homine fideliter tuo, ut censura nostra in Comitiis ordinariis jamdiu concepta veniat ad partum, qui certè toti Ecclesiæ Dei tam auspicatus erit, quàm à bonis & doctis omnibus pridem competitus & desideratus: Facultatem obligaveris longissimè & ipsa preces suas ad Deum pro Rege nostro Christianissimo, & pro sacri capitis tui conservatione incitatiùs & ardentiùs profundet.

Eminentiæ tuæ,

Obsequentissimus D. Decanus & Magistri Facultatis Sacræ Theologiæ Parisiensis.

Ex Sorb. tua, die 1ª Augusti 1641.

Anno Domini 1641. die secundâ Septembris, Sacra Theologiæ Facultas Parisiensis, post missam de Sancto Spiritu, solito more celebratam, ordinaria habuit Comitia in Aula Collegii Sorbonæ, &c.

Honorandus M. n. Elias du Fresne de Mimè retulit honorandum Magistrum nostrum Stephanum Tonnelier Parochum sancti Eustachii sibi per Apparitorem Facultatis significasse, ut suo nomine refferret quæ acta fuerant apud Illustrissimum Dominum Franciæ Cancellarium circa negotium censuræ libri Stephani Bauny, quia ipse non poterat accedere ad Comitia. Itaque retulit Dominum Cancellarium insinuasse se nolle impedire ne Facultas ferat judicium de doctrina dicti F. Stephani, petiisse tamen breve excerptum præcipuorum erratorum super quo posset ad Regem Christianissimum & ad Eminentissimum D. Cardinalem Ducem rescribere antequam negotium concluderetur à Facultate circa evulgationem censuræ.

Sic censuit Facultas, satisfaciendum esse voluntati Illustrissimi Domini Cancellarii, eique communicandum breve excerptum erratorum cum collectione autorum perperàm citatorum à F. Stephano Bauny.

Anno Domini 1642. die secundâ Januarii, Sacra Theologiæ FacultasParisiensis,post missam de Sancto Spiritu, solito more celebratam, ordinaria habuit Comitia in Aula Collegii Sorbonæ, &c.

Honorandus M. n. Antonius de Breda Syndicus dixit, finem tandem imponendum censuræ libri P. Bauny, & propterea aliquos nominandos ex iis qui examinarunt ut adeant EminentissimumD.Cardinalem Ducem, eique exhibeant & exponant errorum capita præcipua, & loca aliqua in quibus autoritatibus Scriptorum abutitur.

Facultas annuit propositionibus factis per D. Syndicum.

Anno Domini 1644. die primâ mensis Aprilis Sacra Theologiæ Facultas Parisiensis, post missam de Sancto Spiritu, solito more celebratam, ordinaria habuit Comitia in Aula Collegii Sorbonæ, &c.

Dominus Syndicus retulit scriptum editum fuisse suppositirio quodam nomine contra excerptum Theologiæ moralis Jesuitarum, in quo multa in M. n. Franciscum Hallier contumeliosa, & ipsi etiam Facultati falsò imposita continebantur, quasi ipsa librum Stephani Bauny approbârit, quem tamen censuræ subjecerat superioribus annis, quamquidem evulgasset,nisi ab Illustrissimo Domino Franciæ Cancellario supersedere jussa fuisset, donec Eminentissimus Cardinalis Richelius rediret.

Hæc monumenta in M. S. Censuris Sacræ Facultatis Parisiensis ad annos prædictos reperiuntur.

Anno Domini 1640.

Die decimâ ſextâ Junii Robertus Conſtantin, Andinus, in actu Veſperiarum, quaſdam propoſitiones, reprehenſione dignas adverſus Romanum Pontificem, tum de Conciliis poſuit, ad quas retractandas eum compulit Sacra Facultas.

N. Y. A. H.

QUESTIO THEOLOGICA.

Quæ eſt Agni ſponſa? Apocal. 21.

Eccleſia ſancta, Civitas Dei viventis, mater fidelium quibus eſt ſuprema fidei regula & controverſiarum Judex, non verò Scriptura, cujus decretis quiſquis reſiſtit, habendus eſt ut Ethnicus & Publicanus; traditiones divinas etiam non ſcriptas admittit, quibus ejus veritas ſolidatur. Huic per Scripturas ſacras voluntatem ſuam notam fecit Deus, in quarum numero Tobiæ, Judith, Eſther quæ Artaxerxem Longimanum conjugem habuit, & Machabæorum Libri ſunt reponendi. Nullus fuit Caïnam inter Arphaxad & Sale, Job in Idumæa natus Rex fuit. Apoſtoli poſt converſionem, bonorum ſuorum non abdicavêre Dominum: non licebat Judæis dare uxoribus pro libito libellum repudii. Concilium generale univerſam repræſentans Eccleſiam, habet immediatè autoritatem & infallibilitatem à Deo.

Fundamentum aliud non eſt in Eccleſia quàm Chriſtus Jeſus, cujus per hæc verba Joan. 20. *Paſce oves meas*, ſupra cæteros Apoſtolos firmatus eſt Petri principatus, ideo petram de qua loquebatur intellige eum S. Auguſt. fidei confeſſionem. Eccleſiæ claves à Chriſto accepit cùm dedit Petro & reliquis Apoſtolis, quibus Principem eum præficiens, unam cathedram conſtituit, ut Eccleſia una monſtretur. Romana ergo ſedes, quam Petrus fundavit dimiſſâ Antiochenâ, origo eſt & centrum Eccleſiaſticæ unitatis; nec qui à Petri cathedra diſſidet vivit Catholicus. Sanctus eſt, & à Scriptura in actibus Apoſtolicis principium accepit, ritus eligendi Epiſcopos, ex Cleri ſuffragiis & populi conſenſu: conſilium Evangelicæ paupertatis non ſequitur, qui dimiſſâ ſuis hæreditate, petit Monaſterium. Marcus ex 70. Diſcipulis non fuit.

Donatio Conſtantini, & omnes ferè Pontificum epiſtolæ uſque ad Siricium dubiæ ſunt fidei.

Epiſcoparus fons & plenitudo totius Hierarchiæ poteſtatis, in Eccleſia unus eſt, & licèt à ſingulis in ſolidum pars retineatur, ſingulis tamen ex officio incumbit, univerſæ providere Eccleſiæ, [illegible]. Neceſſitatem appellationum, quas in majoribus & in minoribus cauſis, ad Epiſcopum Romanum Affricana non admittebat Provincia, ante Sardicenſe in tota Eccleſia ignotam, excludebat uſus formatarum, quo fiebat, ut qui ſemel à proprio Epiſcopo erat excommunicatus, ab alio recipi non poſſet: ex hinc verò frequens & in Occidente, & in Orienre appellationum ad Romanam ſedem conſuetudo viguit. Nicæno 6. Canone decretum eſt, ut jus Metropolitìcum, quo per Ægyptum, Lybiam & Pentapolim Alexandrinus Patriarcha utebatur à Meletio turbatum, conſervaretur, ad normam illius, quod Epiſcopus Romanus per Eccleſias ſuburbicanas, quas non totum Occidentem nec ab urbis Vicario, ſed à loci ſitu ſic nuncupaveris, ut Metropolitanus obtinebat.

Penes Romanum Pontificem eſt ſollicitudo omnium Eccleſiarum, & in Conciliis ordinario jure præſidere. Conſtantinopolitanum 2. cui nec per ſe, nec per Legatos præfuit, vim tamen generalis obtinet. Provincialia quos in fide & moribus edunt, Canones obligant, ut de Africanis patet contra Novatum & Pelagium: mos antiquus viget in Gallia, Nationalia non convocari invito Principe. Quod ſemel in Spiritu ſancto congregatum fuit ulteriorem confirmationem non expectat. Synodus plenaria in qua ſopitam Anabaptiſmi cauſam ſcribit beatus Auguſtinus, Nicæna non fuit, ſed Arelatenſis 1. coacta Conſtantino promovente ad componendum cum Cæciliano ſchiſma Donatiſtarum; quorum ad pœnitentiam manus impoſitionem, Epiſcopis ad ſe tranſeuntibus adhiberi ſolitam, rectæ diſciplinæ Eccleſiaſticæ contrariam Melchiades pronuntiavit.

Jure divino tenentur Epiſcopi in Parœciis ut Curati reſidere, nec ſine adulterii periculo, relicto quem primum habuere Epiſcopatu, ad alium poſſunt tutâ conſcientiâ, abſque gravi ratione, transvolare: qui jam præbendatus, aut ſimili gaudens officio, Paſtorale animarum beneficium ſuperinducere non veretur, in eadem damnatione eſt, à qua ſine juſta cauſa, nulla diſpenſatio poterit expedire. Penſionum quas vetus neſcivit Eccleſia, cauta

cauta debet esse creatio, nec aliàs quàm ob provectam multorum laborum resignantis ætatem, aut per concordiæ viam sine peccato ab Episcopis concedi possunt. Beneficia Ecclesiastica ambiri non postulant, sed donari doctis ac piis, non indignis; nec compensationis locum tenere debent, sed officii & oneris. Qui spiritualibus inhiat ut metat temporalia, damnationem acquirit.

Qui donat aut qui recipit Beneficium, honoris, aut commodi causâ, uterque reus est, sicut & qui à peccatorum sordibus confugit ad dignitatem Sacerdotii, tanquam ad pœnitentiæ statum; proximus post Episcopum Archidiaconus, ejus oculus & assiduus comminister, plebem sibi subjectam in conscientia tenetur regere, animam pro anima redditurus. Canonici quorum institutum ab Ecclesiæ Canonibus tanquam à regula nomen accepit, in partem sollicitudinis Episcopalis vocati, non solùm psalmodiæ vacare, sed & Verbi præcones esse debent, & in Domini vinea vigiles operarii. Parochus, quos ex suis scandalo Ecclesiam graviter offendere videt, posset excommunicare. Monachi & Regulares, quorum officium est plangere & pœnitere, in omnibus debent esse subjecti Episcopis, qui nisi jusserint, iis Hierarchica omnis interdicitur functio. Non debent, ut dominantes in Clero à Pastoris custodia, maximè verò à Missis Parochialibus & Sacramentorum perceptione, ejus subditos avocare, sed humilitatem sectari, ut sint veri Ecclesiæ filii, *Quæ est agni sponsa.*

De his, Deo duce, respondebit ROBERTUS CONSTANTIN, *Andinus, in sacra Theologiæ Facultate Licentiatus Sorbonicus. Die Sab. 16. Junii, horâ post meridiem solitâ, anno Domini* 1640. *in aula Sorbonica.*

Pro Actu vesperiarum.

Epistola M. Constantin ad Eminentissimum Cardinalem Richeleum, circa prædictam Thesim Vesperiarum.

CUm summæ & prudentiæ & autoritati tuæ Ecclesiæ atque ut Regni salus innitatur. Ita te E. C. dissentionum quæ utrinque exoriri possunt arbitrum ac disceptatorem agnoscant omnes necesse est: quæ mihi causa animum dedit, ut te supremo rerum moderamini atque publicæ paci, pervigili ac indefesso studio incumbentem, audeam interpellare, præsidium tuum in summa in qua nunc versor agitatione, implorare. Ex more institutoque Facultatis, evulgaveram nuper positiones aliquot ex probata receptaque tot retrò sæculis majorum nostrorum doctrinâ collectas, quæ in eo specimine ventilarentur, quod postremùm exhibendum est laureæ Doctoralis candidatis; quas cùm pro munere meo clarissimo Syndico obtulissem emendandas, ipse eas semel, atque iterum examinatas chyrographo suo firmavit. Verùm etsi id nullo partium studio, sed solo ediscendæ veritatis amore ductus præstitissem, præter opinionem meam factum est ut nonnulli externæ ditionis, & exoticorum dogmatum quam Gallicæ libertatis ac splendoris studiosiores, me in suspicionem affectati erroris trahere conati sint, eò quòd nonnulla ad legitimam Regiæ potestatis defensionem inseruerim, tabellamque meam indiscussa causa, meque inaudito, in Comitiis quibusdam per insolitam factionem non ex ritu solemni indictis, sed iis data opera majore numero vocatis quos turbarum suarum fautores habent, præjudicatâ sententiâ damnare tentaverint, quasi sedis Apostolicæ autoritati (cui ita me addictum ut Catholicum & Theologum hominem decet, multæ illic conclusiones palàm profitentur) quicquam detractum voluissem. Hæc rei gestæ summa, cujus penes te, Emin. Card. integrum arbitrium est, cuique ita me summitto, ut, si ex fide & veritate est, quod protuli, tuo oraculo tuearis, si quid peccatum, censurâ tuâ corrigas; meque in omnibus ut sincerum veritatis amatorem, tuæque dignitatis: ut par est, obsequentissimum cultorem ab iniqua hominum plus æquò suis, ac peregrinis sensibus addictorum impugnatione defendas. Hoc ab usitata sapientia, hoc ab incredibili humanitate tua expectat, omnique animi demissione supplex contendit, Cardinalis Eminentissime,

Tuæ Eminentiæ,

Devotissimus Cliens.

Datum apud Sorbonam tuam 27. *Junii.* 1640.

Responsum Eminentissimi Cardinalis Richelei epistolæ M. Constantin.

Cum tuas litteras accepi jam ad nos de tuis positionibus ortus rumor pervenerat: gaudeo me in ea quam de te concepi opinione non deceptum: credidi te nullâ ratione adduci posse, ut quidquam proferre velles quod legitimam Pontificis autoritatem imminueret, & Facultatis pacem interturbaret, id ad me missa tua epistola testatur. Quæ in Theseon tuarum contextu duriùs quàm par sit dicta videntur, adnotavi. In iis quid sentias clariùs explicabis. In problematicis, ut libet, sentiendum; in iis verò quæ ad veritatis definitæ quæstiones pertinent, ne rectè sentienda fidem ludere videamur, cautissimè loquendum. Hanc ut serves regulam præcatur,

Tui Amantissimus,

Arm. Card. de Richelieu.

Lettre du Cardinal de Richelieu aux Docteurs de la Faculté de Theologie de Paris, au sujet du sieur Constantin.

MESSIEURS,

Le desir extrême que j'ai qu'il ne se fasse rien en Sorbonne qui puisse être mal interpreté, m'obligea il ya quelques jours, sur l'avis que l'on me donna, que les Theses de Monsieur Constantin avoient fait du bruit dans Paris, parce qu'elles étoient ambiguës, de mander audit sieur Constantin, que je le priois de m'éclaircir de ses intentions en ce sujet. Je ne puis que je ne vous témoigne le contentement que j'ai reçu de la soumission de sa réponse, & de la saine explication qu'il donne à ses Theses, laquelle vous verrez par sa déclaration que je vous envoye, ne doutant point que vous n'en ayez la satisfaction que vous pouvez desirer. Je m'assure que vous jugerez qu'il est à propos de ne parler pas davantage de cette affaire. Cependant vous croirez, s'il vous plaît, qu'en toutes occasions vous me trouverez,

MESSIEURS,

Votre très-affectionné à vous servir, le Cardinal DE RICHELIEU.

D'Amiens, ce 12. Juillet 1640.

Et au dos étoit écrit.

A MESSIEURS
Messieurs les Doyen & Docteurs de la Faculté de Theologie à Paris.

Declaratio seu expositio data à M. Constantin circa propositiones in actu Vesperiarum propugnatas, quas censurâ dignas judicatum fuerat.

Cum evulgatis per me decimâ quintâ Junii Thesibus vesperiarum acceptissem, à nonnullis alienam planè & meo sensui contrariam interpretationem attribui, quædam in his obscuriora maximè quæ ad sanctam sedem Apostolicam & Regulares pertinent, palàm ac sine ambagibus enodare, & animi sensa aperire decrevi.

Atqoe hæc primùm mihi mens fuit nullam in dubium adducere earum quæstionum, de quibus inter Catholicos omnes convenit, & quas universa Ecclesia amplectitur.

Unde & summum Pontificem agnosco Ecclesiæ Catholicæ caput, ejusque potestatis & autoritatis primarum, quem in Ecclesia obtinet, non modò Ecclesiastico, sed Divino jure fundatum ac stabilitum esse confiteor, verbis istis Johan. 20. *Pasce oves meas*, sicut declaratum à me credebam ea positione, cujus initium est *Fundamentum aliud non est in Ecclesia quàm Christus Jesus*, cujus per hæc verba Johan. 20. *Pasce oves meas.*, supra cæteros Apostolos firmatus est Petri principatus.

Præterea vis appellationum ad sanctam Sedem Apostolicam inviolabiliter & per omne tempus spectasse sentio, nec primùm introductum, ejus attributum à generali Concilio Sardicensi, sed tantùm harum appellationum usum ante Sardicense prædictum in tota Ecclesia aut nullum, aut non adeo frequentem extitisse dixi, aut dicendum duxi.

Quod ad Regulares spectat eos nullatenus vituperare intendo, qui relictâ suis hæreditate perunt Monasterium, sed tan-

cùm arbitratus sum illos non ita exactè ad litteram & perfectè Evangelicæ paupertatis consilium sequi, quàm eos qui erogato pauperibus patrimonio in Regularium disciplinam se recipiunt propter hæc verba Christi, Matth. 19. *Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo: & veni, sequere me.*

De cætero quod in postrema positione scripsi, sic intelligo, ut velim eos ex Regularibus qui plebem à Parochialibus Missis, & Sacramentorum in iis perceptione avocant, peccare: eos denique Regulares, si spectentur jure ordinario & ex primævâ institutione seclusis privilegiis, subjectos & summissos esse Episcopis.

Alia Declaratio M. Constantin circa easdem propositiones.

Cum die decimâ sextâ Junii præsentis anni 1640. audivisset sacra Facultas Theses de quibus responsurus erat in actu Vesperiarum M. Robertus Constantin ambiguè fuisse descriptas ab eo, ipsemet sponte palam & sine ambagibus enodavit, & animi sui sensa aperuit modo sequenti.

In secunda appendice linea 2.

Fundamentum aliud non est in Ecclesiâ quàm Christus Jesus, &c. *ideo petram de quâ* loquebatur intellige Petri confessionem.

Declaratio.

Declaro me excludere personam sancti Petri à ratione fundamenti, & me intelligere confessionem ejus fuisse motivum propter quod super illo Petro fundavit Christus Ecclesiam suam; unde & summum Pontificem agnosco Ecclesiæ Catholicæ caput, ejusque potestatis & auctoritatis primatum quem in Ecclesiâ obtinet, non modò Ecclesiastico, sed Divino jure fundatum & stabilitum esse confiteor verbis istis Joannis 20. *Pasce oves meas.* Per quæ verba supra cæteros Apostolos firmatus est Petri principatus.

In eadem appendice.

Ecclesia claves à Christo accepit cùm dedit Petro.

Declaratio.

Declaro Christum dedisse immediatè Petro claves, non autem Ecclesiam dedisse Petro.

In tertia appendice.

In Ecclesiâ unus est Episcopatus, & licèt à singulis in solidum pars teneatur, singulis tamen ex officio incumbit universæ providere Ecclesiæ.

Declaratio.

Declaro me sic hanc Thesim intelligere, quòd singuli Episcopi in necessitate Ecclesiæ debent auxilium suum conferre ad subveniendum Ecclesiæ. Utpotè cùm aliqua hæresis grassator in aliqua Diœcesi, dormitante proprio Episcopo, debent vicini Episcopi, quantùm in ipsis est, providere huic malo.

In eadem appendice.

Necessitatem appellationum quas in majoribus & minoribus causis ad Episcopum Romanum Affricana non admittebat Provincia, ante Sardicense, in tota Ecclesia ignotam excludebat usus formatarum.

Declaratio.

Declaro jus appellationum ad sanctam sedem Apostolicam inviolabiliter & per omne tempus jure divino spectasse, nec primùm introductum eive attributum à Concilio Sardicensi, sed tantùm barum appellationum usum ante Sardicense prædictum non adeo frequentem extitisse.

In quarta appendice, linea 2.

Provincialia quos in fide & moribus edunt canones; obligant, ut de Africanis patet.

Declaratio.

Declaro quòd prædicti Canones obligant, si communi Ecclesiæ consensu & usu recipiantur, vel à generali Concilio, aut à summo Pontifice approbentur.

In eadem appendice.

Quod semel in Spiritu Sancto congregatum fuit, ulteriorem confirmationem non expectat.

Declaratio.

Declaro me per voces (*semel in Spiritu sancto congregatum*) intelligere celebratum consummativè in Spiritu sancto.

In secunda appendice.
Ubi de Regularibus.

Consilium Evangelicæ paupertatis non sequitur, qui dimissâ suis hæreditate petit Monasterium.

Declaratio.

Declaro me arbitrari illos non tam exactè ad litteram & perfectè Evangelicæ paupertatis consilium sequi, quàm eos qui erogato pauperibus patrimonio in Regularium disciplinam se recipiunt : propter verba Christi, Matth. 19. *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus.*

In ultima appendice.

De iisdem Regularibus.

Monachi & Regulares debent in omnibus esse subjecti Episcopis, qui nisi fuerint iis Hierarchica omnis interdicitur functio.

Declaratio.

Declaro me sic ita intelligere, ut velim eos ex Regularibus qui plebem à Parochialibus Missis, & Sacramentorum in iis perceptione avocant, peccare. Eos denique regulares, si spectentur jure ordinario, & ex primæva institutione, seclusis privilegiis, subjectos & summissos esse Episcopis.

Theses istæ cum duabus Declarationibus Roberti Constantin, unà cum Epistolis Eminentissimi Cardinalis Richelei nuper editæ sunt inter gallica monumenta ad historiam Ludovici XIII. pertinentia.

Anno Domini 1641.

Propositiones aliquot excerptæ ex libro qui inscribitur: De Hierarchia & Hierarchis. Lib. IX. *A P. Ludovico Cellotio Parisino, Societatis Jesu Theologo. Rothomagi apud Joannem le Boullenger, propè Collegium Societatis Jesu M. DC. XLI Permissu Superiorum. Cum declaratione conceptis verbis ab Autore circa easdem prolata.*

I.

DE HIERARCHIA Ecclesiastica.

Ex lib. 3. c. 16. pag. 154. initio cap.

UNiversalem Ecclesiæ Hierarchiam in strictiore significato sumptam, in tres partes, seu partiales Hierarchias distribuo; earumque singulis tres gradus assigno. PRIMAM ET SUPREMAM CHARISMATUM, seu gratiarum gratuitarum; mediam Ordinis; infimam Jurisdictionis appello. In prima Sanctitas est : In secunda, Consecratio : In tertia, Missio. Prima dat autoritatem Excellentiæ; altera simpliciter Potestatem, aut (ut D. Thomas) Officium; ultima Jurisdictionem.

LUDOVICUS Cellotius è Societate Jesu, mentem suam declarat in quosdam locos Operis sui de HIERARCHIA ET HIERARCHIS.

I.

Lib. 3. c. 16. & seq.

Quod spectat ad Hierarchiæ divisionem; declaro eam Hierarchiam, quam Charismatum appellavi, NON ESSE PRIMAM ET SUPREMAM HIERARCHIAM, *in ratione Hierarchiæ. Imo etiam, quamvis in Hierarchia soleant esse Charismata, tamen in Charismatibus, aut ex Charismatibus per se & præcisè sumptis, (hoc est, si is, qui habet Charismata non habet Ordinem aliquem ex septem vulgò dictis, vel Jurisdictionem) non esse Hierarchiam, nisi prout Hierarchiæ nomen latè & æquivocè sumitur.*

Lib. 7. c. 1. sic inscribitur p 553.

Religiosos, qua tales, ad Ordinis Hierarchiam pertinere monstratur.

Lib. 8. cap. 1. pag. 662. circa finem.

Sit illa denique, si vis, Status Hierarchiæ, nuncupatione à vitæ & conditionis professione deducta, in qua Hierarchiam videbis in statu acquisitæ, Religiosos in acquirendæ perfectionis: Doctores in statu acquisitæ perfectionis quoad intellectum.

In fine cap. 2. pag. 664.

Quomodo Hierarchicum perficiendi, illuminandi, purgandi officium exequantur, si quæris; Respondebo id facere doctrinâ, exemplo, merito.

Cap. 6. pag. 681. circa finem.

Prophetiam verò cùm audis, & Sapientiam & Linguas & Curationes, & alia ejusmodi, ab Ordine & Jurisdictione minimè pendentia, NOLO SEQUIOREM SEXUM excludas, &c.

In Prochodochiis frequentissimæ sunt id genus opitulationes, & faciendis miraculis naturæ Domino utrque sexus ministrat. Cur ergo feminas à gratiis, gratias à Hierarchiâ, QUIA DANTUR FEMINIS, abigamus.

Cap.

Cap. 14. pag. 701. circa finem.

Doctores sacros, ab Ecclesiasticâ Hierarchiâ non esse extorres, sed in eâ jure optimo constitui: eorum porro Hierarchiam nullâ necessitate esse Ordinem, minus etiam Jurisdictionem: Hanc igitur charismatum.

Cap. 14. pag. 705. circa medium.

Da, si vis Alcuinum, qui à prælato & saniore parte Capituli, pueros Grammaticis studiis initiandos assumat, idque faciat, ad Ecclesiæ utilitatem, & ædificationem, &c. Ei-ne legitimam autoritatem, &c. denegabis? pro captu ergo & artis & discipulorum suorum Hierarchisat, eò utiliùs, quò minùs speciosè.

Cap. 15. pag. 706. sic inscribitur,

Hierarchiæ Charismatum tertius ordo, qui est Doctorum Canonici Juris exponitur.

Lib. 9. cap. 1. pag. 757. in medio.

Qui autem clericorum magis sunt in statu, quàm qui se tribus, & nonnunquam pluribus votorum vinculis constrinxerunt, ne dimoveri possint? Qui magis ordinem sequuntur, quàm qui ordinis nuncupationem sortiti sunt?

Lib. 9. cap 19. pag. 944. circa medium.

Quidni purgari & illuminari possit à subdito, à Religioso, à Laïco Hierarchia?

De Angelico in conficiendis Sacramentis, & pascendis hominibus ministerio.

II.

Ex lib. 1. cap. 18. pag. 39. & 40.

UT Angeli comministri sint nostri, operum duces, & perpetui in sanctissimis illis Mysteriis adjutores, ut sequenti libro videbimus: in quam Hierarchiæ sanctitatis partem, assumptos ex hominibus, cœlestis Hierarcha non vocat. Quare actionibus Hierarchicis hominem angelus antecellit.

Lib. 2. cap. 19. pag 85. in fine.

Confirmata Angelis Episcoporum & Sacerdotum nuncupatione, quid apertiùs postulas ut rem ipsam, & pro modo, munus & officium afferam?

L. 2. c. 19.

Ubi Angelos appello Episcopos & Sacerdotes, non sumo Episcoporum aut Sacerdotum nomen strictè ac propriè, sed tantum latè & impropriè, quod eo loco satis expressum putavi, his verbis; confirmata Angelis Episcoporum & Sacerdotum nuncupatione, quid apertius postulas, Lector, ut rem ipsam, & pro modo munus & officium afferam

Hæc autem verba, Actionibus Hierarchicis hominem Angelus antecellit, *nolim simpliciter intelligi, quasi Sacramentorum administratio sit magis ab Angelo, quàm ab homine, sed tantùm, secundùm quid, quia Angeli in sanctissimis Mysteriis homines adjuvant, faciuntque præsidiis suis, ut ea illi rectè administrent, ut expressiùs dixi loco ante citato, pag. 85.*

Cap. 20. pag. 90. circa initium.

Addo ex Apocalypsi aliud, etsi non ejusdem roboris, non contemnendum tamen testimonium. Mulier enixa fugit in solitudinem, ut ibi pascant eam diebus mille ducentis sexaginta. Si mulier illa Ecclesia est, metu persecutorum in desertum abrepta, qui sunt Pastores ejus futuri? an homines? At illi ipsi sunt qui fugiunt, qui latent, qui pascuntur, Angeli ergo, qui Mulieris partum rapiunt in cœlum: iidem matrem pascunt.

De collatione Legis Mosaicæ cum Evangelica.

III.

Ex lib. 3. cap. 3. pag. 122. post medium.

VIdes, Lector, quàm honorificè de Lege loquatur cum Apostolo S. Augustinus, eamque non suo, sed concupiscentiæ vitio improbis obesse dicat, tantum ex accidenti, non per se & quantum in se est Persici autem Dei gratia, non ab ipsa lege aliena, ex alia quadam lege mutuò sumpta, sed ipsi non minùs quàm Evangelio intrinseca.

III.

Lib. 3. c. 3. §. 7.

Cùm dico, Dei gratiam legi Mosaicæ, non minùs quàm Evangelio intrinsecam. Per intrinsecam, intellige necessariò adjunctam, sive necessariam, adeo ut sicut lex nova sine Dei gratia impleri non potest, ita nec sine ea impleri potuerit Lex Mosaica, ut fusè disputavi eodem lib. & cap. §. 1. pag. 106. & 107. Alioqui enim agnosco, & Catholicam doctrinam esse dixi pag. 105. totam gratiam quæ in Mosaica lege concessa fuit, profectam esse à Christi futuris in nova lege

meritis, & ampliorem multò, potentiorem-que gratiam hominibus tribui in lege nova, quàm olim data fuerit in lege Mosaica, quod conceptis verbis affirmo eadem disputat. §. 5. *pag.* 120.

De Conciliorum Oecumenicorum convocatione.

I V.

Ex lib. 4. cap. 10. pag. 198. circa finem.

CÆterum quod aliàs decreverat Constantiense Concilium, ut qunque decennin Synodus generalis cnnvncaretur, ad reformatinnem Ecclesiæ, tam in capite, quàm in membtis, posteritas maln suo experta omisit exequi, memor Ariminensis, Ephesinæ utriusque, quintæ, octavæ Synodorum antiquarum. Et in margine habet, Concilinrum Generalium periculosa convocatio.

I V.

L. 4. c. 10.

Conciliorum Generalium convocationem dixi periculosam, intellige aliquando, neque verò mihi mens unquam fuit, convocationem istam non esse sæpe numero utilissimam ac saluberrimam Ecclesiæ Dei, aut etiam non esse quandoque necessariam. Quin potius utrumque planè affirmo & profiteor. Nam si Conciliorum Provincialium maximam in Ecclesia utilitatem esse dixi, postea eodem libro cap. 11. p. 201. Quanto potiori jure de Generalibus illud affirmandum est?

De autoritate Conciliorum & Pontificum.

V.

Ex lib. 4. cap. 12. pag. 208. circa initium.

SUpra vidimus publicam RECLAMANTIS ECCLESIÆ VOCEM PONTIFICUM ET CONCILIORUM DECRETIS ROBUR DETRAXISSE, quæ passivæ infallibilitatis pars est, & species.

V.

L. 4. c. 12.

Quod dixi publicam reclamantis Ecclesiæ vocem Conciliorum & Pontificum Decretis robur detraxisse, sic accipiendum est, ut primo per Ecclesiam intelligam fidelium multitudinem per orbem dispersam. 2. Per Decreta nolim ea intelligi Decreta, quæ sunt de rebus fidei, sed ea tantum quæ spectant ad mores, & disciplinam, atque omnino ad res eas quæ pro diversis temporibus ac locis solent & possunt esse aliæ atque aliæ. 3. Per DETRACTUM ROBUR, *nolim Conciliorum, aut Summorum Pontificum autoritatem & potestatem à fidelium per orbem dispersorum arbitrio, aut voluntate pendere, sed tantum quandoque fieri, ut Conciliorum & Pontificum Summorum Decreta, sicut vulgo dici solet, non obligent* in actu secundo, *sive quia fideles tandem desierint ea observare, usùsque contrarius paulatim introductus ac receptus fuerit, sive etiam quod fideles justis & gravibus de causis ea nonnunquam receperint. Quæ omnia intelliguntur apertius ex doctrina à me tradità eodem lib. cap.* 10 *p.* 197. & 198. *quò locus iste lectorem remittit.*

De Jurisdictione & autoritate quam tribuit Autor Superioribus Regularium in Conciliis.

V I.

Ex lib. 4. cap. 5. pag. 177. circa finem.

QUnad Episcopos spectat, seu potius *Hierarchas*, (alios enim aliquos ipsis hac in prærogativa conjungi dicturi sumus inferius,) *eos solos cum Pontifice jus suffragii, & definiendi autoritatem habere.*

Lib. 5. c. 14. pag. 344. circa initium.

Tertium argumentum deduco ex actibus Hierarchicis, quos in Conciliis Provincialibus, generalibusque exercent ab antiqun Abbates, &, ex quo Religiosi Mendicantes exnrti sunt, eorum Ordinum Generales. Nam si ens judicasse, decrevisse, subscripsisse monstravero, licet aliquando ad Sacerdotii dignitatem evecti non essent, *eo tantum nomine quod Abbates, seu Archimandritæ Monasteriis præessent, nonne confecero Hierarchas esse, & quidem eximio post Episcopos gradu?* &c. Quid amplius habent in Synodn Episcopi, quam ut sedant & ordinent.?

V I.

L. 5. c. 14.

Abbates & alii Regularium Superiores, non per se præcise & ex eo quod Regulari præsunt Ordini, jus habent assistendi Conciliis, atque in iis deliberandi. Sed iis assistunt atque in iis decernunt, tantum ex privilegio.

Pag. 345. in fine, cap. 14.

Sufficiunt opinor ista, ut vel nscitantia, vel ignnrantia Doctoris Hallier revincatur, qui docet Monasteriorum & integrnrum etiam Ordinum Præfectos, nnnnisi peculiari privilegio Conciliis Oecumenicis interesse

De Privilegiis Regularium.

VII.

Ex lib. 5. cap. 20. pag. 374.

HOrum igitur operum Hierarchicorum, si negetur facultas (Mendicantibus) tolli etiam finem necesse est: at fine ex rebus ablato, illam ejusce modi Religionum essentiam; id est Religiones ipsas deleri & dissipari necesse est. Dicam equidem quod sentio, &c. talem ab Ecclesia Religionis formam potuisse non probari, atque invehi, facilè concedo; sed eam quæ alienæ saluti serviat, sine privilegiis erigi potuisse, aut etiam cum illis revocatis conservari posse nunquam mihi persuadere potui.

VII.

Cap. 22. pag. 393. circa initium.

Hæc enim sic data potestas, (Mendicantibus) legitimo judicio, interlocutione Pontificis, & in Jus Canonicum relata, jam non Privilegium, sed Jus est. Adeo ut verè se dicere possint, habere à Jure potestatem.

L. 5. c. 20.

Ordinum Regularium Privilegia, *quibus sunt à potestate & jurisdictione Episcoporum exempti, revocari & tolli possunt, & ita quidem ut iis revocatis & sublatis, adhuc remaneret essentia Ordinum Regularium, etiam Mendicantium & aliorum, qui per Sacrorum ministerium alienæ saluti serviunt. Non tamen id fieret sine aliqua ejusmodi Ordinum imminutione & alteratione.*

De approbatione ad confessiones excipiendas.

VIII.

Ex lib. 5. c. 24. pag. 399. circa medium.

NEque mihi à vero aberrare videntur ii, qui arbitrantur, si quis bona fide in Confessarium eligat virum publicè notum, & pro sufficiente habitum, quemque putet ad id muneris expositum esse, validè absolvi. Quia communi arbitrio, & errore vulgi reputatur idoneus. Tunc enim Pontifex in favorem fidelium tacitè Jurisdictionem concedere judicatur.

VIII.

L. 5. c. 14.

Dixi non videri mihi, à vero aberrare eos, qui arbitrantur si quis bona fide in Confessarium eligat virum publicè notum, & pro sufficiente habitum, & quem putet ad id muneris expositum esse, eum validè absolvi, quod intelligo de eo Confessario, quem pœnitens putet ad id muneris legitimè expositum esse quod hic confessiones audire soleat, Ordinario sciente & non repugnante. Tunc enim Confessarius habet ab Ordinario tacitam & virtualem approbationem, etsi non expressam & formalem.

De approbatione Regularium ad confessiones excipiendas.

IX.

Ex lib. 5. c. 24. pag. 400. in medio.

SI Sacerdotem præsentatum, aliàs doctrinâ, moribusque idoneum, aut examinare Prælatus, adeoque approbare; aut etiam examinatum, item approbare recusaverit, in usu Tridentini quid fiet homine indignam passo repulsam? Aperta enim legis verba sunt: *nullum posse, nisi approbationem obtineat reipsa*, & non privilegio repulsæ aliunde accipiat. Distinctione hîc utendum arbitror, ut secularem à Religioso separemus. Nam illi puto interdici Confessionibus, si verè & actu approbatione privetur. Id enim jus apertè sic decernit, neque babet in alio loco & lege perfugium. At Regularis Ordinum prædictorum longe alia ratio est; cui jus antiquum Extravagantium & Clementinæ dat, ut si fortè Prælati Fratribus electis & præsentatis licentiam exhibere recusarint, Pontifices ex tunc eam ipsis gratiosè concedant de plenitudine Apostolicæ potestatis, &c. Itaque de jure isto novo dejectus, ad antiquum recurret, & sibi approbationem, licentiam, jurisdictionem concessam putabit à summo Pontifice, quam inferior Pontifex injustè, ut quidem ponimus, recusarit.

Cap. 25. pag. 402. post medium. Discernit Relig. Sacerdotem ab alio Sacerdote.

Si reddis incudi, si revocas ad examen, si recoquis illa purgatoriâ fornace. Quem autem? Sacerdotem sæcularem. Is si denuò satisfecerit, altius impressa est approbatio; non obliterabis. Quia testimonium veritati datum, perdurante objecto perire non potest. Si prodiderit ignorantiam, ipse se *de vitæ libro delevit*; pronuncia testimonium errore datum fuisse, aut peritiam cui ante datum fuit evanuisse, desinit esse approbatus. *De Religioso* autem quid? *Non ita*, mi Lector; quamobrem? quia enim semel præsentari sufficit.

IX.

L. 5. c. 24.

Non debent nec possunt Regulares, saecularium Confessiones audire nisi approbationem ab Episcopo obtinnerint. Aliud quidem dixi, autores aliquos secutus, nunc autem volens ac lubens probo & amplector scriptum illud quod anno 1633. Die 19. Feb. tùm ex Ordinibus aliis, tùm è Societate nostra Superiores aliqui Eminentissimo Cardinali Duci Richelio dederunt, nominibus syngraphisque suis consignatum, atque inferius expressum, quod quidem scriptum nondùm mihi innotuerat, cùm meos de Hierarchia libros scripsi.

NOUS *soussignez Religieux de divers Ordres, tant en notre nom qu'au nom de tous les Religieux de nos Ordres en France, desquels nous promettons de nous faire avouer: Reconnoissons, QUE NOUS NE DEVONS, ET NE POUVONS prêcher la parole de Dieu dans aucun Diocese sans l'approbation & licence de Nosseigneurs les Ordinaires, lesquels nous avoüons & reconnoissons nous pouvoir examiner & révoquer ladite licence quand bon leur semblera. Nous reconnoissons aussi que NOUS NE DEVONS NI NE POUVONS OUIR LES CONFESSIONS des personnes seculieres dans leurs Dioceses SANS LEUR APPROBATION, laquelle ils peuvent révoquer quand bon leur semblera pour incapacité notoire, ou scandale public, & pour les autres causes qui pourroient survenir importantes à utilement & dignement administrer les Sacremens: Nous les supplions très-humblement de ne les juger qu'après avoir donné avis au Superieur du sujet pour lequel ils mériteront d'être révoquez, afin que s'en étant enquis, ils y donnent ordre comme nous esperons qu'ils feront, & au cas qu'ils ne le fassent, Nosseigneurs les Ordinaires y pourront pourvoir. Fait à Paris le dix-neuvième Fevrier 1633. Ce que dessus a été fait & arrêté en la presence de Monseigneur le Cardinal de Richelieu, par nous soussignez.*

Jesuites.

LOUIS DE LA SALLE.
C. MALLANT.

Mathurins.

LOUIS, General de tout l'Ordre de la Sainte Trinité de la Rédemption des Captifs.

Carmes de la Place Maubert.

JEAN AUBIN. E. VESSIER.

Jacobins de la ruë Saint Jacques.

F. GILLES D'AMOUR, Prieur des Jacobins de la ruë Saint Jacques.

Augustins du grand Convent.

F. J. AUGUSTIN CARCAT, Prieur du grand Convent des Augustins.

F. CLAUDE OZON, Docteur & Professeur en Theologie.

Cordeliers.

F. CLAUDE LE PETIT, Gardien des PP. Cordeliers de Paris.

F. M. DOLES, Professeur en Theologie.

F. J. CHASTEL, Docteur & Professeur en Theologie.

GOUVEAU, Procureur du grand Convent des Cordeliers.

Carmes Déchaussez.

F. BERNARD DE SAINT JOSEPH, Provincial des Carmes Dechaussez de France.

F. SERAPHIN DE SAINT FRANÇOIS, Vicaire du Convent des Carmes Déchaussez du Faubourg saint Germain.

Jacobins réformez du Faubourg S. Honoré.

F. JEAN DOMINIQUE RAY, Prieur des FF. Prêcheurs du Faubourg saint Honoré.

F. PIERRE DE LICQUES, Lecteur en Theologie du même Ordre.

Augustins réformez du Faubourg S. Germain.

F. JACQUES GOMBAULT, Prieur des PP. Augustins réformez du Faubourg S. Germain-lès-Paris.

F. BARTHELEMY HERVERE.

Augustins Déchaussez.

F. MICHEL DE SAINTE PAULE, Commissaire du Reverend Pere Vicaire General des PP. Augustins Déchaussez en France.

F. THOMAS DE SAINTE AGATHE, Prieur indigne des Augustins Déchaussez du Convent de Paris.

F. LOUIS DE SAINTE MARTHE, Sous-Prieur indigne.

F. CHARLES DE SAINTE PRAXEDE.

F. MATTHIEU DE SAINTE MARGUERITE.

Feuillans.

F. CHARLES DE SAINT PAUL.
F. EUSTACHE DE SAINT PAUL.
F. JEAN DE SAINT MARTIAL.

F. JEAN

F. JEAN DE SAINTE MARIE.

Minimes.

F. ANTOINE DU BRO, Provincial des PP. Minimes en la Province de France.

F. PIERRE FLASCHE, Définiteur.

Recollets.

F. IGNACE LE GAULT, Gardien des Recollets de Paris.

F. ANTOINE DES MOINES, Gardien des Recollets de Saint-Germain en Laye.

F. FULGENCE FLEURY, Vicaire du Convent de Saint-Germain en Laye.

De Charismatibus ad Episcopatum prærequisitis.

X.

Lib. 8. cap. 13. pag. 701. initio.

SUnt hæc igitur tùm contemplationis, tùm actionis Hierarchicæ membra, quorum meminisse debemus hoc loco, quod est alibi adnotatum, fundamentum, vim omnem, atque efficientiam in Dei vocatione & Charismatum communicatione consistere.

X.

L. 8. c. 13.

Hierarchiæ Ordinis & Jurisdictionis fundamentum, vim & efficientiam, in Dei vocatione & Charismatum communicatione repono: non quod non possit aliquis sine divinâ vocatione & gratiâ, ad Ordinis & Jurisdictionis Hierarchiam validè admitti, sacrosque Ordines validè suscipere & exercere, sed tantum quòd non possit licitè & debitè, ut expressè dicitur, lib. 6. c. 2. p. 422. lib. 9. c. 20. p. 947. & c. 21. p. 950.

Doctrina morum à recentioribus sumenda.

X I.

Ex lib. 8. cap. 16. §. 2. pag. 714. initio.

EX iis qui recentissimè scripserunt, Valerius Reginaldus viginti annos & amplius, se illam scientiam professum, non tamen suam in multis, sed potius aliorum sententiam sequi gloriatur: & quidem recentiorum; quoniam, inquit, quæ circa fidem emergunt difficultates, eæ sunt à veteribus hauriendæ: quæ vero circa mores homine Christiano digoos, à oovitiis scriptoribus, qui temporum nostrorum naturam & studia penitus introspexerunt: & in margine scribit. *Doctrina morum à recentioribus sumenda.*

X I.

L. 8. c. 16. §. 2.

Ex Valerio Reginaldo refero, difficultates eas quæ circa mores homine Christiano dignos emergunt, non tam à veteribus Scriptoribus hauriendas esse quam à novitiis, qui temporum nostrorum naturam & studia penitus introspexerunt. Verum id imprimis Reginaldi est, & à me refertur tanquam Reginaldi. Deinde potest Reginaldus rectè ita intelligi, ut loquatur quidem de moribus honestis, laudabilibus, & homine Christiano dignis, verum non esse de omnibus in diversum, sed tantum de iis qui pro diversis temporibus & locis mutari possunt, sicut etiam satis ipse indicat his verbis, qui temporum nostrorum, &c.

De promissione facta in Baptismo.

X I I.

Lib. 9. cap. 15. pag. 913. post medium.

VErba, abrenuncio, volo, credo; promissiooem strictam non important: *quòd susceptor voto suo nescientem puerum illigare non possit.*

X I I.

L. 9. c. 15.

Dixi in Baptismo, verba, abrenuncio, volo, credo, promissionem strictam non importare: Id verò intelligo de promissione votiva, ut tertiâ post lineâ loquor, id est, quæ fit per votum strictè & propriè dictum, quod præcedente lineâ nominavi, alioqui enim agnosco in Baptismo susceptores pro infante verè promittere, & infantem ubi rationis usum habuerit teneri ea præstare, quæ susceptores ejus nomine promiserunt.

De mediis Clero ad perfectionem necessariis.

X I I I.

Lib. 9. cap. 16. pag. 920. initio.

CLerum ad magnam obligari perfectionem, *cujus media ex se non obtinet sæcularis.*

X I I I.

Cap. 19. pag. 943. & 944.

Medium illud acquirendæ perfectionis à Religione statui Hierarchico dicam communicari, &c. Unde assentiri non

Nusquam verò à me vel dictum, vel cogitatum est, Religiosum peccata non habere expianda, ob quæ Deo supplicare debeat; imò dicto §. 2. pag. 586. expressè demonstro, quomodo Religiosa vita sit status pœnitentiæ. Pono pronuntiatum Catholicum, omnibus æquè hominibus, licet non æqualiter, necessariam esse pœnitentiam, & in particulari, Religiosum dico, pag. 587. flere commissa, & veniam à divina pietate lachrymis extundere, sibi & aliis. Item §. 3. pag. 588. refero Pœnitentiæ Sacramentum frequentissimè in Monasterio iterari, quod pro materia, saltem remotiore, peccata desiderat, non illa lethalia & gravia, sed leviora saltem, sine quibus à justis non vivitur.

Contra dignitatem Episcopalem & Clerum.

X V.

Ex lib. 9. pag. 947.

EAdem est Gratiani sententia, ad quem lectorem remitto, deprehensurum criminibus nonnullis infamem ab Episcopatu procul haberi, non vi status ipsius, sed optimo Ecclesiæ instituto, eximiam quantum quidem fieri potest sanctitatem in ministris suis exigentis.

Ex lib. 3. cap. 17. pag. 159. medio.

Dicant amabo adversarii Presbyter & Diaconus, vi Ordinis quam accipiant jurisdictionem? In quos? Qualem? Ordinariam an extraordinariam? Ex officio, an ex commissione? Illi, inquam, Presbyteri qui ad Templa mane totum expectant, dum locentur ad Sacrum faciendum? cui jus dicunt? cui imperant? in quam sublimi throno resident?

Lib. 5. cap. 15. pag. 346. post medium.

Ille vester qui missæ suæ operam locat audituris quam magnus Imperator est?

Lib. 7. cap. 12. §. 3. pag. 630. in medio.

Regulares assero vita, moribus, institutis, ad Ecclesiam non habentem maculam neque rugam, & sanctissimos ejus Canones, propiùs, quam sæculares Clericos accedere; in Religiosorum claustris, disciplinâ, constitutionibus, aio veteris Ecclesiæ sanctitatem, Canonum observantiam, Conciliis donatum cœlitus spiritum, puriùs nobiliusque quam apud reliquos in sæculo Clericos custodiri. Meus hic campus est: expecto si quid contra audes.

Lib. 7. cap. 16. pag. 920. & 921.

Non injuria quis possit dicere, scriptas olim Clericis leges, à Religiosis accuratè servari, quoniam illi de Religiosis facti sunt sæculares, hi suis constricti regulis permanserunt. Itaque in eodem uterque studio currimus; ego solus, expeditus, alacer, nusquam a sacra linea deflexus, inter adhortantium favores, plausus æqualium, ad destinatum persequor ad bravium supernæ vocationis: tu oneribus degravatus, curis. sæcularibus impeditus, turbarum frequentiâ retardatus, incertus viæ, ignarus periculi. Eandem uterque munditiem jubemur procurare: ego ab omnibus rerum externarum sordibus remotissimus, tu in luto & pice toto corpore volutatus. Ad eandem uterque pugnam ab iisdem hostibus provocamur; ego fidelibus munitus armis, & undique cataphractus progredior in campum, vim hostis habeo cognitam, artes perdidici, raro victus, sæpe victor evasi: tu latus nudas, cavere nescis, sæpe prostratus, vulneribus exhaustus, vix ut possis sperare victoriam: Ad idem in cœlo præmium invitamur uterque: Ego callem obscurum rimatus, via tenui & asperâ, cum paucis ad angustam portam erepo, illam subeo nudus vestibus, jejuniis extenuatus, pœnitentiæ laboribus & lacrymis penè eliquatus; tu bene curato corpore, splendidè vestitus latâ viâ, in multorum consortio, ridens & hilaris, eo putas pervenire?

Cap. 23. pag. 960. & 961.

Qui Religionem vovet, suum sibi quærere bonum, suam optare perfectionem, Deo pro peccatis suis satisfacere, sæcularium omnium curarum, bonorumque splendorem negligere, abjectus esse in domo Dei sui eligere, suam salutem cum timore & tremore operari velle censeatur. Quod in Episcopali munere non facilè assequetur, ubi radios infularum, throni celsitudinem, viscus divitiarum, adulationem assectarum, epularum lautitiam, vestium delicias reperturus est; & ut hæc omnia generosè abdicet, *totus aliorum, totus subditorum Hierarcha erit*, neque se, nisi velut secundario & penè dicam indirectè, perficiet.

pag. 965.

Omnes, & omnia, & ipsam Ecclesiam falli oportet, si melius in Religione quam in Episcopatu nihil est, &c. Itaque cum omnia facundiæ cujuslibet vela fuerint

expansa, cum linguis hominum & Angelorum, status Episcopalis penè supra quidquid in cælo & terra humanum est jure fuerit elatus, hoc tantum subjiciam. Atqui ab illo venitur ad claustrum.

XV.

L. 9. c. 20.

Dixi in dispositione sufficienti ad capessendum Episcopatum, hominem criminibus nonnullis infamem. Excidit ea vox, infamem, incogitanti, quam deleri volo, & reponi (criminum quorumdam occultorum reum) ab Episcopatu removeri: non vi status, sed Ecclesiæ instituto. Quod nolim sic intelligi, quasi spectatâ status Episcopalis dignitate, summa comparari non debeat innocentia & perfectio, ut quis ritè decenterque consecretur; ut ostendi eodem c. pag. præcedenti 946. Verum id scripsi, ne quis arbitretur, ita necessario ad Episcopatum afferri debere innocentiam, ut sine illa criminis alicujus etiam occulti reus, validè consecrari non possit, quod veritati repugnat & fidei.

Tantum porrò abest ut depressam ullâ ex parte, in mea doctrina velim Episcopalem dignitatem, potestatem, & sanctitatem, ut sanctè possim affirmare, eam mihi semper mentem fuisse, eorum potestatem & amplitudinem demonstrare, & quam ipse veneror, aliis venerandam proponere: quem sensum in eo Ordine cui Deo autore, deservio, religiosè conservari, & commendari admonui lib. 5. c. 25. pag. 444. Idem suo modo de Clero sæculari judicium ferri cupio, quem ex animo semper colui & honoravi; quodque in commendationem status Regularis attuli, ad in Clericorum sæcularium depressionem referri nolo, cum sua utrique statui, sine alterutrius contemptu constet in Ecclesia dignitas, & coram Deo meritum.

Quare lectorem in præfatione, atque iterum in libri conclusione precatus sum, & rogare nunquam desinam, ut contentionis & æmulationis, sed charitatis studio, ad hoc opus accedat. Et si quæ nonnunquam occurrent, verbis potius quam sensu & animo meo duriora, quod in illo scriptionis contentiosæ genere difficile est penitùs evitare, Charitas quæ non cogitat malum, toleret. Interim, donec ipse aliquando, si Deus dederit, in secunda editione recenseam & mitigem. Actum Parisiis anno 1641. die 29. Maii. Ludovicus Cellotius, Societatis Jesu, cum syngrapha.

Revocatoria Declaratio, seu Retractatio rescissoria approbationis libri cui titulus De Hierarchia, &c. A Patre Cellotio, Soc. Jesu Theologo, &c. *Facta in Comitiis Facultatis Theologicæ Parisiensis primâ die Julii 1641. à Fratre Francisco Labbé, Ordinis S. Augustini, in Theologia Professore; Fratre Jacobo Chappellain, ejusdem Ordinis Provinciali Franciæ vitâ nunc functo, dum viveret coapprobatore libri ejusdem, utroque Facultatis Theologicæ Parisiensis, Doctore, exscripta è monumentis Facultatis per me subsignatum Scribam ejusdem.*

Ego infra scriptus Conventus Augustinensium Bajocensis Prior, auditâ querelâ super approbatione factâ à me libri P. Cellotii, de Hierarchia, &c. maximè etiam verborum in forma Approbationis positorum *sine formidine Censuræ*, & auditâ declaratione nonnullorum ex illo libro excerptorum quæ improbantur, sine aliorum approbatione, ea omnia quæ Facultas improbanda censuit & quæ condemnat, ego etiam lubens improbo & condemno: & subscripsisse nollem approbationi quam adhibui eidem libro, pœnitetque me approbasse; in quorum fidem subscripsi in Comitiis Facultatis, die primâ Julii anni millesimi sexcentesimi quadragesimi primi. Signatum F. Franciscus Labbe', cum syngrapha.

Extractum ex monumentis Sacræ Facultatis Theologicæ Parisiensis per me infrà scriptum Majorem Apparitorem & Scribam ejusdem, in quibus hujusmodi excerptæ simul & ipsum Declarationis autographum Autoris manu subscriptum asservantur, die 15. Junii, & 1. Augusti 1641.

De Mandato DD. Decani & Magistrorum præfatæ Facultatis Sacræ Theologiæ Parisiensis.

Ph. Bouvot.

Anno Domini 1642.

Conclusio Sacræ Facultatis Parisiensis, quâ exauthoratur Fr. Biarotte propter propositionem Supremorum Principum autoritati derogantem.

Die primâ mensis Julii, sacra Theologiæ Facultas Parisiensis, post Missam de sancto Spiritu, solito more celebratam, ordinaria habuit comitia in aulâ Collegii Sorbonæ super sequentibus articulis,... Honorandus M. n. Antonius de

de Breda Syndicus graviter conquestus est de Fr. Joanne Biarotte Prædicatore, Facultatis Baccalaureo qui propositionem hanc, *apostasiâ propter quam, qui per sententiam denunciatur excommunicatus, Dominium & jus in subditos amittere potest*, à se Syndico in Thesem authographo de quibus ipse Biarotte responsurus erat, juxta ordinationes Regias deletam, ausus fuisset denuò inserere, & imprimi curare; petiitque pro sui officii & muneris ratione, ut Facultas, spectatâ etiam rei gravitate, severè in dictum Fratrem Biarotte animadverteret; cujus auditâ postulatione & quærimoniâ, censuit Facultas antequam de eâ re decerneret vocandum & audiendum esse dictum Biarotte, & ipsam Thesim inspiciendam. Itaque vocatus ab apparitore accessit ad comitia in quibus primùm à venerando M. n. Joanne Mulot Decano interrogatus, cur supradictam propositionem à Domino Syndico deletam reposuisset in iis Thesibus quas distribuerat pro majore ordinariâ de qua responderat 17. superioris mensis, ultrò fassus est & dixit propositionem prædictam equidem deletam fuisse à Domino Syndico; posteà verò non suâ culpâ, sed typographi & ejus qui curam corrigendi susceperat, errore impressam; ejusdemque veritatis suâ confessione testimonium propriâ manu subscriptum eisdem DD. Decano & Syndico jam ab aliquot diebus tradidisse, quo etiam constabat, se ejusmodi propositionem nolle intelligi de supremo aliquo Principe aut Rege, sed tantum de aliquo superiore, subdito potestati temporali, v. g. Baillivo, &c. illudque ipsum professum esse inter respondendum Baccalaureo argumenti in ejusmodi suam propositionem, quin & eodem exemplo tunc temporis usum fuisse, ad suam sub hac propositione mentem aperiendam, precatus denique erroris veniam à Facultate se paratum dixit illius jussis obtemperare, relictoque Theseum authographo à Domino Syndicu obsignato, recessit. Cùm verò idem D. Syndicus dictum authographum inspexisset, asseveravit fraudem Facultati sibique à dicto Baccalaureo factam, & propositionem de industriâ & malo animo non errore typographi excusam fuisse, utpote qui ut sibi viam faceret huic excusationi, lineas & propositiones aliquas eodem prorsùs modò quo prædicta deletas, novâ & crassiore liturâ, novoque atramento abraserat, intactâ propositione de quâ agitur, relictâ; imò nulli illud autographum intuenti non satis constitit voluisse dictum Biarotte, & curasse ita imprimi, cum in dicto suo autographo & originali, loco hujus verbi, (amittit) deleti, & eodem D. Syndico, ipsâ propriâ manu reposuerit hæc verba, (amittere potest) ut de facto postea typis mandatum est; his itaque mature perpensis & examinatis, ac re in deliberationem ductâ, auditis singulorum Magistrorum qui frequenter convenerant sententiis, censuit Facultas prædictum Fratrem Joannem Biarotte non modo ab hac licentiâ amovendum; sed omninò à suo consortio rejiciendum prout de facto rejecit.

Signatum, MULLOT Decanus, cum syngraphâ.

Ista Censura Parisiis edita est anno 1720. inter quasdam censuras Parisiensis Facultatis pro Regiâ potestate, pag. 297.

Anno Domini 1643.

MENSE Decembri Rector Universitatis Parisiensis, de quibusdam codicibus à R.P. Airault Soc. Jesu in Collegio Claromontano dictatis apud Curiam Parlamenti conquestus est propterea quod multas propositiones de homicidio, regibus & principibus adversas traderet.

Hæc monumenta Parisiis in lucem edita sunt an. 1720. inter quosdam censuras Sacræ Facultatis Parisiensis pro regiâ potestate pag. 307.

Anno Domini 1644.

DIE primâ & decimâ octavâ Januarii Sacra Theologiæ Facultas, post missam de Spiritu Sancto, de more celebratam, ordinaria habuit Comitia in Aulâ Collegii Sorbonæ, &c.

Exemplar epistolæ Regis ad Sacram Facultatem directæ super Bulla Urbani Papæ VIII, quæ incipit in eminenti *recipiendâ & executioni demandandâ.*

DE PAR LE ROY.

CHERS & bien-amés. Les divisions qui commençoient à se former dans l'Eglise sur le sujet de divers traites composés touchant la matiere du secours de la grace & du franc arbitre, ont oblige ci-devant notre saint Pere le Pape de

faire un Décret à l'exemple de ses prédecesseurs portant ses expresses défenses sous certaines peines à toutes sortes de personnes de quelque qualité & condition qu'elles soient, Ecclesiastiques, ou séculieres, de publier aucun traité sur ces matieres : ce qu'il a renouvellé par un second Decret, & prohibé la lecture des livres qui avoient été composés de part & d'autre au préjudice des premieres défenses, & ensuite continuant ses soins pour conserver l'unité de l'Eglise & la pureté de sa doctrine : après avoir fait examiner certain livre composé par Jansenius, ayant trouvé qu'il renouvelloit plusieurs propositions ci-devant condamnées par le saint Siége, il en a particulierement defendu la lecture par son Décret du mois de Mars 1641. & d'autant que nous avons été bien & dûement informé que les livres traitans de ces matieres, & notamment celui de Jansenius, qui a été imprimé en cette Ville de Paris, ont tellement ému les esprits de nos sujets de toutes conditions, qu'à cette occasion ils entrent bien souvent en des contentions qui pourroient avec le temps apporter du trouble à la tranquillité publique. Nous avons jugé à propos en nous conformant aux bonnes & loüables intentions de notre saint Pere le Pape, de vous envoyer le Décret susdit du mois de Mars 1641. afin que vous ayez à l'enregistrer dans vos Registres, voulant & prétendant que dans les disputes publiques qui se font en Sorbonne ou ailleurs, il ne soit rien proposé au préjudice dudit Decret, non plus qu'en ce qui touche l'ordre & la pratique de l'ancienne pénitence, afin d'empêcher les divisions que l'agitation de ces matieres pourroit apporter à notre état. A quoi nous promettans que vous tiendrez la main, Nous ne vous ferons la presente plus longue ni plus expresse. Donné à Paris le vingt-septieme jour de Novembre 1643. *Signé*, LOUIS, & plus bas de GUENEGAUD, avec le petit cachet portant trois fleurs de lys : & sur le repli. *A nos chers & bien-amés les Doyens & Docteurs de la Faculté de Theologie.*

Hoc monumentum reperitur in libro cui titulus est, *Memoire pour le sieur* CHARTON *& Consors.*

Apostolici hujus Decreti prælduium sicut & Pii V. & Gregorii XIII Bullarum circa eosdem errores longe antea extiterat censura Sacræ Facultatis quæ sequitur lata die Jovis 27. mensis Junii an. 1560.

DIE Jovis vigesimâ septimâ mensis Junii sacratissima Theologiæ Facultas Parisiensis, post missam apud Collegium Sorbonæ ex more celebratam, in eodem Collegio per juramentum congregata est in materia fidei super propositionibus infra scriptis per eandem facultatem cum matura deliberatione Magistrorum nostrorum censurâ notatis, quas frater Petrus de Quercu Guardianus Conventûs Nivellensis & Frater Ægidius de Querceto Guardianus Athiensis prædictæ Facultati Theologiæ miserunt, sigillis prædictorum Conventuum signatas, rogantes obnixè, ut super iis dicta Facultas censuram ferret. Quarum propositionum tenor sequitur cum censura ad easdem.

PRIMA PROPOSITIO.

Liberum arbitrium hominis non habet potestatem ad opposita, nec illi convenit ea potestas ex ipsius naturali & intrinseca ratione.

CENSURA.

Prima pars hujus propositionis est hæretica, *secunda est falsa & erronea, & morali philosophiæ adversa.*

SECUNDA PROPOSITIO.

Libertas & necessitas eidem conveniunt respectu ejusdem & sola violentia repugnat libertati naturali hominis.

CENSURA.

Hujus propositionis prima pars includit contradictionem, & est hæretica : *Secunda falsa est.*

TERTIA PROPOSITIO.

Liberum arbitrium ex sua ratione intrinseca non habet ut ex se & per se efficiat actum liberum.

CENSURA.

Hæc propositio est falsa, erronea & perniciosa.

QUARTA PROPOSITIO.

Liberum arbitrium ex se non potest nisi peccare : & omne opus liberi arbitrii sibi dimissi, est peccatum mortale, aut veniale.

CENSURA.

Hæc propositio pro utraque parte est hæretica.

QUINTA PROPOSITIO.

Homo faciendo quod in se est peccat, & non potest non peccare faciendo quod in se est.

CENSURA.

Tota hæc propositio est hæretica.

SEXTA PROPOSITIO.

Posse peccare non est de ratione liberi arbitrii hominis; nec ejusmodi potentia peccandi homini data est à Deo.

CENSURA.

Hujus propositionis prima pars est falsa: secunda hæretica.

SEPTIMA PROPOSITIO.

Liberum arbitrium hominis non potest absque speciali gratia Dei vitare peccatum; unde fit ut omne opus hominis purè infidelis sit peccatum.

CENSURA.

Hujus propositionis secunda pars est falsa, & malè ex præcedenti infertur.

OCTAVA PROPOSITIO.

Liberum arbitrium liberè vult quidquid sponte suâ voluntariè vult; ita ut quod necessariò vult, idem liberè velit.

CENSURA.

Hujus propositionis secunda pars implicat contradictionem, & est hæretica.

NONA PROPOSITIO.

Hæreticus, Schismaticus, & homo non purè infidelis meretur quandoque de condigno vitam æternam.

CENSURA.

Hæc propositio est planè hæretica.

DECIMA PROPOSITIO.

Homo existens in peccato mortali, sive ejus reatu ad æternam mortem habet in se charitatem.

CENSURA.

Hæc propositio est hæretica.

UNDECIMA PROPOSITIO.

Per contritionem, non adhibito realiter Sacramento Baptismi, vel pœnitentiæ non dimittitur crimen extra casum martyrii & necessitatis.

CENSURA.

Hæc propositio est hæretica.

DUODECIMA PROPOSITIO.

Peccator, si faciat quod mandatur per contritionem & confessionem factam Sacerdoti, non remittitur illi peccatum nisi Sacerdos absolvat, etiamsi per malitiam Sacerdos aliquâ absque ratione illi neget absolutionem.

CENSURA.

Hæc propositio est hæretica.

DECIMA-TERTIA PROPOSITIO.

Nonnisi Pelagiano errore admitti potest ante primam justificationem in lumine liberi arbitrii usus bonus: & qui se præparat ad eam peccat ut is qui pessimè abutitur suis bonis naturalibus. Nam ante eam omnia opera hominis sunt peccata damnatione digna.

CENSURA.

Hæc propositio pro omnibus partibus est hæretica.

DECIMA QUARTA PROPOSITIO.

Non datur gratia nisi reluctanti, perindè nec prima justificatio; quæ justificatio est ipsa fides: fides enim est quâ ex impio quis fit pius.

CENSURA.

Hujus propositionis duæ primæ partes sunt hereticæ, & tertia est falsa.

DECIMA QUINTA PROPOSITIO.

Homo necessariò peccat etiam damnabiliter in aliqua specie peccati: & actus ad quem necessariò fertur, est illi peccatum: quare ut liberè feratur in actum, non est conditio necessaria ad peccandum.

CENSURA.

Hæc propositio est hæretica pro omnibus partibus.

DECIMA SEXTA PROPOSITIO.

Nemo præter Christum est absque peccato originali: hinc B. Virgo mortua est propter peccatum quod contraxerat ex Adam: omnesque ejus afflictiones in hac vita sicut & aliorum Justorum, sunt ultiones peccati originalis, vel actualis. Unde & Job passus est & Martyres propter peccata sua.

CENSURA.

Hæc propositio pro omnibus partibus est hæretica, & beatæ Mariæ Virgini Dei Genitrici, ac Sanctis injuriosa.

DECIMA SEPTIMA PROPOSITIO.

Omnia in gloriam Dei facite: & dico vobis non resistere malo: sunt simpliciter ut præcepta accipienda.

CENSURA.

Hujus propositionis posterior pars, ut jacet, est hæretica.

DECIMA OCTAVA PROPOSITIO.

Omne opus bonum est meritorium vitæ æternæ: quod si aliquod remuneretur temporaliter tantum, non dignum vitâ æternâ, illud malum est, quia nullum est opus meritorium, nisi æternæ vitæ.

CENSURA.

Hæc tota propositio repugnat meræ Scripturæ.

Hæc Censura legitur in libro cui titulus est: *De hæresi Jansenianâ*, autore Antonio Ricardo, & in Bibliotheca Sorbonica v. 1. 7.

Parisiensis autem Facultas Theologiæ integram Bullam Urbani VIII. pro lege suscipere distulit, quia in hoc diplomate prohibitio innovatur, quâ Pius V. de rebus in sua Bulla contentis ac reprobatis, *posthac quoquo modo loquendi, scribendi & disputandi facultatem quibuscumque interdicimus:* inquit .... Præterea Urbanus VIII. cum Paulo Papa V. vetat ne quis in materia de auxiliis divinæ gratiæ, etiam sub pretextu commentandi sanctum Thomam, ullam scriptionem in lucem edat, nisi ad tribunal Romanæ inquisitionis perlata sit, ibique approbata. Denique Urbanus VIII. sub pœna excommunicationis interdicit: *Ne quis cujuscumque conditionis, & qualitatis sit ... de prædictis*, ut supra damnatis, & in *prædicto libro Jansenii contentis*, aliisque ut infra sub *insertis articulis*, opinionibus, sententiis, libellis, orationibus, *scripturis*, *epistolis*, thesibus quoquo pacto loqui, scribere & disputare audeat ... At Sacra Facultas Parisiensis de omnibus partibus sacræ doctrinæ à Magistro Sententiarum traditæ, atque adeo etiam de auxiliis divinæ gratiæ disputandi & scribendi licentiam semper habuit. Parisienses Magistri Eminentissimo Cardinali Grimaldi Apostolico Nuntio has causas exposuerunt per quosdam delegatos.

Tenor responsionis Sacræ Facultatis Parisiensis.

CUM allata fuisset hæc Bulla *In eminenti* ad Sacram Theologiæ Facultatem à Reverendissimo Abbate Lutumerio exparte Eminent. Cardinalis Nuntii Grimaldi, consensu etiam ac jussu Regis interveniente: eâ lectâ & maturâ deliberatione habitâ, censuit Facultas. Quoad doctrinam plenè recipiendam esse summa cum veneratione, & prohibendum esse omnibus, ac singulis Doctoribus, ac Baccalaureis ne ullam ex propositionibus in ea Bulla notatis, ac prohibitis sustinere, ac deffendere audeant. Quoad alias verò difficultates Bullæ, procrastinandum esse, donec mens summi Pontificis quoad prohibitionem disputationum de gratia & quoad censuras pleniùs intelligatur. Adierunt itaque plurimi Doctores Eminentissimum Cardinalem Nuntium, eumque de iis difficultatibus prohibitionum ac censurarum consuluerunt, qui respondit ipsis, eas intelligi quoad propositiones damnatas tantum minimè docendas ac sustinendas. Ita ab eo acceperunt D. Charton Pœnitentiarius Ecclesiæ Parisiensis, D. Hallerius Regius Professor Theologiæ, D. Habert Canonicus ac Theologus Ecclesiæ Parisiensis, D. Duval Regius Professor Theologiæ, & compluresalii. Quod inculcare voluimus, ne quid scrupuli veram ac salubrem de gratia Theologiæ antiquæ doctrinam profiteotibus, ac docentibus emergeret aut hæreret.

Hoc

Hoc responsum Sacræ Facultatis Parisiensis legitur in libro cui titulus est: *Défense de la Foi de l'Eglise*, par M. Habert, & in Bibliotheca Sorbonica, v. 6. 3.

Anno Domini 1644.

Censura Facultatis Sacræ Theologiæ Parisiensis, lata in Libellum qui inscribitur: La Famille Chrétienne sous la conduite de saint Joseph, &c. *A Paris, chez Pierre Targa, Imprimeur ordinaire de l'Archevêché, ruë saint Victor, au Soleil d'or. 1644. Avec permission.*

CUM Anno R. S. 1644. Calend. Octob. peracto solemni Sacro de S. Spiritu, in generali Congregatione apud Sorbonam M. ANTONIUS DE BREDA Syndicus exposuisset, se præ manibus habere Libellum, cui titulus est, LA FAMILLE CHRE'TIENNE SOUS LA CONDUITE DE S. JOSEPH, &c. In quo multa animadversione digna deprehenderat, eumque examinandum ipsi Facultati obtulisset, eadem Facultas quosdam ex suo Ordine Magistros selegit, qui prædictum Libellum diligenter evolverent & de eo ad proxima comitia referrent.

Quinto itaque die ejusdem mensis & anni, in comitiis extraordinariis, relatione præfatorum selectorum audita, qua declararunt Auctorem istius Libelli, peculiaris cujusdam spiritus ductu, respexisse ad vanitates & insanias falsas, & miracula ac revelationes sibi finxisse, ut Familiam & Institutum suum extolleret & cæteris omnibus præferret: Multa contra Ecclesiæ usum & praxim ejusque sanctitatem, integritatem, & authoritatem, contra genuinum S. Scripturæ sensum, Sacros Canones, Apostolicas Constitutiones, vota atque Instituta Regularium, atque etiam in Dei Summi, Christi Domini, Augustiss. Matris ejus, Beatiss. Joseph, & aliorum SS. honorem & majestatem congessisse. Et ut Matrimonii statum impensius commendaret & pluribus suaderet, Cœlibatum nimium depressisse, ac in eum finem quamplurima hæretico planè sensu, Sacris Scriptoribus & præcipuè S. Paulo contraria, nonnulla etiam schismatica, erronea, & temeraria, innumera obscœna & impura, ac piarum aurium offensiva protulisse; Judicavit Facultas prædictum Libellum damnandum prout de facto damnavit, tanquam continentem propositiones Hæreticas, Impias, Blasphemas, S. Scripturæ, Ecclesiæ usui & praxi, Sacris Canonibus, Apostolicis Constitutionibus, disciplinæ Ecclesiasticæ & regulari contrarias, schismaticas, erroneas, temerarias obscœnas, piarum aurium offensivas, calumniosas, seditiosas, insulsas & falsas. Censuitque hanc generalem Censuram esse evulgandam, sic tamen ut nonnullæ propositiones peculiaribus notis afficiantur, eâ adhibitâ cautione, ut quæ aliquid obscœnitatis redolent, ad vitandum scandalum, non exscribantur. Juxta quod decretum sequentibus Comitiis mensis Novembris, has quo sequuntur ordine Magistri retulerunt, quas probavit Facultas.

Propositiones exceptæ ex Libro qui, inscribitur: La Famille Chrétienne sous la conduite de saint Joseph, &c. *A Paris, chez Pierre Targa Imprimeur ordinaire de l'Archevêché, ruë saint Victor, au Soleil d'or. 1644. Avec permission.*

PRIMA PROPOSITIO.

Pag. 11. AUTHOR *loquens de sua Familia dicit*, Qu'elle est la fin, & la consommation, & la couronne de toutes *les* œuvres *de Dieu*, & qu'il ne s'agit rien moins que de renouveller le primitif Esprit du Christianisme & de changer toute la face de l'Univers, mais il faut que cela se fasse par une voye sanglante & bien, étrange, &c.

Pag. 73. Une grande lumiere m'environna, & me découvrit, avec une clarté si abondante & si intime, que je n'ai pû depuis la perdre, l'état de tout le monde, les déreglemens de l'Eglise universelle, & depuis les plus grands jusques aux plus petits, & ce qu'il falloit faire pour faire les Chrétiens véritables chretiens, & rétablir l'Esprit de Religion dans les familles seculieres, desquelles il est entierement banni, &c. *Idem pag.* 25. 75. 137. 138. 308.

CENSURA.

Hic spiritu particulari, delirat, & errat author, & in Ecclesiæ, infallibilitatem, integritatem & canonicam disciplinam contumeliosè impingit.

II.

Pag. 243. *Loquens de Christo*, Regardez-le, donnant ses pieds à toucher, & baiser à une Magdeleine, & s'impâtissant avec elle, en tout, même jusques à pleurer, quand il la voit pleurer. En sorte qu'on disoit, *Ecce quomodo amabat eam &c.*

Pag. 244. Le plus sévere de tous, S. Paul, ne laisse pas de condescendre à cette societé & affabilité au chapitre 9. de l'Epitre aux Hebreux quand il dit; pourquoi ne me sera-t-il pas permis aussi-bien qu'aux autres Apôtres de faire mes Missions, ayant une femme sœur pour compagne? Où il ajoute plusieurs choses, qui seroient condamnées à présent dans la bouche d'un autre.

Pag. 247. 248. Il est bon que je dise, que ces gens-là qui sont si secs & si séveres, déferent trop à l'avis de saint Paul, & trop peu à celui de S. Pierre, & des autres Apôtres, & ne prennent pas garde que ce bon saint, comme il étoit infirme avec excès du côté de la chair, & & d'ailleurs plein de zele & tout feu, à cru faire un grand sacrifice à Dieu, de tourner tout le monde du côté que le S. Esprit lui avoit inspiré; & ce zele l'emporte, sans y penser, quasi jusques à détruire l'excellence & la sainteté du mariage.

Pag. 272. & 273. Il est donc temps que nous devenions sages aux dépens des siécles passez, & que l'experience nous desabuse des faux principes & maximes que l'erreur, l'ignorance, & le trop de crédulité a fait passer pour veritez evangeliques; & que pour cet effet nous demeurions d'accord que les Apôtres ont eu de differentes opinions, & se, sont contrariez ès choses que notre Seigneur n'avoit pas expliquées assez clairement, ou définies absolument; & que les zelez de ce temps qui veulent que toutes les paroles de S. Paul (sans exception d'aucune) passent pour articles de foi, comme celles de Jesus-Christ, & au préjudice du sentiment contraire de S. Pierre & des autres Apôtres, s'aveuglent trop, & ne prennent pas garde qu'il en a dites dans l'excès de son zele qui ne peuvent être excusées.

Pag. 276. Saint Paul lui-même se fâchoit que les uns le citoient, les autres Apollo, & les autres Cephas; laissez-là, disoit-il, Paul, Apollo, Cephas, & regardez fixement Jesus-Christ: Or est-il que jamais Jesus-Christ n'a voulu se déclarer, ni mettre en question, quel étoit le plus excellent du mariage ou du Celibat, dont à présent on se tourmente si inutilement, &c.

CENSURA.

His propositionibus Author verba Christi à S. Joanne relata falsat, Christi exempla in carnalem sensum torquet, malè citat S. Pauli locum 1. ad Corinth. 9. & in pravum sensum flectit, propendet in hæresim, dicens sanctum Paulum multa illic adjicere, quæ nunc ab alio dicta damnarentur, & Christum noluisse, proposita quæstione, decernere, uter status, Matrimonii an Calibatûs, esset dignior, de quo, ut inquit, hodie tanta & tam inutilis contentio. Quæ autem habet pag. 247. 248. & 272. &c. *Doctrinæ Apostolicæ injuriosa, blasphema, erronea & hæretica.*

III.

Pag. 137. 138. Il est assûré que tous les Diables & leurs suppôts y joüeront de leur reste, & creveront plutot que de souffrir qu'on évente leur mine, & qu'on dresse des Noviciaux pour former dans l'Esprit du Christianisme, & faire vivre religieusement ceux & celles qui sont dans le grand monde; lequel aussi-bien qu'eux ils croyent leur appartenir par un droit acquis dès le commencement, ils bâtiroient plûtôt cent maisons monastiques de leurs mains, que d'en laisser élever une pour le public, & pour faire de bons Chrétiens & de saintes familles; C'est pourquoi si Dieu veut l'achever, il faudra nécessairement qu'il y employe les miracles, comme il a fait jusques ici, & qu'il arrive à son parti les plus souveraines puissances pour en venir à bout. Ce qu'il faut esperer, selon la Prophetie de S. Jean, qui assûre que sa bonte divine ayant toujours aimé les siens, qui vivent au milieu du monde, elle doit les aimer d'un amour singulier à la fin des siecles.

Pag. 218. 219. Parce que notre dessein principal est de relever le Sacrement de Mariage que le Diable a tant avili, qu'on ne peut plus en prononcer le nom, sans blesser & troubler l'imagination des personnes (ce qui est tout-à-fait pitoyable;) & que ces familles-ci servent de pepiniere pour remplir desormais l'Eglise de Familles Chrétiennes, & de modeles de la sainteté & droiture dans laquelle elles doivent vivre, & de rendre par ce moyen peu à peu Religieux tout le monde. A ces fins nous ferons en son

temps de bons mariages entre les garçons & les filles qui seront élevées dans ces Familles.

Pag. 231. 232. L'Eglise Catholique est un grand corps, dont les deux sexes qui composent le genre humain font les parties; & par consequent elle doit être uniforme en toutes choses; Elle est une immense congregation de tous les fideles hommes & femmes, garçons & filles, que Dieu a doüé d'une humeur sociable & affective, pour conspirer & concourir à la multiplier, conserver & faire fleurir jusques à la fin des siecles; & c'est dans cette vûë qu'il déclara si solemnellement, qu'il n'étoit pas expedient que l'homme fût seul, & qu'il étoit convenable de lui donner une aide semblable à lui, & appella cette aide femme.

Pag. 43. Les vœux que les Chrétiens font au Baptême en qualité de Religieux de la Religion de notre Seigneur Jesus-Christ, contiennent éminemment tout ce qu'on peut voüer à Dieu. *Idem. pag.* 148.

Pag. 271. 272. Je soutiens que la prosperité ou la desolation des Etats, *tout* le bien & le mal de l'Eglise, & l'éternité bienheureuse ou malheureuse de tous les hommes, dépend des bons ou mauvais mariages; ce qui me fait conclure qu'il est très-important à l'Eglise & au bien public, que les mariez soient saints, & que les saints solent mariez.

Pag. 277. L'excellence de la sainteté d'un etat ne se mesure pas à l'aune de l'etat, mais à celle du cœur, de la droite intention, & de la charité qui anime plus l'un que l'autre. Tant s'en faut, *Jesus-Christ*, n'a dit en toute sa vie que deux mots, touchant ceux qui se séparent du mariage, encore y a-t'il apporte une telle sobrieté, qu'il sembloit n'en parler qu'avec peine, & seulement comme en passant, & par rencontre, de peur que les Chrétiens ne prissent trop le change, & ne vinssent à faire un ordinaire d'une chose extraordinaire, comme ils ont fait depuis que S. Paul a exageré cet état avec tant de ferveur; & voilà ce qu'en a dit notre Seigneur: Il y en a qui sont Impuissans par nature & de leur origine; d'antres qui sont rendus impuissans par les hommes, & d'autres qui se privent du mariage par un motif céleste; & immédiatement après il ajoute ce petit mot, *qui potest capere capiat*, m'entende qui pourra: Il vouloit dire, qu'il y en auroit peu de ces derniers qui embrasseroient le Celibat par vocation divine & beaucoup qui faute de comprendre ses sentimens s'y engageroient à la legere, &c.

Mais quoi, on a bien-tôt laissé sa vie, sa maniere de converser; ses principes, ses actions & ses paroles, pour courir après d'autres; c'étoit le grand grief de son Disciple bien-aimé, quand il dit: *Mundus eum non cognovit & sui eum non receperunt*, que le monde n'a pas voulu suivre ses voyes & adherer à ses maximes, & que même les siens n'ont pas reçu pleinement son Esprit, & c'est le vrai sens de ces termes, *declinaverunt omnes*, tous les hommes ont forligné de la regle divine, & se sont écartez des sentiers de la droite nature, *usque ad unum*, hors, excepté l'Homme-Dieu seul.

CENSURA.

His propositionibus, contumeliosè, temerariè, erroneè authorimpugnat vota & statum Regularium, Celibatum, Ecclesiasticam disciplinam: Injuriosè de omnipotentia & Sapientia Divina loquitur; ineptè & falsò loca S. Joannis & Psalmistæ applicat; Verbis Christi & S. Pauli in pravum & hæreticum sensum abutitur.

IV.

Pag. 59. 60. 61. Or le vrai fondement de ces ineffables grandeurs, consiste en ce que Dieu le Pere, ayant choisi de toute eternité le glurieux S. Joseph entre les millions d'Anges & d'hommes, pour le mettre un jour en sa place, & transporter sur lui l'auguste Nom de Pere de JESUS son bien-aimé Fils, & celui de chef & mari de sa très-digne Mere; sa sagesse infinie le persuada facilement qu'il lui devoit aussi *ceder* en ce temps là son Sceptre & sa Couronne, & le faire seoir en son thrône, le revêtir de son autorite, & lui communiquer la plénitude des sciences & des lumieres de son Esprit, pour être mieux representé par lui, & pour le rendre digne de faire les fonctions d'un Dieu sur un Dieu même, & sur une Mere de Dieu: Et sa même sagesse conclut encore qu'il falloit necessairement assujettir au domaine de ce grand Saint, toutes les créatures que ces deux-là contiennent éminemment; tellement qu'il est vrai de dire, qu'en même temps que Jesus & Marie regardent dans la gloire avec un œil de majesté toutes les deux natures, l'Angelique & l'humaine, prosternées en qualité de vassales à leurs pieds, ils envisagent saint Joseph avec

respect, & soumission, l'un comme son très-honoré Pere, l'autre comme son souverain Seigneur.

Pag. 79. 80. 81. Cet homme selon le cœur de Dieu & si *nécessaire* à sa gloire, qu'il a quatre mille ans durant fait sursoir le dessein de son Incarnation, & a laissé passer ces grands Prophetes & Patriarches pour l'attendre, quelque instance que son amour lui fit de le précipiter; & n'a point fait état des offres de service, non plus que de toutes les excellences de ces belles natures Angeliques & Seraphiques, qui lui demandoient humblement la préference, pour s'arrêter à lui, * HOMME le Sauveur du Sauveur, & qui lui a donné & redonne cent & cent fois la vie, soit en le mettant à couvert du massacre d'Herode, soit en le faisant vivre du travail de ses mains & des sueurs de son visage; & qui par conséquent, comme cause seconde, se peut dire avec verité l'auteur & le conservateur de la vie de tous les hommes, de tous les Anges & *de Dieu-même*, puisque la vie de Jesus-Christ est leur unique vie; Homme enfin qui est plus qu'un homme, qui est plus qu'un Ange, & comme un Dieu, par la démission volontaire & *entiere* que le Pere éternel lui a fait de *tous* ses droits avec son Fils, & la part qu'il a eu à tous les attributs divins.

Pag. 82.83.84. Qu'on ne dise pas que je le fais paroître dans un trop grand jour & qu'il n'est pas croyable, que sa grandeur eût été si long-temps cachée à nos yeux, s'il étoit tel que je le dis; car au contraire, les grandeurs qui ont plus de rapport & de ressemblance à l'essence divine, ne sont jamais connuës pleinement non plus qu'elle; celle de notre Saint est de cette nature, tant il a été plein & transparent de la Divinité; mais il falloit qu'il fût anéanti, soit pour mieux cacher le mystere du Verbe Incarné au Démon qui devoit l'ignorer, en lui cachant les excellentes qualités de celui qui devoit en être le Pere, soit pour le mieux manifester aux hommes qui le devoient sçavoir. Outre qu'il avoit instamment demandé de vivre inconnu à l'exemple de ce grand Tout qu'il voyoit être devenu rien, & couvert de la forme d'un chetif homme; ce qui lui fut pleinement accordé, à condition pourtant, que, comme Jesus-Christ a été découvert & manifesté sur la fin de sa vie, après avoir été caché l'espace de trente ans, ainsi saint Joseph le seroit au déclin du monde.

Pag. 85. Venez Rois & Monarques du monde, payer le tribut qui est dû au Roy du Roy des Rois, & au Seigneur de l'Empereur de l'Univers, &c. *pag.* 88. 89.

Pag. 91. Et lorsque vous aurez instinct de vous adresser à Dieu-même, *Ite ad Joseph*, presentez vos requêtes à Joseph, puisqu'il est son grand Chancelier & son fidele coadjuteur, sur lequel il se repose de toutes les affaires du monde.

Pag. 101. Lequel ayant été l'arbitre & le dispensateur du salutaire des hommes sur la terre, doit aussi l'être de leur salut dedans le Ciel. *Idem pag.* 106. 241.

CENSURA.

Hæ similesque propositiones temerariæ, quibus passim respersus est Liber; Deo, Christo, Beatissimæ Matri, aliisque Sanctis sunt injuriosæ & blasphemæ.

V.

Pag. 333. 334. La Divine Providence qui fait tout avec poids & mesure, a voulu réserver cette gloire (de l'etablissement de la Famille de Saint Joseph) au Fils ainé de son Eglise, & au temps qu'il lui tient lieu de Pere & de Pasteur en cette qualité, orpheline qu'elle est du sien, & qu'il faudra peut-être (si le saint Esprit ne preside souverainement au Conclave assemblé pour lui donner un successeur) qu'il en fasse l'Office plus long-temps, puisque c'est l'ordre que l'aîné soit le Pere de la Famille, quand le Chef est mort, ou absent, ou incapable de cette charge.

CENSURA.

Hæc propositio est insulsa, seditiosa & schismatica.

VI.

Aliis pluribus prædicti Libelli paginis continentur propositiones, quæ dum impotentiam resistendi concupiscentiæ astruunt, & dum asserunt remedia eidem extinguendæ hactenus parata, majus incendium excitasse; bonis moribus, canonicæ & regulari disciplinæ, divinisque litteris repugnant; quæ quia possent inducere ad impurissimas libidines, & ad horrenda desideria carnis perficienda, quæ apud Sanctos etiam nominari nefas, & cum scandalo evulgarentur, exscribi Sacra Facultas noluit, sicut nec plerasque alias, licet hæreticas, impias, blasphemas, contumeliosas, calumniosas, etiam castigatione

castigatione ac animadversione dignas, ut mirum sit, in tam exiguo libello, tot ac tantos errores, homini aliunde singularem pietatem professo excidisse.

Actum & confirmatum, loco, diebus & anno præfatis, atque evulgatum.

Ex mandato DD. Decani & Magistrorum prædictæ Facultatis Sacræ Theologiæ Parisiensis.

Ph. Bouvot.

Anno Domini 1645.

Die secundâ mensis Octobris Sacra Theologiæ Facultas Parisiensis, post missam de Sancto Spiritu, solito more celebratam, ordinaria habuit Comitia in Aula Collegii Sorbonæ, &c.

Præfatio libri qui inscribitur: Le VIe Tome de la Cour Sainte, *improbatur.*

Honorandus M. n. Ludovicus Messier exposuit in Comitiis ordinariis Universitatis superioris mensis ordinatum fuisse ut ad Facultatem referret in lucem prodiisse librum qui inscribitur, le 6^e tome *de la Cour sainte*, cujus autor est D. Nicolaus Caussin Societatis Jesu, cui subscripserunt duo Magistri ejusdem Facultatis videlicet MM. nn. Blondel & Helier junior. Et quoniam præfatio ejusmodi operis multa falsa & contra ipsius Universitatis honorem & decus continet, præterea iidem Magistri nostri Blondel & Helier declararent utrum dictæ præfationi subscripserint, necne, & hujus subscriptionis actum ad proxima Comitia referrent; cujus auditâ postulatione & relatione prædictus M. n. Blondel dixit, se cum M. n. Helier librum prædictum tantummodo vidisse & approbasse, quod verò pertinet ad præfationem, tantum abesse ut eam velit, quin potiùs vehementer improbaverit quamprimum ipsi innotuit, suæque Declarationis actum daturum ubi prædictus M. n. Helier in urbem redierit.

Exemplar Declarationis MM. nn. Blondel & Helier.

Nos infra scripti in Sacra Theologiæ Facultate Parisiensi Doctores testamur omnibus quorum interest, aut interesse poterit, legisse quidem & approbasse librum qui inscribitur le 6^e tome de *La Cour sainte* Autore Nicolao Caussin Jesuitâ. Præfationem verò quæ huic libro præfigitur, nec vidisse, nec probasse antequam typis mandaretur; immò, quamprimùm nobis innotuit, eam tanquam Universitati injuriosam, veritati parùm consonam & scandalosam improbavimus & improbamus, in cujus rei fidem præsentibus subscripsimus. Parisiis die tertiâ mensis Novembris, anni Domini millesimi sexcentesimi quadragesimi quinti.

Signatum, J. Blondel & J. Helier.

Anno Domini 1648.

Decretum Sacræ Facultatis Theologiæ Parisiensis in librum cui titulus est, Ludovici Cellotii è Societate Jesu, horarum subsecivarum liber singularis, &c. *Parisiis apud Petrum Chaudiere, viâ Jacobæâ sub scuto Florentino* 1648.

Prodiit nuper in lucem Ludovici Cellotii è Societate Jesu horarum subsecivarum liber singularis, quo autor propriam declarationem, quâ olim suum de *Hierarchia & Hierarchis* opus correxit, ludicrâ juxta & artificiosâ narratione detorquet in doctrinæ revocatæ patrocinium: simulque persuadere nititur alia prorsus de causa editam à se fuisse, quàm eorum, quæ libro illo continentur, castigandorum necessitate. Hæc verò quantùm repugnent sinceritati, rerumque gestarum veritati, ut palam fiat, censuit Parisiensis Theologiæ Facultas ex suis monumentis dandam esse publico simplicem hujus negotii historiam, cum illa ipsa, cui Cellotius Superioris consensu & suæ Societatis Theologiæ Professorum consilio subscripsit, declaratione; ne prava, & reprobata semel vel ab ipso scriptore dogmata, rursùs pro sanis obtrudantur.

Extractum è Registris Facultatis.

Anno Domini millesimo sexcentesimo quadragesimo primo, die decimâ quintâ mensis Junii, Sacra Theologiæ Facultas Parisiensis habuit Comitia in Aula Collegii Sorbonæ, in quibus honor. M. n. Nicolaus Ysambert retulit circa autorem librorum de Hierarchia & Hierarchis Ludovicum Cellotium, cùm Superiores illius animadverterent multos conqueri de variis capitibus istius operis, & Facultatem se-

riò eogitare de illius censura evulganda, adiisse Eminentissimum Dominum Cardinalem Ducem de Richelieu, ab eoque supplices postulasse, ut quia autor esset Catholicus & Religiosus Societatis Jesu, ac paratus corrigere quæ mererentur emendationem, explicare quæ parerent ambiguitatem; Eminentia sua dignaretur aliquos seligere, coram quibus autor seipsum sisteret, proprio ore mentem suam circa propositiones illas, quæ vel hæresis, vel erroris aut falsitatis arguuntur, aperiret. Annuisse Eminentissimum Cardinalem eorum votis, & nonnullos ex Facultate designasse, videlicet honor. Magistros nostros Chastelain, Pereyret, Charton, Lescot, Morel, Cornet, de Perefixe, & de Sainte-Beuve secum, præsente eriam Reverendissimo Domino de la Mothe de Houdencour Rhedonensi Episcopo nominato; coram quibus prædictus autor, cum aliquot ex suo ordine Professoribus Theologiæ, videlicet MM. Haineufve, Petau & Boucher, comparuit: pluribus tandem diebus convenisse, & insigniores aliquas propositiones selegisse, quarum falsitas fuerat disceptata, ac eò deventum esse, ut autor ex consensu suorum, alias propositiones planè retractaverit, alias adbibitis quibusdam particulis emollierit, alias per eollationem ad ea quæ aliis locis ejusdem operis fusiùs tradiderat, ad sensum catholicum reduxerit, alias denique sibi incogitanter excidisse sit professus, hoc totum scripto exaratum, propriâ autoris manu & syngraphâ subsignatum, ad Eminentissimum Cardinalem fuisse transmissum; vidisse, & legisse, eidemque Facultati offerre, ut lectione ejus prius factâ in præsentibus Comitiis, in Archivis publicis reconderetur. Et significavit eandem Facultatem debere hac unâ censurâ esse contentam; cùm propositiones hîc ab autore revocatæ & damnatæ, sint fundamentum totius sui operis, totum opus simul in illis censeri condemnatum, intentum namque totius operis esse; Religiosos, præcise ut tales, collocare in Hierarchia Ecclesiastica juxta strictam significationem sumpta: quod ut stabiliret, novam effinxisse Hierarchiam, quam speciali nomine appellabat Charismatum, censebatque primam esse & nobilissimam omnium. Eumdem verò autorem, præsenti suâ expositione, hoc utrumque retractasse. Idem patere de singularibus prærogativis Religiosorum, & id genus aliis, quas idem autor contendebat esse illorum statui quasi essentiales & intrinsecas, & tamen suâ propositionum sequentium explicatione fatetur eis tantùm competere ex libera concessione, & posse revocari.

Hæc censura extat in Bibliotheca Sorbonica v. 8. 14.

Consule explicationem P. Cellot pag. 40. & sequentibus.

Anno Domini 1649.

Declaratio S. M. n. Hallier in Comitiis Sacræ Facultatis facta, quâ patet se doctrinam Sanctarelli cum universo sacro Ordine reprobare.

DIE primâ mensis Octobris, Saera Theologiæ Faeultas Parisiensis, post Missam de Sancto Spiritu, solito more celebratam, ordinaria habuit Comitia in Aula Collegii Sorbonæ .... Honorandus M. n. Nicolaus Cornet dixit quadriennium esse ex quo voluit Facultas illum administrare Syndicatûs Magistratum, de quo gratiis eidem Facultati actis, petiie ut in eodem Magistratu alium in suum locum sufficeret; re ad deliberandum propositâ, à Venerando Domino Decano, cùm plures honorandum M. n. Franciscum Hallier nominassent, M. n. Ludovicus de Saint Amour suo loco & ordine dixit inter eos qui in Syndicum nominabantur, esse aliquem qui eligi non possee ob doctrinam à Facultate damnatam anno 1626. in libello Sanctarelli per prædictum M. n. Franciscum Hallier eodem anno probatam in Commentariis Cornelii à Lapide Societatis Jesu in Epistolas Canonicas pag, 227. cujus verba legit simul atque approbationem Domini Hallier ipsis præfixam; atque illicò volumen integrum prædicta complectens, cui titulus est *Commentaria in acta Apostolorum, Autore R. P. Cornelio à Lapide, è Societate Jesu, olim in Lovaniensium, post verò in Collegio SS. Litterarum Professore. Parisiis* 1631. deposuit inter manus Apparitoris seu Actuarii dictæ Facultatis, cujus chirographo muniri volumen postulabat, loco & tempore repræsentandum, & intercessit ne ulterius in electionem dicti Domini Hallier procederetur, & alios qui prædictum Dominum Hallier in Syndicum nominabant interpellavit, ut alium ab eo nominarent. Cui intercessioni & postulationi se se adjunxie honorandus M. n. Joannes Rousse, tùm prædictus honorandus M. n. Franciscus Hallier dixit objici sibi illum librum Cornelii à Lapide à viginti quinque annis im-

pressum, negavitque se unquam eum legisse aut probavisse, neque à quoquam unquam se monitum de probatione sua illi libro affixa, quam responsionem petiit inscribi ab actuario, illiusque actum postulavit; prædicti verò M. n. Rousse & de Saint Amour protestati sunt de nullitate nominationis & electionis ejusdem M. n. Hallier tam propter rationem prædictam, quàm nonnullas alias.

Signatum, MULOT, cum Syngrapha.

Anno Domini 1649.

DIE quartâ mensis Novembris, Sacra Theologiæ Facultas Parisiensis, post missam de Sancto Spiritu, solito more celebratam, ordinaria habuit comitia in Aula Collegii Sorbonæ, in quam statim ingressus est ostiarius Curiæ Parlamenti, cujus ingressum cùm non probaret Facultas utpote contra morem, quia non vocatus fuerat, respondit sibi dictum esse à Domino de Saint Amour, & quibusdam aliis nomine Decani Facultatis ut ingrederetur: quod Decanus & Facultas cùm viderent falsum esse, remiserunt illum donec vocaretur: tum M. Philippus Bouvot major Apparitor dixit modo sibi significatum esse Arrestum Curiæ Parlamenti, & per illam significationem duntaxat, non tamen per Arrestum injunctum sibi eidem Philippo Bouvot, ut ante omnia illius significati Arresti lectionem faceret, & Baccalaureos & omnes alios moneret ne adirent S. M. n. Hallier, tanquam Syndicum, sed sicut prius S. M. n. Cornet adirent, & pro iis negotiis quæ officium suum spectarent, eum ipse Apparitor non agnosceret pro Syndico .... dixit honorandus M. n. Hallier sibi etiam idem Arrestum significatum esse. Interque alias causas intercessionis opponi sibi approbationem libri Cornelii à Lapide tanquam ab eo datam anno Domini 1626. in quo contineri dicunt propositionem istam *quod Papa possit Reges rebelles regno privare, sicut de facto privavit*, circa quod oppositionis caput habere se quod iterum inculcet Facultati, nimirum se nunquam probasse vel legisse librum istum Cornelii à Lapide in Epistolas Canonicas, & se esse ejusdem sententiæ cum reliqua Facultate & semper fuisse quod & significavit actumque petiit sui dicti & scripti, atque addidit se totum istud negotium remittere prudentiæ & judicio Facultatis.

Signatum J. MULOT, cum syngrapha.

Anno Domini 1649.

DIE septimâ mensis Decembris Sacra Facultas Theologiæ Parisiensis, post missam pro defuncto M. n. Guillelmo Erremorico, extraordinaria habuit Comitia in aula Collegii Sorbonæ super sequentibus articulis, Primò, honorandus M. n. Franciscus Chastelain dixit, juxta conclusionem factam die primâ hujus mensis in domum Facultatis convocavisse die quartâ ejusdem mensis, honorandos MM. nn. Pereyret, Chapelas, Bachelier, Morel, Gauquelin, le Moine, Duval, & de Saint Amour, eosque censuisse ad hæc comitia referendum esse satis provisum fuisse, tam circa propositiones de quibus est controversia, quam circa eas quæ tangunt materiam de gratia & de auxiliis divinis per sanctiones Ecclesiasticas, & antiqua Decreta ipsius Facultatis, atque ideo non esse necesse procedere ad examen, vel judicium earumdem, sed sufficere si Domino Syndico injungatur ut curet executioni mandari Decreta antea facta, tam pro doctrina, quàm pro disciplina; quod si aliqua difficultas occurreret circa prædictas propositiones, aut alias circa materiam de gratia, aut de auxiliis divinis, idem D. Syndicus consuleret Facultatem; si verò res ita urgeret, ut non posset commodè convocari, concilium assumeret omnium SS. Magistrorum qui eum in officio muneris Syndicatûs præcesserunt. Quod verò spectat ad Syndicatum; postquam honorandus M. n. Hallier declarationem à se factam die quartâ superioris mensis Novembris in publicis Comitiis reiteraverit, videlicet se nunquam approbavisse librum Cornelii à Lapide in Epistolas Canonicas, atque improbare se doctrinam in eo contentam, quæ tangit potestatem Principum temporalium, seque penitus adhærere doctinæ Facultatis circa illud punctum, atque etiam censuris ab eadem de eo factis, inter alias decreto facto contra Sanctarellum: utque suam circa illud momentum innocentiam testificetur libellum supplicem supremæ Curiæ Parlamenti offeret eo fine ut omnibus Typographis, Librariis, interdicatur ne imprimant, aut vendant dictum librum

Cornelii a Lapide cum dicta suppoſita approbatione ſub pœnis eidem curiæ reſervatis in deficientes aut contravenientes, & in prædictorum conſequentiam unanimi omnium conſenſu dicta electio ad Syndicatum probabitur .... Cenſuit Facultas ſufficere ſi moneretur D. Syndicus ut curet executioni mandari Decreta ejuſdem Facultatis, tam pro doctrina, quam pro diſciplina antea facta juxta mentem Deputatorum. Cæteris relationibus ſubſcripſit.

Signatum, J. MULOT, cum ſyngrapha.

Anno Domini 1651.

Concluſio Sacræ Facultatis Pariſienſis pro Hybernis.

Expoſtulatio Hybernorum.

DIE primâ menſis Aprilis, Sacra Theologiæ Facultas Pariſienſis, poſt miſſam de Spiritu Sancto, ſolito more celebratam, ordinaria habuit Comitia, &c.

Comparuerunt in comitiis Facultatis MM. Nicolaus Poërus & Thomas Medus Baccalaurei ejuſdem Facultatis, qui conqueſti ſunt de Decreto quodam ampliſſimi Domini Rectoris adverſus viginti ſex Hybernos edito die quartâ Martii ultimo elapſi, quo illos omni gradu Academico, eos verò qui nondum adepti ſunt, omni ſpe adipiſcendi dejicit, eoſque ab omnibus Gymnaſiis Academiæ expellit, eo quod, (ut prædicto Decreto perhibetur) doctrinale ſibi judicium de quibuſdam propoſitionibus arrogarent, & de iis ſtatuere & definite auſi fuiſſent. Prædictus autem Poërus ſuo & aliorum nomine dixit, ſe nec doctrinale ullum judicium tuliſſe, nec ſtatuere, aut definire quicquam voluiſſe de propoſitionibus ullis quod coram Notariis Regiis die vigeſimâ ſecundâ Martii profeſſi ſunt ad calcem Exemplaris prædictarum propoſitionum à ſingulis Hybernis prædictis ſubſignati, nihilque aut poteſtatis, aut auctoritatis ad definiendum, ſtatuendum, aut judicium doctrinale ferendum ſe habere declararunt & profeſſi ſunt, ſed tantum ſibi invicem promiſiſſe, ſe doctrinam Janſenii nunquam docturos, prædicaturos, rudi plebi in catechiſmo propoſituros, nec ullas propoſitiones à Conciliis Oecumenicis, aut Decretis Summorum Pontificum quomodolibet damnatas & nominatim quæ in ſuo exemplari continentur. Quodquidem privatum fuit, non publicum, nunquam evulgandum, niſi ampliſſimus D. Rector ſuo illo decreto evulgaſſet ac in lucem edidiſſet. Inſuper addidit prædictus Poërus, non eſſe quod quiſquam lædi poſſit quod promiſerint ſe nullas propoſitiones docturos, prædicaturos, quomodolibet à quovis ſummo Pontifice damnatas, quoniam non alio modo intellexerunt quam de propoſitionibus quâvis cenſurâ, ſive hæreſeos, ſive erroris, ſive temeritatis aut falſitatis, aut aliàs quomodolibet à Pontificibus Gregorio XIII. Pio V. & Urbano VIII. damnatas, in quibus omnibus prædicti Hyberni nulla in re ſe peccaſſe dixerunt. Quod ſi quidpiam peccaverunt, Facultatis judicio corrigendos ſe libenter ſubmittunt. Quantum autem interſit Facultatis prædictum decretum, & quam durum ſit auctoritate Domini Rectoris prædictos Baccalaureos, & alios innocentes tanquam nocentes à gremio Facultatis Avelli judicandum Facultati reliquerunt, eaque de cauſa coactos provocare ad Senatum, qui ſuo Arreſto die vigeſimâ quartâ Martii prohibuit ne prædictum Decretum executioni demandaretur, donec aliter Senatus ſtatuerit. Qua in cauſa ut prædictis Hybernis patrocinium exhibere Sacra Facultas dignaretur humiliter ſupplicaverunt. Quibus dictis tradidit prædictus Poërus Decretum ampliſſimi Domini Rectoris, nec non exemplar ſubſcriptionis prædictorum Hybernorum ab ipſis ſubſignatum ad cujus calcem eorumdem Hybernorum declarationes continentur. Quæ omnia clarâ & intelligibili voce legi petiit D. Syndicus ut ſequuntur.

Declaratio eorumdem Hybernorum.

CUM nova dogmata his calamitoſiſſimis temporibus à quibuſdam doceantur, prædicentur, typis mandentur in colloquiis familiatibus miſceantur, & denique, quod pejus eſt, catechiſmo rudi & incautæ plebi proponantur cum ſumma animorum diſſentione, periculumque ſit, ne aliqui ex Hybernis, qui Pariſiis majori numero ſtudent, quam in ullâ totius orbis civitate, bis dogmatibus imbuantur quæ in patriam noſtram Hyberniam fidei avitæque religionis tenaciſſimam reduces, diſſeminare, ac incautorum animis inſtillare conarentur, ſicque Eccleſiam Hybernicam à centum annis & amplius Hæreticorum

ticorum insultibus, ac vehementissimis persecutionibus nimis afflictam, & à decennio, crudeli ac periculoso bello agitatam perturbarent. Nos infra scripti huic periculo maturè pro viribus occurrere proponentes, firmiter statuimus promittimusque nos semper adhæsuros universis Conciliis Oecumenicis, ac præsertim Tridentino, necnon omnibus decretis ac censuris summorum Pontificum, nominatimque iis quæ lata sunt à Pio V. Gregorio XIII. Urbano VIII. & Innocentio X. contra Baïum, Jansenium, eorumque sequaces. Insuper promittimus nunquam nos, ex animi sententia, privatim aut publicè defensuros, docturos, prædicaturos, multoque minus catechismo plebi proposituros ullas propositiones de errore aut hæresi suspectas, aut quomodolibet à quovis summo Pontifice damnatas, præsertimque sequentes.

PRIMA PROPOSITIO.

Aliqua Dei præcepta hominibus justis volentibus & conantibus secundùm præsentes quas habent vires, sunt impossibilia: deest quoque ipsis gratia quâ possibilia fiant.

SECUNDA PROPOSITIO.

Interiori gratiæ in statu naturæ lapsæ nunquam resistitur.

TERTIA PROPOSITIO.

Ad merendum & demerendum in statu naturæ lapsæ, non requiritur in homine libertas à necessitate, sed sufficit libertas à coactione.

QUARTA PROPOSITIO.

Semipelagiani admittebant prævenientis gratiæ interioris necessitatem ad singulos actus, etiam ad initium fidei; & in hoc erant Hæretici, quod vellent eam gratiam talem esse, cui posset humana voluntas resistere vel obtemperare.

QUINTA PROPOSITIO.

Semipelagianorum error est, dicere Christum pro omnibus omnino hominibus mortuum esse, aut sanguinem fudisse.

Nomina eorum qui subscripserunt ordine quo sunt in manuscripto.

Mauritius Durcan, Doctor Theologus & Collegii Præfectus.

Richardus Nugent, Sacræ Facultatis Parisiensis Doctor, & Ecclesiæ Cathedralis Cluanensis Decanus.

Nicolaus Poërus, Baccalaureus Theologus, Philosophiæ Professor.

Daniel Mune, Doctor Theologus.

Thomas Medus, Baccalaureus Theologus.

Joannes Mollony.

Joannes Burgo.

Dionysius Hederman admissus ad sacræ Theologiæ Baccalaureatum.

Joannes Fleminge.

Thomas Lehy.

Edmundus Barry.

Eduard Conaldus.

Bernardus Cunlevy.

Philippus Lyen.

Guillelmus Quelæus.

Donatus Kennedeie.

Moriartus Obrien.

Eugenius Okiffe.

Donatus Falvæus.

Gelasius Omeagher.

Carolus Horan, Colloquii spiritualis Secretarius.

Guillelmus Gallieus.

Joannes Maddine.

Joannes Cuollaghan.

Donatus Horan.

Cornelius Fogorty, Protonotarius Apostolicus, & colloquii spiritualis Assistens.

ConstantinusBrien.

Eorumdem Hybernorum Declarationes.

Aujourd'hui sont comparus pardevant les Notaires Garde-notes du Roi notre Sire en son Châtelet de Paris soussignez Messires Maurice Durcan, Richard Nugent, Nicolas Poëré, Jean de Molony, Denis Hederman, Bernard de Cunleny, Edouard Coneil, Denis Kennedy, Eugen Kise, Daniel Mune, Corneil Fagorty, Denis Faluns, Jean Madin, Thomas Medus, Philippe Lyen, Denis Horan, Guillaume Queley, Constantin Brien, Thomas Lehey, Charles Horan, Edmond Barry, Jean Fleming, Moriartus Obrien, Jean Cuollagham, Guillaume Gallois, Jean Burgo, tous Prêtres demeurants à Paris, lesquels ont reconnu & confessé avoir fait & signé l'acte de l'autre part écrit, & n'avoir statué, défini aucunes choses, ni baillé aucun jugement doctrinal sur les propositions qui sont au bas dudit acte, reconnoissent n'avoir aucun pouvoir, ni avoir eu aucune pensée, ni intention de

ce faire, ains seulement ont pris resolution entre eux, & se sont promis les uns aux autres de ne point soutenir, ni enseigner en quelque maniere que ce soit la doctrine de Jansenius. Dont & de ce que dessus, les dessus nommez ont requis le persent acte aux Notaires soussignez, qui leur ont octroyé cestui pour leur servir & valloir ce que de raison. Ce fut fait & passé ès Etudes des Notaires soussignez le vingt-deuxième jour de Mars l'an mil six cens cinquante-un, & ont signé.

Richard, Nugent.
Nicolas Poërus.
Jean Mollony.
Dermice Hedeman.
Maurice Durcan.
Bernard Cunleuy.
Eduard Conell.
Denis Kennedy.
Eugen Okiffe.
Daniel Nune.
Corneille Fogorty.
Denis Faluy.
Jean Madden.
Guillaulme Gualuois
Thomas Medus.
Philippe Lyen.
Donat Horan.
Jean Bourgo.
Guillaume Queley.
Constantin Brien.
Thomas Læhy.
Carolus Horan.
Jean Cuollaghan.
Jean Fleminge.
Edmond Barry.
Motiart Obrien.

HUART & RICORDEAU, Notaires.

QUod insuper promittimus nunquam nos publicè defensuros, docturos, multoque minus catechismo plebi proposituros ullas propositiones de errore aut hæresi suspectas, aut quomodolibet à quovis summo Pontifice damnatas, declaramus nos hîc intellexisse & intelligere propositiones quâcumque censurâ, sive notâ hæreseos, sive erroris, sive falsitatis aut temeritatis damnatas, nunquam docturos aut defensuros. Cui declarationi subscripsimus.

Mauritins Durcanns.
Richardus Nugent.
Thomas Medus, Sacræ Facultatis Parisiensis Baccalaureus.
Guillelmus Gallueus, Sacerdos.
Joannes Fleminge, Sacerdos.
Moriartus Obrien.
Joannes Bourgo.
Donatus Kennedie.
Thomas Læhy.
Cornelius Fogorty.

Decretum Universitatis studii Parisiensis.

ANNO Domini 1651. die Sabbatti quartâ Martii, in Comitiis ordinariis Universitatis studii Parisiensis apud Ampliss. D. Rectorem in Regia Navarra, exposuit amplissimus D. Rector, cùm sibi renuntiatum esset nonnullos Hybernos à paucis mensibus sæpe congregari in Collegio bonorum (ut vocant) puerorum, Præside uno ex Missionariis, & eorumdem Hibernorum aliquos nuper inductos in cubiculum M. Nic. Poëri Hiberni Baccalaurei Theologi & Philosophiæ Professoris in Gymnasio Lexoveo, ut illic de nonnullis quæstionibus in materia gratiæ statuerent, se Rectorem statim illis significasse per unum ex Apparitoribus Universitatis uti abstinerent ab ejusmodi conventiculis, & ab omni judicio doctrinali: visos quidem illos parere, quia statim discesserunt, sed itum paulopost ostiatim ad singulos & unicuique clanculum proposita tria aut quatuor subsignanda exemplaria declarationis cujus hîc est tenor. Cùm novairrepserant dogmata, quorum aliqua publicè doceantur, alia colloquiis particularibus misceantur, alia rudi plebi in catechismo proponantur imbuenda, & quia periculum est ne aliquis ex Hybernis qui nunc Parisiis student perniciosa dogmata loco avitæ fidei deferant in patriam, Catholicæ Religionis ex quo semel in ea incœpit, tenacissimam, nos infra scripti his malis maturè occurrere volentes firmiter statuimus ac promittimus nos semper adhæsuros Conciliis Oecumenicis, præsertimque Tridentino, necnon omnibus decretis ac censuris Summorum Pontificum, nominatimque iis quæ lata sunt à Pio V. Gregorio XIII. Urbano VIII. & Innocentio X. contra Baïum Jansenium & sequaces eorum. Insuper promittimus nos nunquam ullas doctrinas de hæresi suspectas & quomodolibet à quocumque Summo Pontifice prohibitas defensuros, docturos, prædicaturos præsertimque sequentes propositiones. 1. *Aliqua Dei præcepta justis volentibus*, &c. ut supra Hibernorum autem prædictorum unumquemque privatim omni arte sollicitatum ut prædictæ declarationi subscriberet, tandemque effectum ut subscripserint aliqui numero circiter viginti sex, quorum

unus tantum Doctor seu Theologus Parisiensis, duo Baccalaurei, duo Magistri in artibus, cæteri nullius gradus & nominis in Academia, quorum alii vix Philosophiam salutaverint, alii vix Grammaticam. Ostendit dictus D. Rector quanti interesset Universitatis arcere à Gymnasiis suis conventicula ejusmodi, atque in eos animadvertere qui contra quod fuerat prohibitum in doctrinæ causa sine ulla autoritate statuere ausi sint, præsertim verò de propositionibus in ea declaratione contentis, de quibus Sacra Theologiæ Facultas tametsi deliberationi suæ ante octodecim menses propositis, nihil decreverit, neque Illustrissimus Parisiorum Archiepiscopus, neque Augustissimus qui etiamnum Parisiis sedet, suaque habet comitia Clerus Galliarum de iisdem propositionibus quicquam definierint.

Observavit item D. Rector quædam in prædicta declaratione contineri, quibus Academiæ Parisiensis autoritas, ac Regni & Ecclesiæ Gallicanæ jura & privilegia maxime lædi viderentur. Postremò dixit Academicos quatuor qui subscripserant adesse jussos, ut de re tota andirentur, exemplariaque omnia declarationis à se subscripta repræsentarent. Placuit igitur primùm audiri illos, quibus admissis, perlecta est prædicta declaratio, fassique sunt se illi subscripsisse privatim & absque ullo prævio examine communi, & subscripsisse tribus quidem aut quatuor illius exemplaribus quorum nullum penes se superesset; sed illorum unum traditum Magistro Vincentio à Paulo Missionariorum Generali & supra dicti Collegii Bonorum puerorum Primario; paratos esse se revocare subscriptionem illam suam, si ita Universitati videretur. Quæ omnia verè à se dici & promitti adhibito etiam suo syngrapho confirmarunt. Tùm D. Rector exhibuit libellum supplicem sibi & DD. Decanis & Procuratoribus oblatum ab aliis Hybernis Academicis Theologis, quo quidem nationis suæ nomine vehementer obtestabantur, uti ne universæ genti suæ imputaretur paucorum factum & temeritas, quorum alios ob inscitiam deceptos, alios ab Academiæ adversariis seductos fuisse dicebant postulabantque ut placeret Universitati diligenter occurrere huic paucorum malo, quo quidem charitas fraterna dissolvitur, inuriturque nota, quasi omnes consenserint in paucorum istorum culpam, qui contra Ecclesiæ Gallicanæ & Regni jura id ausi sint. Quo perlecto libello supplici auditi sunt plures Hyberni Theologi, quorum aliqui declararunt Jesuitas duus religiosissimè pollicitos fuisse Hybernis domum, si prædictæ declarationi subscriberent, factam etiam spem fundationis ab aliquo alio viro, & sacerdotiorum seu beneficiorum Ecclesiasticorum à prædicto M. Vincentio à Paulo Missionariorum Generali. Quibus omnibus auditis, re in maturam deliberationem vocatâ, censuerunt omnes unanimi consensu, neminem, qui privatæ sit autoritatis, posse in doctrinæ causâ decernere, proptereaque factum esse temerè & insolenter ab istis paucis & privatis hominibus nullius autoritatis, & maximam partem nullius doctrinæ & nullius gradus in Academia, qui contra quam prohibitum illis fuerat ab amplissimo D. Rectore, doctrinale sibi judicium arrogare ausi sint de prædictis quæstionibus statuere, de quibus nec Sacræ Theologiæ Facultas, nec illustrissimus Parisiorum Archiepiscopus, nec augustissimus Galliarum Clerus quicquam definierint. Quocirca Universitas declarationem istam damnat & abrugat, eamque irritam esse vult & nullam, judicat eam autoritati suæ adversam ac moribus & juribus Regni & Ecclesiæ Gallicanæ contrariam, jubetque exemplaria illius omnia ubicumque subscripta occurrerint ad amplissimum D. Rectorem afferri & aboleri. Academicos, qui prædictæ declarationi subscripserunt omni Academiæ gradu, jure & privilegio dejicit: cæteros vero omni spe & aditu graduum excludit, & gymnasiis omnibus expellit, nisi intra diem octavum à significatione hujus decreti subscriptionem illam suam scripto & syngrapho apud Scribam Universitatis revocaverint, quo exacto tempore, nullam spem futuram veniæ contumacibus. Vetat ne illi aut alii in Academia simile aliquid privatâ autoritate posthac ullatenus audeant: alioquin certissimam illis ab omnibus Academiæ gradibus, privilegiis, juribus & gymnasiis ejectionem edicit; primo quoque tempore significandum decretum hoc censet omnibus Gymnasiarchis & aliis quorum intererit. Et ita à D. Rectore conclusum fuit.

Signatum Quintaine, Scriba Universitatis.

Interpellatio honorandi Magistri nostri de Sainte Beuve.

AUNITA oratione & supplicatione prædicti M. Nicolai Poëri, ac lectione prædictorum actorum, honorandus M. n. Jacobus de Sainte Beuve interpellavit dictum Poërum ut declararet quinam sint illi Professores in Academia Parisiensi, qui nova & perniciosa dogmata docent, eaque potissimùm quæ hic referuntur. Cùm verò prædictus Poërus omnino taceret, atque ab aliquibus prohiberetur ne responderet, & honorandum M. n. Hallier Syndicum dixisse prætenderet dictus D. de Sainte Beuve (respondebit ex consilio) statimque prædictum Poërum per eos per quos loqui prohibebatur ex Aula exire compulsum fuisse; de iis actum petiit dictus D. de Sainte Beuve. Idemque observavit adesse M. n. Richardum Nugent unum ex Hybernis, qui subscripserant, eum interpellavit ut declararet ipse quinam essent isti Professores, ipso tacente, iterùm prætendens dictus D. de Sainte Beuve D. Syndicum dixisse, respondebit ex consilio, actum petiit.

Expostulatio Domini Syndici.

HIs auditis D. Syndicus dixit, sibi visum fuisse jura Facultatis lædi illo decreto amplissimi D. Rectoris, atque ideo in comitiis generalibus Mathurinensibus die vigesimâ primâ Martii, in quibus D. Rector orationem habuit adversus Hybernos, decretumque illud laudavit & petiit illius confirmationem, voluisse universæ Academiæ proponere quantùm hujusmodi decreto Facultas Theologiæ læderetur; ac idcircò ut audiretur postulasse, antequam Facultates deliberarent de confirmatione aut infirmatione prædicti decreti; sed clamantium & occurrentium multitudine impeditum fuisse quominus audiretur; ita ut prædictus D. Rector discesserit sine confirmatione facta ab ulla generalium comitiorum Facultate, contra morem omnem & consuetudinem. Qua in re Facultati Theologiæ injuriam maximam illatam esse conquestus est. Subdidit autem se in animo habuisse coram tota Universitate proponere; neque extraordinarium negotium quodvis ex illis privatis comitiis quæ habentur in privato cubiculo amplissimi D. Rectoris, vocatis solùm cujusquam Facultatis Decanis, & Procuratoribus nationum concludi jure potuisse, neque amplissimo Domino Rectori inconsultâ Facultate Theologicâ, Doctorem in Theologia, vel Baccalaureos omni gradu Academiæ, & eos qui nondum gradum adepti sunt, omni spe gradûs obtinendi dejicere & gymnasiis omnibus expellere, aliasque pœnas quæ prædicto decreto continentur inferre in iisdem privatis cœtibus licuisse, multò minùs verò potuisse illum de doctrina fidei & propositionibus Theologicis quicquam definire aut statuere, cùm Theologiæ sit facultatis doctrinale judicium pronuntiare: hoc verò decreto sibi doctrinale judicium potissimùm arrogare cum prædictis Decanis & Procuratoribus amplissimum D. Rectorem intendisse non adeò videri obscurum ex variis ejusdem decreti clausulis. Ideòque cùm anteà in contrarium perorare sibi non fuisset permissum, scripto eidem se se opposuisse coram Notariis Regiis prædictâ die 21. Martii. Jam verò rogare ut Facultas de illo decreto deliberet sibique ut provideat postulare.

Expostulatio Domini de Sainte Beuve quâ damnat propositiones Jansenistarum & inquiri vult in eos qui illas docent.

POSTQUAM verò locutus est D. Syndicus prædictus D. de Sainte Beuve dixit se non posse quidquam dicere de decreto D. Rectoris, nisi quòd ritè factum fuit & legitimè confirmatum in comitiis generalibus Mathurinensibus ut constare declaravit ex instrumento Confirmationis subscripto à D. Quintaine scriba Universitatis quod legere se paratum esse dixit. Sed quia conquestus est idem D. Syndicus de iis per quos impeditus fuerat ne apud Mathurinenses peroraret; dixit idem D. de Sainte Beuve declarare se coram tota Facultate unum se ex illis fuisse, qui sic illum impediverunt, protestatumque se fuisse, quod patienter & gratulanter audiendus esset, si privato nomine loqui vellet, & quod tantùm impediret ne nomine ipsius Facultatis loqueretur, cujus se nomine velle loqui palam declaraverat, sermone suo ab hac declaratione instituto: duplici autem de causa se cum multis aliis præpedivisse ne loqueretur. 1°. Quia in Universitatis comitiis Facultas loqui non debet, nisi per suum Decanum. 2°. Quia si quid haberet proponendum nomine Facultatis, proponere non posset, nisi consultâ Facultate, hanc autem adfuisse per multos Doctores

Doctores in iisdem comitiis Mathurinensibus congregatos; & tunc interpellatum fuisse D. Syndicum ut ipse Doctorum suffragia à D. Prodecano ex more quæri & numerari procuraret, Dominum Syndicum noluisse ac refugisse. Ad rem verò præsentem & D. Syndici requisitionem quod pertinet, se ideò urgere ipsos Hybernos de Professoribus nominandis quos in suæ declaratione accusabant, ut noscant omnes quinam illi sint, qui dogmata perniciosa doceant; ne verò id sibi per calumniam objiciatur, declarare se nullam ex quinque istis propositionibus docuisse cujus declarationis actum petiit D. Amyot, addiditque idem D. de Sainte Beuve ignotum esse qui illas docuerit, præter unum M. n. Pereyret qui anno Domini 1645. in lectionibus publicis primam quæ est de possibilitate præceptorum ipsissimis terminis docuit.* Cùm verò negasset D. Pereyret hanc se docuisse, D. de Sainte Beuve exhibuit quaternionem, statimque D. Pereyret dixit, si docui, revoco; petieruntque actum utrobique dicti DD. Pereyret & de Sainte Beuve.

Qui quidem D. de Sainte Beuve interpellavit D. Syndicum ut pro sui muneris ratione inquireret de veritate vel calumniâ accusationis Hybernorum contra Professores Academiæ & à Facultate requireret, quod moris est: Facultatem etiam rogavit ut suæ hujus adversus Hybernos expostulationis rationem haberet horumque omnium actum petiit. Eo demum negotio, ad deliberandum à D. Decano proposito, sententiam suam dicente D. Chapelas, suo ordine, & petente ab eodem D. de Sainte Beuve an improbaret prædictas propositiones, & urgente non satis esse qnod dixisset, se nullam illarum docuisse aut docere, respondit dictus D. de Sainte Beuve se nullam illarum docuisse iis terminis ambiguis & æquivocis ut jacent. Facultas autem auditâ declaratione Hybernorum die 22. Martii coram Notariis Regiis: improbavit prædictum Decretum diei quarti Martii, consensum quoque, si quem præbuit in Comitiis privatis apud amplissimum D. Rectorem illi Decreto, D. Prodecanus Theologiæ. Quæ verò gesta sunt à D. Syndico die vigesimâ primâ Martii in Comitiis generalibus Mathurinensium approbavit & appellationi Hybernorum se se adjunxit. Qui autem litem promoveant ubicumque, & quomodolibet nominavit hon. MM. nn. Edmundum Amyot & Dionysium Guyart cum Decano & Syndico, cui conclusioni se se opposuerunt hon. MM. nn. de Mimé, Bachelier, Coppin, de Sainte Beuve, de la Lane, Fortin, Deschasteaux & alii quidam.

Ista conclusio in lucem edita fuit anno 1651. sub hoc titulo: *Conclusio Sacræ Facultatis Parisiensis pro Hybernis, contra Decretum Rectoris & Jansenistas.* Hæc verba, *contra Decretum Rectoris & Jansenistas*, à Magistro Amyot ad conclusionem sacræ Facultatis addita sunt. Quâ de re Amplissimus Rector Universitatis studii Parisiensis conquestus est.

Extractum, ex libro conclusionum præfatæ Facultatis, sacræ Theologiæ Parisiensis per me infra inscriptum Majorem Apparitorem & scribam dictæ Facultatis, die quintâ Maii, anno Domini millesimo sexcentesimo quinquagesimo primo.

PH. BOUVOT.

Hæc monumenta reperiuntur in Bibliotheca Sorbonica, arm. 11. r. 2. n. 55.

Anno Domini 1653.

Die primâ Februarii ad Censorium judicium Sacræ Facultatis Parisiensis, delatus est liber sic inscriptus: *Chronicon, seu continuatio chronici Ademari Engolismensis cum additionibus fratris Petri à S. Romualdo Fuliensi, in quo scripto dicebatur Pontificem Gregorium VII. & Pium V. definivisse quod Papa Reges deponere possit.* Tum etiam à Parisiensi Archiepiscopo iste liber proscriptus fuit, & Arresto Parlamenti interdicitur.

Hæc monumenta Parisiis in lucem edita sunt an. 1720. inter quasdam censuras Sacræ Facultatis Parisiensis pro regia potentia pag. 341.

* Dominus Pereyret negavit se primam propositionem *quæ supra*, docuisse, & etiam nunc pernegat. Autor libri qui inscribitur *de la Grace victorieuse*, camdem primam propositionem, ex lectionibus D. Pereyret, capite primo primæ propositionis typis excudi curavit: sed truncate & malâ fide, & quanquam insignis sit Jansenista, tamen satis vindicat Dominum Pereyret ab hac injuriosa accusatione. Nam pag. 3. ibidem scribit verbis Gallicis: *Ce n'est pas toutefois que M. Pereyret ait enseigné cette proposition tout à fait au même sens auquel M. d'Ipre l'a enseignée, puisque ce Docteur reconnoit & prouve au même lieu, que les Justes ont toujours une grace suffisante de prier.*

Anno Domini 1654.

Conclusiones Sacræ Facultatis quibus jubetur F. Ascolano retractare propositionem Regum autoritati adversam.

DIE primâ mensis Decembris 1654. habita sunt Comitia modo & loco solitis in quibus juramenta præstiterunt Hon. MM. nn. Fr. de Nesmond &c.... H. M. N. Grandin Syndicus exposuit typis mandatam fuisse Thesim à F. benedicto Ferdinando Ascolano Carmelitarum, præsentato pro penultimâ Sorbonicâ in quâ hæc propositio continebatur : *Nulla est lex in Gallia aut esse potest quæ Religiosos à sui Generalis obedientia eximat, quapropter qui ipsi in rebus etiam minimis parere renuunt, graviter peccant.* Quam quidem propositionem cum aliis quibusdam delendam notaverat præsertim in totâ octavâ appendice quæ agebat de Scapulari. Quod cum sibi Syndico innotuisset pridie actus, curavisse ut dictus Ascolano ipsam propositionem deleret in Thesibus quæ exponi debebant in Scholâ atque etiam alias excudi curaret. Petiitque idem D. Syndicus ut in eum animadverteret Facultas, statueretque ut prædictam propositionem revocaret publicè ipse F. Ascolano. Iis auditis M. n. F. Modestus Cantilhac Prior Carmelitarum conquestus est de eodem F. Ferdinando Ascolano quod nullam ex tribus Thesibus quas sustinuerat sui prioratûs tempore, sibi obtulisset, ipsam etiam de quâ rumor erat neque vidisse, nec legisse utpote cum nullâ lege, aut consuetudine Priures sui Conventus ad Theseum lectionem, aut probationem tenerentur. Quâ protestatione factâ, in eâ fuit sententiâ ut dictus Baccalaureus plecteretur ratione suæ temeritatis, & petiit ut è gremio almæ matris ejiceretur, pollicitus se è suâ Carmelitarum familiâ expulsurum. Hon. etiam M. F. Matthæus Gaugy Regens Carmelitarum dixit dum sibi oblata fuit Thesis ut eam legeret & obsignaret, nullam legum status Regni Galliarum animum suum subiisse cogitationem, quam solummodò ad votum obedientiæ cui Religiosi sunt adstricti tunc temporis direxerat. Interim se ex solâ inadvertentiâ peccasse, atque ideo cum primùm commonitus fuit, dictum Fratrem Ascolano ad dignissimum D. Syndicum misisse, eique vetuisse ne ullas Theses, nequidem ipsi Priori sui Conventûs distribueret; ut autem à se omnem tolleret suspicionem, juravit & protestatus est se huic propositioni quæ suum calamum effugit, quamque improbabat, non ex animo subscripsisse, quod scripto suâ syngraphâ firmato coram Facultate tradidit in monumentum veritatis. Iis auditis censuit Facultas revocandam esse dictam propositionem in publicis comitiis per dictum F. Benedictum Ferdinandum Ascolano, nominavitque cum DD. Decano & Syndico Hon. MM. nn. de Mincé, Bachelier, & Deceux, qui formulam revocationis scriberent, quam referrent ad Facultatem antequam in Comitiis publicis ipsi subscriberet, eamque pronuntiaret dictus Frater Ascolano. Improbavit autem Facultas quod audivit dictum Baccalaureum jam scripto revocasse dictam propositionem coram Domino Rectore, utpote cum ad ipsam solam pertineat de doctrina immediatè judicare. Cæteris supplicationibus, & relationibus subscripsit Facultas.

ANno Domini 1655. die 2. mensis Januarii, sacra Theologiæ Facultas Parisiensis, post Missam de S. Spiritu solito more celebratam, ordinaria habuit Comitia in aulâ Sorbonicâ super sequentibus articulis; primùm MM. nn. Guichard & Gaulthier Dubois præstiterunt juramenta & petierunt litteras... 2°. lecta & probata conclusione, superioris mensis Domini Deputati retulerunt declarationem ab ipsis scriptam, quam etiam probavit Facultas, censuitque vocandum esse F. Benedictum Ferdinandum Ascolano qui & subscriberet, eamque pronuntiaret coram omnibus Magistris præsentibus in hunc modum : *Ego F. Benedictus Ferdinandus Ascolano Romanus, Baccalaureus Theologus præsentatus Carmelitarum Parisiensium, declaro coram tota Facultate Theologica Parisiensi me istâ propositione quæ est sub finem quintæ appendicis Thesis actus mei Sorbonici de quo respondi die Veneris 20. Novemb anni proxime elapsi.* Lex nulla est in Galliis aut esse potest quæ Religiosos ab sui Generalis obdientiâ eximat, quapropter qui ipsi in rebus etiam minimis parere renuunt, graviter peccant, *me non intendere ucque intendisse quòd Religiosi teneantur obedire suo Generali aliquid imperanti contra Reges & jura Regni, aut contra Galliæ commodum, aut decus, imo sic intellectam quasi ipsi regulares vi suorum votorum & obedientiæ Generalibus aliisque Superioribus regularibus,*

promiscuè à debito obediendi potestatibus temporalibus eximantur, falsam atque erroneam reputo & ut talem condemno. Insuper fateor me temerè & inconsideratè Galliam potiusquam alia regna nominasse, nec tamen id lædendi animo fecisse, aut insimulandi Religiosos alicujus inobedientiæ ex conscientia sincerè affirmo. Prætereà istam consequentiam, quapropter qui ipsi in rebus etiam minimis parere renuunt, graviter peccant, *tamquam falsam & principiis Theologiæ repugnantem revoco & ejuro, atque veniam humiliter peto in quorum testimonium subscripsi die 2. Januarii an. Dom. 1655. Ego F. Ferdinadus Ascolano qui suprà........*

Hæc monumenta in lucem edita sunt inter quasdam censuras Sacræ Facultatis Parisiensis anno 1720. pag. 341.

Anno Domini 1655.

DIE primâ mensis Julii Sacra Theologiæ Facultas Parisiensis, post missam de Sancto Spiritu, solito more celebratam, ordinaria habuit Comitia in Aula Collegii Sorbonæ, &c.

Supplicatio S. M n. de la Moreliere rejicitur.

Magister noster de la Moreliere petiit licentiam probandi versionem gallicam Breviarii Romani, cujus supplicatio rejecta est.

Hoc monumentum reperitur in Bibliotheca Sorbonica, v. 8. 14.

Anno Domini 1655.

Censura Sacræ Facultatis Theologiæ Parisiensis lata in libellum, cui titulus est: Seconde Lettre de Monsieur Arnauld Docteur de Sorbonne, à un Duc & Pair de France, pour servir de réponse à plusieurs écrits qui ont été publiez contre sa premiere Lettre, sur ce qui est arrivé à un Seigneur de la Cour, dans une Paroisse de Paris. A Paris 1655.

CUM ante menses aliquot Magister Antonius Arnauld Doctor Sorbonicus Gallicè scripsisset, atque in vulgus edidisset Epistolam quamdam, hoc titulo, *Seconde Lettre de Monsieur Arnauld Docteur de Sorbonne, à un Duc & Pair de France, pour servir de réponse à plusieurs écrits, qui ont été publiez contre sa premiere Lettre, sur ce qui est arrivé à un Seigneur de la Cour dans une Paroisse de Paris. A Paris* M. DC. LV. Magister Dionysius Guyart Syndicus quarta mensis Novembris ejusdem anni 1655. in Comitiis Generalibus Sacræ Facultatis Theologicæ Parisiensis apud Sorbonam post Missam, ut moris est, de Spiritu Sancto celebratam, dixit istâ in Epistolâ à viris doctis & piis quædam notari, quæ tum Summi Pontificis & Episcoporum auctoritati adversarentur, tum etiam cum fide Catholica & decretis Facultatis pugnarent. Cui rei ut maturè ac seriò provideret Facultas, Epistolæ illius legendæ, & examinandæ curam commisit sex è sapientissimis Magistris Nostris, unà cum Dominis Decano & Syndico. Qui quidem, cùm per mensem Novembrem eam in rem sedulò & diligenter incubuissent, atque inter se diu ac multùm contulissent primà die mensis Decembris ejusdem anni 1655. in Generalibus Comitiis ut suprà, Facultati retulerunt illâ in Epistolâ, inter alia reprehensione dignissima, ea se præsertim observasse, quæ perspicuitatis & compendii causà reduci posse viderentur ad duo capita, sive ad duas quæstiones vel propositiones; quarum altera diceretur facti, altera juris: prioremque illam his contineri verbis,

PAGINA 49. *Ce Seigneur a fort bien jugé, que cette épreuve de l'humilité & de la moderation de ses amis justifioit, que n'ayant défendu que la pure doctrine de S. Augustin, & non des Propositions condamnées, qu'ils ont toujours regardées comme forgées par les partisans des sentimens contraires à ceux de ce grand Docteur.*

PAGINA 130. *Mais pourquoi donc, disent-ils, a-t-on fait deux apologies pour Jansenius? Parce qu'on a cru qu'il y alloit de l'interêt de Dieu, & de l'honneur de l'Eglise, de ne pas souffrir, que sous le nom de Jansenius on fist passer en pleine chaire les plus constantes maximes de la doctrine céleste de S. Augustin, pour des impietez & des heresies: qu'on les combatit par des anathemes de faux Conciles, par des ignorances grossieres dans l'Histoire Ecclesiastique, par des passages de l'Ecriture, ou falsifiez dans les paroles, ou corrompus dans le sens: &*

qu'on imposât en plusieurs points des heresies & des erreurs à un Evêque qui a été très-éloigné de les enseigner.

PAGINA 149. *Après tous ces exemples de l'Histoire Ecclesiastique, se pourra-t-il trouver*, MONSEIGNEUR, *quelqu'un assez déraisonnable & assez injuste pour s'imaginer, que parce que des personnes ayant lû un livre avec soin, & n'y ayant point trouvé des propositions, qui sont attribuées à un Auteur Catholique après sa mort, dans l'exposé de la Constitution d'un Pape, ne peuvent déclarer contre leur conscience qu'elles s'y trouvent, quoiqu'en même temps ils les condamnent en quelque livre qu'elles se trouvent, ce soit un prétexte suffisant de les traiter d'heretiques, d'excommuniez, & de retranchez de l'unité de l'Eglise: comme si un point de fait dont les yeux sont juges, pouvoit être un point de foi, qui ne peut être établi que sur une révélation divine; & une cause légitime d'accuser d'heresie des Theologiens Catholiques, qui embrassent tout ce qui concerne la Foi dans cette Constitution & qui dans ce point de fait même ne sont point opiniâtres, étant prêts de se rendre aussi-tôt qu'on leur aura fait lire ces propositions dans le livre, d'où l'on dit qu'elles ont été tirées: ce qui doit être la chose du monde la plus facile, si elles en ont été véritablement tirées: comme au contraire, la plus difficile, & même impossible, si elles n'y furent jamais. Et cependant quand on supposeroit même qu'ils se trompent dans ce point de fait, n'est-il pas visible*, MONSEIGNEUR, *qu'on ne leur pourroit reprocher en aucune sorte d'être heretiques, ou de blesser la foi de l'Eglise: mais seulement de n'avoir pas de si bons yeux, ou de n'entendre pas si bien le Latin, que ceux qui soutiendroient le contraire?*

PAGINA 152. *Avec quelle justice pourroit-on prétendre, que le doute, ou l'humble silence & la retenuë d'un Catholique, à déclarer que des propositions qui sont attribuées dans la Constitution d'un Pape, à un Prélat de l'Eglise après sa mort, soient véritablement de lui, n'ayant pû les y trouver, soit un légitime prétexte de le traiter d'heretique, lors même que se contentant de ne pas agir contre sa conscience, & contre le témoignage de ses yeux en un point de fait, il est résolu de s'abstenir de toute contestation sur ce fait même, & d'y garder un silence respectueux, qui est la plus grande soumission qu'on doive aux Conciles même Oecumeniques, dans ces faits particuliers.*

Hanc autem posteriorem hâc potissimùm periodo comprehendi,

PAG. 226. *Cependant*, MONSEIGNEUR, *cette grande verité établie par l'Evangile, & attestée par les Peres, qui nous montre un juste en la personne de S. Pierre, à qui la grace, sans laquelle on ne peut rien, a manqué dans une occasion, où l'on ne peut pas dire qu'il n'ait point peché, est devenuë tout d'un coup l'heresie de Calvin, si nous en croyons les disciples de Molina.*

Quibus auditis, Sacra Facultas de re tota per duos menses integros, habitis ferè quotidie apud eandem Sorbonam solemnibus Comitiis, deliberavit; & post accuratam disquisitionem, tandem decrevit priorem illam quæstionem sive propositionem, quæ est facti, esse TEMERARIAM, SCANDALOSAM, INJURIOSAM SUMMO PONTIFICI ET EPISCOPIS GALLIÆ, ATQUE ETIAM PRÆBERE OCCASIONEM RENOVANDÆ EX INTEGRO POST DAMNATIONEM JANSENII DOCTRINÆ.

Hanc autem posteriorem, quæ juris dicitur, esse TEMERARIAM, IMPIAM, BLASPHEMAM, ANATHEMATE DAMNATAM ET HÆRETICAM.

Optaret sanè, & ex animo optaret Sacra Facultas, prædicti Magistri Antonii Arnauld damnatâ doctrinâ, personam servari, quippe sibi carissimam, tanquam filium matri: & eam in rem sæpe ipsum per amicos hortata est, ut veniret ad Comitia, matri se subjiceret, ejuraretque falsam & pestilentem doctrinam, idem cum ea sentiret, & *unanimis atque uno cum ea* corde & *ore honorificaret Deum & Patrem Domini Nostri Jesu Christi.* Verùm non modò amantissimæ parentis suæ consilia & hortamenta contempsit, sed etiam die vigesimâ septimâ præsentis mensis per Apparitorem Regium eidem Facultati significavit, se pro irrito ac nullo habere, quicquid ipsa in re præsenti egisset, acturaque esset.

Quare eadem Facultas ipsum à sinu suo repellendum expungendumque ex albo Doctorum suorum, atque à corpore suo planè resecandum censuit, & ipso facto repulsum, expunctum, resectumque declarat, nisi intra diem decimum quintum mensis Februarii proximè sequentis mentem suam mutaverit, & huic præsenti Censuræ subscripserit coram Domino Decano, Illustrissimis Episcopis Doctoribus, & prædictis Deputatis. Ac ne longiùs serpat superior illa Arnaldi doctrina, & quasi lues, quæ jam multorum animos occupavit; eadem Sacra Facultas decrevit neminem posthac, aut è Doctoribus ad Comitia & alia quælibet jura

ra ad ipsam pertinentia; aut è Baccalaureis ad ullos Actus Theologicos, sive ad disputandum, sive ad respondendum; aut è Theologiæ Candidatis ad supplicandum, ut vocant, pro primo cursu, vel de Tentativa respondendum, admissum iri, nisi ante huic quoque Censuræ subscripserit. Atque etiam si quis Arnaldi superiora illa probare, asserere, docere, prædicare, scribereve sit ausus, eum ab eadem Facultate prorsus repellendum esse.

Decrevit insuper hanc Censuram suam prælo mandandam, & publicandam esse; ut omnes intelligant, quantùm eadem Facultas pestilentem & exitialem illam doctrinam exécretur ac detestetur. ACTUM Parisiis in Facultatis Theologicæ Comitiis generalibus apud Sorbonam die ultimâ Januarii, anno Domini 1656. & confirmatum die primâ Februarii ejusdem anni.

De Mandato DD. Decani & Magistrorum præfatæ Facultatis Sacræ Theologiæ Universitatis Parisiensis.

PH. BOUVOT Major Apparitor.

Hoc monumentum reperitur in Bibliotheca Sorbonica, v. 8. 14.

Præcipua monumenta ad hanc causam pertinentia reperies in libello qui inscribitur: Causa Arnaldina, &c. *præ cæteris legenda est Joannis Nicolai Ordinis Fratrum Prædicatorum sententia de propositione Antonii Arnaldi in sua epistola dicentis, gratiam sine qua nihil possumus, Petro defuisse, quando Christum negavit.*

Hæc monumenta reperiuntur in Bibliotheca Sorbonica v. 8. 23.

Anno Domini 1656.

Correctio Theseos & Declaratio Francisci Guillou.

DIE decimâ Januarii, Illustrissimus D. Magister noster *Dionysius de la Barde*, Episcopus Sancti Brioci, exposuit Facultati Magistrum *Franciscum Guillou* Baccalaureum primæ Licentiæ edidisse Thesim pro minore Ordinaria, quæ auctoritati Episcopali plurimum derogat, petiitque ut deputarentur aliqui Doctores ad illam examinandam, atque interim Actus differretur. Cui petitioni annuens Facultas statuit differri Actum, & ad illius Thesis examen *Sex Sapientes Magistros nostros*, qui de ea referrent, nominavit, &c.

Die decimâ quintâ ejusdem mensis & anni retulit *DD. Deputatorum antiquior* se cum aliis Deputatis examinasse Thesim Magistri *Francisci Guillou* Baccalaurei. Ipso etiam audito qui & veniam petiit à DD. Episcopis, & ipsis Deputatis, & declaravit *se agnoscere & fateri Episcoporum jurisdictionem esse juris divini, & esse immediatè à Christo, eosque in Conciliis Generalibus & à fortiori in aliis verè esse Judices, atque in illis ex eorum judiciis Summum Pontificem pronuntiare, neque quidquam in sua Thesi, de qua nonnulli conquesti sunt contrarium dicere intendisse.* Quam Declarationem suâ manu scriptam, suoque nomine apposito & Syngraphâ subscriptam tum DD. Episcopis, tum sibi Deputato dedit. Dominos prætereà Deputatos censuisse Thesim illam debere supprimi propter ambages & obscuritates erroneis sensibus obnoxias quibus scatet, & quibus recepta Canonum Ecclesiasticorum & Decretorum hujusce Facultatis tam veterum, quàm recentium Doctrina de tribus immediatè à Christo institutis Ecclesiasticæ potestatis gradibus; Summi Pontificatûs in Petro; Episcoporum in Apostolis, & Presbyterorum in 72. Discipulis videri posset concussa & labefactata. Atque ut tollatur omnis occasio querelæ & suspicio erroris, de consilio DD. Deputatorum deletas fuisse in 6. illius Thesis Appendice duas ultimas lineas, quibus videbatur asseri, *Ex omnibus Apostolis solum Petrum à Christo immediate fuisse creatum Episcopum:* Itemque videbatur dubitari, *An omnes Apostoli fuerint Episcopi.*

Ex ultima quoque Appendice in qua plus inerat involutæ difficultatis circa Apostolatum ipsum, & annexa Apostolatui gratiarum dona & potestates; nec non circa *jura Episcoporum in convocandis Synodis particularibus, & in sanciendis cum Summo Pontifice Conciliorum Generalium definitionibus*, quidquid detorqueri poterat contra veritatem, *totum illud erasum* fuisse, ut prædictus Baccalaureus aliam Thesim edi curet, quæ nihil errorum vel dubiorum ejusmodi contineat, si velit admitti ad respondendum in Actu prædicto, & Sacra Facultas censuerit hoc ei esse indulgendum: quod ipse humillimè supplicavit, veniamque petiit. Dictusque *D. Antiquior* Deputatus reliquit prædi-

ctam Declarationem manu dicti *Guillou* Baccalaurei subscriptam, ut servetur, & eorum omnium perenne monimentum extet in Tabulis Facultatis. Quod etiam optare dixit DD. Episcopos, qui gratias egerunt Facultati ex parte totius Cleri Gallicani, pro sua in defensione jurium Hierarchici Ordinis curâ & sollicitudine; idque per organum Illustrissimi *D. Petri de Bertier Episcopi Montalbanensis*, &c. Denique accessit prædictus *Magister Franciscus Guillou*, & exhibitâ Declaratione de qua mentio facta est supra, petiit à Facultate ut vellet sibi culpam relaxare, eique permitteret respondere primo quoque die, oblatis novis Thesibus correctis juxta mentem DD. Deputatorum.

Declaratio M. FRANCISCI GUILLOU.

AGnosco & fateor Episcoporum Jurisdictionem esse juris Divini, & esse immediatè à Christo, eosque in Conciliis Generalibus verè esse judices, atque in iis ex eorum judiciis Summum Pontificem pronuntiare: neque quidquam in mea Thesi, de qua nonnulli conquesti sunt, contrarium dicere intendi. In cujus fidem hic subscripsi die 14. Januarii 1656. Signatum Guillou, cum Syngrapha.

Erasa per Deputatos ex sexta Thesis Appendice.

PRimi Ecclesiarum Episcopi, etiam Apostoli, non ipsi se Episcopos crearunt; sed Christus Petrum Episcopum Episcoporum, & alios Petrus, & Jacobum minorem Episcopum Hierosolymitanum: & si qui alii ex Apostolis Episcopi fuere, nec Christus ipse nisi à Patre factus est Pontifex.

Ultima Appendix sic se habebat.

SAnctus Petrus totius Ecclesiæ fundamentalis Petra & Pastor universalis Apostolorum Princeps, in illo Primatu Christi consors & socius participatione factus est. Si quid Christus cum eo cæteris commune voluit esse Apostolis, nunquam nisi per ipsum dedit, quicquid illis non negavit. Solus Successores habet Apostolos, seu plenitudinem habentes Apostolicæ potestatis Romanos Pontifices. Ergo Ecclesia de jure Divino Monarchia est, tametsi Aristocratiâ temperatâ. Optimates sunt cæteri Episcopi, singularum plebium capita, quos solus idem Pontifex in Concilium vel particulare, vel generale, nonnunquam ad melius necessarium convocat, ubi auditis illorum sententiis ac judiciis, ipse pro sua autoritate certoque ac infallibili Charismate verbum fidei pronuntiat, suggerente imprimis Spiritu Veritatis, quem misit Christus æternum, ut maneat in Ecclesia Romana quæ est domus Christi.

Reductio prædictæ Appendicis per Deputatos facta.

SAnctus Petrus totius Ecclesiæ fundamentalis Petra & Pastor universalis, Apostolorum Princeps à Christo constitutus est; Successores habet Romanos Pontifices cum plenitudine Apostolicæ potestatis. Ecclesia de jure Divino Monarchia est, tametsi Aristocratiâ temperatâ, Principes jure item Divino sunt cæteri Episcopi singularum plebium capita, quos idem Pontifex in Concilium Generale convocat, ubi ex illorum Sententiis ac Judiciis ipse pronuntiat, suggerente imprimis Spiritu veritatis quem misit Christus, &c.

Hæc monumenta reperiuntur in Bibliotheca Sorbonica T. 8. 5.

Anno Domini 1656.

Indiculus locorum Augustini Cornelii Jansenii, Iprensis Episcopi, in quibus propositiones ab Innocentio X. damnatæ continentur, à quibusdam Magistris Sacræ Facultatis Parisiensis compositus.

Propositiones ab Innocentio X. damnatæ.

I.

ALiqua Dei præcepta hominibus justis volentibus & conantibus secundum præsentes quas habent vires, sunt impossi-

Propositiones Augustini Cornelii Jansenii Iprensis Episcopi.

I.

EX cap. 13. lib. 3. de gratia Christi Salvatoris, cui titulus est. *Esse quandam voluntatis infirmitatem, quâ non*

bilia, deest quoque gratia qua possibilia potest certas tentationes superare, nec fiant. *adest gratia quâ superentur, nec spiritus orationis, quo vires impetrentur.* Ex hac indubitata doctrina quædam nnn parvi momenti ad hanc rem spectantia inferuntur & clarescunt. Primum quidem, esse quædam homini præcepta secundùm statum & vires in quibus constitutus est, impossibilia, §. *ex hac.*

Secundum, nnn adesse semper gratiam quâ possimus, hoc est, quâ illa eadem præcepta implere sufficiamus. §. *secundum.*

Tertium hanc impotentiam reperiri nnn solum in excœcatis & obduratis, & infidelibus, de quibus nunquam Augustinus vel Ecclesia, sed solum Scholastici nnnnulli ex humanis rationibus dubitarunt, sed etiam fideles justi, qui & fidem Christi & charitatem justitiæ susceperunt. §. *tertium.*

Hæc igitur omnia plenissime planissimeque demnnstrant, nihil esse in Sancti Augustini doctrina certius ac fundatius, quam esse præcepta quædam quæ hominibus non tantum infidelibus, excœcatis, nbduratis; sed fidelibus quoque & justis, volentibus, cnnantibus secundùm præsentes quas habent vires, sunt impnssibilia, deesse qunque gratiam, quâ fiant possibilia. §. *hæc igitur.*

Ex cap. 16. lib. 4. tnm. primn. Cui titulus est argumenta nonnulla quibus nnn peccandi possibilitatem astruunt.

Instantissime hoc idem inculcat Pelagius ut virgini Demetriadi possibilitatem perfectionis persuadeat. Ascribimus, inquit, iniquitatem justo, pin crudelitatem, dum eum primò impnssibile aliquid præcepisse cnnquerimur. Et post multa in eandem sententiam: nec impossibile aliquid voluit imperare qui justus est: nec damnaturus hominem fuit pro eò quòd vitare non potuit qui pius est; quæ verba graviter reprehendit, refellit que Beda, tamet si perperam putet esse verba Juliani. Vides arbitror quanti hoc argumentum facerent Pelagiani. §. *per hanc.*

Cnnstat adhuc hanc esse Jansenii doctrinam, ex duplici illius principio. Primum est, gratiam per seipsam efficacem seu medicinalem, ad singulns actus bonns esse simpliciter necessariam, secundum est gratiam sufficientem esse Semipelagiannrum commentum. Ex his sic infertur prædicta Jansenii prnpositio. Justus quandoà justitia cadit, non habet gratiam efficacem, quia non caderet, non habet sufficientem, quia illa suppnnitur proscripta à Jansenio tanquam hæretica, ergn nullam habet gratiam ad præceptum implendum, & peccatum vitandum, ergo caret potentiâ, ergo præceptum est illi impossibile & peccatum inevitabile.

II.

Interiori Gratiæ in statu naturæ lapsæ numquam resistitur.

II.

Ex cap. 25. lib. 2. de gratia Christi salvatoris, cui titulus est. *Decimo ejus efficacissima natura declaratur, ex eò quòd nulla prorsùs effectu caret, sed eum in omnibus quibus datur, infallibiliter operatur.*

Primò igitur hoc probat quod apud Augustinum gratia & opus bonum ita reciprncentur, ut quemadmodum ex gratia data mox effectum operis consectum inferri solet, ita vice versa ex defectu nperis gratiam non esse datam. Quo ratiocinandi mndo indicatur gratiam tanquam causam & operationem voluntatis bnnam, velut effectum esse, ut Philosophi loquuntur, convertibiles, & à se mutuò inseparabiles. §. *Primò.*

His igitur & ejusmndi crebris locutinnibus affirmativis, sicut significat Augustinus hoc ipso qun homini data est gratia mox effectum sequi, sic è contrario negativè subinde ratiocinandn docet, hnc ipso quo effectu homo destituitur, nullam ei gratiam collatam esse, §. *his igitur.*

Ex cap. 4. lib. 2. cui titulus est. *Affertur ex Augustino ac declaratur discrimen adjutorii sanæ voluntatis & ægrotæ.*

Secundi generis adjutnrium, nnn est tale, sed hoc ipso quo datnr simul usus ejus & influxus potestatis datur. Est enim hnc ipsum quod suaptè efficacia facit influere facultatem, nec facultatis ipsius libern arbitratui subjacet, sed invictè facit ut hoc vel istud arbitrium arbitretur & velit. Talis est influxus nmnis causæ formalis, hnc ipsn quippe quo adest justitia, fit justus animus, & sine illa justus esse numquam pnteft, §. *ex isto.*

Ex cap. 14. lib. 2. Hnc enim imprimis postulat snlemnis ille loquendi modus qun juxta sacrarum scripturarum normam Augustinus & Concilia docent, per istud

Christi adjutorium Deum facere ut arbitrium velit, ut consentiat, ut operetur; nunquam autem vel leviter insinuat, sed potiùs expressis verbis negat, in hominis lapsi sicut integri hoc voluntate relinqui, ut illud amplectatur aut deserat. §. *hanc igitur.*

Ex cap. 28. lib. 2. Isti inquam gratiæ ostendimus directè repugnare gratiam Christi: tanquam quæ non relinquit voluntatem in isto æquilibrio, sed illud auferat & efficiat ut velit. Ideò quippe tribuitur, ut duritia seu resistentia cordis primitùs auferatur. §. *hactenus.*

Talem fuisse Jansenii doctrinam adhuc patet, tum ex quinque effectibus gratiæ quos tradit cap. 6. 7. 8. tum ex octo illius proprietatibus ac notis, quas ponit cap. 24. tum ex discrimine adjutorii sanæ & ægrotæ Voluntatis, cap. 4. lib. 2. Cujus principium & fundamentum posuit in libro singulari de gratia primi hominis & Angelorum.

III.

AD merendum & demerendum in statu naturæ lapsæ non requiritur in homine libertas à necessitate, sed sufficit libertas à coactione.

III.

EX cap. 24. lib. 6. de gratia salvatoris.

Sexto opus esse laude vel vituperio dignum meritorium vel demeritorium ex hoc quod est voluntarium, spontaneum, non coactum, tametsi sit determinatum ad unum. §. *Sexto.*

Ex cap. 17. Sexto libertatem voluntatis prorsùs esse inamissibilem, cum fieri non possit quin voluntas semper velit si velit: ipsum autem velle hoc ipso est liberum quo est velle voluntatis. §. *Sexto.*

Ex cap. 5. lib. 6. Nimirùm quia juxta doctrinam ejus apertissimè traditam, voluntas, seu volitio & libera voluntas idem sunt, sicut velle & liberè velle, & impossibile sit ut velle non sit liberum. §. *hinc ergo.*

Ex cap. 4. lib. 6. Recentiores enim imaginantur, illum tantum modo actum esse in nostra potestate, hoc est, in libero nostræ voluntatis arbitrio, & illius tantùm nos esse dominos, quem pro libitu nostro positis omnibus ad agendum necessariis possumus facere & non facere. Qua in re, juxta Augustini sententiam creberrimè nobis explicatam, sine dubitatione falluntur. §. *quæ cum.*

Ex cap. 8. lib. 6. Accedit denique paradoxum in Augustini doctrina inauditum esse, quantùm ego eam perscrutari potui, quod actus aliquis voluntatis propterea liber sit, quia ab illo desistere voluntas & non agere potest; cum potius diametraliter è contrario, semper ab eo propterea libertas alicujus actûs asseratur, quia voluntas eum agere potest. §. *nec quicquam.*

Hanc demum Jansenii mentem esse, evidenter convincitur, ex eo quod hæreticum existimet, asserere, requiri indifferentiam ad libertatem, atque illam indifferentiam in primo homine statuit, posito nempe in æquilibrio, cujus libero, gratiæ usus vel non usus, subdebatur arbitrio, sed in illo per peccatum deperditam vult indifferentiam: & peccantem peccandi subsecutam necessitatem: sic in libris de statu naturæ lapsæ, & de gratia salvatoris: quapropter in illis, gratiam astruit, quæ non tantùm det posse, quam vult esse Semipelagianorum, sed etiam det ipsum operari, solamque libertatem à coactione remansisse contendit, & pluribus probat tùm ex libertate Dei, Christi, & beatorum, tùm ex patrum & antiquorum Theologorum authoritate toto libro sexto & septimo de gratia salvatoris.

IV.

SEmipelagiani admittebant prævenientis gratiæ interioris necessitatem ad singulos actus etiam ad initium fidei, & in hoc erant hæretici, quod vellent eam gratiam talem esse cui posset humana voluntas resistere vel obtemperare.

IV.

EX lib. 8. cap. 6. *Cui titulus est, tertia gratia generalis Massiliensium est actualis, interna, & sufficiens ad credendum, non ad operandum.* Latè ex principiis Augustini & Massiliensium astruitur, aliqua de natura ejus. In hoc ergo propriè Massiliensium error situs est, quod aliquid primævæ libertatis reliquum putant, quo sicut Adam si voluisset, poterat perseveranter operari bonum, ita lapsus homo saltem credere posset si vellet, neuter tamen absque interioris gratiæ adjutorio, cujus usus vel abusus relictus esset in unius cujusque arbitrio & potestate. §. *hoc est.*

Ex

Ex cap. 12. lib. 2. de gratia salvatoris. Hoc igitur modo, quia Massilienses cum gratiæ præsentis adjutorio putabant hominem per naturales primæ integritatis reliquias posse credere, posse orare ac desiderare Deum tanquam gratiæ medicinalis destructores & liberi arbitrii præsumptores meritâ censuræ severitate damnati sunt. § *quæ quamvis.*

Ex cap. 9. Cum igitur cuncta recentiorum adjutoria nihil omniuò compleant; nisi plenam volendi agendique facultatem, cujus jam adjutorio instructi tanquam naturalis cujuslibet facultatis usus & non usus, actio & cessatio libertati subditur, profecto & cœcis manifestum est, impossibile esse, ut aliud sit istud adjutorii genus quam possibilitatis, quale Pelagianus error affectuit, non voluntatis & actionis, quod Augustinus ex Scriptura prædicavit. §. *Cum igitur.*

Ex cap. 12. Memoriâ recolendum est id quod latissimè alio loco tradidimus; semipelagianos ad illud initium fidei, orationem, desideria, similesque actus bonos, quos in hominis potestate remansisse sentiebant, veræ Internæ, actualisque gratiæ adjutorium statuisse necessarium, & hoc ipsum Sanctum Augustinum quod cum Semipelagianis errabat, agnovisse. §. *quinto.*

Ibidem. Istud vulnus arbitrii, ista plaga voluntatis, ista infirmatio libertatis non magis isto Adami, vel Angelico, vel sufficienti, vel congruo sanatur aut juvatur adjutorio, quam si cœcatis oculis lumen accenderes. §. *quæ quamvis.*

Ibidem. hoc libertati tribuerunt Massilienses, ut eo adjuta saltem crederet voluntas prostrata si vellet: hoc tribuunt Neoterici, ut per illud & credat & speret, & diligat, omnesque superet tentationes, si similiter velit. §. *quæ quamvis.*

Ex lib. 8. de hæresi Pelagiana cap. 6. Itaque Massiliensium opinionibus, & Augustini doctrinâ quam diligentissime ponderatâ; certum esse, indubitatum esse debere sentio; quod Massilienses præter prædicationem atque naturam, veram etiam & internam & actualem gratiam, ad ipsam etiam fidem, quam humanæ libertatis & volnntatis ascribunt viribus, necessariam esse fateantur. §. *itaque.*

Hunc esse Jansenii sensum probat illud, quod docet toto lib. 8. de hæresi Pelagiana: tum ex iis, de gratia sufficienti: nempe monstrum esse: Semipelagianorum commentum: peccati originalis vitus evacuare: adhuc naturæ gratiæ Christi & Augustini principiis penitus contrariam; lib. 3. de gratia Salvatoris. tum quia Pelagianos, & Massilienses errasse contendit, in hoc, quod gratiam quæ voluntatem relinqueret indifferentem astruerent; quæstionem enim fuisse præcipuè de illius operandi modo, ac circa illum eos præsertim arbitratur errasse cap. 9. & 12. lib. 2. de gratia Salvatoris.

V.

SEmipelagianum est dicere Christum pro omnibus omninò hominibus mortuum esse, aut Sanguinem fudisse.

V.

EX cap. 21. lib. 3. de gratia Salvatoris, cui titulus est: *quomodo Christus sit redemptor omnium, pro omnibus Crucifixus, & mortuus.*

Sed aliud argumentum pro gratia sufficienti omnium proferri solet, quia Christus est redemptor omnium. Respondetur & hoc argumentum, sicut omnia præcedentia, jam olim ad nauseam usque à Pelagianis, præsertim Massiliensibus, inculcatum fuit, ut mirum sit recentiores tanto studio trita hæreticorum arma colligere & obsoleta recudere. §. *respondetur.*

Ibidem, nec enim juxtà doctrinam antiquorum, pro omnibus omninò Christus passus aut mortuus est, aut pro omnibus omninò tam generaliter sanguinem fudit, cum hoc potius tanquam errorem à fide Catholica abhorrentem doceant esse respuendum. §. *ex quibus.*

Ibidem, pro istis (id est prædestinatis) in æternum vivificandis mortuus est, pro istis ab omni malo liberandis rogavit patrem suum, non cœteris, qui à fide & charitate deficientes in iniquitate moriuntur.

Ex cap. 20. respondent (idest Theologi) Deum velle omnes salvos fieri si ipsi homines velint, hoc est, si divinæ gratiæ cooperati velint quod idem & alii dicere solent. Deum omnes homines velle salvos fieri, quantum in ipso est. §. *quod si.*

Sed contra istam istius Apostolici Loci explicationem multa dici possunt quibus probetur eam non esse genuinam, imo contrariam divinæ gratiæ sinceritati. Nam primò, quod non exiguum isti interpretationi prejudicium facit, sic explicuerunt eum hostes gratiæ, Pelagiani & Semipelagiani. §. *sed contra.*

Ex cap. 21. lib. 3. Quæ faoe in Augustini doctrina, perspicua certaque sint, nullo modo principiis ejus consentaneum est Christum Dominum, vel pro infidelium in infidelitate morientium, vel pro justorum non perseveraorium æterna salute mortuum esse, sanguinem fudisse, semetipsum redemptionem dedisse, patrem orasse sentiarur, scivit enim quò quisque jam ab æterno prædestinatus erat, scivit hoc decretum neque ullius pretii oblatione mutandum esse, nec seipsum velle mutare. §. *quæ sane*.

Ibidem, nam illa extensio tam vaga modernorum scriptorum non alio ex capite, quam ex illa generali & indifferenti voluntate Dei erga salutem omnium, & ex illa sufficientis gratiæ omnibus conferendæ præparatione fluxit; quorum utrumque Augustinus, Prosper, Fulgentius, & antiqua Ecclesia velut Machinam à Semipelagianis introductam repudiavit. §. *quæ sane*.

Hæc Genuina Jansenii doctrina comprobatur, tum ex iis, quæ docet lib. 10. cap. 3. Causam nempe reprobationis massam damnationis esse, sive peccatum originale, tum ex iis, quæ tradit cap. 3. paral. nimirùm, propositum in Deo generale, totum genus humanum restaurandi, tradidisse Massilienses, tanquam inconcussum suæ sententiæ fundamentum, & in hunc sensum Apostoli locum, qui vult omnes homines salvos fieri, detorsisse; atque Augustini sensum de solis prædestinaris, tanquam nimis durum repudiasse: ita nota 31. 32. 33. tum patet adhuc ex iis quæ ponit lib. 3. cap. 21. Christum pro reprobis suum non obtulisse sanguinem, imo nec potuisse; quia contra decretum Dei immutabile, de reprobis ex perditionis massa non extrahendis, ipsi cognitum, orare non potuit.

Alia Jansenii loca pene innumera notari possent, cum totus illius operis scopus sit gratiam sufficientem, libertatis indifferentiam, voluntatem antecedentem in Deo, & generalem salvandi omnes homines; tanquam profana & hæretica Pelagianorum, & Semipelagianorum dogmata proscribere. Sed prædicta loca annotasse sufficiat.

Hoc monumentum reperitur in Bibliotheca Sorbonica, v. 9. a.

Anno Domini 1656.

Declaratio facta in Comitiis particularibus à DD. Deputatis Sacræ Facultatis Theologiæ super examine duorum librorum Bagotii *&* Anonymi, *quam nequidem legi in Comitiis generalibus Doctores Religiosi passi sunt*

INEUNDÆ PACIS GRATIA.

Cum ante aliquot annos gravissimæ & multorum retrò sæculorum controversiæ renovatæ fuissent inter quosdam Regulares & Rectores Ecclesiarum Parisiensium, super obligatione fidelium ad deponenda semel in annis peccata apud Parochos, & super audiendam Missam in suis Parochiis, *ac de iisdem controversiis varii libelli scripti fuissent, tandem die primâ Martii hujus anni decurrentis supra laudatorum Rectorum nomine delatus est sacræ Facultati Theologicæ Parif. liber Gallico sermone conscriptus cui titulus est*, La défense du droit Episcopal. Autore Bagot Jesuita, *alter eadem die dictorum Regularium nomine cui titulus est*, l'obligation des fideles de se confesser à leurs Curez, *quibus examinandis cum dicta sacra Facultas selegisset nonnullos ex Magistris, tum sæcularibus tum Regularibus, qui per multas congregationes rem discussissent, auditis ipsorum relationibus contentiones illas omnes æterno silentio comprimendas voluisset prout jam in comitii anni 1612. die 2. Januarii decretum fuerat. Quia tamen novissimis hisce concertationibus, fidelium conscientiæ à debitis erga Ecclesias suas Parochiales officiis non sine magno salutis ipsorum periculo dispendio distrahuntur, in dies, studioque partium veritas labefactari, laudabilisque in partibus nostris dudum observari solita disciplinæ convelli dignoscitur, dicta sacra Facultas ut tantis malis meliora quantum poterit & salutaria tamen remedia adhibeat duo sibi præstanda esse judicavit alterum ut à ferendo judicio circa varias propositiones quæ in utroque libello continentur, abstineat, ut quæ nimirùm omnes eodem proposito autoribus dictorum librorum sine in medium adductæ sunt, neque alio collineant quam ut ad confessionem annuam & Missas Parochiales audiendas, fideles teneri, aut non teneri asseverent; alterum ut suum circa difficultates supradictas judicium omnibus Christi fidelibus patefaciat.*

Declarat itaque primò eosdem fideles posse quocumque tempore etiam Paschatis, aut annuæ Confessionis, apud summum Pontificem, aut Episcopos eorumque Vicarios generales & pœnitentiarios, nec non apud Presbyteros quosçumque, sive Sæculares, sive Regulares specialiter in certis casibus & circonstantiis ab iisdem summo Pontifice, aut Episcopis delegatos confiteri peccata & ab iis absolvi.

2. Regulares à summo Pontifice privilegia habentes & ab Episcopis approbatos aliis diebus præter Paschales, aut annuæ confessionis dies non impediri quin servato more in Ecclesia recepto possent fidelium confessiones audire, eosque licitè & validè absolvere.

3. Cæteris paribus utilius esse & conducibilius non tantum ordini totius Ecclesiæ, sed quorumlibet saluti eodem confessionis annuæ tempore apud Parochum confiteri quam apud quemlibet specialiter, ut supradictum est, delegatum & Missas Parochiales frequentare quam alias.

4. Eadem sacra Facultas Conc. Provinc. & Cleri Gallicani sanctiones venerata, majorum etiam suorum vestigiis insistens eorumque secuta sensum, standum esse decernit in antiqua sua doctrina & praxi Ecclesiarum nostrarum, & unumquemque fidelium in his præsertim partibus ad Confessionem annuam coram proprio Parocho faciendam teneri, aut altero de ejus licentia neque ulla huc usque nova argumenta proferri potuisse, quibus existimares sibi esse à veteribus prædecessorum suorum decretis recedendum.

5. Denique eadem sacra Facultas sacri Conc. Trid. & Conciliorum nostrorum Prov. à Greg. 13. & Sixto 5. approbatorum & totius CleriGallicani constitutionibus innixa antiquis etiam dictarum Ecclesiarum moribus censet unumquemque fidelem Missæ Parochiali interesse debere saltem diebus Dominicis & festis majoribus, aut certè uno ex tribus diebus Dominicis continuis, atque ideò monendos esse fideles & seriò excitandos ut supradicta quantum in ipsis erit, observare studeant.

Hoc monumentum reperitur in Bibliotheca Sorbonica, v. 8. 53.

Anno Domini 1657.

Censura Sacræ Facultatis Theologiæ Universitatis Parisiensis lata in librum qui inscribitur: Apologie pour les Casuistes, contre les Calomnies des Jansenistes, &c. Par un Theologien & Professeur en Droit Canon. A Paris M. DC. LVII.

CUM decimâ quintâ mensis Januarii proximè elapsi, in Comitiis generalibus apud Collegium Sorbonæ delatus esset ad Sacram Facultatem Theologicam Parisiensem per Magistrum Dionysium Guyard ejus Syndicum Liber quidam anonymus, vernaculè conscriptus, hoc titulo; Apologie pour les Casuistes, contre les calomnies des Jansenistes, où le Lecteur trouvera les verites de la Morale Chretienne, si nettement expliquees & prouvees avec tant de solidité, qu'il lui sera aisé de voir que les maximes des Jansenistes n'ont que l'apparence de la verité; & qu'effectivement elles portent à toutes sortes de pechez & aux grands relâchemens qu'elles blâment avec tant de severité: par un Theologien & Professeur en Droit Canon. A Paris M. DC. LVII. *In quo plurima contineri dicebantur contra bonos mores dogmata; Electi sunt Doctores aliquot qui eum diligenter examinarent atque de eo referrent. Quibus, post varias inter se collationes auditis, Facultas re in multis Congregationibus, tum ordinariis, tum extraordinariis accuratè discussa, sequentes propositiones à prædictis Examinatoribus excerptas, Censuris quæ hic subjiciuntur notandas decrevit.*

PAG. 48.

Un serviteur se trouve engagé chez un Janseniste, qui lui a fait commettre des pechez mortels contre la Religion Catholique: ou en l'empêchant de se confesser, quand il y étoit obligé, ou d'entendre la Messe les jours de Fêtes, ou en lui faisant croire quelqu'une des propositions condamnées: il est capable d'absolution, s'il a contrition de sa faute passée: s'il deteste l'heresie des Jansenistes; & s'il se trouve en si grande necessité qu'il ne rencontre point d'autre condition. Mais les Theologiens Catholiques enseignent, que ceux qui demeurent de leur plein gré dans la conversation des Jansenistes; avec peril d'adherer à leurs sentimens, sont en etat de damnation, & que les Communautés qu'ils gouvernent, sont en un déplorable état & incapables d'absolution, si elles connoissent le péril où elles sont. Si toutefois elles font ce qu'elles peuvent pour sortir de ce danger, & qu'elles detestent cette doctrine, je ne voudrois pas leur refuser l'absolution.

CENSURA.

Hæc propositio, quatenus in ea prætendit author esse licitum famulo manere in occasione proxima & periculo adhærendi damnatis hæreticorum opinionibus & dogmatibus prætextu conteritionis de præcedenti delicto, detestationis hæreseos & magnæ necessitatis ob defectum alterius conditionis seu famulitii eique in illo statu absolutionem non vult esse denegandam, falsa est, scandalosa & inducit in manifestum periculum subversionis & naufragii in fide.

PAG. 62.

Je réponds que tout homme qui feroit actuellement dans cette disposition (je n'ay garde de jamais vouloir égaler une chose spirituelle à une temporelle, ni de croire qu'une chose temporelle puisse être le prix d'une spirituelle) ne commettroit pas une Simonie contre le Droit divin, en donnant quelque chose spirituelle en reconnoissance d'une temporelle qu'il auroit reçuë. Je dis plus, que la diposition habituelle suffit, pour empêcher qu'on ne tombe dans le peché de Simonie : que s'il se trouve quelqu'un qui n'ait jamais eu cette disposition habituelle ou actuelle, & qui donne de l'argent pour une chose spirituelle, en sorte qu'il égale la valeur de l'un à l'autre, il commettra le peché de Simonie contre le Droit divin ; encore qu'il ne pense pas formellement, si la chose spirituelle tient lieu de marchandise, & l'argent tient lieu de prix.

CENSURA.

Hæc propositio, quâ vult Author, eum qui sic affectus est actu vel habitu, ut nollet unquam æquare rem spiritualem rei temporali, aut credere rem temporalem posse esse pretium rei spiritualis, non commissurum Simoniam contra Jus divinum, en donnant *(ut Author loquitur)* quelque chose spirituelle en reconnoissance d'une temporelle, *falsa est, temeraria, scandalosa, & viam aperit omni Simoniæ contra Jus divinum.*

PAG. 64.

Il dit *(Escobar)* qu'il n'y a point de Simonie, lorsque deux Religieux s'engagent l'un à l'autre en cette sorte ; donnez-moi votte voix pour me faire élire Provincial, & je vous donnerai la mienne pour vous faire Prieur.

PAG. 65.

Si le Provincialat & l'Office de Prieur ne sont point Benefices ; il est constanc qu'il n'y a point de Simonie dans le Pacte que vous condamnez : parce que la permutation des choses spirituelles, n'est défenduë que dans les Benefices.

CENSURA.

Hæc propositio, falsa est, & Juri-Canonico contraria.

PAG. 91.

Plusieurs de ces Theologiens jugent autrement de l'honneur que du bien ; car ils croyent qu'on peut tuer un homme qui s'enfuit après avoir donné un soufflet ou un coup de baston, parce que selon leur sentiment l'honneur ne se peut recouvrirq ue par cette voye.

PAG. 92.

En toute cette doctrine qui regarde l'homicide, un homme de bon sens jugera qu'il n'y a rien qui choque la raison.

CENSURA.

Hæc propositio, quâ, ut refert Author; asseritur licitum esse occidere hominem fugientem postquam inflixit alapam aut percussit baculo, quia non potest aliter recuperari honor quam istâ viâ, & quam idem Author approbat, falsa est, scandalosa, Charitati Christianæ & Justitiæ contraria, vindictæ ac crudelitati viam aperiens.

PAG. 100.

Ces contestations toutefois n'ont pas empêché, que les Constitutions des Papes & les Ordonnances de nos Rois, n'ayent déclaré que ces rentes constituées sont justes & legitimes : ce qui me donne sujet de croire qu'il pourra bien en arriver autant à l'égard des obligations, qu'on condamne maintenant avec plus d'animosité que de raison ; puisqu'elles sont appuyées de l'authorité des plus sçavans Theologiens Seculiers & Reguliers, qui soient dans l'Eglise.

CENSURA.

CENSURA.

Hæc doctrina in quantum dicit majori cum animositate quam ratione condemnari promissiones obligatorias (vernaculè obligations *) ad solvendam lucrum supra capitale, falsa est, scandalosa & manifestè usuraria.*

PAG. 107.

J'entreprends donc de prouver deux choses. La premiere, qu'un Theologien qui ne s'arrêtera qu'aux raisons de la Theologie, peut conseiller à un qui a de l'argent, d'en tirer un honnête profit. La seconde, que les Ordonnances du Roy ne defendent pas absolument les profits qui sont fondez sur des titres équitables. Je ne prétends pas toutefois de sortir des bornes d'un petit extrait que j'ai tiré des Theologiens qui ont écrit de cette maniere, des Canonistes & Docteurs en Droit Civil, qui ont composé sur le même sujet, comme sont, du Moulin, d'Argentray, Loüet, & entre les derniers, le sieur Claude Saumaise.

Eadem pag.

Qui à peine a-t'il été bien démêlé dans les gros ouvrages de ces éminens esprits *(du Moulin & Saumaise.)*

Eadem pag.

Or j'estime que de divers titres, &c. deux suffisent pour tous les gens qui prêtent, à sçavoir, le contrat de societé lorsqu'on prête à ceux qui feront quelque négoce, & celui en vertu duquel on achete une rente pour un an ou pour deux, sur quelque heritage de celui qui emprunte.

PAG. 108.

Je ne m'arrêterai pas à prouver que ces deux sortes de contrats *(de societé & d'achat de rente pour un an)* suffisent pour accommoder ceux qui prêtent, parce que la chose me semble claire.

Eadem pag.

Personne n'a blâmé cette societé de Marchand à Marchand, tous les jours elle se pratique; on la souffre même entre les joueurs de cartes, pourquoi ne sera-t-elle mauvaise qu'à l'egard de ceux qui prêtent leur argent, pour en accommoder les particuliers & conserver le commerce dans la Republique?

Eadem pag.

Nous repartons, que celui qui prête son argent entre par le premier contrat de societé, au même danger de perdre que celui qui emprunte; de même que tous deux partagent également l'esperance du profit qui peut revenir de la societé; mais par les deux contrats qui suivent, celui qui prête vend l'esperance du profit qu'il eût eu à un prix fort modique, à condition que celui qui emprunte assurera la somme principale de celui qui prête, en sorte qu'il ne courrera point de risque, mais aussi il ne recevra qu'un petit guain, & celui qui emprunte court hazard de gagner un profit très-considerable.

Pag. 109.

Ces deux exemples prouvent assez; que celui qui prête son argent par le contrat de societé, peut par les deux autres suivans, mettre sa somme à couvert, en vendant l'esperance d'un grand profit pour un petit prix, dont il conviendra, comme seroit au denier dix-huit, & au denier vingt. Nos adversaires font ici une seconde démarche, & confessent que ces deux derniers contrats sont équitables, pourvû qu'ils se fassent après que le premier contrat de societé a été passé; mais ils n'avoüent pas que ces trois contrats se puissent faire à la fois, de sorte que celui qui prête son argent, puisse dire au Marchand qui l'emprunte, *je veux prendre part au profit que vous ferez en trafiquant, & parce que je ne suis pas versé aux affaires, je vous quitte tout le profit que vous tirerez de mon argent, pourvû que vous me fassiez monter ma part au denier dix-huit*: La difficulté ne consiste donc plus qu'à prouver, qu'on peut par un seul contrat convenir d'un profit reglé, ainsi qu'on l'eût pû par les trois que nos adversaires reconnoissent pour legitimes.

Eadem pag.

Ils ne sçauroient donner de raison; pourquoi un qui prête son argent à un qui négocie, ne peut pas tout d'un coup dire qu'il renonce au reste du profit que fera le Marchand, pourvû que ledit

Marchand lui assûre sa somme principale, & qu'il lui donne part à son profit au denier dix-huit, ou à un autre prix raisonnable.

Pag. 110.

Pour derniere instance nos adversaires disent, que ce contrat de societé pallie les usures & qu'il ne faut pas le souffrir. Mais s'ils entendoient bien ce que c'est que de pallier l'usure, ils n'avanceroient pas cette *objection*; car on ne pallie point l'usure, quand on fait un vray contrat & legitime, en vertu duquel on profite autant que fait l'usurier par son contrat usuraire, la palliation se trouve seulement lorsqu'on feint un contrat légitime & un véritable titre, qu'on n'a toutefois point, afin de tirer du profit de son argent, &c. Ce qui ne se trouve point aux trois contrats dont il s'agit, qui sont véritables & effectifs.

Eadem pag.

L'équité du second contrat dans lequel celui qui compte son argent, achete une rente pour un an ou pour deux, est aussi aisée à prouver; car c'est un vrai achapt aussi-bien que le contrat de rente constituée, & n'y a point d'autre difference, sinon que dans les ordinaires constitutions de rentes, celui qui acquiert, achete à perpetuité & aliene son argent pour toujours, & dans celui-ci il n'achepte que pour un an & n'aliene que pour le même temps.

Pag. 111.

J'en ai assez dit pour le dessein que j'ai de justifier les deux contrats de societé & d'achapt de rente pour un temps limité, & pour exempter de blâme les Theologiens & Directeurs qui permettent à ceux qu'ils dirigent, de faire profiter leur argent en ces deux manieres. Reste à voir s'il est expedient de conseiller ces deux sortes de contrats. Je trouve plusieurs Theologiens qui tiennent pour l'affirmative, supposé que ceux qui ont de l'argent soient determinés à n'en point accommoder gratuitement ceux qui en ont besoin, & qu'ils ne veulent point l'employer en rentes constituées, pour des raisons qu'ils alleguent; comme parce qu'ils ont des enfans à marier ou bien ils veulent acheter une terre, ou ils attendent le temps propre pour traiter d'un office, &c. Ces Theologiens prouvent leur opinion, par des raisons fort considerables, qui se réduisent à dire, que l'opinion contraire à la nôtre renverse la charité, sous pretexte de charité & de faire prêter gratuitement.

Pag. 112.

Pour ces raisons & autres qui me tiennent presque lieu de demonstrations morales, je crois qu'il feroit expedient de conseiller l'usage de semblables contrats. Il n'y a que les Ordonnances du Roy qui me fassent de la peine, parce qu'elles defendent ces profits & interêts qui se tirent de l'argent, & c'est l'unique cause pour laquelle, des plus sçavans Avocats du Royaume, & d'autres gens de Robbe, avec qui j'ai conferé de cette matiere, ne peuvent goûter ces interêts, parce que l'Ordonnance les defend, & ils avoüent que sans cette defense on pourroit les recevoir sans offenser Dieu. Il importe donc grandement de prouver que nonobstant ces Ordonnances, il est tout probable que l'on peut en conscience, retirer du profit par le contrat de societé, ou par l'achat d'une rente pour un temps limité.

Pag. 113. & 114.

Ce n'est donc pas l'intention de nos Rois de commander à leurs Sujets qu'ils prêtent gratuitement en tous cas, mais ils pretendent de commander le seul prêt d'argent, que les Latins appellent *mutuum*. Or ce prêt ne s'entend ordinairement que de l'argent qui se prête pour acheter les choses qui nous sont necessaires pour vivre, ou au plus pour maintenir un etat que l'on auroit legitimement acquis. C'est ainsi que quelques Theologiens, & entre les Canonistes *Gregorius Tolosanus lib.* 22. *c.* 3. expliquent l'obligation que nous avons de prêter *gratis*, en sorte que nous soyons obligez de ne rien profiter quand nous prêtons à une personne qui en a besoin, pour se maintenir dans son etat.

Pag. 115.

Je conclus de ces exemples, que les prets qui se font dans l'equité & conformément aux titres que j'ai expliquez, ne sont pas contre le Droit naturel, & ne sont pas infectez du vice d'usure, ou

d'injustice, puisque le Magistrat les accorde si facilement. Je conclus que les Ordonnances ne les défendent pas absolument, mais elles veulent qu'on s'adresse au juge, afin qu'il examine s'il n'y a point de ces usures enormes qui sont contre le Droit naturel & divin. Comme on trouve encore à Paris & aux autres villes de France, des gens qui prêtent sur gages à deux ou trois sols chaques mois pour écu.

Pag. 116.

J'appuye ces conclusions de conjectures fort probables, parce que nous ne trouvons pas qu'en France ces sortes de profits ayent eté defendus avant Philippes le Bel; & dans l'Eglise nous n'avons point de Canons qui les defendent aux personnes Laïques avant Alexandre III. qui vivoit environ cent cinquante ans devant Philippes le Bel: Les Canonistes qui ont ecrit sur le titre *de usuris*, conviennent en cela, & le sieur Claude Saumaise; qui est le plus recent Auteur qui ait ecrit sur l'usure, le prouve en plusieurs endroits de son Livre. Ces défenses, dans l'etat Ecclesiastique & Seculier, nous sont venuës des énormes usures des Juifs & des Chretiens, qui pour les imiter inventerent diverses palliations, afin de n'être pas châtiez si on les trouvoit coupables de l'usure contre le Droit naturel & divin.

Pag. 117.

C'est ce contrat dont parle le 202. Article de l'Ordonnance de Blois, quand elle défend de vendre des marchandises à perte de finances, & dont la nature se connoît mieux par les cas particuliers que par les speculations generales. Un Marchand, par exemple, vend du drap à vingt-cinq francs l'aune à credit & terme d'un an, le même qui achete prie le Marchand de reprendre sa marchandise à vingt francs l'aune argent comptant, en sorte toutefois que la premiere vente & le premier contrat subsiste, par lequel celui qui a achete cette étoffe est obligé de payer le prix convenu, le terme d'un an étant expiré. Les Theologiens demandent si ce contrat est usuraire ou injuste; & quelques-uns répondent, que si la bonne foi s'y rencontre & que le Marchand qui a vendu au plus haut prix sa marchandise, ne l'a rachete qu'au plus bas qui soit dans la justice & dans l'équité, il n'y a point de mal en ce contrat, d'autant que dans la vente de toute marchandise, il y a trois prix, le haut, le mediocre & le bas; que dans toute cette etenduë de prix, on peut acheter ou vendre une même marchandise sans injustice. Ces Theologiens disent de plus, que le Marchand donnant son etoffe à credit pour le terme d'un an, peut prendre l'interêt du prix qu'il eût dû recevoir argent comptant, *propter lucrum cessans & damnum emergens.* Je crois que cette opinion est très-probable, si toutes ces circonstances se trouvoient dans ce contrat.

Pag. 118.

Or ce qu'ils disent des rentes constituées, je le dis des contrats de societé & des contrats qui achetent une rente pour un temps limité, comme seroit pour un an ou pour deux seulement; & tout ce qu'ils disent contre ces deux contrats, je le dis contre les rentes constituees, & quand ils me demandent en quels cas je mettrai le peché d'usure, si je permets à ceux qui prêtent de tirer de l'interêt de l'argent qu'ils prêtent; je leur réponds que je ne permets point de tirer profit de l'argent, sinon aux cas où nos adversaires permettent de prêter de l'argent & de faire des constitutions de rente; mais en toutes les rencontres où ils approuvent ces rentes constituées, je dis qu'on peut se servir des contrats de societé & d'achat de rente pour un ou deux ans, sans aliener son argent pour toujours.

CENSURA.

Author in hac doctrinâ non solum inducit ad usuras exercendas, sed etiam eas consulit, fraudesque varias suggerit ad eas palliandas, eumque in finem librorum ab heterodoxis pro tuenda usura scriptorum dogmata, scandalosè commendat & approbat, & ex Doctoribus Catholicis malas consequentias deducit.

Pag. 127.

Dicastillus enseigne, que la calomnie lorsqu'on en use contre un calomniateur, quoiqu'elle soit un mensonge, n'est pas néanmoins un peché mortel, ni contre la justice, ni contre la Charité.

Eadem pag.

Il tient en effet l'opinion probable que vous blâmez avec des termes si outrageans.

Pag. 128.

Car quoique *Dicastillus* dise, que s'il impute faussement un crime à ce calomniateur, ce ne sera pas un péché contre la justice, mais un simple mensonge, &c. Cela n'empêche pas qu'ils ne soient d'accord avec *Dicastillus*, & qu'ils ne tiennent qu'on peut ôter la reputation d'un calomniateur, sans commettre aucune injustice.

Pag. 129.

Ce que j'ai dit jusques ici n'est pas pour authoriser la pratique de la doctrine de *Dicastillus*, car encore qu'elle soit probable, prise en elle-même, toutesfois parce que pour l'ordinaire elle peut-être suivie de très-dangereuses consequences, la plus grande partie des Théologiens enseignent, qu'il n'est pas permis à un particulier de defendre sa réputation en calomniant son ennemi, ou en lui imposant un crime, si ce n'est devant les Juges, qui ont l'authorité pour châtier les calomniateurs qui accusent une personne innocente.

CENSURA.

Hæc propositio, falsa est, scandalosa & periculosa.

Cæterum cum liber iste occasione Litterarum sub incerto amici ad Provincialem nomine, Gallico idiomate missarum compositus sit, quemadmodum eadem Facultas, prædictas Epistolas non intendit ullatenus approbare, ita nec plures alias ejusdem libri propositiones: Imo pro suo in animarum salutem & morum integritatem zelo admonet ejusmodi esse hoc Apologeticum opus, ut ejus lectio facilè inducat, ad excusandas nimium excusationes in peccatis quæ per ignorantiam culpabilem committuntur, ad permanendum non sine peccato in variis occasionibus peccandi proximis, ad participandum alienis delictis, ad indulgendum Crapulæ, ad non satisfaciendum secundùm mentem & intentionem Ecclesiæ præcepto de audienda missa, ad retinenda injustè & dolosè bona proximi, *atque ad alia multa perpetranda peccata, ac proinde lectionem istius libri periculosam & perniciosam judicat, ac populo Christiano omninò prohibendam. Actum Parisiis in Collegio Sorbonæ die* 16. *Julii anno Domini millesimo sexcentesimo quinquagesimo octavo.*

Ex mandato DD. Decani & Magistrorum prædictæ Facultatis Sacræ Theologiæ Parisiensis.

PH. BOUVOT.

Hoc monumentum reperitur in Bibliotheca Sorbonica, v. 8. 13.

Hujus apologiæ Autor erat P. Pirot è Societate nominis Jesu. Idem scriptum à Generalibus Vicariis Eminentissimi Cardinalis de Retz, Parisiensis Archiepiscopi, reprobatum fuit tum à pluribus Episcopis Galliarum, & in cœtu Episcoporum Normanniæ apud Pontissaram an. 1660. & à Romanis Inquisitoribus anno 1659. die 2. Augusti.

Anno Domini 1658.

APud Gasparum Meturas Typographum, jussu Sacræ Facultatis in lucem editæ sunt tres Censuræ Facultatis Theologiæ Parisiensis, quibus omnes Doctores subscribere tenentur.

Prima, scilicet contra Doctrinam Lutheri aliorumque hæreticorum illius temporis anno 1542.

Secunda, cuntra Parricidas regum anno 1610.

Tertia, contra Doctrinam Jansenii renovatam in secunda Epistola M. Antonii Arnauld Doctoris Sorhonici, scripta ad Ducem & Parem Franciæ anno 1656.

Hæc monumenta superius suo ordine relata reperiuntur in Bibliotheca Sorbonica, v. 8. 14.

Anno Domini 1660.

Litteræ Provinciales Ludovici Montaltii in Latinum Sermonem conversæ à Nicolio sub larvato nomine Wendrokii, adjectæque annotationes ejusdem Wendrokii, & disquisitiones Pauli Irenæi Censorio judicio quatuor Episcoporum, & novem Parisiensium Magistrorum Doctorum à Christianissimo Rege selectorum ut de illis Scriptis sententiam dicerent, reprobatæ sunt.

NOs infrascripti Regis decreto selecti ad ferendum judicium de libro cui titulus

tulus eſt, Lndovici Montaltii Litteræ Provinciales &c. *præmiſſo ejuſdem libri diligenti examine, teſtamur Janſenianas hæreſes ab Eccleſia damnatas in eo propugnari atque defendi, tum in dictis Litteris Ludovici Montaltii, tum in* Notis willelmi wendrokii, *tum in adjunctis* Diſquiſitionibus Pauli Irenæi : *atque id eſſe ita manifeſtum ut, ſi quis neget, neceſſe ſit, vel non legiſſe librum hunc, vel non intellexiſſe; vel certè, quod pejus eſt, non putare id hæreticum eſſe, quod à Summis Pontificibus, & ab Eccleſia Gallicana, & à Sacra Facultate Theologiæ Pariſienſis damnatur ut hæreticum.*

Teſtamur inſuper maledicentiam & petulantiam tribus illis authoribus adeò eſſe familiarem, ut nulli hominum conditioni parcant, exceptis Janſeniſtis; non Summo Pontifici, non Epiſcopis, non Regi, non præcipuis Regni Adminiſtris, non Sacræ Facultati Pariſienſi, non Religioſis Familiis: ideoque librum eſſe dignum pœnâ libellis famoſis & hæreticis à jure conſtitutâ. Actum Pariſiis die 7. Septembris anno Dom. 1660.

Henricus de la Mothe, Epiſcopus Rhedonenſis.
Harduinus, Epiſcopus Ruthenenſis.
Franciſcus, Epiſcopus Ambianenſis.
Carolus, Epiſcopus Sueſſionenſis.
Chapelas, Cur. S. Jacobi.
C. Morel.
L. Bail.
Fr. Jo. Nicolai, Prædicator.
M. Grandin.
Sauſſoy.
F. Matthæus de Gangy, Carmelita.
Chamillard.
G. de l'Eſtocq.

Hoc monumentum reperitur in Gallica hiſtoria quinque Propoſitionum Janſenii pag. 635.

Anno Domini 1661.

Declaratio Sacræ Facultatis Theologiæ Pariſienſis, ad approbationes verſionum Gallicarum, tam Miſſalis nuper editi, quàm Sacræ Scripturæ & Officii Eccleſiaſtici, ſub nomine quorumdam ejuſdem Facultatis Magiſtrorum vulgatas, cum Cenſura libri cujuſdam precum Gallicè impreſſi apud Joannem le Mire, *viâ Jacobeâ.*

Sacra Theologiæ Facultas quartâ Novembris proximè præteriti acceptâ gravi querimoniâ ſententiamque rogatâ de quodam precum Gallico idiomate ſcriptarum libro, ſine ullius autoritate Epiſcopi magna cum populi diſſenſione, & ſcandalo in aliquibus Galliæ locis ſparſo in vulgus, cui titulus eſt: *Prieres pour faire en commun le matin & le soir dans une famille Chrêtienne, tirées des prieres de l'Egliſe : avec un abregé de la vie Chrêtienne, & quelque Traité de devotion & de la Pénitence; composées par Monſieur de Laval, cinquiéme édition. A Paris chez Jean le Mire, ruë ſaint Jacques, au deſſus de S. Benoît, au Chef S. Jean, 1659. Avec Privilege & Approbation.* Continente preces diverſas & alias etiam inſtitutiones pro editionum varietate ſæpius auctas, atque non verbis ſolùm, ſed & ſenſu ſive additione, ſive detractione mutatas: poſt diligentem illius lectionem & toto menſe accuratum examen, cenſuit in ejuſmodi libro *multa eſſe ineptè & malà fide traducta, falſa, ambigua, quæ ſapiunt hæreſim & in eam inducunt, quantùm ad doctrinam Sacramentorum, præſertim Confirmationis & Euchariſtiæ, renovantque opiniones recèns damnatas de gratia, libero arbitrio & actionibus humanis.*

Quoniam verò eadem Facultas occaſione precum hujus libri in linguam vulgarem traductarum reſcivit multas alias hujuſcemodi verſiones editas fuiſſe cum approbatione quorumdam ejuſdem Facultatis Magiſtrorum, cenſuit etiam omnibus declarandum, declaratque ſe nunquam intendiſſe cuiquam ſuorum dare licentiam approbandi ullam verſionem ſacrorum Bibliorum, Breviariorum, Ritualium, Miſſalium, ſive librorum quorumcunque de officio Eccleſiaſtico, aut precibus arbitrariis ſine Epiſcopi autoritate in lucem emiſſis, quorum omnium approbationem annis potiſſimùm 1548. 1567. 1607. 1620. 1641. aliiſque reſpectivè prohibuit.

Quod autem ſpectat ad Miſſale Gallicè nuper typis excuſum, præ ſe ferens ejus approbandi licentiam à Facultate: tantùm abeſt, ut eam unquam alicui conceſſerit, cum petita tantùm fuerit licentia approbandi: *Explicationem Miſſarum totius anni, non verò ullam Miſſalis Gallicam verſionem*: quin potius eam petenti licentiam haud dubiè denegaſſet, & datam à quocunque ſuorum traductionis illius approbationem non poteſt non improbare, uti & præſenti declaratione im-

probat, sicut Magistris Brevium Romani versionem approbandi licentiam postulantibus denegavit anno 1655. & datam ab aliis pro novi Testamenti versione approbationem improbavit an. 1649.

Ea de causa quatuor è suis nominavie qui Illustrissimos Ecclesiæ Gallicanæ Episcopos Parisiis congregatos adirent, monerentque, quantùm ab ejusmodi versionibus Sacra Facultas abhorreat, quàmque religiosè semper inhæserit vestigiis majorum qui pullulantibus superiorum sæculorum novitatibus obsistendo pruriginem illam subinde renascentem & aliquorum animis nimiùm insitam sacra Biblia & Officia Ecclesiastica in quamcunque linguam vertendi prædamnarunt, quemadmodum ex subjecta censura propositionum Erasmi aliisque locis ex Gersone excerptis, poterit cunctis innotescere.

Excerptum ex censura in 32. titulos partita, lata in Propositiones quasdam Erasmi, die 17. Dec. ann. 1527.

Titulus 12 de traductione Sanctarum Scripturarum in linguam vulgarem.

Propositio Erasmi 1. in præfatione ejusdem in Matthæum.

Sacras Litteras cupiam in omnes verti linguas.

CENSURA.

QUAMVIS in quamcunque linguam vertantur Sacræ Litteræ, suapte naturâ sanctæ sint & bonæ: quanti tamen sit periculi permittere passim lectionem earum in linguam vulgarem traductarum absque ulla explicatione idiotis & simplicibus eis abutentibus, nec eas piè & humiliter legentibus, quales plurimi nunc reperiuntur, satis indicarunt Valdenses, Albigenses ac Turelupini, qui inde occasione sumptâ, multos errores disseminaverunt. Quare hac tempestate, perspectâ hominum malitiâ, periculosa, ac perniciosa existit hujusmodi traductio loquendo de omnibus Scripturæ libris indifferenter. Nec sicubi paucis esset utilis, proptereà temerè esset omnibus permittenda. In re namque ad salutem non necessaria, potius consulendum est multorum profectui ipsam interdicendo, quàm paucorum utilitati eam permittendo cum gravi multitudinis incommodo. Unde & jure damnata est hujusmodi translatio.

Propositio ejusdem 2. in præfatione in Matthæum.

Exclamant indignum facinus, si mulier, vel coriarius loquatur de sacris litteris.

CENSURA.

Rectè perpensâ multorum hujus temporis impudenti temeritate, indignum facinus existimandum est, quod idiotæ & simplices suo judicio sacras litteras legant in suam linguam conversas, & de illis differant aut disceptantes de earum difficultatibus tractent. Nec tamen prohibetur per hoc eis conferre inter se de iis quæ in concionibus publicis audierunt ad morum correctionem & ad compunctionis & devotionis excitationem, ut magis ac magis charitas accrescat, humilitas sulidetur atque opera carnis mortificentur.

Propositio ejusdem 3. in præfatione in Matthæum.

Me autore sacros libros leget Agricola, leget Faber, leget Latomus.

CENSURA.

Testantur sacra eà eloquia simplices esse tanquam parvulos, quibus autore Paulo, lacte opus sit. Non enim solidam adhuc escam ferre ac digerere possunt. Perfectorum si quidem solidus est cibus, eorum qui pro ipsa consuetudine exercitatos habent sensus ad discretionem boni & mali. Quapropter non est medium aptum hujusmodi simplicibus, quod indiscriminatim quosvis sacros libros legant in linguam vernaculam translatos: sed convenientissimum eis medium Ecclesia constituit auditionem verbi Dei, & frequentationem prædicationum ejus. Neque eis obiter interdicit usum quorumdam sacrorum librorum, qui cum explicatione convenienti, ædificationi morum sint accommodi: si sic tamen tales libri ab ipsis legantur piè ac sobriè citrà supercilium & arrogantiam, ut non inde contemnant prædicationes, nec à crebra verbi Dei auditione retrahantur. Proinde hæc propositio absque præscripto moderamine posita sui assertorem sanæ doctrinæ non satis consentire demonstrat.

Propositio ejusdem 4. in eadem Præfatione.

Neque Ezechielis Prophetæ, neque Cantici Canticorum, aut cujusquam librorum veteris Testamenti lectionem ulli homini interdico.

CENSURA.

Cum sedis Apostolicæ Decreto multorum talium librorum lectio laicis jampridem interdicta sit, & eruditis in lege Domini apud Hebræos graviorum Autorum sententiâ, prohibita fuerit lectio dictorum librorum, atque primi capitis Geneseos ante annum ætatis trigesimum, prædicta propositio temerariè & impudenter asseritur, quandoquidem eadem subest causa inhibendi talium librorum lectionem quæ suberat, quando Decretum Innocentii III. super his constitutum est, cujus fragmentum refertur de hæreticis, authenticâ, cum ex injuncto.

Propositio ejusdem 5. in eadem præfatione.

Indecorum vel ridiculum potius videtur, quod idiotæ & mulierculæ psittaci exemplo Psalmos suos & Precationem Dominicam immurmurant; cum ipsi quod sonant non intelligant.

CENSURA.

Hæc propositio simplices, idiotas & mulierculas ab oratione vocali juxta ritum & consuetudinem Ecclesiæ perperam retrahens, ac si inutilis sit, nisi ab eis intelligatur, impia est & erronea, viam præbens errori Bohemorum, qui officium Ecclesiasticum in idiomate vulgari celebrare conati sunt. Alioqui in lege veteri indecorum fuisset & ridiculum simplicem populum ex Dei instituto cæremonias legis observare, quas non intelligebat; quod asserere, est in legem & ejus latorem Deum blasphemum & hæreticum. Neque enim per verba orationis solùm prætendit Ecclesia, ut serie verborum illorum erudiamur, sed ut ejus fini nos conformando, veluti ipsius membra divinas laudes pronunciemus, debitas gratiarum actiones persolvamus, & nobis necessaria imploremus. Unde propter talem orantium intentionem, Dei munere affectus inflammetur, intellectus illuminetur, humana inopia sublevetur, atque gratiæ & gloriæ fructus comparetur. Quæ certum est orantes per tales orationes vocales, quamvis verba non intelligant, prætendere. Quemadmodum legatus, etsi verba Domini sui non capit, illa tamen juxta mandatum Domini sui referens, gratum impendit obsequium, & Domino & ei ad quem mittitur. Multæ similiter Propheriæ in Ecclesia cantantur, quæ quamvis à multis cantantibus non intelliguntur, plurimùm tamen utilis est, & meritoria earum pronuntiatio & cantus. Divinæ siquidem veritati quæ illas docuit, ac revelavit, eas cantando gratum obsequium exhibetur. Per quæ sanè constat, non in sola verborum intellectiune fructum orationis consistere. Perniciosum quoque esse errorem existimantium, solùm ad erudiendum intellectum fieri orationem vocalem, cùm præcipuè fiat talis oratio ad inflammandum intellectum, ut pio & devoto animo in Deum modis prædictis se erigendo, mens reficiatur & obtinendo quæ petit, suâ intentione non frustretur: mereatur etiam intellectus illuminationem, quemadmodum & alia utilia aut necessaria: qui nimirùm fructus longè uberiores sunt, quàm sola verborum intellectio, quæ absque excitatione affectûs in Deum, parum affert utilitatis. Quod si contingeret Psalmos in linguam vulgarem traduci, non propterea eorum sensum simplices & idiotæ plenè perciperent.

Excerpta ex operibus M. Joannis Gersonis, Theologi & Cancellarii Parisiensis.

Primâ parte, Tract. *contra hæresim. De Communione Laicorum sub utraque specie, Regula* 8.

EX hac prætereà radice pestifera orti sunt & quotidie crescunt errores Begardorum & pauperum de Lugduno & omnium similium, quorum multi sunt laïci habentes in suo vulgari translationem Bibliæ in grande præjudicium & scandalum Catholicæ veritatis, quale propositum est in reformatorio esse tollendum.

Quartâ parte, lect. 2. quæ incipit, *Pœnitemini.*

CONSIDERATIONE IX.

Rursus sequitur ex præmissis prohibendam esse vulgarem translationem librorum sacrorum nostræ Bibliæ, præsertim extra moralitates & historias.

Serm. 1. *de Nativitate.*

Hæreticus iste *(Helvidius)* per malam scripturæ intelligentiam deceptus est, quemadmodùm multi sunt qui scripturam intelligunt secundùm capitum suorum opinionem & non secundùm sanctorum Doctorum expositionem, quam aut intelligere & considerare nolunt. Et propterea sumo bicnnum documentum, quia periculosissima res est dare hominibus simplicibus, qui non sunt docti, libros sanctæ

Scripturæ in Gallicum translatos, quia per malam intelligentiam continuò cadere possunt in errores. Debent audire per prædicatores, quia aliàs frustra essent.

Tract. qui inscribitur. *Decem considerationes contra adulatores principum.*

IV. CONSIDERATIO.

Non sufficit intelligere sanctam Scripturam, sic ut dumtaxat grammaticalis & vulgatis dicti unum sciatur significatio, verùm etiam requiritur ingens & longum studium tàm in aliis scientiis Philosophiæ & Logicæ, quàm in sanctis Doctoribus, qui inspiratione divinâ & unum alteri comparando sanctam exposuêre Scripturam. Alioquin simplex Grammaticus, mox bonus esset Theologus, imò per seipsum sciret omnem Latinè conscriptam scientiam: quod verum est minimè; sed est occasio maxima in hæreses labendi; sicut Julianus Apostata, Heluidius, Jovinianus & Turelupini fecerunt, & novissimè quidam juxta Cameracum, qui vespertilio nominabatur, & omnes fermè hæreses ex ista præsumptione prodierunt, quia sæpenumerò dictiones sunt æquivocæ & aliter sumuntur in uno quàm in alio loco, aut quàm in communi sumuntur Grammaticâ: & est necesse concordare unum Scripturæ locum per alterum, aliàs inveniretur contradictio.

V. CONSIDERATIO.

Quemadmodùm de Biblia benè & verè in Gallicum translata bonum aliquod, si sobriè intelligatur, potest emanare: sic per oppositum innumeri errores & mala evenire possunt, si malè fuerit traducta aut præsumptuosè intellecta, refutando sensus & Sanctorum Doctorum expositiones. Satius esset hujusmodi rem ignorare, quemadmodùm in Medicinis & in aliis scientiis quas melius esset prorsùs ignorare, quàm parùm aut malè scire & se Magistrum reputando in eis.

Actum Parisiis in Collegio Sorbonæ die quartâ Januarii, anno Domini millesimo sexcentesimo sexagesimo primo.

De mandato DD. Decani & Magistrorum Sacræ Facultatis Theologiæ Universitatis Parisiensis.

Ph. BOUVOT.

Hoc monumentum reperitur in Bibliotheca Sorbonica, v. 8. 14.

Anno Domini 1661.

Censura Sacræ Facultatis Theologiæ Universitatis Parisiensis, lata in librum quinque Tomis distinctum, qui inscribitur, Le Messel Romain, selon le Reglement du Concile de Trente, traduit en François, avec l'explication de toutes les messes, &c. Par le Sieur de Voysin, Prêtre, Docteur en Theologie, &c. A Paris, chez Simeon Piget, & Rollin de la Haye. 1660.

SACRA Theologiæ Facultas post editam à se & publicatam mense Januario, recèns elapso, *ad Approbationes versionum, tam Missalis nuper editi, quàm Sacræ Scripturæ & Officii Ecclesiastici, sub nomine quorumdam ejusdem Facultatis Magistrorum vulgatas* declarationem, admonita prima Februarii sequentis plurima esse in eodem Missali animadvertenda, illius examen aliquot Magistris demandavit, qui post accuratam ejus per menses Februarium & Martium lectionem, retulerunt primâ Aprilis librum illum non solùm ad fidelium institutionem prorsùs ineptum, sed & perniciosum esse utpotè cujus explicationes aliundè adscitæ, ambiguæ, rudes & indigestæ vel ad textûs sensum appositæ non sint, vel passim textu ipso longè difficiliores & obscuriores, quæque aliâ explicatione indigeant, in quibus variæ sunt propositiones animadversione dignæ velut subjectæ.

Tom. 1. *pag.* 34. Per quem hæc omnia.

En Jesus-Christ, dans l'unité de son Corps & de ses membres, qui sont avec lui une même personne.

Tom. 2. *pag.* 410. *sur l'Introït.* Meditatio cordis mei.

Les hommes s'étant égarez & s'étant perdus dans la vanité de leurs pensées, ne pouvoient plus revenir pour goûter la douceur de la verité, sans le secours d'un puissant Médiateur entre Dieu & les hommes, qui eût quelque chose de semblable à Dieu, & quelque chose de semblable aux hommes, afin que n'étant pas entierement semblable aux hommes, il ne fût pas trop éloigné de Dieu; & que n'étant point entierement semblable à Dieu, il ne fût pas trop éloigné des hommes.

Tom.

Tom. 3. pag. 403.

Dans les Livres de Moyse il n'y a nul passage qui parle clairement, & selon la lettre, de Jesus-Christ.

Au Commun, pag. 307. *& alibl.*

Cet Evangile (Joan. 14.) *nous apprend que le Saint Esprit est le Vicaire invisible de Jesus-Christ, qui gouverne son Eglise par une conduite interieure.*

Tom. 4. pag. 311.

Ayant de si étroites obligations à Dieu, nous devons travailler de toutes nos forces pour le reconnoitre & pour l'aimer parfaitement. Qu'en cette vie nous ne pouvons pas nous acquitter de cette debte vers Dieu en lui-meme, parce que nous ne le pouvons voir de la façon necessaire pour produire cet amour. C'est pourquoi comme nous ne connoissons Dieu que dans ses ouvrages, nous ne le pouvons aimer qu'en aimant ses ouvrages.

Tom. 4. pag. 312.

Nous ne le connoissons (Dieu) *que par ses effets, aussi nous ne l'aimons que par l'amour que nous avons pour ses ouvrages.*

Tom. 4. pag. 313.

Nous lui rendons en la personne de nos freres, qui sont ses ouvrages & ses images, les devoirs de la parfaite Charité, que nous ne pouvons lui rendre en lui-même, parce que nous ne le pouvons voir en cette vie de la façon necessaire pour produire cet amour parfait.

Tom. 1. pag. 378. & 379.

Dieu dans sa conduite, en ce qui regarde le Royaume des Cieux (c'est-à-dire son Eglise) est semblable à un Pere de Famille, qui alla du grand matin (au commencement du monde, ou bien aux premieres années de la vie des hommes, loüer des ouvriers pour travailler à sa vigne (garder ses Commandemens dans son Eglise.)

Tom. 1. page 380.

Etant sorti derechef, il en trouva d'autres oisifs, qui se tenoient debout; & il leur dit: Pourquoi vous tenez-vous ici debout tout le long du jour sans rien faire? Ils lui repartirent, c'est que personne ne nous a loüez; (nous n'avons point reçu de Grace pour cet effet.)

Tom. 4. pag. 240.

Les fideles demandent à Dieu une forte influence de la Grace, comme un vent impetueux du Saint Esprit, qui brise leurs cœurs de pierres, par la toute-puissance & secrette violence de ses mouvemens.

Tom. 5. pag. 113.

Les fideles prient Dieu qu'il lui plaise de les tirer à lui par la force invincible de sa Grace, comme les Apôtres tirerent cette multitude de poissons par la vertu de la parole de notre Sauveur.

Tom. 5. pag. 166.

Par la Grace de Dieu je suis tel que je suis, c'est-à-dire, que si je suis maintenant autre que je n'étois, Dieu seul a fait ce grand changement.

Tom. 2. pag. 189.

Ces malades qui attendent le remuement & le troublement de l'eau, nous representent les pécheurs, qui attendent une forte influence de la Grace de Dieu, & une secrette violence de ses mouvemens. Ce malade de 38. ans nous represente le pécheur endurci dans l'iniquité, qui ne peut être gueri que par un miracle. L'avertissement que Dieu lui donne, de ne pécher plus desormais, de peur qu'il ne lui arrive pis, nous fait connoitre, que l'ame qui après avoir été guerie de ses iniquités, retombe dans quelques péchés mortels, se retrouve dans un état plus déplorable, que n'est celle d'un Juif ou d'un Payen, & que n'étoit le corps de cet homme dans une maladie de 38. ans, qui ne pouvoit être gueri que par un miracle.

Tom. 5. pag. 537.

Le Fils de Dieu défendant de publier le mystere de la Transfiguration jusques après sa Résurrection, nous fait connoitre que c'est dans le Ciel & après la Résurrection que nous verrons à découvert la plenitude de sa gloire, dont il nous fera part, laquelle ne nous est communiquée en cette vie que sous des voiles.

Au Commun, pag. 410.

Si elles (les femmes) *souffrent des maux, c'est parce qu'elles sont filles d'Eve, qui conçoivent & enfantent dans l'iniquité, dont elles doivent faire penitence, & demander pardon à Dieu.*

Tom. 2. pag. 414.

Comme Jesus-Christ appella auparavant le Lazare, qui étoit mort depuis quatre jours, & le ressuscita (figurant la Résurrection des pécheurs) & comme ensuite il commanda à ses Disciples de delier vivant celui qu'il avoit ressuscité mort . . . . De même, afin que les Prêtres qui sont les successeurs de Jesus-Christ, se servent comme il faut du pouvoir qu'il leur a donné de remettre les péchés, ils ne doivent

délier par l'autorité Pastorale que ceux que Jesus-Christ a ressuscité par sa grace vivifiante.

Tom. 3. pag. 334.

Le Baptême est l'accomplissement & le sceau de la Foi, & cette Foi prend son commencement & sa force de celle de la Pénitence.

Tom. 4. pag. 251.

Seulement ils avoient été baptisés au Nom du Seigneur Jesus, c'est-à-dire, ils avoient seulement reçu la Grace d'adoption, qui donne la Foi & le desir de suivre Jesus-Christ au Sacrement du Baptême.

Au Commun, pag. 118.

Quelque science & quelque vertu qu'on ait acquise, il faut être appellé de Dieu par une vocation qui ne soit pas seulement exterieure, mais interieure: qui ne soit pas seulement fondée dans la bonne opinion que ceux qui nous appellent ont de nous, mais dans le temoignage que notre propre conscience nous rend, qu'il n'y a dans nous aucune incapacité notable, & que Dieu se veut servir de nous en une telle occasion.

Tom. 5. pag. 438.

L'Eglise comparant l'ame de Saint Jean Baptiste à une Epouse fidele, & Jesus-Christ à un cher Epoux, exprime par ces parolles du Chap. 2. du Cantique des Cantiques, la joye que ce saint Enfant, étant encore dans le ventre de sa Mere, reçut de l'honneur que notre Sauveur lui faisoit de le venir visiter, & de lui parler du sein de la Sainte Vierge sa Mere, comme au travers d'une fenêtre treillissée.

Tom. 2. pag. 125.

STATION DANS L'EGLISE DE SAINT TYPHON.

On fait aujourd'hui Station dans l'Eglise de Saint Typhon, qui étoit en grande véneration à Rome & à Constantinople, pour nous faire connoitre que nous ne devons pas nous étonner de ce qui est rapporté dans l'Evangile de ce jour, que Jesus-Christ ait appaisé par la puissance de sa parole un vent impetueux, que les Grecs appellent Typhon, puisque son Martyr saint Typhon a abbattu, par la seule invocation de son nom, des idoles des faux Dieux, & a fait plusieurs autres miracles.

Au Commun pag. 161.

(Nous n'avons pas la vanité de croire que nous ayons trop d'amour de Dieu. Si vous n'en avez pas, la charité d'autrui ne peut pas vous servir) adressez-vous à ceux qui en vendent, & achetez-en pour vous (adressez-vous à ceux qui ont la conduite des ames.)

Au Commun, pag. 112.

Sempiternum habet Sacerdotium.

Le Sacerdoce de Jesus-Christ est perpetuel, & ne passe point à un autre.

Tom. 4. page 314.

Timor pœnam habet: qui autem timet non est perfectus in Charitate.

La crainte (servile) ne regarde que la peine, & celui qui ne craint que la peine, n'a point une parfaite Charité.

Quibus auditis & re maturiùs discussa censuit Sacra Facultas, IN EO MISSALI, UT VERBA SONANT, CONTINERE ERRORES CONTRA SANAM DOCTRINAM DE CHRISTO, DE SPIRITU SANCTO, DE GRATIA ET LIBERO ARBITRIO, DE SACRAMENTIS PRÆSERTIM BAPTISMI ET POENITENTIÆ, ALIISQUE CAPITIBUS ET MULTAS VERSIONES INEPTAS AC FALSAS, ALIQUAS ETIAM QUÆ TEXTUI LATINO, TUM ADDENDO, TUM DETRAHENDO INDUCUNT IN OPINIONES OLIM ET RECENTER CONDEMNATAS. Datum Parisiis in nostra Congregatione generali apud Collegium Sorbonæ celebrata, die primâ Aprilis anno Domini millesimo sexcentesimo sexagesimo primo, & confirmatum secundâ mensis Maii ejusdem anni.

De Mandato DD. Decani & Magistrorum præfatæ Facultatis Sacræ Theologiæ Universitatis Parisiensis.

PH. BOUVOT.

Hoc monumentum reperitur in Bibliotheca Sorbonica, v. 8. 14.

Anno Domini 1661.

Decretum Parisiensis Theologiæ Facultatis super formula Professionis Fidei à Clero Gallicano, in executionem Constitutionum Innocentii X. & Alexandri VII. edita.

ANNO Domini millesimo sexcentesimo sexagesimoprimo, 2ª die Maii, Sacrâ Theologiæ Facultate, more solito, post missam de Spiritu Sancto, in Aula Collegii Sorbonæ congregatâ, advenerunt Illustrissimi Episcopi & Magistri Dominus Henricus *de la Mothe* Rhedonensis, & Dominus Harduinus *de Perefixe* Rhutenensis, à Christianissimo Rege ad

eamdem Facultatem missi cum litteris, quibus Rex significabat se ad illam mittere fidei formulam à Clero Gallicano in stabiliendam executionem Constitutionum Innocentii X. & Alexandri VII. editam, cujus tenor est.

Je me soumets sincerement à la Constitution du Pape Innocent X. du 31. May 1653. selon son veritable sens, qui a été determiné par la Constitution de N. S. Pere le Pape Alexandre VII. du 16. Octobre 1656. Je reconnois que je suis obligé en conscience d'obeir à ces Constitutions: & je condamne de cœur & de bouche la doctrine des cinq Propositions de Cornelius Jansenius, contenuë dans son Livre intitulé, Augustinus, *que ces deux Papes & les Evêques ont condamnée; laquelle doctrine n'est point celle de saint Augustin, que Jansenius a mal expliquée, contre le vrai sens de ce saint Docteur.*

Lectâ igitur publicè hâc fidei formulâ, lectis item Regiis ad Facultatem litteris & auditâ Rhedonensis Episcopi eloquentissimâ in ampliorem Regiæ mentis declarationem oratione, his denique omnibus expensis & in maturam deliberationem adductis, omnium qui centum triginta duo tunc aderant Magistrorum concordibus omninò suffragiis declaravit Sacra Facultas prædictam fidei formulam & formulæ subscriptionem sibi maximè probari, cùm hæc formula non aliam fidei definitionem contineat, quam quæ Innocentii X. & Alexandri VII. Constitutionibus comprehensa est, sitque ejusmodi subscriptio convenientissimus modus & validissima ratio mandandi executioni Pontificias illas Constitutiones ad obsistendum novæ doctrinæ ac sectæ, jamque dudùm Facultas utramque Constitutionem receperit; hanc quidem Alexandri VII. die quartâ Aprilis anno 1657. illam verò Innocentii X. primâ Augusti 1653. latâ quoque die primâ Septembris sequentis contra refragatores exclusionis à Facultate pœnâ, atque aliundè prædictarum tam Constitutionum quàm formulæ doctrina tota sit ab antiquo mera constansque Facultatis ipsius sententia, & subscriptionum usus jampridem sit in Facultate receptus & ab eadem etiam in simili sæpius occasione præceptus ac novissimè in damnatione secundæ Magistri Antonii Arnaldi Epistolæ, ubi de hac ipsa, quæ nunc occurrit materiâ agebatur. Quocircà Sacra Theologiæ Facultas unanimi consensu decrevit huic fidei formulæ subscribi ab omnibus suis debere pari modo & sub iisdem pœnis quibus voluit Censuram prædicti Arnaldi Epistolæ ab omnibus subsignari. Ita videlicet ut nemo posthac vel è Doctoribus ad comitia & alia quævis jura ad Facultatem pertinentia, vel ex Licentiatis & Baccalaureis ad ullos actus Theologicos, sive ad disputandum, sive ad respondendum, vel è Theologiæ candidatis ad supplicandum pro primo cursu, aut de Tentativa respondendum admittatur, nisi priùs huic quoque fidei formulæ subscripserit. Rogavit demùm Theologica Facultas præsentes Illustrissimus Præsules ut frequenti Doctorum numero comitati, Facultatis nomine ipsi Christianissimo Regi & gratias agerent pro ea quam erga se testari dignatus est benevolentia, & de tantu Orthodoxæ Fidei atque avitæ Religionis tuendæ studio gratularentur. Actum Parisiis in Facultatis Theologicæ generalibus Comitiis anno, mense & die supradictis, & confirmatum die decimâ sextâ ejusdem mensis & anni.

De mandato DD. Decani & Magistrorum præfatæ Facultatis Sacræ Theologiæ Universitatis Parisiensis.

Ph. Bouvot.

Hoc monumentum reperitur in Bibliotheca Sorbonica, v. 8. 14.

Anno Domini 1663.

Conclusiones Sacræ Facultatis Parisiensis latæ occasione Theseos M. Gabrielis Drouet de Villeneuve, & Senatûs amplissimi Decreti prædictam Thesim supprimentis.

Die veneris nonâ Februarii habita sunt Comitia extraordinaria Facultatis Theologiæ Parisiensis, in Aula Collegii Sorbonæ in quibus, &c.

Thesim verò M. Gabrielis Drouet de Villeneuve, quæ tantam peperit offensionem, quæque numquam fuit approbata à Facultate, esse supprimendam, senatûs amplissimi decretum, prout jacet, non esse inscribendum in suis tabulis, adeundum esse Augustissimum senatum, per SS. M. nn. Morel, de Breda, Bail, de Gamaches, Grandin Syndicum, Tirol & Guyart qui cum honore & reverentia debitis petant ab eodem Augustissimo senatu, ut velit & dignetur exponere mentem suam non fuisse sibi adscribere judicium doctrinale in materia fidei & Ecclesiæ dogmatibus, vel lædere jura Facultatis, aut innuere necessarium esse absolutè Concilium Generale ad ex-

tirpanda quælibet schismata & quaslibet hæreses, v. g. *Pelagianam* & *Jansenianam* quas constat sufficienter extinctas absque Concilio Generali, quod tantum in aliquibus casibus dici potest absolutè necessarium, quod si negotium hoc pacto non conficiatur apud senatum, adeundum esse Regem Christianissimum rogandumque frequentissimâ Facultate per Illustrissimum Dominum Archiepiscopum auscitanum ut sacrum tutumque servet Facultatis jus quod habet, semperque habuit proferendi judicium Doctrinale de rebus ad fidem Theologicam pertinentibus.

Anno Domini 1663.

DIE decimâ quintâ Februarii Sacra Theologiæ Facultas Parisiensis, post missam de Sancto Spiritu, solito more celebratam, extraordinaria habuit Comitia in Aula Collegii Sorbonæ, super relatione eorum quæ gesserant Domini deputati in senatu, in quibus SS. M. nn. Antonius de Breda & Martinus Grandin Syndicus, retulerunt se cùm accepissent DD. Decanum & prodecanum atque etiam aliquot seniores Magistros, in senatum vocatos esse ad diem lunæ 12. præsentis mensis, adiisse die 12. sub horam tertiam pomeridianam illustrissimi senatûs principem ut quid ea vocatione senatus cuperet, ediscerent. Eumdem senatûs principem dixisse non esse interrogandum per Deputatos senatum, nisi ejus severitatem Facultas vellet experiri, Facultatem ipsam, quo minus postulaverit, tanto plus impetraturam à senatu qui tantùm abest ut sibi sumere voluerit munus judicandi Doctrinaliter de re Theologicâ, quin imo si quod dubium circà fidem occurreret consuli decerneret, audireque priùs facultatem cujus jura illæsa atque integra vult servari; cùmque ipsi repofuissent Deputatos Facultatis in obeundo suo munere quantùm fieri potest reverenter acturos discessisse. Hæc verò omnia præsente atque annuente Illustrissimo cognitore regio acta esse, se post reditum formulam quâ uterentur in senatu deputati quibusdam verbis concepisse, & cum Magistris aliquibus communicasse, eâ autem formulâ ipsâ die lunæ duodecimâ primùm senatus principi deinde Triumviris Regiis priusquam in majorem cameram pateret ingressus ostensâ atque probatâ, mox se in eamdem cameram cum aliis deputatis ingressus esse, cùmque Dominus Decanus à Senatus principe interrogatus esset, ne tabulis Facultatis inscriptum Senatus consultum respondisset adesse Deputatos qui ea de re, Senatui satisfacerent, S. M. n. Antonium de Breda Deputatorum Antiquiorem sic locutum esse ex præscripta formula.

MESSIEURS,

Les Députés de la Faculté de Théologie, se presentent à la Cour, pour lui dire que la Faculté a entendu la lecture de l'Arret du 22. Janvier avec respect, mais qu'y ayant trouvé quelques difficultés, elle a cru que l'intention de la Cour ne seroit point de porter au Jugement Doctrinal, ou de qualifier des Propositions Théologiques, ni aussi de croire qu'un Concile Général fut absolument necessaire pour l'extinction de toute sorte de schisme & d'hérésie, comme par exemple, celle de Jansenius, que la Faculté croit être suffisamment condamnée sans qu'il soit besoin d'aucun Concile Général pour ce sujet.

Eo audito Senatûs principem dixisse debere omnem Regis subditum cùm aliquid Senatus sanxit, obtemperare. Senatum ipsum quid in suo decreto spectaverit Syndico & præsidi actûs cùm primùm vocati sunt significasse potuisseque eos ad Facultatem referre. Quod si eorum à mente exciderit iterum inculcari à Senatu, ut omnes audiant cùm prohibet propugnari hanc propositionem *Concilia Generalia ad extirpandas hæreses & schismata, & tollenda alia incommoda admodùm sunt utilia non tamen absolutè necessaria*, eam nun ita prohiberi ut quisquam contendere debeat hæresim damnari non posse, sine convocatione Generalis Concilii, cùm à patribus constet, *plurimas hæreses non modo damnatas, sed etiam extinctas penitùs fuisse absque Generalibus Conciliis*, tantùm ferre curiam non potuisse propositionem indefinitam & generalem ex qua nullis in casibus necessaria esse Generalia Concilia posset quis inferre, Senatum Regiam interposuisse authoritatem ad prohibendas politicè propositiones quæ illo sensu ad quem extendi possent contrariæ forent exteriori Ecclesiæ administrationi seu politiæ, quæ politiæ generalis regni præcipua quædam portio est. Hoc esse quod referendum haberent. Unum tantùm addendum, hesternâ die se vocatos esse à Senatus principe ad horam undecimam matutinam, cùmque ei, occurrissent in Sacello Regio monitos esse

esse ab eo ne hoc negotium ultrà decimam quintam mensis protraheretur, quidque super eâ re decretum esset in Facultate propè diem referretur. Negotio itaque ex postulatione & propositione DD. Syndici & Decani Senatum sibi obtemperari velle monentium in deliberationem posito, Censuit Facultas habita ratione relationis Deputatorum suorum quæ superiori Conclusioni conformis visa est, Senatûs-Consultum diei 22. Januarii hujus anni 1663. tabulis suis inscribendum esse.

Extrait des Regiſtres de Parlement.

CE jour la Cour ayant déliberé sur ce qui a été representé par les Gens du Roi, les 19. & 20. du présent mois, touchant une These qui devoit être soutenuë ledit jour 19. par Maître Gabriel Drouet, de Villeneuve, Breton de Nation, Bachelier en Theologie, en la dispute de la grande ordinaire de Sorbonne, laquelle portoit en la seconde position, *Christus Sanctum Petrum ejusque successores summâ suprà Ecclesiam autoritate donavit:* en la troisiéme *Romani antistites privilegia quibusdam Ecclesiis sicut Ecclesiæ Gallicanæ impertiendo:* dans la huitiéme, *Concilia Generalia ad extirpandas hæreses schismata & alia tollenda incommoda admodum sunt utilia, non tamen absolutè necessaria;* & plusieurs autres Propositions contraires à l'autorité de l'Eglise, à l'ancienne Doctrine de tous tems reçuë & conservée dans le Royaume, aux saints Canons, Decrets des Conciles Généraux, & aux libertés de l'Eglise Gallicane & tendans à élever la puissance du Pape au-dessus de celle des Conciles Généraux au-delà des bornes qui ont toujours été très-saintement conservées dans l'Eglise Gallicane; après avoir oüi le Syndic de la Faculté de Théologie & Maître Vincent de Meurs Docteur en ladite Faculté de la Maison de Navarre, qui devoit présider à ladite dispute, & ledit Drouet répondant, qui auroient été mandés suivant l'Arrêt du 19. de ce mois: & oüis les Gens du Roi en leurs Conclusions: LA COUR a fait & fait inhibitions & défenses audit de Drouet, de soutenir ladite These: a ordonné & ordonne qu'elle sera imprimée ensemble toutes les autres qui se trouveront contenir de pareilles propositions: Fait inhibitions & defenses à tous Bachelicrs, Licentiés & Docteurs, & autres personnes, d'écrire, soutenir & disputer, lire & enseigner, directement ni indirectement ès Ecoles publiques ni ailleurs aucunes semblables propositions ni autres, contraires à l'ancienne Doctrine de l'Eglise aux saints Canons, decrets des Conciles generaux & aux libertez de l'Eglise Gallicane & anciens decrets de la Faculté de Theologie de Paris, à peine d'être procedé contre eux ainsi qu'il appartiendra. Fait défenses au Syndic de ladite Faculté & aux Docteurs qui y présideront aux Actes, de souffrir que telles propositions soient inserées dans aucune These. Ordonne que le present Arrêt sera lû à l'assemblée génerale de ladite Faculté de Théologie, qui se tiendra en Sorbonne au premier jour, lequel par la Cour sera ordonné en presence de deux Conseillers en ladite Cour, lesquels se transporteront à cet effet avec l'un des Substituts du Procureur Général du Roi, à laquelle assemblée, seront mandés tous les Docteurs de ladite Faculté, même les Bacheliers de la premiere Licence: & sera le present Arrêt enregistré ès Registres de ladite Faculté & signifié aux Recteur Doyens & Procureurs des autres Facultés, pour y être lû & registré en icelles, & envoyé aux autres Universitez, ensemble aux Bailliages, & Sénéchaussées de ce ressort, pour y être pareillement lû, publié & registré à la diligence des Substituts du Procureur Géneral du Roi, lesquels en certifieront la Cour au mois. Fait en Parlement le vingt-deuxiéme jour de Janvier 1663.

Signé, ROBERT.

Hæc monumenta in M. S. Censuris Sacræ Facultatis Parisiensis ad annum prædictum reperiuntur.

Anno Domini 1663.

Conclusio Sacræ Facultatis Theologiæ Parisiensis, quâ nominantur Deputati & jubentur confici sex articuli quibus suâ de suprema Regum potestate, & Episcoporum autoritate doctrina exponatur.

ANno Domini 1663. die 2. mensis Maii, sacra Facultas Theologiæ Parisiensis, post Missam de S. Spiritu solemniter more solito celebratam habuit ordinaria sua Comitia apud Collegium Sorbonæ: M. Martinus Grandin dixit, jam decurrere secundùm annum sui Sindicatûs, quem ut initio felicem

habuerat sic à mensibus aliquot valdè gravem experiretur..... Unum esse quod ipse doleat ex quo duarum Thesium causa agitari cœpit, injectas esse Regis Christianissimi animo suspiciones adversùs doctrinam Facultatis, eam scilicet docere aliquam esse summi Pontificis in Regum Galliæ temporalia authoritatem, docere Regem Christianissimum in temporalibus superiorem aliquem habere præter Deum, docere subditos dispensari posse à communicatione & obedientia Regibus naturali divinâ que lege debita, eamdem Facultatem probare consequentias adversùs supremorum Principum authoritatem, & contra germanas Ecclesiæ Gallicanæ libertates v. g. quod summus Pontifex deponere possit Episcopos adversùs regulas antiquis Canonibus receptas, ea esse quæ Regis animum offensum habere possent, esse alia ex quibus viderentur ista colligi posse sacræ Facultatis doctrinam esse, summum Pontificem esse supra Concilium Oecumenicum, summi Pontificis infallibile judicium esse, nullo accedente Ecclesiæ consensu, pertinere ad rem ejusdem Facultatis efficere ut sibi persuadeat Rex Christianissimus quod nullum omnino in temporalibus agnoscit nec habet superiorem præter Deum, eam esse antiquam ejus doctrinam à qua nunquam recessura sit, non esse ejus doctrinam quòd subditi à communicatione & obedientia lege naturali & divina Regibus Christianissimis debita dispensari possint; eamdem Facultatem nec probasse, nec probare unquam consequentias quæ adversùs supremorum Principum authoritatem deduci possent, aut contrà germanas Ecclesiæ Gallicanæ libertates v. g. quòd summus Pontifex Episcopos deponere possit adversùs regulas antiquis Canonibus in Regno receptis latas, non esse doctrinam Facultatis quòd summus Pontifex sit suprà Concilium Oecumenicum, non esse ejusdem Facultatis doctrinam ac dogma quòd summus Pontifex sit infallibilis, nullo accedente Ecclesiæ consensu, hæc qui referant ad Regem delegari posse ex ordine sacro aliquot Magistros, aut aliam viam tueri quam Facultas opportuniorem judicaverit. Addidit idem M. n. Martinus Grandin si placeret Facultati designaturum se propositionem quæ causa fuisset Senatùs-Consulti, atque expositurum ejus sensum. Cum eadem Facultas permisisset, dixit propositionem istam, ita descriptam esse in Thesi Fratris Laurentii Desplantes Cisterciensis, propugnata die Aprilis quarta in Collegio Bernardinorum, *summus Pontifex in tota Ecclesia & in foro tam interno, quàm externo plenitudinem jurisdictionis obtinet*. Ejusdem propositionis sensum quoque fixum se in Senatu dixit exposuisse. Quibus auditis censuit Facultas adeundum Regem Christianissimum frequenti comitatu, DD. de Mincé, Morel, de Breda, Betille, Grandin, Guyard, Guischard, Marlin, Gobillon, Coquelin & Montgaillard selegit, qui inter se convenirent super iis quæ retulit suprà M. n. Grandin de propositionibus concernentibus doctrinam Facultatis, rogavitque illustr. D. Archiepisc. Paris. designatum, ut verba faceret apud suam Majestatem, ipsamque obtestaretur ut velit Facultati jus suum servare, & suspensos pro sua æquitate restituere: interim maneant omnia suspensa quæ spectant ad Syndicatum.

Declarationes Sacræ Facultatis Theologiæ Parisiensis factæ apud Regem super quibusdam propositionibus quas nonnulli voluerunt adscribere eidem Facultati.

I.

NOn esse doctrinam Facultatis quòd summus Pontifex aliquam in temporalia Regis Christianissimi auctoritatem habeat. Imò Facultatem semper obstitisse etiam iis qui indirectam tantùm modò esse illam authoritatem voluerunt.

II.

Esse doctrinam Facultatis ejusdem quòd Rex Christianissimus nullum omninò agnoscit nec habet in temporalibus superiorem præter Deum, eamque suam esse antiquam doctrinam, à qua nunquam recessura est.

III.

Doctrinam Facultatis esse, quòd subditi fidem & obedientiam Regi Christianissimo ita debent, ut ab iis nullo prætextu dispensari possint.

IV.

Doctrinam Facultatis esse, non probare nec unquam probasse propositiones ullas Regis Christianissimi authoritati, aut germanis Ecclesiæ Gallicanæ libertatibus, & receptis in Regno Canonibus contrarias, verbi gratiâ, quòd summus Pontifex possit deponere Episcopos adversùs eosdem Canones.

V.

Doctrinam Facultatis non esse quòd summus Pontifex sit suprà Concilium Oecumenicum.

VI.

Non esse doctrinam vel dogma Facultatis, quòd summus Pontifex, nollo accedente Ecclesiæ consensu, sit infallibilis.

Conclusum per DD. Deputatos Sacræ Facultatis Theologiæ Parisiensis die quartâ mensis Maii anno Domini 1663. & subsignatum E. Dufresne, de Mincé, C. Morel, A. de Breda, P. Bertille, M. Grandin, P. Guischard, N. Gobillon, Coquelin, & J. F. de Montgaillard.

Conclusio Sacræ Facultatis Theologiæ Parisiensis, quâ probat sex Articulos suprà dictos de Regis potestate & libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ.

Die 11. Maii 1663. horâ septimâ matutinâ, Sacra Theologiæ Facultas extraordinaria habuit Comitia in aulâ Collegii Sorbonnæ, in quibus Illustrissimus D. Archiepiscopus Parisiensis designatus gratias egit Facultati ob demandatam sibi ab eadem apud Christianissimum Regem Provinciam honorificam & officiosam, sensum ipsius Facultatis super quibusdam propositionibus quas nonnulli ipsi adscribere voluerunt exponendi, dixitque se id muneris sibi impositi die secundâ Maii obivisse die octavâ secundùm præscriptos & præstitutos sibi limites Regi Christianissimo declarasse propositiones verbis Gallicis, ut sequitur quas etiam simul & latinè scriptas, & à supradictis DD. Deputatis obsignatas, actuariò Facultatis in Comitiis tradidit.

His autem ita Facultate ipsâ præsente Regi Christianissimo expositis, se rogasse eundem Christianissimum Regem ut eam suo patrocinio & benevolentiâ foveret, ac tueretur, Syndicum ejus duosque alios in Decreto Senatûs expressos suâ humanitate ac benignitate vindicaret, cui suæ orationi Christianissimum Regem respondisse dixit, non esse sibi persuasum S. Facultatem esse ipsi oppositam, nec doctrinam ullam docere quæ sit contraria Regni juribus, ideòque sibi in animo esse per publicum cum se occasio offerret argumentum manifestare quo affectu eam prosequeretur: quantùm autem ad postulationem sibi factam circà Syndicum & alios se maturè de iis cogitaturum. His ita relatis prædicta omnia ab illustrissimo Parisiensi Archiepiscopo designato nomine Facultatis apud Regem Christianissimum acta omnes & singuli magistri comprobarunt; eldemque de feliciter, ac honorificè navatâ operâ, & administratâ provinciâ gratias amplissimas habuerunt.

Arrêt de la Cour de Parlement de Paris, portant que les propositions contenuës dans la déclaration de la Faculté de Théologie de Paris, touchant l'autorité du Pape, seront registrées au Greffe de ladite Cour, & envoyées aux Bailliages & Universitez du Ressort.

Ce jour les Gens du Roi, Maître Denis Talon Avocat dudit Seigneur portant la parole, ont dit à la Cour, que le Syndic de la Faculté de Theologie, avec sept autres anciens Docteurs en la Faculté de Théologie, mandez suivant l'Arrêt du jour d'hier, étoient au Parquet des Huissiers. Eux entrés, Monsieur le Premier Président leur a dit, Que la Cour les avoit mandés pour apporter la déclaration faite par la Faculté de Théologie de ses sentimens touchant l'autorité du Pape. Le Doyen de ladite Faculté a dit, Que pour obéïr aux ordres de la Cour, ils avoient apporté ladite déclaration extraite des Registres de ladite Faculté, & signé par le Bedeau d'icelle: Contenant:

Primò. *Non esse doctrinam Facultatis, &c.* ut suprà p. 90. & 91.

Icelle déclaration lûë en presence des Gens du Roy & desdits Docteurs: Lesdits Docteurs retirez, les Gens du Roi par la bouche de Maître Denis Talon, on dit que la verité des anciennes maximes se soûtient assez par son propre poids, & n'a pas besoin de mandier des suffrages, ni des approbateurs. Que c'est pourtant un grand avantage, lorsque tout le monde concourt dans un même sentiment, & qu'il ne paroît point de division dans les esprits. Personne n'ignore les efforts & les artifices pratiquez par les Partisans de la Cour de Rome depuis trente ans, pour élever la puissance du Pape par de fausses prérogatives,

& pour introduire les opinions nouvelles des Ultramontains. Et enfin les choses ont passé jusqu'à tel excès, qu'après avoir insinué en secret ces propositions fausses & dangereuses dans les écrits, ils ont eu la hardiesse de les publier & de les mettre dans des Theses pour être publiquement disputées. Cette temerité n'est pas demeurée impunie : car cette auguste Compagnie egalement jalouse de maintenir l'autorité Royale, les droits de la Couronne, les libertez de l'Eglise Gallicane, & l'ancienne doctrine, ausquels ces opinions de l'infaillibilité & de la superiorité du Pape au Concile sont directement opposées, n'a pas manqué de réprimer ces entreprises par la severité de ses Arrêts, & même d'en punir les Auteurs : de sorte que l'on peut dire que ces monstres ont été étouffez dans leur naissance, & que ces tentatives, bien loin d'avoir aucun succès, n'ont servi qu'à confirmer plus puissamment la verité, & à couvrir de honte & de confusion les émissaires de la Cour de Rome. Cependant la Faculté de Théologie, occupée par une cabale puissante de Moines, & de quelques seculiers, liez avec eux par interêt ou par faction, a eu de la peine à se démêler de ces liens injustes, & à suivre les traces des Gersons & des autres personnages illustres qui ont été dans tous les siécles les principaux défenseurs de la verité. Mais enfin par un genereux effort, ayant fait reflexion sur ce qu'elle doit au Roi, au public, à sa propre réputation, elle a expliqué ses sentimens & condamné toutes ces nouveautez comme des erreurs qui ne peuvent éviter la censure : Et comme les six propositions qui viennent d'être lûës & expliquées par l'organe du Doyen, contiennent non-seulement la condamnation de tout ce qui pouvoit établir quelque supériorité du Pape sur le temporel, mais aussi cette chimere d'infaillibilité, & de cette dependance imaginaire du Concile au Pape ; il est inutile d'examiner si toutes ces propositions sont conçûës en termes affirmatifs, etant certain qu'il n'y a point de milieu entre deux propositions contradictoires, & que si la Faculté ne croit pas que le Pape soit infaillible, il faut par une conséquence necessaire qu'elle juge qu'il peut tomber ou être induit en erreur, & corrigé par une puissance superieure, qui ne peut être autre que celle du Concile & de l'Eglise Universelle. Et tout le monde demeurant d'accord qu'il faut qu'il y ait une subordination, dès que l'on avouë que le Pape n'est point au-dessus du Concile, il faut qu'il soit au-dessous & soûmis à ses decisions & à l'observation des Canons ; de sorte que comme le public est pleinement satisfait par cette declaration de la Faculté, d'autant plus que si elle etoit susceptible d'ambiguité, on ne la pourroit interpréter, que par ce qui paroît de la même doctrine de la Faculte dans la censure de Sarrasin, dans les réponses aux demandes du Roi Charles VIII. & dans les condamnations des erreurs de Luther : ils estiment qu'il y a lieu d'ordonner que les articles contenus en la déclaration de la Faculte soient registres au Greffe de la Cour, & copies d'iceux envoyées dans tous les Bailliages & Universitez du ressort du Parlement pour y être lûës, publiées & registrées ; Que defenses soient faites de soûtenir aucune doctrine contraire ausdits articles ; Que les Arrêts des 22. Janvier & 4. Avril dernier soient executez ; Faire iteratives defenses & inhibitions à tous Bacheliers, Licentiez, Docteurs, & à toutes autres personnes de disputer, lire & enseigner directement, ni indirectement es Ecoles publiques, ni ailleurs, aucunes propositions contraires à l'ancienne doctrine de l'Eglise, aux Canons des Conciles généraux, aux libertez de l'Eglise Gallicane, & aux anciens Decrets de la Faculté de Théologie, à peine de punition exemplaire ; & aux Syndics des Facultez & Docteurs qui presideront aux Actes, de souffrir que telles propositions soient inserées dans aucunes Theses, à peine d'en répondre en leurs noms, & d'être procedé contr'eux extraordinairement. Eux retirez : LADITE COUR a ordonné & ordonne que lesdits articles contenus en la declaration de ladite Faculté de Théologie, seront enregistrez au Greffe d'icelle, & copies d'iceux envoyées dans tous les Bailliages & Universitez de ce ressort, pour y être lûës, publiées & registrées. A fait & fait inhibitions & défenses de soutenir aucune doctrine contraire ausdits articles ; ce faisant a levé les suspensions portées par l'Arrêt du 14. Avril dernier ; a reïteré & reïtere les défenses portées par les Arrêts des 22. Janvier & 14. Avril dernier ; a fait inhibitions & défenses à tous Bacheliers, Licentiez, Docteurs & toutes autres personnes, de soutenir & disputer, lire & enseigner directement ni indirectement ès Ecoles publiques, ni ailleurs, aucunes propositions contraires à l'ancienne doc-

trine de l'Eglise, & aux saints Canons, Decrets des Conciles generaux, & aux libertez de l'Eglise Gallicane, & autres anciens Decrets de la Faculte de Théologie, à peine de punition exemplaire, & aux Syndics, tant de ladite Faculté, que des autres Universitez, & Docteurs qui présideront aux Actes, de souffrir que telles propositions soient inserées dans aucunes Theses, à peines d'en répondre en leurs noms, & d'être procedé contr'eux extraordinairement. Fait à Paris le trentiéme jour de Mai mil six cens soixante & trois.

Declaration du Roi, qui ordonne que les six Articles de la Faculté de Theologie de Paris touchant la Souveraineté des Rois & le pouvoir des Evêques soient lûs, publiez & enregistrez dans tous les Parlemens, Justices, Jurisdictions, & Universitez du Royaume, avec défenses de lire, dire, ou enseigner rien qui y soit contraire.

Du 4. Août 1663.

LOUIS, par la grace de Dieu, Roi de France & de Navarre : A tous ceux qui ces presentes Lettres verront: Salut. La Faculte de Théologie de notre bonne Ville de Paris, QUI DEPUIS SON ETABLISSEMENT A ESTE' LE PLUS FERME APPUI DE LA RELIGION ET DE LA SAINE DOCTRINE DANS NOTRE ROYAUME, ET QUI A TOUJOURS FAIT PROFESSION DE S'OPPOSER FORTEMENT A CEUX QUI ONT VOULU EN ALTERER LA PURETE' ayant reconnu que depuis plusieurs années, quelques personnes se seroient efforcées d'introduire dans notre Etat certaines maximes des Ultramontains, contraires à celles qui y ont été reçuës de tout tems, & directement opposées à nos droits, aux immunitez du Royaume, franchises & libertez de l'Eglise Gallicane; cette célébre Compagnie auroit estimé qu'il étoit de son devoir de faire tout ce qui dépendoit d'elle pour arrêter le cours d'une si dangereuse doctrine en cette matiere, qu'elle a renfermée en six Propositions, dont l'Acte est ci-attaché sous le contrescel de notre Chancellerie, laquelle déclaration auroit été lûë & registrée en notre Cour de Parlement de Paris; Et parce que Nous avons jugé qu'il étoit important de la faire aussi registrer dans les autres Cours de Parlement de notre Royaume, afin de la rendre publique; & que les sentimens de nos sujets soient uniformes sur ces articles, en sorte qu'il ne soit rien dit, écrit, enseigné, ni professé qui soit contraire à la declaration de ladite Faculte; Sçavoir faisons, que nous pour ces causes, & autres bonnes considerations, à ce Nous mouvans, avons par ces Presentes signées de notre main, dit & ordonné, disons & ordonnons, voulons & nous plaît, que lesdites six Propositions contenuës en la déclaration de ladite Faculté de Théologie, soient lûës, publiées & enregistrées en toutes nos Cours de Parlement, Justices, Bailliages, Sénéchaussées, Jurisdictions & Universitez de notre Royaume, Pays & Terres de notre obéïssance, faisant très-expresses inhibitions & défenses à tous Bacheliers, Licentiez, Docteurs, & autres personnes de quelque qualité & condition qu'elles soient, de soutenir, défendre, lire & enseigner directement ni indirectement ès Ecoles publiques ni ailleurs, aucunes propositions contraires à celles de la déclaration de ladite Faculté de Théologie, ni d'en faire aucun écrit, sous peine de punition exemplaire: & aux Syndics des Universitez & aux Docteurs qui présideront aux Actes, de souffrir qu'il soit rien inseré de contraire dans aucunes Theses, à peines d'en répondre en leurs noms, & d'être procedé contr'eux extraordinairement. Si donnons en mandement à nos amez & feaux les gens tenans notre Cour de Parlement..... que ces Presentes, ensemble la Déclaration de ladite Faculté contenuë esdites six Propositions, ils ayent à faire lire, publier & enregistrer aux Greffes de nosdites Cours, & en toutes les Sénéchaussées, Bailliages & Universitez du ressort d'icelles, & à tenir soigneusement la main à l'exacte observation d'icelles, sans y contrevenir, ni permettre qu'il y soit contrevenu en aucune maniere. Car tel est notre plaisir. En témoin dequoi avons fait mettre notre scel à cesdites Presentes. Donné à Paris le quatriéme du mois d'Août, l'an de grace mil six cens soixante-trois, & de notre Regne le vingt-uniéme. *Signé*, LOUIS. *Et sur le repli*, Par le Roi, DE LIONNE, & scellée du grand sceau de cire janne.

Hæc monumenta Parisiis edita sunt anno 1720. inter quasdam censuras Parisiensis Facultatis pro Regiâ potestate, pag. 348.

Anno Domini 1663.

Valeriani de Flavigny Doctoris ac Socii Sorbonici, Sacrarum Hebraicarumque Litterarum Professoris Regii, & in Regio Franciæ Collegio Professorum Regiorum Decani, Expostulatio adversus Thesim Claromontanam habita secundâ mensis Julii 1663. publicis in Comitiis. Accesserunt ejusdem notæ ad asserendum ejus circa Thesim istam judicium, & probanda, quæ ei inussit, stigmata.

MONITUM.

NON aderam ego Parisiis, quando Thesis Claromontana publicæ disputationi fuit exposita; nec de ea quicquam audieram antequam prima dies Julii ad decimam usque horam illuxisset. Fateor ingenuè quod res habet, ut eam vidi, non potui quin in eam excandescerem perquàm vehementer, quod mihi videretur portentosam prorsùs ac planè pestilentem continere doctrinam. Alterâ autem die, quæ dies comitiorum generalium erat, certior ego factus, quod honorandus Magister noster Syndicus, qui tenetur ex officio Facultatem nostram monere ac movere, si quæ nova aut prava proponatur opinio, nollet eam, uti par erat, censuræ subjicere, etsi ut id faceret pluribus à nonnullis è sapientissimis Magistris nostris admonitus fuisset & excitatus; hanc ego brevem, sed sinceram, initio congregationis habui expostulationem; quam ego publici juris facio, ne quid mihi ad invidiam imponatur apud Illustrissimum Senatûs Principem, aut alios Primarios Viros.

Revelatur ira Dei de cœlo super omnem impietatem & injustitiam hominum illorum, qui veritatem Dei in injustitia detinent. *Rom.* 1. v. 18.

D. D. D. S. M. N.

QUandoquidem Dominus Syndicus *ad vocem loquelæ grandis*, & in re tam seria ac est ea quæ nunc occurrit, silet & ob mutescit, hanc unam à vobis efflagito gratiam, uti mihi benignè concedatis brevem aliquam ad loquendum temporis morulam. Scio visum iri quamplurimis è S.M.N. me periculosæ moliri plenum opus aleæ, & incedere velle per ignes suppositos cineri doloso; sed ut habet Apostolus, *Scienti bonum & non facienti, peccatum est illi.* Et iterùm, *Si evangelizavero, non est mihi gloria, necessitas enim mihi incumbit; væ enim mihi est si non evangelizavero.* Doctoris Theologi munus est pro justitia & veritate decertare; oppugnatam veritatem propugnare, veritatem oppressam, aut dùm in injustitia detinetur, vindicare, tueri, ac fovere; immò & si opus fuerit, etiam usque ad sanguinis effusionem asserere. Hoc juravimus omnes, uti scitis, ad altare S. Sebastiani, ubi primùm laureâ doctorali donati sumus. Uno verbo Doctoris Theologi munus est, omninò satagere, ne quid detrimenti capiat veritas, ac tandem nobis eripiatur, aut excidat. Quod si cujuscumque Doctoris Theologi id est muneris ac officii, hoc ipsum magis erit Doctoris Theologi senescentis, & jam ætate matura, ac provecti. Atque hinc est quòd ego jam senex & ætate non ita immatura gravissimam apud vos instituam querimoniam; non odio aut amore cujusquam; sed solo veritatis asserendæ studio, uti Deus, ante cujus tribunal ego me sisto, & ante cujus conspectum animam meam effundo, mihi testis esse potest; & si quid vobis nunc mentior, aut dissimulo, hæc mihi faciat Dominus, & hæc addat; & ut verbo concludam, *Vox mea deficiat fauces, & lingua palato* semper *hæreat*. Atque hinc est, inquam, quòd ego jam senex, & ætate non ita immatura, gravissimam habeam apud vos expostulationem de Thesi aliqua Claromontana publicè nuper proposita, publicè nuper propugnata, publicè nuper valvis ac compitis publicis consignata, publicè etiam variis ad provincias transmissa, ut è Vaticano tandem ut ejus autor loquitur, veluti fulmen excutiatur, & prodeat. Dico iterùm ac iterùm repeto, gravissimam apud vos habere cogor querimoniam, quandoquidem Dominus Syndicus silet & obmutescit, circa Thesim istam Claromontanam; utpote quæ dominationem spernat, & majestatem blasphemet; jura Regis Christianissimi, & ejus Regni infringat ac violet; Augustissimi Senatûs autoritatem derideat, aut non curet; Trium-Virorum Regiorum, etsi consultissimorum, curam omnem, ac sollicitudinem eludat prorsùs ac eliminet; Decretis Sacræ Facultatis

Theologiæ Parisiensis illudat ac insultet; Illustrissimo Senatùs Principi injuriam faciat, & invidiam procreet; ac tandem Illustrissimo Lamonio, tanro Parenre Filio dignissimo, ignominiosam degeneris animi notam, si supra ætarem minimè sapuisset, inussisset sempiternam. Scitis Patres Sapientissimi, Regem nostrum Christianissimum perquàm molestè, graviterque tulisse nonnullas Theses à vestro Syndico subsignatas, & ex quibus tale quidpiam deduci poterat, & evinci; ob idque etiam in Sacram Facultatem tandiu fuisse commotum paulò vehemenriùs, quandiu Sacra Facultas menrem suam non aperiret. Scitis Senatum augustissimum variis Senatusconsultis, & quidem æquissimis rheses istas, & doctrinam in eis conrentam prohibuisse; & consulrissimos Trium-Viros Regios ista Senatusconsulta procurasse & impetrasse. Sciris Illustrissimum Senatus Principem suis doctissimis ac gravissimis adhortationibus. ac monitis Sacræ Facultati, studio planè paterno commendasse, ut ab istis novis, & nobis Gallis insolitis doctrinis Suorum animos averteret: ac tandem Sacram Facultatem novas istas ac planè prosanas doctrinas, & suo Decreto sanctissimo, & publicâ, eâque gravissimâ atque spontaneâ ad Regem Christianissimum legatione proscripsisse, mentemque suam & doctrinæ suæ sinceritatem ita planè ac sincerè exposuisse, nt etiam Regis ira quieverit. Scitis etiam Illustrissimum Harlæum Illustrissimi Cognitoris Regii dignissimum Filium, qui nomine Trium-Virorum Regiorum vestris Comitiis generalibus inrerfuit, ut Senatusconsultum adversus doctrinam istam latum, atque sancitum vestris Tabulis insereretur, palàm ac publicè vobis intimasse, ideò latum fuisse atque sancitum, quòd Sacra Facultas ad jura Regis ac Regni dormitaret ac dormiret, immò potiùs sopita esset ac planè torperer. Hæc scitis, hæc vidistis, hæc recordamini, & non effunditis in vosmetipsos animas vestras? Quid? vexabit censura columbas innoxias, & veniam dabit corvis? Ad arma, ad arma, Sacræ Militiæ Pugiles, & purioris doctrinæ veri custodes, ac rigidi satellites; *levate signum, sanctificate bellum* & arcem plusquàm Copernicanam tot & rantis ac tam infensis adversùs jura Regis & Regni machinis instructam expugnate, evertite; &, si animus non desit, *usque ad fundamentum in ea exinanite.* Id si prætiteritis generosè ac graviter, uti sperant Boni omnes; scitote vos, rem esse facturos perquàm gratissimam; & Regi nostro Christianissimo, qui doctrinam istam ferre non potuit; & augustissimo Senatui, qui eam prohibuit; & consultissimis Trium-Viris Regiis, qui suis curis indefessis, ut prohiberetur publicis Senatusconsultis, effecerunt, & sacræ Facultati Theologiæ, quæ eam etiam, & suo Decreto sanctissimo, & generosa ad Regem Christianissimum legatione proscripsit & ablegavit; & Illustrissimo Senatûs Principi, qui nihil tale cogitans ab istis Novis, aut Novatoribns, aut Veteratoribus interceptus fuit ac delusus; ac tandem Illustrissimo Lamonio tanto Parente dignissimo Filio, qui eam, dum responderet, haud inscio proculdubiò Patre palam & publicè, nti mihi renunciatum fuit, ejeravit. Agite igitur, & favete; en exemplum Thesis excusum, examinare, ne quis tandem in vos paulò asperiùs invehatur, ac unicuique nostrum dicat. *Utinam frigidus esses, aut calidus; sed quia tepidus es, & nec frigidus nec calidus: incipiam te evomere ex ore meo.*

THESIS

CLAROMONTANA:

Præter accersitos è Sacris Paginis contra Copernicanam arcem canones, excutiuntur è Vaticano fulmina, proferturque sententia congregationis Cardinalium Inquisitioni præfectorum, qui terræ mobilis non tam hypothesim, quàm thesim legitimâ in Galilæo censurâ proscripsere: cujus quidem censuræ autoritas, ut nulla sit apud audaciores aliquot Mathematicos quàm religiosores, magni tamen ponderis est apud eos, qui non tantùm quid Ecclesia præcipiat, verùm etiam quò propendeat, observant accuratè. An hæc porro censura totius controversiæ planè decretoria sit, nihil hic puto necesse dicere; satis est ad rem nostram, quòd illa quale sit tenendum à nobis iter, ostendat.

Re autem in maturam deliberationem missâ, reluctante Domino Syndico & obnitente, ad sexaginta usque suffragia conclusum fuit. *Thesim istam Claromontanam examini subjiciendam esse*; & ad id, ut citò fieret, Doctores nominati sunt atque deputati.

Cæterum, ut omnes intelligant quàm meritò Thesim istam Claromontanam ad Sacram Facultatem detulerim, uti examini subjiciendam ac censurâ percellendam, placuit mihi ex amicorum meorum consilio, qui hoc à me non tam postulant,

quàm efflagitant, omnes & ſingulas, quas ei inuſſi, notas ſeriò ac ſedulò recenſere, & quàm juſtè eas inuſſerim paulò fuſiùs exponere. Sed antequàm ad id aggrediar, oratos velim omnes & ſingulos, ad quorum manus bocce meum ſcriptum pervenerit, ne quid de me mali ſuſpicentur, aut judicent, qnaſi voluerim Illuſtriſſimi Senatùs Principis honori aliquid detrahere, aut ejus autoritati: Abſit hoc à me. Chriſtianus ego ſum, & ad pedes ſapientiſſimorum bominum educatus, & in ſchola Chriſti, ubi ſemper intonant voces iſtæ Evangelicæ, *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit*, & iterum. *Obedite præpoſitis veſtris*; ac tandem, *Principem populi tui non maledices.* Ejus honorem ſanctum tectum ſemper volui, & nunc volo, uti mihi Deus teſtis eſſe poteſt, in boc tantummodò pro viribus incumbens, ut veritati ſua ſemper ſtet autoritas. Quod feci, bono zelo feci, & ſecundùm eam, quæ mihi à Patre luminum conceſſa eſt, ſcientiam; nihil mihi imponatur. Sed ut labia doluſa tandem aliquando muta fiant, & os obſtruatur omnibus iniqua loquentibus, ſic ad meum inſtitutum aggredior.

Nullus, ut opinor, benè ſanus non videt, quin eò potiſſimùm vergat Theſis iſta Claromontana, ut quaſi clanculùm ac ſubdolè Inquiſitionem, quæ Gallis ſemper ſummoperè diſplicuit, Româ Pariſios advebat, & ejus decreta, ac ſi Eccleſiæ fulmina eſſent, ſtabiliat. Quid enim aliud, amabo vos, ſignificare poſſunt iſta verba *Excutiuntur è Vaticano fulmina, proferturque ſententia Congregationis Cardinalium Inquiſitioni præfectorum, qui terræ mobilis, non tam bypotheſim, quàm theſim legitimà in Galilæo cenſurà proſcripſere?* & iterùm. *Cujus quidem cenſuræ autoritas, ut nulla ſit apud audaciores aliquot Mathematicos quàm Religioſiores, magni tamen ponderis eſt apud eos, qui non tantùm quid Eccleſia præcipiat, verum etiam quò propendeat, obſervant accuratè.* Ac tandem. *An hæc porrò cenſura totius controverſiæ planè decretoria ſit, nihil hic, puto neceſſe dicere; ſatis eſt ad rem noſtram, qoad illa quale ſit tenendum à nobis iter, oſtendat.* Sed & illud evincit pluſquam evidentiſſimè horrenda illa, & ad quam fortè panci reſpiciunt, blaſphemia, *Præter accerſitos ſacris paginis contra Copernicanam arcem Canones, excutiuntur è Vaticano fulmina.* Ut enim ineptum ſit ac inſulſum, quòd *alluſione facta* ad vocem Gallicam ſcripturæ ſacræ placita, *Canones* indigitet, ſententias autem è Vaticano prodeuntes, *fulmina*; certè nihil aliud ex impia comparatione conſequi quàm ſcripturæ ſacræ placita nobis eſſe veluti tormenta bellica, quibus utimur ad expugnandas arces, ſententias autem Inquiſitionis veluti fulmina, adeoque uti tormenta bellica minùs valent quàm fulmina, & ſegniùs agunt; ita quoque minus valere ſcripturæ ſacræ placita, ac ſegniùs agere ad expugnandos errores, quàm quæ prodeunt è Vaticano acroamata, utpote quibus veluti fulminibus nihil objici poſſit, aut opponi. Atque binc eſt quòd mihi promptum ſit & facilè omnes & ſingulas, quas impegi Theſi Claromontanæ notas, à calumniis, quibus laborant, apud Claromontanos, aut eorum aſſeclas, afferre. Videamus.

Utpote quæ dominationem ſpernat, & majeſtatem blaſphemet.

Poteſtne fingi aliquid, quo magis dominatio ſpernatur, aut majeſtas blaſphemetur, quàm ſi dicatur impunè *Summum Pontificem habere poteſtatem, temporalem, directam aut indirectam in quoſcumque Reges, aut ſupremos Principes ſicumque poſſe Reges, aut ſupremos Principes, ubi à fide Catholica deficiunt, aut ſuâ poteſtate abutuntur ad tyrannidem, aut minus capaces & idonei deprebenduntur ad regendum commiſſum ſibi populum, abdicare prorſus atque deponere; eorum ditiones, regna, & poſſeſſiones alienis dominiis occupandas exponere; eorum ſubditos à vinculo fidelitatis & obedientiæ, quo jure divino tenentur, abſolvere; ac tandem licitum eſſe poſſe atque meritorium Reges, aut ſupremos Principes diris devovere, maledictis inceſſere, pœnis temporalibus excipere, Inquiſitioni ſubjicere,* & quod horreſcn referens, *contra Dei præceptum, & expreſſam totius Eccleſiæ, probibitionem in Concilio Conſtantienſi, de medio tollere & occidere.* Et tamen ſi Theſi Claromontanæ credimus, hæc excutientur adverſùs Reges, aut ſupremos Principes è Vaticano fulmina; utpote quæ decretis Congregationis Cardinalium Inquiſitioni præfectorum, ac ſi nobis innuerent quid Eccleſia præcipiat, aut quò propendeat, autoritatem tribuat, adeoque Inquiſitionem ipſam, quæ ſemper Gallis odioſa fuit ac inviſa, Româ etiam Pariſios advehat, nt laudentur, aut ſaltem impnnè legantur eorum libri, qui omnia iſta nefanda, ac flammis ultricibus obnoxia, palàm & apertè docent, uti ſunt libri Joannis Mariani, Roberti Bellarmini, Martini Becani, Antonii Santirelli, & aliorum ejuſmodi hominum, qui ſunt Scholæ Claromontanæ ſequaces, aut

focii

focii: damnentur autem ac omuinò prohibeantur eorum libri, qui generosè, cunstanter, atque cbristianè pestilentissimis istis dogmatibus obviam eunt & averruncant, uti sunt libri Guillelmi Barclaii, Augusti Tuani, Rogerii Widringtoni Catholici Angli, Magistri Anronii Arnaldi Advocati, & quod vix ac ne vix quidem credideris, illis etiam annumeratum est Arrestum Parlamenti contra Joannem Castellum Scholasticum, atque ita prohibirum, *ut in nullo regno, sicut & cæteri supra nominati, absque pœna excommunicationis majoris latæ sententiæ, ne dum legi, sed nec etiam retineri, aut servari possit.* Sed & alia.

Jura Regis Christianissimi, & ejus Regni infringat, ac violet.

Jura Regis Cbristianissimi & ejus Regni continentur & explicantur variis in libris, qui cunscripti sunt & editi ad asserendas & stabiliendas libertates illas, quas Ecclesia Gallicana semper habuit, & pro quibus retinendis, etiam sub auspiciis Regum Christianissimorum, maximè verò Sancti Ludovici, qui inter cæteros enituit, adversùs Curiam Romanam, ubi eas infringere voluit ac lædere, egregiè semper & animosè devitavit. At isti libri omnes, ut sunt Duareni, Balduini, Caroli Molinæi, Pirhæi, Servini, Puteanorum, ac omnium ultimi Petri de Marca nuperrimè Parisiensium Arcbiepiscopi nominati, damnati sunt ab Inquisitione atque prohibiti; adeoque nemini dubium esse potest, si modò tantisper sapiat, quin Thesis Claromontana, quæ decretis *Sacræ Congregationis Cardinalium Inquisitioni præfectorum autoritatem tribuit, ac ut fulmina è Vaticano prodeuntia excipit, & excipienda pronuntiat, utpote quæ quale sit tenendum à nobis iter ostendat*, jura Regis Christianissimi, & ejus regni infringat, ac violet.

Augustissimi Senatûs autoritatem derideat, aut non curet.

Certum est & indubitatum, uti sciunt omnes, qui ad ea quæ geruntur attendunt, aut eorum quæ audierunt, aut ab historiis acceperunt, reminiscuntur, Augustissimum Senatum suis variis, & quidem æquissimis, Senatusconsultis portentosam istam ac planè pestilenrem doctrinam, quæ *dominationem spernit, & majestatem blasphemat, & jura Regis Christianissimi, & ejus Regni infringit* ac *violat*, quâ data occasione prohibuisse, ac omninò proscripsisse; & eum insuper omnia ista Senatusconsulta veluti renuvasse, ubi nuper nonnullas Theses parùm prudenter & satis inconsultò a Domino Syndico subsignaras, quod ex illis tale quidpiam deduci poterat & evinci, prohibuit & eliminavit; doctriuam autem ab Augustissimo Senatu pruhibitam adeo recenter atque proscriptam revocare; & præsente Senatu ac vidente publicæ disputationi exponere atque defendere, quid, quæso, aliud esse potest, quàm Augustissimi Senatus autoritatem deridere, aut non curare? Audiant hoc omnes & judicent.

Trium-Virorum Regiorum etsi consultissimorum, curam omnem ac sollicitudinem eludat ac elimines.

Sciunt omnes qui Lutetiæ degunt, aut qui curiosè de iis, quæ ibi peraguntur, inquirunt, Trium-viros Regios, omnia Senatusconsulta, quæ ad asserenda jura Regis Christianissimi & ejus Regni pertinent, postulare & impetrare solitos esse; immò & eos postremum istud Senatusconsultum, quo Theses, quas Dominus Syndicus parùm prudenter, & satis incunsultò subsignaverat, proscriptæ sunt atque prohibitæ pro sui muneris officio reverà postulasse & impetrasse. Et tamen si Diis istis majorum gentium placet, Thesis ista Claromontana, quæ & apertè docet quod aliæ tantùm insinuare videbantur, Trium-Virorum Regiorum curam, ac sollicirudinem non eludit ac eliminat. Istas, si placet, ad populum phaleras.

Decretis Sacræ Facultatis Theologiæ Parisiensis illudat, ac insultet.

Scimus omnes, qui Parisiensis Scholæ Doctores sumus atque Magistri, quid olim Joannes Gerson Doctor Parisiensis atque Cancellarius nomine Scbolæ Parisiensis egerit in Concilio Constantiensi adversùs errores Joannis Parvi ex ordine Minor. Theologi, qui per se aut fautores suos asseclas in eodem Concilio contendebat licitum esse posse atque meritorium *Tyrannos occidere*, ut tandem, etiam cum capitis discrimine, eorum condemnationem uti factum est, sess. 15. obtineret. Scimus etiam, & aliqua ex parte, quando Deo ita placuit, vidimus, quid Sacra Facultas Theologiæ Parisiensis, & nostra, & Seniorum nostrorum ætate præstiterit in causa Joannis Mariana, Martini Becani, Antonii Santarelli, & aliorum ejuscemodi hominum, qui se de Sucierate Jesu nominari volunt, atque ita principatum litterarum ambiunt, etsi pestilentissimam

istam doctrinam quæ tam arrogantet *dominationem spernit, & majestatem blasphemat*, ubique terrarum spargunt atque disseminant. Uno verbo sciunt omnes & viderunt qui Scholam Parisiensem adeunt, nuper Sacram Facultatem, Theses illas, quas, uti dixi, Dominus Syndicus minùs prudenter, & satis inconsultò subsignaverat, totam istam doctrinam, ex qua tale quidpiam deduci potest & evinci, & suo decreto sanctissimo, & generosa ad Regem Christianissimum legatione, palàm ac publicè proscripsisse. Et tamen Thesis Claromontana, quæ ista placita funditùs evertit, decretis Sacræ Facultatis Parisiensis non illudit aut insultat: Quis hoc credet?

Illustrissimo Senatûs Principi injuriam faciat, & invidiam procreet.

Illustrissimus Senatûs Princeps vir est integerrimus, & si quis unquam alius, doctrinâ, pietate, & animi in Dei cultum ac Regis obsequium propensione plusquàm illustrissimus. Hoc & sciunt omnes, & tota demiratur Gallia. Ore proprio & ad mentem suam istud postremum, de quo jam dixi, Senatusconsultum protulit; multis etiam gravissimis atque eloquentissimis adhortationibus ac monitis Dominum Syndicum, & alios Doctores, qui cum eo à Sacra Facultate selecti fuerant atque deputati, ut Augustissimum Senatum perquàm humillimè deprecarentur & exorarent, ne trium virorum, haud dubiè satis insignium, si quæ tamen esset culpa, in totam Facultatem transfunderetur, excitavit. Ut Sacra Facultas Theologiæ Parisiensis, quæ aliàs doctrinæ sinceritate ita claruerat, ab hac nova & Gallis antiquis incognita prorsùs ac insolita doctrina Suorum animos averteret. Et tamen, quia prudentibus hujus sæculi ita placuit, Thesis ista Claromontana, quæ sub auspiciis Regis nostri Christianissimi semper Triumphatoris, & Augusti, antedictum Senatûs consultum per os Illustrissimi Lamonii tanto Parente Filii dignissimi labefactandum prorsùs atque convellendum susceperat, Illustrissimo Senatûs Principi injuriam non facit, nec invidiam procreat; etsi tanti viri, ac tam inculpati sententiam mutet, ac pervertat. Deus bone! ubi fides?

Ac tandem Illustrissimo Lamonio tanto Parente Filio dignissimo ignominiosam degeneris animi notam, si supra ætatem minimè sapuisset, inussisset sempiternam.

Obsecro vos, quotquot estis, qui oculos vestros in Thesim istam Claromontanam conjicitis, an putetis majorem inuri posse degeneris animi notam Illustrissimo Lamonio, quàm supponere publicis ad valvas & compita programmatibus, eum voluisse palàm & publicè Thesim aliquam propugnare, quæ doctrinam istam portentosam; atque pestilentem invehit & quâ *dominatio spernitur & majestas blasphematur*, necnon *jura Regis Christianissimi & ejus Regni* impunè læduntur, infringuntur, violantur; & quam Illustrissimus parens duobus Senatusconsultis, & multis gravissimis suasionibus ac monitis omninò proscripsit, & omninò proscribendam censuit. Sed Deus Galliæ benè propitius hoc malum avertit; sapuit supra ætatem Illustrissimus Lamonius, & comprehensis in astutia sua istius sæculi sapientibus, doctrinam istam palàm ac publicè dum respondit, ejeravit; his enim verbis, uti mihi ab uno ex astantibus scripto consignatum est, objectionem, quæ inde petebatur, omninò diluit, *frustrà suam hanc Thesim à quibusdam carpi, ac si plurimùm Inquisitionis decretis tribueret; sibi aliam longè esse mentem; attulisse si quidem hoc decretum ne, quid causæ suæ detraxisse videretur, hoc omittens quò alii uterentur omnes, adhiberet ipse Gasfendus; etiam Copernicani sibi objicerent. Cæterùm non id animi sibi esse, ut Inquisitionis decretis pondus adhibeat; nosse se cujus pretii sint, & quàm in Gallia non recipiantur.* Atque ita cùm Claromontanorum lusus omninò fuerit lusus ac delusus, adjicere possum appositè dictum istud Apostolicum, *perdam sapientiam sapientum, & prudentiam prudentum reprobabo*: & iterum *comprehendam sapientes in astutia sua.*

Forsitan postularet iste locus, ut adveherem plura alia Inquisitionis decreta aut statuta, quibus innotesceret omnibus ac palàm fieret, quàm tutum sit inquisitioni fidere, & quàm apposite Gallicanis moribus: & veræ ac sinceræ doctrinæ congruat; qualia sunt illa, quæ passim in decretorio Inquisitorum appprobato, & Venetiis apud Marcum Antonium Zalterium edito legi possunt, & animadverti; ac præsertim pag. 472. 675. & 676. videlicet *licere propriâ autoritate hæreticos capere, spoliare, ac etiam interficere. Omnes qui aliquo obligationis genere aliquibus tenentur adstricti, eunt liberari penitùs, cùm illi, quibus obligati erant, in hæresim incidunt manifestam. Hæreticos à die commissi criminis amittere dominium omnium bonorum. Hæreticos omnes etiam jus obligationum sibi debitarum amittere. Hæreticis omne legum auxilium & beneficium denegatum esse, omnemque actum legitimum interdictum. Eum apud quem hæreticus aliquid deposuit, non teneri rem de-*

positam hæretico restituere. Uxorem Catholicam, & è converso, viro hæretico debitum reddere non obligari, quia per hæresim viri ab hoc debito liberata est; neque tamen dissolutum esse Matrimonii vinculum. Quoscumque vassallos omni obligatione etiam juramenti religione munita, qua dominis suis tenebantur adstricti, ipso jure liberatos esse. Filios hæreticorum effici sui juris quamprimùm eorum parentes incidunt in hæresim, & alia id genus quamplurima; sed sufficit ad institutum nostrum digitum, uti dicunt, ad fontem intendisse; alii meliùs rem istam exequantur. Unum tamen præterire minime possum, nempè Inquisitioni præfectos suo judicio proscripsisse censuram latam à sacra Facultate Parisiensi contra libros Anglicanos, ad evertendam funditùs ordinariam Episcoporum jurisdictionem, & institutam à Christo Domino hierarchiam à Claromontanorum sociis editos, eique attexuisse Francisci Hallerii Doctoris ac socii Sorbonici, postmodùm autem Cavillacensis Episcopi vindicias; ut de iis benè dici possit quod olim psaltes Regius egregiè cecinit. *Posuerunt in cælum os suum, & lingua eorum transivit in terra.*

Dum istas concludebam notas, renuntiatum est mihi, Claromontanos palam ac publicè ausos fuisse asserere, sacram Inquisitionem numquàm prohibuisse Senatusconsultum *contra Joannem Castellum*; placuit mihi, quandoquidem de eo mentionem feci in meis notis, sententiam latam ab ista Sacra Congregatione anno 1609. integram, & ut Italicè conscripta fuit, transcribere, ut omnes intelligant, quàm tutum sit Claromontanis fidem adhibere. Sic autem habet.

EDITTO
del Meastro del Sacro Palazzo.

Sendo di gravissimo scandalo, & occasione di molti mali la lettura de libri cattivi e perniciosi, è nulla dimeno di giorno in giorno scoprendosi che di simili nescono in luce. Noi F. Ludovico Ystella Valentino dell' ordine de' Prædicatori Maestro del sacro Palazzo Apostolico guidice ordinario, &c Notifichiamo a tuttili fedeli, che dopo l'ultimo ditto nostro publicato alli 7. di Settembre di questo anno 1609. sono stati prohibiti e sospetti respetivamente gl'infra scritti.

De potestate Papæ, An & quatenus in Reges & Principes sæculares jus & imperium habeat, Guillelmi Barclai J.C. liber posthumus anno 1609.

Tortura Torti, sive ad Matthæi torti librum responsio, qui nuper editus contra Apologiam serenissimi potentissimique Principis Jacobi Dei gratia Magnæ Britanniæ, Franciæ & Hyberniæ Regis, pro juramento fidelitatis. Londini excudebat Robertus Barkeras anno 1609.

Jacobi Augusti Thuani historia.

Barlaami Monachi de Principatu Papæ Joanne Ludo. Interprete.

Vindiciæ contra tyrannos, sive de Principis in populum, populique in Principem legitima potestate, Stephano Junio Bruto Celso Autore, Edimburgi anno 1579.

De Principum (quibus electio Imperatoris in Germania commendata est) origine, seu institutione liber unus Simonis Schardii. Argentorati. Impensis Lazari Zelznerii Bibliopolæ 1608.

Oratio M. Antonii Arnaldi Advocati in Parlamento Parisiensi, habita 4. & 3. idus Julias prohibetur cum annexis opusculis, videlicet ARRESTUM CONTRA JOANNEM CASTELLUM SCHOLASTICUM, *& Joannis Passeratii præfatiuncula in disputationèm de ridiculis cum sequentibus carminibus. Lugduni Batavorum ex officina Ludovici Elzevirii anno* 1595.

Præter hos supra notatos qui omnes prohibiti sunt, *liber inscriptus Joannis Marianæ è Soc. Jesu tractatus septem, Coloniæ Agrippinæ impressus, sumptibus Antonii Hierati anno 1609, suspensus est.*

Pero di ordine & commissione ancora de gl' Illustrissimi e Reverendissimi Signori Cardinali della Sacra Congregatione della santa Inquisitione universale Romana commandiamo & commettiamo a tutti Librari e à qual si voglia altro di qualunque conditione o dignità si sia, che ritrovando si haver alcuno, o piu, de' sopra nominati libri, devino (nell' alma Città, frà il spatio di dieci giorni dalla publicatione di questo Editto) consignarli infallibilmente al nostro officio nell' altre Citta, terre, e Luoghi di qual si voglia Regno, Natione, e popolo fra dieci giorni dopo che in qual si voglia modo e maniera verra a loro notitia tal prohibitione, devino consignarli all'officio della Santa Inquisitione; altrimente (oltre l'offesa di Dio) incorrerano *ipso facto* nella Scommunica maggiore *latæ Sententiæ*, e in oltre venendo gli transgressori a notitia nostra, procederassi contro di loro, con le pene tussate ne'Sacri Canoni, e nelle regole d'ell'Indice Romano & altre pene arbitrarie. Avertendo che questa prohibitione si essendo a gli sopra nominati libri se ben fossero stampati in altra lingua, in altro tempo, o in altro luogo di quelli che sopra sono notati,

volendo che anco alle copie stampate di questo Edito sigillate con il sigillo di qualche persona constituta in dignita Ecclesiastica, per tutto si dien piena fede come al istesso originale. In fede di che, &c. Dat. in Roma nell'Palazzo Apostolico questi di 9. di Novembre 1609.

Fr. Ludovicus Ystella Magister Sacri Palatii Apostolici.

Pro D. Paulo Spada Not. Stephanus Spada subst.

Supra Editum affixum & publicatum fuit ad valvas Principis Apostolorum de urbe & in aliis locis solitis & consuetis urbis hac die 14 Novembris anno Domini 1609 per me Dominicum de Rubeis S. D. N. Papæ Curs. Christoph. fund. mag. Curs.

In Roma nella stamperio della Reverenda Camera Apostolica.

M. DC. IX.

Arcana Thesis Claromontanæ à Viro quodam docto & emunctæ naris detecta, & ut in lucem prodirent, ad me transmissa.

Expugnatur tertiò.

P*Ræter accersitos è sacris paginis Canones contra Regum, Episcoporum, & Magistratuum arcem, excutiuntur è Vaticano fulmina, proferturque sententia Congregationis Cardinalium Inquisitioni præfectorum, qui temporalis potestatis, & Episcopalis jurisdictionis hypothesim & thesim legitimâ in Arresto in Joannem Castellum, in libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ, in commentariis à Pithæo editis, in operibus Augusti Thuani, Francisci Balduini, Duareni, Caroli Molinæi, Francisci Hallerii, Petri de Marca, & conclusione Facultatis Parisiensis in libros Anglorum censurâ proscripsere; cujus quidem censuræ autoritas, ut nulla sit apud audaciores aliquot Gallos quàm religiosiores, magni tamen ponderis est apud eos, qui non tantum quid Ecclesia præcipiat, verùm etiam quò propendeat, observant accuratè. An hæc porrò censura totius controversiæ planè decretoria sit, nihil hic puto necesse dicere; satis est ad rem nostram, quod illa, quale sit tenendum à nobis iter, ostendat.*

Finiam igitur, & occinam, Bone Jesu, *quid mihi est in cælo, & à te quid volui: super terram.* Adeoque, *si verè justitiam loquimini, recta judicate filii hominum.*

Hæc monumenta reperiuntur in parva Sorbonæ Bibliotheca n. 1514.

Anno Domini 1664.

Censura Sacræ Facultatis Theologiæ Parisiensis, in librum cui titulus est, La défense de l'autorité de N. S. P. le Pape, de Nosseigneurs les Cardinaux, les Archevêques & Evêques, & de l'emploi des Religieux Mandiants contre les erreurs de ce temps, par Jacques de Vernant, à Metz, 1658.

QUod olim prudenti Decreto sanxisse Patres Sardicenses circa fidei Nicææ formulam narrat Sanctus Athanasius, hoc etiam in controversiis de potestate & Hierarchia Ecclesiastica stabilitum optaret Sacra Facultas: *sufficere* nempe antiqua Patrum Decreta, nihilque hinc & inde ulterius conscribendum ne illis, quibus libido est semper nova statuendi, occasio ejusmodi suppeteret, ut negotia sæpius à majoribus definita, velut adhuc dubia & incerta retractarent. Verùm quoniam antiquus hostis humani generis ad subversionem justorum variis temporibus suscitat *homines superbos, vaniloquos, habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes,* qui sacram Hierarcharum autoritatem passim deprimant, & velut *Jannes & Mambres*, potestatibus à Deo sibi præpositis contumaciter obluctentur: Idcirco necesse est *Doctores, quos Deus dedit ad consummationem Sanctorum, in opus ministerii, in ædificationem corporis Christi, quod est Ecclesia*, animosè & fortiter resistere hominibus illis, *qui cùm non acquiescant sanis sermonibus Domini nostri Jesu Christi, & ei quæ secundùm pietatem est doctrinæ*, omnia potestaris Ecclesiasticæ jura confundunt, & Hierarchiam divina ordinatione institutam occultis & subdolis molitionibus subvertere non verentur. Audacissimus omnium prodiit nuper larvatus ac personatus homo Jacobus de Vernant: qui dum ambitioso simul & invidioso titulo Summi Pontificis & Episcoporum defensionem suscipere mentitur, in totius Hierarchiæ perniciem ac destructionem reipsa conspirare deprehensus est, in libro cui titulus: *La défense de N. S. P. le Pape, &c.*

Cùm autem anno Domini millesimo sexcentesimo sexagesimo quarto, die primâ Aprilis, honorandus M. Antonius de Breda

BEDA, ejusdem Facultatis Doctor & Syndicus, pro officio suo in solemni congregatione, habitâ in majori Aula Collegii Sorbonæ, post missam de Spiritu Sancto more solito celebratam, librum istum ad Sacram Facultatem detulisset; id ita postulantibus plerisque è *Pictaviensibus Parochis*, per litteras ad Facultatem, V. D. Decanum, & D. Syndicum scriptas, & de eodem libro Facultatis judicium enixè flagitantibus, prædicta Facultas *parata semper*, juxta mandatum Apostoli, *ad satisfactionem omni poscenti*, provinciam libri istius examinandi decem selectis doctoribus demandavit. Qui quidem cùm per mensem integrum frequentissimas inter se congregationes habuissent; in solemni congregatione apud Sorbonam post missam de Spiritu Sancto, ut moris est, celebratam, plurimas Propositiones ex prædicto libro excerptas & in indicem redactas, primùm Facultati obtulerunt die secundo mensis Maii; subinde verò prædictis propositionibus, in congregationibus privatis, diversis diebus, & iteratis vicibus, inter Deputatos maturè ac diligenter agitatis, suum de illis judicium ad prædictam Facultatem retulerunt die decimâ quintâ ejusdem mensis.

Quibus auditis, ac singulis momentis, in sex generalibus Comitiis Doctorum frequentiâ ac multitudine amplissimis, tam per dictos Deputatos, quàm per cæteros magistros hinc & inde discussis, & re totâ in deliberationem per Decanum ejusdem Facultatis adductâ; Sacra Facultas de prædictis propositionibus selectis & examini subjectis sic censuit.

Propositiones aliquot inter innumeras alias selectæ ex prædicto libro: La défense de l'autorité de N. S. P. le Pape, &c. par Jacques de Vernant, *per Sacram Theologorum Parisiensium Facultatem damnatæ.*

DE ECCLESIA ET CONCILIIS.

EJus est unius (scilicet Summi Pontificis) *emergentia circa fidem dubia infallibilis veritatis oraculo tollere & explanare, nec continuò indictis ad hoc ipsum Conciliis: quorum definitiones probat, leges explicat, temperat, & quando ita exposcit ratio temporis, & Ecclesiæ bonum, per contrarias penitus abrogat.*

Page 254. LEs Oracles de l'Eglise Romaine terminent infailliblement tous les differends qui naissent dans l'Eglise, à causeque le Pape ne peut errer en ses jugemens, alors il suffit qu'il propose en qualité de Vicaire de Jesus Christ, un article de Foi, pour être reçu generalement de toute l'Eglise, laquelle ne peut être trompée en le recevant, parce qu'il y a deux especes d'infaillibilité, l'une active, l'autre passive. La premiere apparrient au Pape en qualité de Vicaire de Jesus-Christ, la seconde à l'Eglise; toutes deux autorisées sur la parole de Dieu.

CENSURA.

Hæ propositiones, quatenus excludunt ab Ecclesia infallibilitatem activam, seu autoritatem emergentia circa fidem dubia, infallibilis veritatis oraculo tollendi & explanandi, *falsæ sunt, temerariæ, scandalosæ, & hæreticæ.*

P. 110. C'est pourquoi il n'y a aucune autorité inferieure à celle de Dieu qui puisse restraindre le pouvoir du Pape, ni faire des loix à celui qui ne releve que de Dieu.

CENSURA.

Hæc propositio intellecta de usu & exercitio potestatis Papalis, *falsa est, Ecclesiæ & Conciliorum autoritati derogans.*

P. 247. Si Notre Saint Pere le Pape n'a pas reçu de Dieu une puissance infaillible pour juger definitivement les difficultez qui se presentent sur les saintes Ecritures, il faut changer notre profession de Foi; & ne dire plus que nous croïons en la sainte Eglise Catholique & Romaine.

CENSURA.

Hæc propositio est falsa, temeraria, scandalosa, & in fide periculosa.

P. 105. Tenez pour constant qu'il n'y a que les Heretiques & les ennemis de la Foi, qui demandent des Conciles, non pour condamner leurs erreurs, mais afin de troubler & inquieter toute l'Eglise, jusques à ce qu'elle soit assemblée.

CENSURA.

Hæc propositio universim sumpta, *est scandalosa, Ecclesiæ, Conciliis Generalibus, ac sublimioribus potestatibus contumeliosa.*

P. 358. Voyez amplement le Cardinal Turrecremata, qui prouve avec une grande doctrine, que les Decrets des Conciles Generaux doivent être confir-

mez par le Pape, à cause qu'ils ne reçoivent pas leur jurisdiction immédiatement de Dieu, mais par les mains de S. Pierre, & de ses successeurs.

P. 721. De sorte que le Concile reconnoît que le pouvoir & l'autorité de faire des Ordonnances pour toute l'Eglise, vient du Pape.

P. 722. S. Cyrille d'Alexandrie dit qu'il n'appartient qu'au Pontife Romain de reprendre, de corriger, d'établir des Loix...... c'est-à-dire que la jurisdiction des Conciles vient du Pape.

P. 722 La seconde observation que nous devons faire, c'est que l'Eglise assemblée en ses Conciles generaux, ne reçoit pas de Dieu immédiatement son autorité.

P. 724. Dans ce chapitre le Cardinal apporte douze raisons pour montrer la vérité de sa conclusion; dans la sixiéme il dit que les Conciles generaux ne sont pas d'institution divine, mais humaine.

P. 724. Or si les Conciles generaux reçoivent du Pontife Romain leur jurisdiction immediatement il est certain d'une certitude d'évidence qu'il se reserve toujours le droit de dispenser, & de changer leurs loix, lorsqu'il est utile pour le bien de l'Eglise & le salut des peuples. Je sçai bien qu'on peut alleguer un Decret du Concile de Constance, qui dit, que les Conciles generaux reçoivent leur autorité & leur jurisdiction de Dieu immédiatement, mais sans nous y arrêter, je renvoye le Lecteur, &c.

CENSURA.

Hæ sex propositiones, in quantum asserunt Ecclesiam in Concilio generali congregatam, non habere à Deo immediate jurisdictionem & autoritatem, *falsæ sunt, verbo Dei & Concilii Constantiensis definitioni contrariæ, & olim à Sacra Facultate reprobatæ.*

P. 100. En second lieu, il faut remarquer que tout le Concile reconnoît encore que le Pontife Romain est souverain Juge, auquel il appartient de déterminer en dernier ressort les causes majeures; & que les affaires plus importantes de l'Eglise sont soumises à son jugement, duquel il n'y a point d'appel.

P. 729. c'est une chose inoüie dans les Conciles generaux d'examiner les jugemens du Souverain Pontife.

P. 244. Après cela il faut être aveugle ou malicieux pour nier la souveraine autorité que notre Seigneur a donnée à saint Pierre & au Pape son successeur, pour juger & pour terminer en dernier ressort les questions de la foi.

P. 428. De ces paroles vous devez apprendre trois veritez; la premiere, &c. la seconde, &c. Enfin qu'un Concile general ne peut retablir un Evêque dans son Siege, mais que cette puissance appartient seulement au Souverain Pontife.

CENSURA.

Hæ quatuor propositiones falsæ sunt, & quatenus quædam asserunt, & aliæ innuunt, in nullo casu à Summo Pontifice appellari posse; *sacræ Conciliorum autoritati detrahunt, ac germanis Ecclesiæ Gallicanæ Libertatibus sunt contrariæ.*

P. 241. Sa réponse a été loüée & approuvée par les Theologiens de Paris; d'où nous inferons qu'ils tiennent pour constant que cette doctrine est conforme à la commune croïance de l'Eglise, & aux sentiments de tous les Catholiques: on ne peut dire le contraire sans faire injure à la plus célebre Faculté du monde, car c'est l'accuser d'avoir manque de connoissance, ou de zele, pour maintenir les veritez Chretiennes, s'il est vrai que par les paroles de Notre-Seigneur Jesus-Christ à saint Pierre, il soit necessaire de croire que l'infaillibilité est promise à tout le Corps de l'Eglise, non pas à la personne du Prince des Apôtres.

CENSURA.

Hæc propositio imponit Sacræ Facultati, quæ mentem suam aperuit in articulis contra Lutherum & in declaratione facta apud Regem Christianissimum anno 1663.

DE SUMMO PONTIFICE.

P. 128. Comment saint Athanase auroit il nommé le Pape Marc Evêque de l'Eglise Universelle, s'il n'avoit reconnu que Jesus-Christ a donné à saint Pierre & à ses Successeurs, la Sur-Intendance de toutes ses Eglises, & une puissance absoluë pour les gouverner avec la même autorité qu'il a reçu de son Pere.

P. 145. C'est pourquoi Notre Seigneur Jesus-Christ a donne à saint Pierre & à ses Successeurs, toute l'autorité qu'il a reçu de son Pere, pour gouverner son troupeau.

P. 243. Voila une faveur & une grace incomparable, puisque l'autorité de saint Pierre, & par conséquent du Pontife Romain son Successeur, est de même étenduë sur l'Eglise, que celle du Pere Eternel & de son Fils Jesus-Christ; or c'est un blasphême & une impiete horrible de penser que le Fils de Dieu n'ait pas la puissance de condamner & de ré-

prouver les Herefies; c'est donc aussi un crime de dire qu'il n'ait pas communiqué cette même puissance au Prince de ses Apôtres.

P. 53. Après cela ne pouvons-nous pas dire, que le Fils de Dieu a donné à saint Pierre la même puissance qui lui est commune avec son Pere, sur toute son Eglise.

P. 243. Jesus-Christ déclare en ses paroles selon le sentiment de saint Jean Chrysostome cité par saint Thomas, qu'il lui donne la même puissance, & toute l'autorité qui lui est commune avec son Pere Eternel, en tout le monde Chrétien.

P. 145. Je pourrois expliquer les autres perfections en qualité de Chef, mais pour les comprendre en un mot, je me contente de dire qu'il est dépositaire des trésors de la science & de la sapience de Jesus-Christ: *In ipso sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi.* Ad Coloss. cap. 2.

CENSURA.

Hæ sex propositiones sunt scandalosæ, piarum aurium offensivæ; & quatenus in tribus postremis asserit auctor, eandem potestatem, quæ Patri & Filio communis est, Filium dedisse Petro & successoribus ejus, atque abutitur textu Apostoli ad Coloss. 2. *ut verba præ se ferunt, blasphemæ.*

P. 128. Pourquoi l'auroient-ils prié d'employer l'autorité de son Siége, pour maintenir la Foi, & les Orthodoxes, s'ils n'avoient sçu qu'il ne peut errer, & qu'il est la véritable regle de la Foi.

CENSURA.

Hæc propositio, qua parte asserit, Summum Pontificem esse veram regulam Fidei, *temeraria est, & in errorem inducens.*

P. 732. Le Pape (Innocent IV.) qui avoit été offensé par les Freres Prêcheurs de Genes, à cause qu'ils refuserent de lui ceder leur Couvent, pour élever une Citadelle, dressa la Bulle *Et si animarum affectantes salutem*, peu de jours avant sa mort, enjoignant aux fideles d'assister aux Messes de Paroisse.

CENSURA.

Hæc propositio, Innocentio IV. summo Pontifici est injuriosa.

DE EPISCOPIS.

P. 405. Toutes ces autoritez me font dire qu'il n'y a rien dans la sainte Ecriture, qui nous oblige de croire, que les Apôtres soient établis Evêques avant l'Ascension de Notre-Seigneur Jesus-Christ.

P. 455. (*Les Apôtres*) ont été consacrez Evêques par les mains de Saint Pierre.

P. 44. *L'Auteur cite avec éloge cette proposition de Turrecremata*, toute la puissance de jurisdiction des autres Prelats, selon la loi commune, derive du Pape.

P. 49. Les Evêques reçoivent de lui la jurisdiction qu'ils exercent sur leurs sujets.

P. 382. Il est aussi véritable que tous les Evêques reçoivent la puissance des clefs par les mains de S. Pierre.

P. 397. Supposons donc comme une verité constante que Nosseigneurs les Prélats reçoivent du Pape une puissance & une autorité qui ne leur est pas donnée de Dieu immédiatement.

P. 376. Si chaque Evêque reçoit de Dieu immédiatement sa puissance, sans aucune dépendance de S. Pierre, & de son successeur, non pas même comme instrument de Jesus-Christ; nous ne pouvons reconnoître une principauté supérieure dans l'Eglise de Rome, sur toutes les autres; mais une égalité parfaite, & il est impossible de dire que la conduite d'un Evêque soit soumise à celle du Pape; car si la jurisdiction vient de Dieu immédiatement, elle ne dépend point du Pontife Romain.

P. 38. Les Evêques ne peuvent rien entreprendre sur la bergerie de Notre-Seigneur, que par dépendance du successeur de S. Pierre: or s'ils recevoient leur jurisdiction par les mains de Jesus-Christ immédiatement, elle ne seroit point soumise au Pape.

P. 384. La jurisdiction des Pasteurs inférieurs ne peut être soumise à la disposition du Pape, si elle ne vient de lui ou dans son origine, ou au moins si elle n'est instituée de Dieu, & donnée par les mains du Pape.

P. 388. Certes il n'y a aucune difference; mais une égalité entiere, entre le Pape & les Evêques, s'il est vrai que chacun reçoive les clefs de la science & de la puissance, c'est-à-dire, toute la jurisdiction de la main de Jesus-Christ immédiatement.

CENSURA.

Hæ propositiones, quarum duæ priores asserunt Apostolos non fuisse constitutos Episcopos à Christo, *ceteræ verò* potestatem jurisdictionis Episcoporum non esse

immediatè à Christo ; *falsæ sunt*, *verbo Dei contrariæ*, *& olim à Sacra Facultate reprobatæ*. *In quantum verò in quatuor postremis*, positâ institutione Episcoporum immediatè à Christo factâ, colligit autor, omnimodam inter Episcopos & S. Pontificem fore æqualitatem, & nullam subordinationem; *falsæ sunt*, *temerariæ*, *& præbent occasionem subvertendi ordinem Hierarchicum præsertim verò Primatum Summi Pontificis*.

P. 365. & 366. Tous ceux qui ont une puissance & une jurisdiction ordinaire ; c'est-à-dire, qui leur convient à raison de leur charge & de leur office, peuvent la déléguer, & en faire telle part qu'il leur plaît, sans attendre le consentement d'autrui...... Or le pouvoir d'exercer toutes les fonctions Episcopales dans toutes les Eglises particulieres, appartient de droit au Pape aussi bien qu'aux Evêques, c'est-à-dire, en vertu de sa charge, & de son office...... Il peut donc déléguer cette jurisdiction, & faire telle part qu'il lui plaira des fonctions de Pasteur, en tous les Diocèses de tous les Evêques, sans rechercher leur consentement.

CENSURA.

Doctrina contenta in hac propositione (il peut donc, &c.) *intellecta* de usu & exercitio, *est juri communi contraria*, *& tendens in destructionem Ecclesiæ*, *non in ædificationem*.

DE CURATIS.

P. 44. J'ai voulu faire cette protestation publique & solemnelle, pour assurer le Lecteur que je ne prétends point les offenser, ni dire aucune chose contre la dignité de leur état ; mais seulement de montrer à l'Auteur du Sermon supposé & à son traducteur, que les Curés ne sont pas immédiatement établis de Jesus-Christ.

P. 46. Il est faux que la sainte Ecriture enseigne que l'état des Cures soit immédiatement établi de Jesus-Christ, à cause qu'il n'a fait par lui-même qu'un seul Curé.

P. 47. Le Fils de Dieu n'a donc établi par lui même qu'une seule Cure de toute l'Eglise.

P. 448. Au tems des saints Apôtres, les Prêtres ni les Diacres n'avoient aucune autorité ni aucune administration ; mais elle appartenoit seulement aux Evêques ausquels les ames étoient soumises.

P. 478. L'état des Curés n'est pas institué de Jesus-Christ immédiatement, mais d'un Pape.

P. 465. Voila, mon cher Lecteur, une Image naïve de l'Eglise dans sa naissance & son accroissement dans ce tableau, vous ne remarquez aucun trait de la conduite de Messieurs les Curés, aucune autorité pour commander, aucune jurisdiction pour diriger les ames, aucun droit pour gouverner les peuples.

CENSURA.

Hæ sex propositiones, *quatenus asserunt vel inferunt*, potestatem Jurisdictionis Curatorum non esse immediatè à Christo quantum ad institutionem primariam, *falsæ sunt & Decretis Sacræ Facultatis contrariæ* ; *salvâ semper immediatâ Episcoporum in Prælatos minores*, *seu Curatos & plebem subditam authoritate*.

P. 758. Le peuple ne peut en vertu du Concile être contraint par censure & peine Ecclesiastique d'aller à sa Paroisse aux jours du Dimanche pour entendre la Messe.

CENSURA.

Hæc propositio est falsa, *& decreto Concilii Tridentini contraria*.

DE REGULARIBUS PRIVILEGIATIS.

P. 547. Voilà comme parle ce sçavant Canoniste, des paroles duquel nous tirons trois conclusions ; la premiere, que les Religieux peuvent en vertu du droit établi dans la Clementine *dudum*, absoudre de tous les pechez qui ne sont point reservez par le droit specialement, à Nosseigneurs. La seconde, qu'il faut toujours avoir égard au tems de la concession du privilege, c'est-à-dire, que les Religieux ont pouvoir d'absoudre de tous les pechez, desquels ils pouvoient absoudre après le Concile de Vienne. La troisiéme, que le Pape n'ayant pas eu égard aux constitutions des Evêques, n'a pas soumis à leurs Ordonnances le pouvoir & la grace qu'il fait aux Religieux pour absoudre les fideles de tous les crimes qui sont hors le droit.

P. 548. La défense faite aux susdits Religieux dans la Clementine (c'est à sçavoir *dudum*) d'absoudre des pechez qui sont dans le droit reservez aux Evêques, est une permission d'absoudre de ceux qui ne sont point reservez dans le droit, par exemple, de ceux qu'ils reservent par leurs constitutions Synodales.

CENSURA.

CENSURA.

Doctrina his duabus propositionibus contenta, est falsa, ordinariæ Episcoporum jurisdictioni detrahens, juri communi & praxi Ecclesiæ contraria.

P. 646. Le Concile prenant en main la cause des fideles & des Religieux ordonne que les susdits Religieux, ainsi présentez aux Evêques, & par eux admis, ou même injustement refusez, satisfont pleinement au précepte de l'Eglise qui se trouve dans la constitution, qui commence, *Omnis utriusque sexus.*

P. 647. Enfin cette Bulle est imprimée dans le Concile sess. 11. elle commence *Dum intra mentis arcana*, &c. J'ajoute que Messieurs du Clergé de France ont bien jugé qu'elle est valable, à cause qu'ils l'ont fait imprimer l'an 1636. & 1646. Après cela, on ne peut douter, qu'elle ne soit admise en France.

CENSURA.

Doctrina his propositionibus contenta, juxta sensum his verbis (ou même injustement refusez) *ab autore intentum, est falsa & fideles in periculum salutis inducens.*

P. 669. Des paroles du Saint Pere nous tirons quatre conclusions. La premiere, que Messieurs les Curés ne peuvent, sans scandale & sans offenser la verité, publier qu'il est défendu aux fideles séculiers de se confesser à Pâques aux Religieux. La seconde, que les mêmes Religieux ne sont point blâmez de prêcher le contraire, & enseigner publiquement que ceux qu'ils confessent, satisfont au précepte de la confession, &c.

CENSURA.

Hæc propositio quoad primam partem est scandalosa & Curatis injuriosa; quantum ad secundam, pacis Ecclesiæ perturbativa.

P. 630. Les antireguliers croyent avoir beaucoup avance, lorsqu'ils ont dit, que les Religieux ne sont pas de la Hiérarchie; mais je soutiens que les Religieux sont employez dès la primitive Eglise, à exercer les fonctions Hiérarchiques qu'ils pratiquent aujourd'hui; car dès lors que Nosseigneurs les Evêques ne purent confesser tous les fideles qui avoient recours à eux, partie à cause du grand nombre des penitens qui se presentoient tous les jours, partie parce qu'ils étoient trop fatiguez de ce travail; ils appellerent les Religieux à leur secours, & les employerent à confesser les fideles....

P. 631. Les Religieux s'acquitterent si saintement de cette commission, & travaillerent si utilement au salut des ames, que les Evêques jugerent à propos de n'employer que les Moines pour administrer au peuple Chrétien le Sacrement de Penitence, cela continua jusques à la fin du douziéme siecle.

P. 710. Avant le Concile de Vienne les Religieux étoient employez à prêcher & confesser par la seule nomination de leurs Generaux, ou des Provinciaux, avec leurs Définiteurs; & cela sans dependance des Evêques.

CENSURA.

Hæ propositiones sunt falsæ, & manifestam auctoris imperitiam produnt.

De Regis ac Regni juribus, libertatibus ac immunitatibus Ecclesiæ Gallicanæ.

Epist. dedic. UNde si Reges terreni, ex se ipsis plerumque imbecilles sunt: Pontifex maximus ut potentiâ certè divinâ pollens, ita se habet, ut ex fidelium multitudine vix amplificetur; vix & minuatur ex paucitate.

P. 370. Voila donc l'autorité du Pape si clairement prouvée sur le sujet que nous traitons, que les Esprits raisonnables seroient persuadez de la verité, si les ennemis du Siége Apostolique ne tâchoient d'interesser les Princes, publiant que le Souverain Pontife doit proceder en France selon les droits & les Priviléges de l'Eglise Gallicane. Ces bons personnages qui paroissent si zelez ne prerendent rien moins que maintenir l'autorité du Roi & les privileges du Royaume; mais ils veulent jetter la pomme de discorde entre les deux Princes, opposans la Monarchie temporelle à la spirituelle pour ruïner la Religion sous le faux pretexte de conserver l'Etat, lequel n'est point offensé: & après ils voudront renverser le gouvernement de l'Etat sous ombre de retablir la Religion, & ainsi faisant profit de sa division, ils se retireront de la dépendance du Pape & du Roi,

P. 120. Sur tout ce discours je fais quatre briéves réflexions, la premiere, &c. la seconde, &c. & la troisiéme. Si Jesus-Christ nous parle par la bouche. *(de notre S. Pere le Pape)* nous devons écouter sa voix avec le respect & la soumission que nous rendrions à Notre Sei-

gneur, s'il vivoit parmi nous, enfin que nous devons obéir à ce qu'il commande sans demander raison de ce qu'il fait & de ce qu'il ordonne, croyant pour certain qu'il ne peut nous tromper, ni être trompé, puisqu'il est conduit par l'esprit de Dieu.

CENSURA.

Hæ propositiones sunt respectivè Regibus injuriosæ, seditiosæ & germanis Ecclesiæ Gallicanæ Libertatibus contrariæ.

DECLARAT autem Sacra Facultas, majorum suorum vestigiis insistens, se nullatenus intendere, suis determinationibus, ac censuris quicquam derogari, tum Primatui Summi Pontificis divinitus instituto, dignitati & auctoritati sanctæ Sedis Apostolicæ, tum Constitutionibus *Innocentii Decimi an. Dom. Incarn.* 1653. *pridie Kal. Junii*, & *Alex. VII. an. Dom. Incarn.* 1656. 17. *Kal. Novembris* datis, & à Sacra Facultate receptis, ac denique ejusdem Facultatis censuris & statutis ad idem negotium pertinentibus: palamque & apertè profitetur se nunquam recessuram à debita reverentia & veneratione qua *Beati Petri* Apostolorum Principis successores, & ipsius sedem omnium Ecclesiarum matrem & magistram semper prosequuta est.

Ceterùm cùm Auctor hujus Libri multa opera suppositititia & spuria ineptè Sanctis Patribus ascribat, eorùmque veras ac genuinas sententias in alienos sensus sæpe detorqueat, contrà prædictorum Patrum mentem & præter historiarum fidem, necnon adversùs Pastores & viros Theologos contumelias & calumnias spargat: Declarat Facultas se nolle probare varias partes prædamnatarum propositionum, sicut nec cetera in eodem Libro contenta; quæ sicut numerum, ita & censuræ modum excedunt.

Datum Parisiis in congregatione generali præfatæ Facultatis apud Sorbonam, die 24. Maii, & confirmatum die 26. ejusdem mensis, anno 1664.

De Mandato DD. Decani & Magistrorum Facultatis Sacræ Theologiæ Parisiensis.

PH. BOUVOT.

Hoc monumentum reperitur in Bibliotheca Sorbonica, v. 8. 13.

Anno Domini 1665.

Censura Sacræ Facultatis Theologiæ Parisiensis in librum cui titulus est: AMADÆI GUIMENII *Lomarensis olim primarii Sacræ Theologiæ Professoris opusculum, singularia universæ ferè Theologiæ Moralis complectens: adversùs quorumdam expostulationes Morales ad Tractatus de Peccatis; De opinione probabili*, &c. *Editio novissima*, &c. *Lugduni, sumptibus Phil. Borde, Laurentii Arnaud, Petri Borde, & Gullielmi Barbier*, 1664. *cum approbatione & Superiorum permissu.*

Huic censuræ subjicitur testimonium RR. Patrum Capucinorum, quo adulterina ac suppostitia declaratur approbatio præfixa libro Amadæi Guimenii *sub nomine Reverendi admodum Patris*, Luisii à Valentia Capucini.

IMmanem Pseudo-Theologorum de rebus moralibus scribendi libidinem, Summi Pontificis Alexandri VII. omniumque ferè Gallicanæ Ecclesiæ Præsulum auctoritate, ac suâ Censurâ, in damnatâ Casuitarum Apologiâ compressam penitùs æstimaverat Sacra Facultas Parisiensis. Neque sibi ampliùs quicquam in tam sancto negotio agendum superesse autumabat, nisi ut sancti Augustini freta consiliis[a] *æternùm diligeret homines, quorum interfecerat errores, & sine superbiâ de veritate præsumeret, quæ sine sævitiâ pro veritate certaverat, ac pro illis oraret quos redarguerat atque convicerat.* Cùm ecce tranquillitatis Ecclesiasticæ hostis acerrimus, nec tam Casuitarum, quàm spurcitiarum omnium scelerumque Patronus, suis è latebris larvata fronte prodiit Amadæus Guimenius; qui se ex eorum esse numero satis superque comprobavit, quos in novissimis temporibus surrecturos prædixit Apostolus, [b] *Attendentes spiritibus erroris, & doctrinis dæmoniorum in hypocrisi loquentium mendacium, &* [c] *cauteriatam habentium suam conscientiam, errantes & in errorem mittentes.* Edidit quippè ille auctor opus-

(a) *Lib. 2. contra literas Petil. cap. 29.*
(b) *1. Ad Timot 4.*
(c) *2. Ad Timot. 3.*

culum, seu potiùs anti-Evangelium in rebus spurcissimis obscœnâ curiositate ac sagacitate indagandis horrendum: ut mirum sit alicujus pudoris hominem, quique primarii Theologiæ Professoris sibi nomen affingit, tot monstra efformare ac scribere potuisse, quæ modestioris ingenii vir sine rubore ac verecundiâ legere non possit. Neque suos modò errores propalare de industriâ tentavit; verum etiam aliorum ejusdem furfuris scriptorum fœces, apertis nescio cujusdam, quam ab extrinseco vocant, probabilitatis canalibus, in corda fidelium effundere conatus est. Quamobrem cùm anno Domini 1664. die primâ mensis Septembris, Honorandus M. n. ANTONIUS DE BREDA ejusdem Facultatis Doctor & Syndicus, in solemni Congregatione habitâ in aulâ majore Collegii Sorbonæ, post Missam de Spiritu sancto, ut moris est, factam, librum ad Facultatem detulisset, cui hic titulus erat inscriptus: *Amadei Guimenii Lomarensis olim primarii Sacræ Theologiæ Professoris opusculum, singularia universæ ferè Theologiæ Moralis complectens: adversùs quorumdam expostulationes contra nonnullas Jesuitarum opiniones Morales ad Tractatus de Peccatis; De opinione probabili*, &c. *Editio novissima*, &c. *Lugduni, sumptibus Phil. Borde & Guillelmi Barbier* 1664. *cum Appr. & Superiorum permissu.* Cùmque idem Honorandus M. n. Syndicus scandala exposuisset quibus quotquot sunt viri frugi, atque Evangelicæ disciplinæ amatores sinceri, occasione horribilis libelli, afficerentur. Sacra Facultas, pro eâ quâ pollet authoritate, non uno, sed pluribus seculis totius orbis Christiani consensu probatâ, Apostolici dicti potissimùm memor, quo sibi præscriptum novit, ut eos *arguat* (a) *& increpet in omni patientia & doctrina, qui sanam doctrinam non sustinent, sed ad sua desideria coacervant sibi Magistros prurientes auribus, & à veritate auditum avertunt*, intelligitque necesse esse ut Doctores verè Christiani tanquam(b) *boni ministri* CHRISTI JESU, *enutriti verbis fidei & bonæ doctrinæ, eos redarguant, qui docent quæ non oportet, turpis lucri gratiâ*: (c) atque adeò à S. Cypriano edocta *imperiti esse medici tumentes vulnerum sinus manu parcente contrectare*: Hujus libri examinandi provinciam tredecim selectis Doctoribus cum D. Decano ac Syndico commisit. Qui quidem cum repetitas inter se collationes per mensem integrum habuissent, in solemni Congregatione apud Sorbonam, post Missam de Spiritu sancto, ut moris est, celebratam, plurimas propositiones ex prædicto libro in indiculum collectas primùm Facultati retulerunt die 1ª. mensis Octobris. Quas propositiones Sacra Facultas(d) *numquam errari æstimans in defensione nimiâ veritatis, & in rejectione nimiâ falsitatis*, ex famoso illo Amadæi Opusculo excerptas typis mandari jussit, easque sive ab authore propugnatas, sive non defensas, infelici tamen illius solertiâ contra mentem, & ad mentem ejus ex variis scriptoribus ab ipso depromptas, adeòque externæ, quam tuetur, probabilitatis fundamentis fulcitas ac stabilitas examinandas censuit: ut uno censuræ ictu non unicum modò scriptorem, sed & alios quoscumque fumosæ laxiorisque Theologiæ Agyrtas percuteret, qui, ut rectè ait S. (e) Cyprianus, *cùm felices homines dicunt, illos in errorem mittunt; cùm peccantes blandimentis adulantibus palpant, peccandi fomitem subministrant, nec delicta comprimunt sed nutriunt.* Ac ne quis forsan illud minùs æquum existimet quòd Sacra Facultas propositiones nonnullas ex eodem libello excerptas damnaverit, quas author nec probare, nec improbare, imò & aliquando repudiare videtur; omnes monitos vult, hunc Amadæi(f) in miserabili illa *lucubratiuncula fuisse scopum*, ut Casuitarum quorumlibet patrocinium susciperet, atque *omnibus*, quemadmodum ipse in operis sui præfatione testatur, (g) *Theologiæ Professoribus veritatis speculum Jesuiticæ, absque nævo referens, doctrinæ vultum suo objiceret opusculo.* Quamobrem postquam in operis sui prælimine *Propositiones, quæ ut improbabiles, scandalosæ, temerariæ, & erroneæ, & Jesuitarum commenta in libro Anonymi notantur*, vindicandas aggressus est, hanc toti suo operi coronidem imponit. (h) *Ex dictis jam apparet quâ veritate, quo jure, quo zelo Anonymus in suo garriat libello propositiones præobjectas*, &c. *falsas improbabiles, scandalosas, temerarias & erroneas*, &c. *Quomodo enim scandalosæ & erroneæ quas Ecclesia in tot tantisque Doctoribus opiniones non corrigit,*

(a) 2. *Ad Timotheum* 4.
(b) 1. *Ad Timotheum* 4.
(c) *Ad Titum* 1.
(d) *S. Cyprian. lib. de Lapsis.*
(e) *S. Aug. l. 4. contra Cresson. c. 66.*

(f) *S. Cyprian. lib de Lapsis.*
(g) *In Præfatione Amadæi Guimenii.*
(h) *In eadem Præfatione.*
(i) *Amad. Guimen. Pag* 186.

&c. *nullibi ergo scandalum, nullibi error.* Ex quo aperte intelligitur, id præsertim hoc suo libello molitum fuisse Amadæum, ut omnes illas Propositiones ab omni censurâ immunes, atque externæ probabilitatis munimine tutas præstaret. Cùm igitur iidem deputati à Sacra Facultate Doctores sæpius inter se super illis Propositionibus convenissent, notisque affectas ad Facultatem detulissent, eadem Facultas toto negotio pro more, in deliberationem per D. Decanum, in quatuordecim Comitiis generalibus misso, de prædictis propositionibus selectis & examini subjectis sic censuit.

Propositiones excerptæ ex Libro Amadæi Guimenii, &c.

DE EBRIETATE.

Page 3. *n.* 1. MIRUM non est, quòd hi Doctores doceant ebrietatem esse licitam ad vitandam mortem, quando alii ad conservandam etiam salutem licere putant.

Pag. 70. Ad evitandum grave malum, quòd aliter vitari non potest, licitum est inebriare authorem.

Pag. 108. *n.* 2. Ex quo principio, se inebriantem ad vitandam mortem ab extrinseco, aliter imminentem, excusant à culpâ.

CENSURA.

Doctrina his propositionibus contenta, est falsa, scandalosa, & contraria verbis Apostoli.

DE CONTUMELIA.

Pag. 86. *n.* 2. & 3. Quando contumeliosus non speratur se cohibiturus, sed perstiturus in contumelia semel dicta, aut aliàs aggressurus; is qui eam paritur, potest licite illi dicere: Mentiris, &c. Et sanè difficilè videtur quòd hoc non liceat.

CENSURA.

Hæc propositio, intellecta hoc sensu, quòd liceat dicere, Mentiris, *per modum convicii, falsa est, & Scripturæ sacræ contraria.*

DE HOMICIDIO.

Pag. 6. Licitum est desiderare alteri mortem, & de illa gaudere, non quatenus illi mala, sed quatenus tibi bona: v. g. ut ei in bonis succedas.

Pag. 7. *n.* 2. A mortali excusatur mater, quæ mortem filiabus exoptat, quia occasione ipsarum, malè secum agitur à marito, aut injuriis afficitur.

Pag. 87. *n.* 3. Eum qui imponit falsum testimonium alicui, ut suam justitiam, & honorem defendat, non peccare mortaliter: cur ergo peccabit ex eo quòd conviciante dicat: Mentiris? & quidem si pro defensione honoris licet alterum occidere, cur non & vocare mendacem?

Pag. 98. *n.* 2. Credo quòd per injuriam percussus possit statim repercutere, etiam si invasor non deberet ultrà progredi, sed ad vitandam ignominiam & dedecus: posset qui colaphum, exempli gratiâ, accepit, gladio statim repercutere, non ad sumendam vindictam, sed ad vitandam infamiam.

Pag. 94. *n.* 1. Potest etiam interfici, qui virum aliquem honoratum conviciis & maledictis afficit, nec potest aliter cogi ut taceat, talis enim est invasor honoris.

N. 2. Respondeo esse cuipiam licitum prædictum injuriantem & detrahentem notabiliter famam alterius, clam occidere, si nullâ aliâ viâ talis famæ læsionem vitare queat, in praxi tamen difficile est hoc modo defensionis uti.

Pag. 102. *n.* 3. Nescio ab alio quàm à Basilio Pontio improbabilem dici (opinionem asserentem patrem posse occidere filiam in adulterio deprehensam, & maritum similiter uxorem.) Me enim judice, stando authoritati, est probabilis, & stando rationi, quam debuisset percallere Basilius, certa & evidens.

CENSURA.

Hæ propositiones sunt falsæ, scandalosæ, & respectivè pietati, charitati & justitiæ contrariæ; vindictæ, crudelitati, & avaritiæ viam aperientes.

DE DUELLO.

Pag. 88. *n.* 3. Possentque pro illa citari Doctores, asserentes honoris defendendi causâ, non solùm licere acceptare Duellum absque animo pugnandi, sed etiam ad illud provocare.

Pag. 89. *n.* 5. Ad vitandam infamiam, quando prudenter judicatur non superesse aliud remedium, nisi acceptatio, & in præfixum locum egressio, quamvis sequatur congressio & ex ista mors, vel vulneratio alicujus concertantium, licitè

tè potest acceptari. Idem dici debet de oblatione.

CENSURA.

Hæc Doctrina falsa est, scandalosa, contraria juri divino & humano tam Ecclesiastico, quàm civili, imò & naturali.

DE PROBABILITATE.

pag. 27. *n.* 1. Ex authoritate unius tantùm posse quem illam (nempe opinionem) in praxi amplecti, licèt à principiis intrinsecis falsam, & improbabilem existimet.

pag. 28. *n.* 3. En quot Doctores militent pro sententia Tannεri cujus unius authoritas sufficeret ad efficiendam probabilem.

Item, dicit idem, quòd frater simplex, vel quilibet homo cum salute potest sequi in consiliis quamcunque opinionem voluerit, dummodò alicujus magni Doctoris opinionem sequatur. Sic ille, & meritò. Nam unicum gravem Doctorem constituere opinionem extrinsecè probabilem, docent quatuor super viginti Doctores.

pag. 27. *prop.* 1. Quamvis opinio sit falsa, potest quilibet tutâ conscientiâ, illam practicè sequi propter authoritatem docentis.

N. 1. Ubi cum pluribus aliis existimat, eum, qui judicat aliorum opinionem improbabilem à principiis intrinsecis, posse nihilominus ab extrinsecis, propter authoritatem docentis, judicare probabilem, & juxta illam operari. Quæ Doctrina ferè communis est inter Doctores.

pag. 28. *n.* 2. Imò que si el consultante pide que le conseje conforme a la opinion mas favorable, peca en no hazerlo assi.

Imò si is qui sibi consuli vult, postulat ut sibi consulatur secundùm opinionem omnium faventissimam, peccat is qui consulitur (licet ejusmodi opinionem judicet improbabilem) si morem consultantis cupiditati non gerit.

CENSURA.

Doctrina harum propositionum falsa est, temeraria, innumeris novitatibus & corruptelis viam aperiens, & conscientiæ regulas evertens.

pag. 191. *n.* 4. Puto omnia esse hodie meliùs examinata, & hanc ob rem, in omni materia, & præcipuè in morali, libentiùs juniores, quàm antiquiores lego, & sequor.

CENSURA.

Hæc propositio falsa est, temeraria, in moribus periculosa, SS. Patribus, antiquis Doctoribus contumeliosa.

DE CHARITATE.

pag. 66. *n.* 3. Et illam amplectuntur non ignobiles Magistri, atque Doctores, quando defendunt, præceptum charitatis per se tantùm obligare in articulo mortis.

pag. 68. *n.* 8. Præceptum affirmativum amoris Dei, & proximi, non esse speciale, sed generale; cui per aliorum præceptorum adimpletionem satisfit.

CENSURA.

Hæc Doctrina falsa est, erronea, impia, & primo, ac maximo legis Evangelicæ mandato contraria.

DE CORRECTIONE FRATERNA.

pag. 74. *n.* 6. Probatur multipliciter, quòd ille ordo procedendi Evangelicus, neminem obliget, ut præceptum, nec communiter accipitur à Theologis, pro lege obligante ad mortale peccatum ejus transgressores.

Frustra excipiuntur tot casus & conditiones ab illo præcepto Evangelico, quia non datur tale præceptum; cùm secundùm naturale præceptum Charitatis, correctiu fraterna debeat regulari, &c. Tertio loco ostendetur id, quòd gravius est, præceptum illud perniciosum fore, nedum inutile: præcepta verò Christi esse verè utilia, testatur ipse Dominus, Isaiæ 48. *Ego Dominus docens utilia.*

CENSURA.

Doctrina his propositionibus contenta, falsa est & temeraria, SS. Patribus contraria, & quatenus dicit fore perniciosum præceptum, si quod foret in Evangelio Matthæi cap. 18. *Blasphema.*

DE MISSA ET COMMUNIONE.

pag. 127. *n.* 3. Dico tradentem stipendium taxatum (Sacerdoti missam celebranti) retentâ sibi parte minori, aut etiam majori, non peccare mortaliter, nec teneri ad restitutionem, &c. Quia nulli infertur damnum, neque injuria, sed solùm fit contra simplicem prohibitionem, quod non potest esse nisi peccatum veniale.

CENSURA.

Hæc propositio, ut jacet, falsa est, & scandalosa; favet turpi lucro, avaritiæ & injustitiæ.

pag. 236. *prop.* 4. Non datur Præceptum sub lethali obligans ad recipiendam Eucharistiam in articulo mortis.

pag. 237. *n.* 3. Addunt alii, nullum dari præceptum divinum Communionis, sed tantùm Ecclesiasticum, ac proinde, secluso præcepto Ecclesiæ, non peccaturum, qui in totâ vitâ non communicaret.

CENSURA.

Doctrina harum propositionum falsa est, scandalosa, & respectivè verbo Dei scripto & non scripto contraria.

DE SIMONIA.

pag. 113. *n.* 2. Non esse contra justitiam beneficia Ecclesiastica non conferre gratis, quia Collator conferens illa beneficia Ecclesiastica, pecuniâ interveniente, non exigit illam pro collatione beneficii, sed veluti pro emolumento temporali, quòd tibi conferre non tenebatur. Tum quia dum, exclusis aliis, te præfert conferendo tibi beneficium, affectum ad te determinat, & se privat potestate alteri gratificandi; quod est magno pretio æstimabile. Hæc ille, qui à fortiori tenetur idem dicere in nostro casu, cùm eadem prorsùs militet ratio.

pag. 149. Non est simonia pacto expresso se obligare ad aliquid temporale pro spirituali ex gratitudine conferendum.

pag. 150. *n.* 2. Ex pacto velle non est vendere spiritualia; quia pactum non mutat materiam actuum.

pag. 152. *n.* 6. Non est simonia donare aliquid temporale, vel antè, vel post, ei qui exhibet aliquid spirituale, etiam cum intentione quòd donatarius moveatur ad dandum spirituale ex gratitudine. *Et inferiùs.* Si quis mutuum daret, non ut pretium beneficii Ecclesiastici, sed ut hac ratione provocet amicitiam Collatoris, aut ut gratiam præstet, quam non vult præstare, nisi alter statim gratificetur conferendo beneficium, probabile est nec usuram, nec simoniam fore.

CENSURA.

Hæ propositiones falsæ sunt, temerariæ, scandalosæ, & simoniam contra jus divinum apertissime approbantes, atque aliàs à Sacrâ Facultate damnatæ.

pag. 114. *n.* 5. Electores ad Majoratum, vel Cathedram, posse pretium accipere, ut unum præ alio eligant, eò quòd ejusmodi prælatio, cùm huic determinatæ personæ non sit debita, & aliunde sit ei valdè utilis, pretio æstimabilis est.

pag. 155. *prop.* 3. Qui Electores pecuniâ corrumpit, ut eum in Generalem, Provincialem, Priorem, vel Guardianum eligant, non subjacet pœnis contra simoniacos latis.

CENSURA.

Hæ duæ propositiones, ut jacent, sunt falsæ, temerariæ, Juri Canonico contrariæ, & respectivè turpe lucrum, ac simoniam in Ecclesiam invehentes.

DE USURA.

pag. 158. *prop.* 1. Mutuanti licitum est aliquid ultra sortem exigere, ratione periculi, cui in eâ recuperandâ exponitur.

pag. eadem, n. 1. Quamvis enim usura sit, si quis recipit aliquid ultra sortem, ratione mutui; non est usura, si recipit ratione periculi, tantùm ut pretium periculi. *Et inferius.* Nullus potest esse ita securus, quin possit aliquod intervenire periculum, vel saltem aliqua difficultas, vel labor in re habenda.

pag. 160. *n.* 7. Licitum etiam esse mutuanti, aliquid ultra sortem exigere, si se obliget ad non repetendam sortem, usque ad certum terminum.

pag. 161. *n.* 10. Et si mutuans dicat, non mutuabo, nisi ultra sortem loco interesse, aliquid certum solvas, quod hoc non sit de se illicitum, apparet ex dictis.

pag. 163. *prop.* 2. Licitum est mercatori creditò vendere merces pretio rigoroso: v. g. 100. & statim, numeratâ pecuniâ, eas emere 80. quod est pretium infimum.

pag. 166. *n.* 6. Nec etiam ad rem facit, si quis vendat ex necessitate, vel non necessitate, oppressus; quia necessitas non mutat rei pretium.

N. 7. Posse aliquem emere rem viliùs ab illo qui vendit necessitate compulsus, quia ex modo vendendi minuitur pretium rei, & merces efficiuntur ultroneæ.

N. eodem. Vilescit res non solùm pro tertiâ, sed etiam pro dimidiâ parte, quando quis illam vendere necessitate compellitur.

Pag. 166. *n.* 2. Si contractui societatis superaddantur contractus assecurationis capitalis, & venditionis lucri incerti pro lucro * certo, ex vi horum licitum est exigere lucrum certum, salvâ sorte.

CENSURA.

Doctrina harum propositionum falsa est, scandalosa, inducens ad usuras committendas; variasque aperit artes eas palliandi, justitiam ac charitatem violandi, & à Sacrâ Facultate jam damnata.

DE FURTO.

pag. 172. *prop.* 4. Licitum est tabernariis vinum aquâ miscere, & agricolis triticum paleis, & communi pretio vendere, dummodo deteriora non reddantur eis, quæ communiter venduntur.

CENSURA.

Hæc propositio falsa est, bonæ fidei, & publicæ justitiæ contraria.

pag. 218. *n.* 3. Eum qui rem furtivam à latrone accepisset, sciens esse furtivam, non teneri ad ejus, seu fructuum restitutionem, etiamsi illis factus sit locupletior, dummodò fur non reddatur impotens ex illa donatione ad restituendum vero domino, & res ab illo accepta sit unico usu consumptibilis, & materia mutui, qualis est pecunia, panum, vinum, &c.

pag. 109. *n.* 3. Utrum ille, qui pecuniam accepit mutuo, ut redimeret se à latronibus, teneatur restituere. Cujus prima ratio difficultandi pro parte negativa est. Quia tempore necessitatis omnia sunt communia, &c. Cùm ergo ille, qui in latrones incidit, fuerit in maxima necessitate constitutus, utpotè in periculo mortis existens, videtur quòd factum sit sibi commune aliquid, quòd erat alterius, & ita non teneatur ei restituere, qui mutuavit, ac si esset proprium ejus, &c. Ergo cùm non possit per amicos à mortis periculo ab extrinseco imminenti, se liberare, fient ei omnia communia.

pag. 282. *n.* 4. Non solùm in extremâ, sed in gravi etiam necessitate, licitum esse furari: v. g. quando est periculum amittendi honorem, & homini valdè inhonestum esset mendicare, dummodò aliter non possit sibi succurere, & habeat animum restituendi cùm possit.

CENSURA.

Hæc Doctrina falsa est, & temeraria, reipub. perniciosa, furibus ac furtorum consciis favens, & abutitur author doctrinâ S. Thomæ.

* In textu Amadæi incerto errore Typograph.

DE JUDICIBUS.

pag. 113. *prop.* 11. Quando litigantes pro se habent opiniones æquè probabiles, potest Judex pecuniam accipere prò ferenda sententia in favorem unius, præ alio.

N. 1. Quia non accipitur pretium prò sententiâ, tanquam merces functionis, sed quasi compensatio pro commodo alteri parti collato, & pro illa electione, quæ est pretio æstimabilis.

CENSURA.

Hæc doctrina falsa est, temeraria, scandalosa, legum, & æquitatis eversiva.

DE MENDACIO.

pag. 111. *n.* 1. Falsare non est, nec peccatum mortale, amissæ scripturæ de hæreditate, aut nobilitate, aliam similem efficere. Nulli enim fit injuria.

pag. 112. *n.* 3. Nota modò quòd si quis privatam aliquam scripturam, aut syngrapham, aut apocham, quâ constaret se certæ quantitati pecuniæ mutuò acceptæ satisfecisse, falsificaret; quia aliam legitimam à conditore confectam amisisset; nec alio modo probare posset solutionem, non damnarem peccati mortalis, quia falsificationes hæ, privatarum videlicet scripturarum, non sunt ita reipub. perniciosæ.

CENSURA.

Hæc doctrina falsa est, scandalosa, & reipub. perniciosa.

DE HORIS CANONICIS.

pag. 117. *n.* 6. Eum, qui non potest solus recitare, non teneri admittere socium, etiam ultrò se offerentem. Quia recitare cum socio est favor unicuique concessus, & nemo tenetur uti favoribus invitus.

CENSURA.

Hæc propositio falsa est, & in contemptum Officii Ecclesiastici temerè, & ineptè excogitata, atque à debitâ ejusdem recitatione abducens.

DE JUSTIS TRIBUTIS.

pag. 34. *prop.* 2. Subditi possunt justa tributa non solvere.

CENSURA.

Hæc propositio falsa est, verbo Dei contraria, & seditiosa.

DE JEJUNIO.

pag. 133. *prop.* 1. Qui habent privilegium edendi ova, & lacticinia in Quadragesima possunt edere lardum & saginen.

pag. 134. *n.* 3. Pueri non obligantur usque ad duode mum annum (abstinere à caroibus & o is, tempore Quadragesimali) quando aliis tenentur Ecclesiæ legibus.

pag. 135. *n.* 2. Materia collationis olim soli fructus erant, nunc autem sumat quilibet quod vult: nihil refert, dummodò parvitas apud pios recepta non excedatur.

pag. 136. *n.* 3. Deducitur secundò sine violatione jejunii, servatâ debitâ quantitate, sumi posse ova, lacticinia, *&c.* in velpertina refectiuncula, quando licitè comeduntur in die jejunii (*& inferius.*) Possuot & nimium studentes, & capite debiles, qui malè cœnati non dormiunt, aliquantulò in hoc largiores esse, quibus usque ad paris ovorum esum concedebat, neque nobis videtur in hoc largus, cùm sciamus jejunium cùm illis omnibus servati posse, quæ ejus essentiæ neque saluti repugnent.

pag. 142. *prop.* 6. Si quis voluntate absolutâ, vellet in die jejunii sæpius comedere, semper tamen parùm cibi sumendo, peccaret mortaliter, secùs si voluntate conditionatâ, in quâ conditiooe interveniret, quòd omnes sumptiones essent veniales.

CENSURA.

Doctrina harum propositionum falsa est, scandalosa, & leges Ecclesiæ de jejunio infringens.

DE POENITENTIA.

pag. 210. *prop.* 15. Prælatus qui ex Confessione Sacramentali subditi peccata cogooscit; potest, hujos notitiæ virtute, ab officio ad nutum amovibili eum amovere.

pag. 212. *n.* 8. Si pœnitens absque necessitate manifestavit in confessione complicem sui peccati, non tenetur Confessor complicis peccatum occultare sub sigillo confessiooïs, & sic pro bono communi est manifestandum, sicut & alia secreta naturalia, dùm tamen non explicetur pœnitens.

CENSURA.

Prima harum propositionum absolutè, & secunda, ut jacet; falsæ sunt, scandalosæ, contrariæ sigillo Confessionis, & à Sacramento Pœnitentiæ avertunt.

pag. 203. *prop.* 10. Defloratio virginis spontè consentientis, etiam sub patria potestate, malitiam tantùm simplicis fornicationis continet, & per consequens circonstantiam virginitatis in Confessione explicare non est necesse.

CENSURA.

Hæc propositio falsa est, & favet raptoribus, patriæ potestati injuriosa, & contraria integritati Confessionis.

pag. 208. *prop.* 13. Qui habuit copulam cum soluta, satisfacit confessionis præcepto, dicens: (commisi cum soluta grave peccatum contrà castitatem) non explicando copulam.

CENSURA.

Hæc propositio falsa est, & erronea, Conciliis & Traditioni contraria.

pag. 216. *n.* 4. Si ipse Confessarius petat quantitatem (furti) ipsum posse dicere, non teneor ad confitendum.

CENSURA.

Hæc propositio falsa est, sinceritati, & humilitati confessionis, fini Sacramenti adversa, atque authoritati Sacerdotis detrahens.

pag. 225. *n.* 21. Non posse absolvi qui nullum signum dederit, quo videatur actualiter petere coofessionem. Sentis quidem probabilissimè. Tibi enim viri doctissimi consentiunt. Et tamen te peccatutum esse mortaliter, si non mutes dictamen, affero, cum moribundo omnibus sensibus destituto, qui nullo signo externo confessionem petiit, non occurris.

pag. 224. *n.* 13. Quod si fortè ita actualiter peccando, subitò destituatur sensibus, ut non possit humanitùs loqendo ateri; respondeo tuoc non esse præsumendum attritum, atque adeò oec absolvendum docent communiter: sed ego sub prædicta conditione vix illum regulariter sine absolutione dimitterem; quia rarissimè evenit, ut tam citò sensibus quis, dùm actu peccat, destituatur; ita nt vicinus morti non velit suæ saluti consulere pet aliquam attritionem. Sic ille: & ego cùm è suggestu tractatum de Pœnitentia discipulis dictavi anno 1645. *&c.*

Pag. 226. *n.* 23. Militant etiam pro hac sententia Doctores alii, asserentes agoniam Catholici esse probabile signum, tùm contritionis, tùm voluntatis confitendi: nam ita frequenter contingit inter Catholicos.

CENSURA.

Doctrina his tribus propositionibus contenta, falsa est, temeraria, scandalosa, & Sacramento pœnitentiæ injuriosa.

Pag. 221. *n.* 1. Talis infirmus, qui amisit loquelam vel usum rationis, si benè vivebat, ut bonus & fidelis, & frequentabat Confessionem & Communionem, quamvis non petierit Sacramenta, quia ex insperato talia acciderunt, debet præsupponi contritus, & faciente aliquo confessionem generalem pro eo, sicut fit in populu, Sacerdos faciat absolutionem ab omni sententia & peccato.

CENSURA.

Doctrina hujus propositionis universim & absolutè sumpta, est in praxi periculosa.

Pag. 233. *n.* 5. Hanc opinionem benignam fateor; sed nescio, an benignior ea, quæ non solùm dubitanti, sed certissimè etiam sibi conscio de culpa lethali, concedit licitum esse, omissâ confessione, Eucharistiam sumere, etiam præsente iduneo Confessario, si speratur idoneior, cui devotius, & securius confiteatur.

CENSURA.

Hæc propositio falsa est, & contraria Concilio Tridentino.

Pag. 277. *n.* 17. Imò addunt alii, non solùm eum, qui bonâ fide putat se habere dolorem, cum revera nun habeat, sed etiam qui scienter absque ullo prorsùs dolore accedit judicans bonâ fide non esse necessarium, confessionem validam & non iterandam efficere. *Et paulò inferiùs* Et secundùm aliquos, licet cognuscat se peccare lethaliter, accedendo scienter sine dolore sufficienti, dum de tali defectu doloris simul cum aliis peccatis se accuset. *Et inferiùs.* Quod de accedente etiam absque ullu prorsùs dolore tenet.

Pag. 277. *n.* 18. Sacramentum in non ponente obicem, suum semper habet effectum. Et saltem illum qui confitetur dum aliquâ displicentiâ & dolore, sed tamen scienter sine proposito vitandi lethalia, efficere confessionem validam & non iterandam.

Pag. 278. *n.* 19. Ex his, inquam, doctrinis, potest argui. Contritio est materia proxima pœnitentiæ; peccata verò materia remota; sed confessio valida est deficiente reverà contritione: ergò & deficientibus peccatis: potuit ergò beatissima Virgo, licet nec contritionem habuerit, nec ullum vel levissimum peccatum commiserit, D. Joanni confiteri.

CENSURA.

Doctrina hæc, prout ab authore intenditur & infertur, falsa est, temeraria, erronea, & contraria Conciliis & Traditioni, ac Sacramentum pœnitentiæ prorsus evacuans.

Pag. 216. *n.* 3. Post Concilium Tridentinum potest Parochus Sacerdotem simplicem, non approbatum ab ordinario, exponere ad audiendas suorum Parochianorum confessiones.

CENSURA.

Hæc propositio falsa est, & contraria Concilio Tridentino.

DE SUMMO PONTIFICE.

Pag. 177. *n.* 4. Ideò etiam ad fidem pertinet inhærere determinationi Summi Pontificis in his quæ sunt fidei, imò etiam in his quæ spectant ad bonos mores, quia in hujusmodi etiam Ecclesia errare non potest, & consequenter nec caput ejus, *&c.*

Pag. 60. *n.* 2. De fide esse, non posse Pontificem errare, *&c.* Ita ut approbet tanquam consentaneum Evangelicæ perfectioni, quod consentaneum non sit. *Et inferiùs, pag.* 61. *n. eod.* Tam certa est cunclusio ut oppositum non dubitem esse hæreticum.

CENSURA.

Doctrina his propositionibus contenta & illata, falsa est, & temeraria, Gallicanæ Ecclesiæ libertatibus contraria, Universitatibus, Theologicis Facultatibus ac Orthodoxis Doctoribus contumeliosa.

DE CENSURIS.

pag. 283. *prop.* 5. Qui Clericum occidit veneno in cibo vel in potu, non incurrit excomunicationem.

Pag. 284. *n.* 1. Item, excommunicatio Canonis posita occidenti Clericum, aiunt quidam, non incurritur, illum veneno occidendo, nisi per vim illum interficeret, probant ex eo quod lex dicat: *Si quis manus violentas*, &c. Sed non occidit illum manibus violentis, qui prædicto modo occidit, nisi per vim cogat venenum sumere: ergò.

N. 3. Si verò excommunicatio lata esset contra committentes homicidium, & quis, alteri propinato veneno, ante ejus mortem resipisceret, non incurrere excommunicationem.

CENSURA.

Haec Doctrina falsa est, temeraria, Canonibus, & Censuris Ecclesiae illudens.

DE VOTO.

Pag. 244. *prop.* 2. Religiosus professos, qui judicio sibi probabili, crederet sibi factam à Deo revelationem de dispensatione ad contrahendum matrimonium, posset licitè contrahere.

CENSURA.

Haec propositio falsa est, votorum, & disciplinae regularis destructiva, sacrilegiis & apostasiae viam aperiens.

DE IMPURITATE.

Pag. 25. *prop.* 12. Furtum triginta regalium, majus peccatum est, quàm sodomia.

CENSURA.

Haec propositio falsa est, & piis, ac castis auribus horrorem injiciens.

Pag. 91. *n.* 4. Licet locare domos meretricibus, non intentione ut peccent, sed ut ibi inhabitent.

Posse servos deferre litteras, quibus vocantur ad peccandum, & eos verbis à sua domina prolatis, vocare; dum tamen neque eos ad malum incitent, sed solùm simpliciter proponant verba dominae suae. *Et paulo post.* Si ergò haec licent, quare non & apponere pecuniam in loco patenti, & uxori consulere ut consanguineam visitet? Nam etsi conjuncta sint peccato, tamen secundùm se & suaptè naturâ non sunt peccata, & consequenter, propter bonum finem sejungi poterunt à peccato.

CENSURA.

Haec doctrina falsa est, & scandalosa, perniciosa reipublicae novis & futilibus inventis ad turpia inducens.

Pag. 8. *prop.* 4. Pollutio. *pag.* 11. *prop.* 6. Inter sponsos. *pag.* 13. *prop.* 7. Sentienti. *pag.* 14. *prop.* 8. A Lanugine. *pag.* 204. *n.* 3. Quare. *pag.* 251. *prop.* 5. In conjugatis. *pag.* 252. *prop.* 6. Conjugati. *pag.* 253. *prop.* 7. Conjugatus. *pag.* 257. *prop.* 8. Si conjugatus. *pag.* 259. *n.* 4. Addunt. *pag.* 260. *n.* 5. Si ergo. *pag.* 261. *prop.* 10. Si conjugatus. *ibidem*, *n.* 2. Addit. *pag.* 262. *n.* 4. Dicit. *pag.* 264. *n.* 3. Videatur. *pag.* 266. *n.* 2. De adstricto.

CENSURA.

Hae propositiones (quas Sacra Facultas verbis tantùm initialibus designandas de industria judicavit, ut modestiae & pudori castarum aurium, ac mentium consuleret) sunt turpes, scandalosae, propudiosae, nefandae, piarum aurium offensivae, atque ab Ecclesia, & ab omni hominum memoria prorsus abolendae.

Declarat autem Sacra Facultas, etsi plura ex praedicto libello selegerit, damnaveritque, multa nihilominus superesse, quae quia aut veritati, morum integritati, castitati, ac publicae honestati adversantur, sic & justâ possent sigillatim censurae notâ confingi. A quâ tamen hujus autoris sordibus attonita abstinuit. (a) *Ad quas Theologos non decet inaniter esse curiosos*, (b) qui *nec propter libidinis malum nuptias condemnare; nec propter nuptiarum bonum libidinem laudare debent.* Quamobrem non intendit Sacra Facultas ea probare, quae velut intacta reliquit: quinimo totum hoc putidum opusculum damnat, ac reprobat, dignumque judicat quod aeternae oblivionis silentio sepeliatur. Sancit etiam Facultas diem dicendum esse Doctoribus, qui ejusdem libelli approbationi subscripserunt, uti coram eadem Facultate compareant ad primam diem mensis Martii proximi, rationem redditur dictae approbationis. Ac si comparere neglexerint, dicto die elapso, ex hoc ipso, atque impraesentiarum donec praesenti mandato iisdem significando satisfecerint, omnibus Facultatis juribus privat, ac privatos declarat, eandemque Censuram in Comitiis generalibus relectam & confirmatam quamprimùm prelo committi atque evulgari jussit. Datum in Sorbona die tertiâ mensis Februari 1665.

De mandato DD. Decani & Magistrorum dictae Facultatis Sacrae Theologiae Parisiensis.

PH. BOUVOT, Major Apparitor.

Testimonium RR. Patrum Capucinorum, quo adulterina ac supposititia declaratur approbatio praefixa libro AMADEI GUIMENII *sub nomine Reverendi*

(a) *August. lib. 2. de nupt. & concup. cap. 13.*
(b) *Et lib. 2. cap. 7.*

admodum Patris, Luisii à Valentia Capucini.

Acceptâ notitiâ, quod libro edito sub nomine AMADÆI GUIMENII Lomarensis olim primarii Sacræ Theologiæ Professoris, de Theologia Morali, in quo multa contra morum puritatem contineri dicuntur, & qui nuper à Sacra Facultate Parisiensi damnatus est, præfixa apparet approbatio, sub hoc titulo: *Approbatiô admodum Rever. Patris* LUISII A VALENTIA *Ministri Provincialis semel & iterum Ord. Fr. Minor Franciscianum Capucinorum, Provinciæ sanguinis Christi, in Regnis Valentiæ & Murciæ, liberalium artium Magistri, Sacræ Theologiæ antecessoris ac Doctoris jubilati, & apud fidei judices sacros in utriusque coronæ Senatibus Consiliarii Qualificatoris.* Nos veritatis & puritatis Evangelicæ studio ducti, fidem facimus hunc librum à nullo ex nostris approbatum, imò nec esse vel fuisse in nostra congregatione ullum Religiosum Provincialem hujus nominis, nec ullam nobis esse in Hispaniis Provinciam, quæ ita appelletur, simulque testamur à simplicitate quam profitemur longè abhorrere hunc titulorum apparatum, quo insignitur emendicatæ approbationis autor. Hæc ex R. Patris nostri Generalis testimonio referimus, qui cum talem librum hac approbatione firmatum circumferri andivisset, idem, quod supra testatus est. Quare ut veritati, simulque nostri ordinis honori consulamus, hæc omnibus nota fieri, quantum in nobis est volumus. Datum Parisiis trigesimâ Maii anni millesimi sexcentesimi sexagesimi quinti in Conventu nostro sancti Honorati.

Signatum F. NICOLAUS Provinciæ Parisiensis Capucinorum Provincialis indignus.

Hæc monumenta reperiuntur in Bibliotheca Sorbonica, v. 8. 14.

Breves litteræ Alexandri Papæ VII. ad Regem Christianissimum, adversùs censuras Sorbonæ.

Charissime in Christo Fili noster, Salutem & Apostolicam benedictionem. Venerabilis Frater Archiepiscopus Tarsensis & Nuncius Apostolicus nomine nostro referet Majestati tuæ, quàm gravi sensu doloris ex Censuris Theologorum Sorbonæ Pontificius animus afficiatur, omnique studio quantùm maximè poterit à te petet, ut auctoritate Regiâ præsto esse velis, quo illæ omnino revocentur. Quòd profectò speramus de singulari pietate tua quæ propositiones Apostolicæ Sedi tam adversas & injuriosas in Regno, & Academia tua tolerare non poterit. Cùmque præsertim in reprimendâ Jansenistarum hæresi tam enituerit, nolet eam omnem gloriam, & labores tantos irritos cadere; & vel ipso tempore quo pestiferi errores confodiuntur, gladii eorum jugulo instantis aciem adeò importunè retundi. Sed quoniam Nuncius cuncta latè & distinctè disseret, ut ei fidem habeas, à Majestate tua postulamus, cui Benedictionem Apostolicam amantissimè largimur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die sextâ Aprilis, anno Domini 1665. Pontificatus nostri anno decimo.

Signatum, SS. FLORENTINUS.

Charissimo in Christo Filio nostro Ludovico Francorum Regi Christianissimo.

Avis de Messieurs les Gens du Roi du Parlement de Paris, sur le Bref de Notre Saint Pere le Pape, contre les Censures de Sorbonne.

Veu par Nous la Lettre en forme de Bref, ecrite au Roi notre Souverain par Notre Saint Pere le Pape Alexandre VII. en date du 6. Avril dernier, & sur le commandement à nous fait par Sa Majesté de lui donner notre avis; nous avons reconnu que le Pape se plaint des Censures de la Faculté de Théologie.

Cette plainte conçuë en termes généraux, ne peut regarder que celles du 24. & 26. Mai 1664. & 3. Février 1665. par la lecture desquelles il paroît qu'on a publié deux livres sous le nom de Jacques de VERNANT, & d'AMADEUS GUIMENIUS dont le premier contient des maximes pernicieuses à la Hierarchie de l'Eglise, & qui confondent l'ordre de son Gouvernement légitime; & le second est rempli de grand nombre de propositions contagieuses & capables de corrompre la morale chrétienne.

La Faculté de Théologie voyant l'Homicide, le Larcin, la Simonie, l'Usure, la Calomnie, & d'autres crimes qu'on n'oseroit nommer publiquement, autorisez par la licence de ces nouveaux Casuistes, a cru qu'il étoit de son devoir de s'opposer au progrès de cette pernicieuse doctrine. Et tant s'en faut, qu'elle ait pensé qu'un tel zele témoigné

en une si importante occasion pour rétablir la pureté des mœurs, lui dûe attirer des plaintes & des reproches, elle avoit lieu au contraire de n'en attendre que les éloges qu'elle avoit meritez.

Aussi ne sçauroit-on croire, que le Pape, protecteur des Canons & de la discipline, dans la demande qu'il fait de révoquer ces Censures, prétende autoriser le relâchement & le libertinage; qu'il veüille approuver des livres infâmes, l'horreur de tous les gens de bien, ni qu'il permette que l'on enseigne impunément des maximes si favorables au vice, & si contraires aux regles de la pieté, au texte & à l'esprit de l'Evangile.

Qui ne s'étonnera donc d'apprendre que le Pape ne se plaint de ces Censures, que parce qu'elles donnent des bornes à son autorité, qu'elles lui arrachent cette infaillibilité que ces nouveaux Auteurs lui ont si liberalement donnée, & qu'en déclarant son pouvoir soumis à celui de l'Eglise Universelle, elles établissent en même tems la liberte des appels au Concile.

Auparavant que de prendre aucune résolution, il est important d'examiner si cette doctrine lui est injurieuse, & si elle déroge à l'autorité qu'il a droit d'exercer dans l'Eglise.

Pour frayer un plus court chemin à l'éclaircissement de cette question célébre, nous demeurons d'abord & de bonne foi d'accord de cette verité toujours reçuë par la France, & de tout tems enseignée dans les Ecoles de la Faculté de Theologie, que le Pape, comme le premier des Evêques, est le chef de l'Eglise, & que cette primauté reconnuë par tous les Peres se trouve nettement expliquée dans le Livre de S. Jerôme contre Jovinien, où après avoir remarqué, que la puissance des clefs a été donnée à tous les Apôtres, il ajoute que l'un d'entr'eux a été spécialement choisi pour être le Chef des autres, afin d'ôter par ce moyen toute occasion de schisme & de division; *Super Petrum*, dit-il, *fundatur Ecclesia, licet idipsum in alio loco super Apostolos fiat, & cuncti Claves Regni Cælorum accipiant, & ex æquo super eos fortitudo solidetur: tamen propterea inter duodecim unus eligitur, ut capite constituto, Schismatis tollatur occasio.*

Cette prééminence toutefois & ce degré d'honneur le dispense si peu d'être sujet aux Canons, que la France nonobstant cette bonne intelligence, en laquelle elle a toujours vêcu avec le Saint Siege, n'a pas laissé de se précautionner toujours contre ses entreprises, & de se toujours preserver des usurpations illégitimes de la Cour de Rome. Aussi toutes les Libertez de l'Eglise Gallicane ne sont-elles fondées que sur ces deux grandes & importantes maximes, que le Pape est soumis aux Decrets des Conciles, & que son autorite n'est pas Monarchique, mais inferieure à celle de l'Eglise.

Pour justifier la verite & la Religion de ces anciennes maximes, il faut parcourir tous les siecles, & voir dans quelles bornes la Theologie, les Conciles & les Papes mêmes ont en toute occasion & en tout temps renfermé cette pretenduë souveraine autorité. Jamais Clement VIII. auroit il supprimé, & la Bible que Sixte V. avoit fait imprimer, & la Bulle qui en approuvoit l'édition, si ce Pape n'avoit erré tant dans l'un que dans l'autre.

Quel aveu plus sincere & plus ingenu, que celui de Paul IV. lorsque prié en 1557. par une personne d'illustre qualité, de lui accorder la dispense de la dissolution d'un mariage contracté par paroles de present, il reconnut franchement en plein Consistoire, & en la presence de plusieurs Docteurs assemblez, que ses prédecesseurs & lui s'étoient souvent abusez dans la matiere dont il s'agissoit pour lors. *Mes très-chers enfans*, dit-il, *ne vous amusez pas aux faits & aux exemples de nos Prédecesseurs, que je proteste ne vouloir suivre, sinon autant que l'Ecriture & la raison des Theologiens nous réduira à ce faire; je ne fais doute que moi & mes prédecesseurs n'ayent failli non-seulement en ce fait, mais en plusieurs autres.* Ces paroles tirées d'un Journal par un Theologien de Paris present aux déliberations du Consistoire, montrent assez que ce Pontife ne se croyoit pas infaillible, non plus que ses Predecesseurs.

Adrien VI. n'étoit-il pas dans la même pensée, quand sur le quatriéme livre des Sentences il écrivoit, que le Pape peut errer même dans les matieres de la Foi, soutenir une hérésie, ou par une détermination particuliere, ou par une Decretale; & qu'il s'en trouve plusieurs honorez de cette dignité suprême, & qui ont été effectivement hérétiques: *Certum est, quod Romanus Pontifex possit errare etiam in his quæ tangunt Fidem, hæresim per suam determinationem, aut Decretalem asserendo*, PLURES ENIM FUERUNT ROMANI PONTIFICES HÆRETICI. A-t-il jamais rétracté ce premier sentiment qu'il avoit, étant

etant personne privee ? En a-t-il rien retranché dans la seconde impression de son livre faite & donnée par son ordre au public depuis sa promotion au Pontificat.

Mais que pourroit-on désirer de plus clair, & de plus intelligible que le Testament de Gregoire XI. dans lequel il fait cette fidelle & publique rétractation. » Nous voulons, nous disons, & nous » protestons, que s'il nous est arrivé d'a- » vancer ou dans le Consistoire, ou » dans les Conciles, ou dans les Assem- » blées publiques ou particulieres, quel- » que erreur contre la Foi Catholique, soit » en nous attachant avec une pleine con- » noissance á des opinions opposées à la » Foi, ce que nous ne croyons pas; soit » en favorisant par ignorance ces bou- » ches seditieuses, qui déclament & se- » ment des discours injurieux á l'Eglise » Catholique, nous retractons & dete- » stons toutes ces erreurs, & voulons » qu'elles demeurent comme si jamais elles n'avoient été dites: » *Volumus, dicimus, & protestamur, quòd si in Consistorio, aut in Conciliis, vel Sermonibus, vel collationibus publicis, vel privatis aliqua diximus erronea contra Catholicam Fidem, seu forsitan adhærendo aliquorum opinionibus contrariis Fidei Catholicæ scienter, quòd non credimus, vel etiam ignoranter, aut dando favorem aliquibus contra Catholicam Religionem obloquentibus, illa expresiè aut specialiter revocamus, detestamur & habere volumus pro non dictis.* Ce Pape auroit-il fait une protestarion si solemnelle, & une retractation si publique des erreurs qu'il eùt pu commettre, s'il eût crû être infaillible ?

Jean XXII. ayant enseigné que les ames des Bienheureux ne devoient joüir de la beatitude qu'aprés le jugement universel, & cette erreur contraire à la Formule de Foi de l'Eglise Romaine inserée dans une lettre de Clement IV. á l'Empereur Paleologue, etant devenuë publique, le Roi Philippe de Valois fit assembler la Faculte de Theologie, á la tête de laquelle étoit Pierre de la Pallu Jacobin & Patriarche de Jerusalem, & Pierre Roger Archevêque de Roüen, qui depuis a été Pape sous le nom de Clement VI. pour examiner cette doctrine de Jean XXII. Cette Assemblée condamna cette erreur, & de la condamnation dressa un Acte dont trois exemplaires furent tirez, dont l'un fut envoyé au Pape avec les Lettres du Roi, par lesquelles il le menaçoit de le traiter comme heretique, s'il ne révoquoit cette pernicieuse doctrine; menace qui lui ouvrit tellement les yeux, qu'il la retracta aussitôt; & cette retractation imprimee dans le 15. tome des Annales Ecclésiastiques de Raynaldus, demeuee comme un monument éternel de la faillibilité du Pape.

Et quand Clement V. a révoqué l'extravagante *Unam sanctam* dans laquelle Buniface VIII. avoit defini comme un article de Foi, que les Rois dépendoient quant au temporel du S. Siege, ne nous a-t-il pas laissé une preuve invincible qu'il faut que l'un ou l'autre de ces Papes ait erré ? Nous pouvons aussi peu douter, que ce fut Boniface, que nous devons être persuadez contre son infaillibilité alors si peu connuë dans ce Royaume, que les Etats en firent une protestation avec des remontrances au Roi, conçuës en ces termes: *Votre peuple, Sire, vous Requiert, que vous gardiez la souveraine franchise de votre Royaume, qui est telle, que vous ne reconnoissiez de votre temporel souverain en terre, sinon Dieu, & que vous le fassiez déclarer, afin que tout le monde le sçache, que le Pape Boniface erra manifestement, & fit pèché mortel notoirement, en vous mandant par les Lettres bullées, qu'il étoit souverain de votre temporel. Item, que vous fassiez déclarer, que l'on tient ledit Pape pour héretique.*

Discours de Monsieur de Harlay Substitut de Monsieur le Procureur General son Pere, prononcé dans l'Assemblée de la Faculté, le premier jour d'Août 1665. en consequence de l'Arrest précedent.

MESSIEURS,

La Cour ayant été avertie que quelques particuliers attachez à la Cour de Rome, les uns par le devoir de leur naissance & de leur Ministere, les autres par une dépendance interessée, qui étouffe dans leurs cœurs ces mêmes obligations de leur naissance & de leurs emplois, distribuoient en cette Ville de Paris plusieurs Exemplaires d'une Bulle du Pape contraire aux droits de l'Eglise Gallicane, de Messieurs les Evêques, & de cette illustre Faculté de Theologie, a cru qu'elle étoit obligée d'y apporter par son autorite les remedes que sa prudence lui a fait juger necessaires.

Il seroit veritablement à souhaiter, que nous n'eussions jamais que des occasions de témoigner avec combien de respect nous honorons le Chef visible de l'Eglise, mais comme une longue & fâcheuse experience nous a fait connoître il y a long-temps, que l'elevation à la Chaire de S Pierre n'eteint pas toutes les passions humaines, nous sommes contraints malgré nous de distinguer les effets de la puissance de ceux qui la remplissent, & reconnoissant qu'elle leur a eté donnée sans bornes pour l'edification & pour la conservation des Canons, & comme un ancien Evêque nous l'enseigne, *pro veritate plus cæteris suis Consacerdotibus potest*, nous recevons avec soumission tous les Ouvrages qui portent cet auguste caractere de legitime successeur du premier des Apôtres. Mais comme nous avons appris de S.Paul que *omnis Pontifex ex hominibus assumptus circumdatus est infirmitate*, nous rejettons avec vigueur ces ouvrages d'ambition & de colere que nous avons vû paroître trop souvent dans le Royaume.

Et si la résistance d'un côté nous rendoit criminels, de l'autre l'obeïssance ne nous rendroit pas moins coupables. Cette sainte rebellion a toujours été conforme à l'esprit de l'Eglise, laquelle dès sa naissance nous en produit un exemple illustre contre celui dont les Papes sont obligez d'avoüer qu'ils tiennent tous les avantages spirituels de leur Siege, & toutes les préeminences Ecclésiastiques de leur dignité.

La

La France a reçu ces maximes avec les veritez de la Foi, qu'elle conserve si pure depuis tant de siecles.

C'est ainsi que Charles le Chauve assuroit que le Pape Adrien II. que comme il recevroit toujours toutes ses décisions, lorsqu'elles seroient conformes à l'Ecriture sainte & aux anciens Peres de l'Eglise, il les rejetteroit également lorsqu'elles y seroient contraires, suivant le sentiment du grand S. Leon, qui dit que ce n'est pas assez pour être obligé de respecter le jugement des Papes, de considerer qu'ils viennent des Successeurs de S. Pierre, mais qu'il faut qu'ils soient les ouvrages des heritiers, pour ainsi dire, de sa Justice & de toutes les vertus: *Manet Petri privilegium quoties ex ejus æquitate fertur judicium.*

C'est cette même conduite que les Cardinaux approuverent du temps d'Innocent IV. lorsque voulant adoucir ses emportemens contre Robert de l'Incolne, ils lui parlerent ainsi de ce grand Evêque d'Angleterre qui refusoit de lui obeïr dans une chose qu'il trouvoit injuste: *Vera sunt quæ dicit, non possumus eum condemnare, Catholicus est, imò & sanctissimus, nobis religiosior & excellentioris vitæ, novit hoc Gallicana & Anglicana Cleri universitas, nostra non prævaleret contradictio.*

Ce discours sincere est bien éloigné du langage de ces flatteurs dont les uns esclaves de leurs Privileges, les autres attachez par des chaînes d'une rétribution honteuse, & tous n'ayant point d'autres lumieres que celles d'une complaisance servile & mercenaire, ont forgé ces opinions d'infaillibilité & de puissance absoluë.

C'est une verité qui n'est pas seulement dans la bouche des François, mais que l'on peut puiser dans une source, dont on n'oseroit douter à Rome de la pureté; c'est dans l'avis de neuf grands Cardinaux dignes du saint & glorieux emploi de la réformation de l'Eglise que le Pape Paul III. leur avoit confiée.

Encore si la Cour de Rome, laquelle, selon Gerson, n'aime pas les Theologiens, ne voyoit que ses Ultramontains dans ses sentimens; elle auroit decouvert sans doute le principe de leurs flatteries qui ne viennent que de la bassesse de leur cœur, & de l'ignorance de leur esprit; mais elle voit des François, & l'on dit même, ce que j'ai peine à croire, quelques Docteurs de cette Faculté qui les soutiennent: on reçoit en cette Cour les Relations interessées de ces bons Citoyens, qui écrivent qu'ils ont comme cet Horace Romain, combattu vos Censures par leurs fuites, qu'ils se sont retirez de vos deliberations, pour n'avoir point de part aux emportemens d'une jeunesse fougueuse, c'est ainsi qu'ils les appellent.

Et puisque la capacité & la vertu desinteressée de tous les autres qui composent cette illustre Compagnie les empêchent de meriter les liberalitez de Rome par des services effectifs, ils tâchent au moins de s'en conserver la joüissance par le commerce criminel qu'ils ont avec des Ministres etrangers, & par les Lettres qu'ils écrivent, & que l'on y croit, parce qu'elles sont conformes aux souhaits que l'on y fait.

Semblables à ces Heretiques dont parle S. Basile, lesquels conservant l'exterieur des Fideles abusoient facilement le peuple qui ne juge des choses que par l'apparence; c'est ainsi qu'ils ont abusé Rome jusqu'à cette heure sous cette qualité glorieuse de Docteurs de Paris, dont ils ont seulement le nom.

Il faut neanmoins esperer que le Pape rejettera bientôt avec mépris ces ennemis déclarez de la veritable & solide gloire du S. Siege, aussi bien que de leur païs. Il n'y a point de meilleur Juge de leurs flatteries que lui-même, dont nous pouvons dire ce que *Minutius Felix* disoit de cet homme dont le choix des Egyptiens faisoit un Dieu. *Ille qui cæteris Deus est, sibi certè homo est.* Il sçait qu'il est homme, quoiqu'ils le veuillent faire passer pour une divinité, il verra par cette Bulle qu'ils lui ont arrachée, qu'il peut être surpris; & il ne faut point douter que quand il sera informé de ce qui s'est passé ici, il ne dise avec la même moderation, qu'un Pape dont il porte le nom écrivie à un Archevêque de Ravenne: *Je ne trouve pas mauvais que vous n'obeïssiez pas à ce qui a été suggeré par de méchantes voyes.*

C'est une certitude parfaite que l'on sçait que cette Bulle a été suggerée au Pape, c'est pourquoi la Cour depositaire d'une partie de cette protection, dont le Roi est debiteur à ses Sujets, n'a pas voulu souffrir son injustice, qui blesse le pouvoir que Messieurs les Evêques successeurs des Apôtres ont reçu de Dieu, pour conduire les peuples soumis à leurs soins; & qui détruit indirectement le droit que cette Faculté s'est acquis, encore bien plus par le mérite de la doctrine de ceux qui l'ont composée jusqu'à cette heure, que par la possession qu'elle a depuis plus de quatre siecles de prononcer des jugemens

doctrinaux contre tout ce qui peut corrompre la verite de l'Evangile, la pureté de la Morale Chretienne, & attaquer les droits du Roi, de l'Eglise Gallicane & du Royaume.

Bulle dont on peut dire ce que les Peres du Concile d'Ephese écrivirent aux Empereurs Theodose & Valentinien de la condamnation que Jean Patriarche d'Antioche avoit prononcee contre S. Cyrille & Memnon Evêque d'Ephese: *Judicium quod Lege & Justitiâ nulla ex parte nititur, nihil est nisi merum convicium*; c'est le Libelle injurieux, pour me servir des paroles de ce Concile, qui declare les deux Censures que vous avez faites des Livres de *Jacques de Vernant* & d'*Amadeus Guimenius* présomptueuses, temeraires & scandaleuses, après avoir loué dans des termes pleins d'estime ces infames Epicures du Christianisme.

Les Auteurs de cette Bulle pouvoient être mieux instruits de ce qui s'est passé depuis les cinq derniers siecles, & s'ils avoient voulu lire les Ecrivains même Italiens, ils y auroient trouve que les titres dont ils honorent vos Censures, sont bien differens des eloges que les Papes Gregoire IX. & Alexandre IV. ont donne à cette Faculté de Théologie, qui fait la principale & *la plus illustre partie de l'Universite, & de l'estime que plusieurs autres Papes ont eus pour elle en differentes occasions, dans lesquelles ils ont voulu avoir son avis sur les affaires les plus importantes de l'Eglise, comme une regle certaine de la Foi.

Ce n'est pas, Messieurs, la loüange d'un particulier, * c'est celle que le Roy Charles VI vous a donnée dans les Lettres Patentes, par lesquelles il autorisa la Censure que Monsieur l'Evêque de Paris avoit faite par l'avis de cette Faculte de la doctrine abominable de Frere Jean Petit: *Cognovit etiam ipsa quoque Romana Sedes, dum olim & nuper si quid apud eos ambiguum in doctrina Christiana Religionis obtigerat certitudinem, ab ipso consilio Fidei Parisiis existente postulare nec puduit nec piguit.*

En effet sans parler des Censures que la Faculte de Theologie fit avec Monsieur l'Evêque de Paris de l'heresie des Albigeois, ni des trois autres dans la suite du même siecle, sur plusieurs points de Theologie, ni de la consultation que le Roy Philippe le Bel lui fit sur l'affaire des Templiers; le Continuateur des Annales du Cardinal Baronius nous a donné son avis qu'elle envoya au Pape Jean XXII. sur la question de sçavoir, de quelle maniere les Apôtres avoient possedé les choses qui leur étoient données par les Fidéles.

Et peu de tems après ce Pape ayant voulu soûtenir une doctrine contraire à celle de l'Eglise sur l'Etat des ames des justes avant le dernier jugement, le Roi Philippe de Valois la fit condamner par cette Faculté assemblee à Vincennes, dont je puis rendre un temoignage certain; la curiosite de ceux dont je porte le nom, m'ayant laissé l'original de cette déliberation signée & scellee des sceaux de tous les Docteurs qui y assistérent.

Le Pape Clement VII. reconnu par la France pour legitime, aprouva ce droit de votre Faculte en confirmant la condamnation qu'elle avoit prononcee contre un Religieux Jacobin, lequel en avoit interjette appel pardevant lui, prétendant qu'elle n'avoit point cette autorité de Censure, ce qu'elle justifia par un écrit qu'elle lui envoya.

Et sans entrer dans un détail trop long des Censures que cette Faculté fit dans ce même siécle, il n'y a rien qui prouve plus solidement le respect que l'on a toûjours eu pour vos sentimens, que ce qui se passa dans le schisme fameux qui divisa l'Eglise pendant cinquante & un ans, lorsque par un consentement commun tous les Princes de l'Europe vous envoyerent demander votre avis sur les moyens de lui donner la paix, lequel fut suivi par les Conciles de Pise & de Constance. Et l'on avoit tant de consideration pour vos sentimens, que le Parlement fit brûler la Lettre que l'Universite de Toulouse avoit ecrite contre votre avis.

Enfin outre le Concile de Constance qui reconnoit que l'Université de Paris, ou plûtot cette Faculté avoit legitimement condamne la doctrine heretique de Wiclef, & le second Concile de Pise qui renvoya à cette illustre & sçavante Compagnie l'examen du Livre du Cardinal Caietan, qu'elle condamna ensuite: le Roi François I. autorisa en M. D. XLII. par ses Lettres Patentes les articles que cette Faculté avoit dressez par son ordre pour servir de regle à la foi de ses sujets attaquez par les erreurs de Luther, & les fit signer par tous les Ecclesiastiques, & tous Officiers même des Compagnies Souveraines du Royaume.

Voilà, Messieurs, un grand nombre de Censures faites par la Faculté en plu-

* Bel éloge de la Faculté de Theologie de Paris faite par le Roi Charles VI.

sieurs occasions importantes, approuvées par les Conciles & par les Papes, autorisées par plusieurs de nos Rois, & par beaucoup de Princes étrangers. Et nous ne voyons pas neanmoins jusqu'à present que l'un en ait nommé aucunes presomptueuses & temeraires.

Mais nous ne sçaurions penser sans une extrême douleur aux objets differens des condamnations de vos Censures, & de la Bulle du Pape. Vos Censures condamnent un Livre qui renverse toute la Hierarchie de l'Eglise, & un autre dont l'Auteur a ramassé avec une exactitude funeste toutes les ordures dispersées dans une infinité de Volumes, & duquel on peut dire ce que reproche Saint Leon à certains Heretiques: DE OMNIUM TERRENARUM OPINIONUM LUTO, MULTIPLICEM SIBI FOECEM COMMISCUIT UT SOLUS TOTUM BIBERET QUIDQUID ALII EX PARTE GUSTASSENT.

D'autre part la Bulle du Pape déclare scandaleuse la Censure de ces deux Livres sans en dire la raison. Nous sommes assurez que ce n'est pas qu'il approuve cette destruction de l'Ordre Hierarchique & de la Morale que Jesus-Christ a établi. Au contraire nous ne doutons point qu'il n'ait pour ces Ouvrages d'iniquité toute l'aversion & toute l'horreur que le premier rang qu'il tient dans l'Eglise, & encore bien plus sa grande pieté exige de ce Pere commun de tous les Chrétiens.

Mais nous avons sujet d'apprehender que les heretiques prennent occasion de dire, ce que les Infideles reprochoient à la Cour de Rome, au rapport de ces neufs grands Cardinaux dont nous avons déja parlé.

Il est à craindre que regardant l'Eglise de Rome le centre de la Foi dont ils se sont separez avec une haine & une aversion mortelle, ils ne soient assez temeraires pour dire que le Pape ne désaprouve pas, au moins par cette Bulle, la doctrine de ces deux Livres, & celle de ces autres Auteurs qu'il appelle graves, que se servant des paroles dont le grand & malheureux Tertullien accusoit avec beaucoup d'injustice le jugement d'un Pape, ils ne disent sur cette Bulle: *Pontifex scilicet Maximus quod est Episcopus Episcoporum edicit. Ego & Mœchiæ & Fornicationis delicta pœnitentia functis dimitto, & ubi proponetur liberalitas ista illic legenda est venia quo cum spe ejus intrabitur, sed hoc in Ecclesia legitur & in Ecclesia pronuntiatur, & Virgo est: absit absit à Sponsa Christi tale præconium, illa quæ vera est, quæ pudica, quæ Sancta.*

Nous esperons que Dieu détournera ce scandale de son Eglise, & nous sommes certains que si le Pape est informé de cette consequence que peut avoir sa Bulle, il ne manquera point de l'éclaircir; en sorte que les ennemis de la Foi n'auront que la confusion de lui entendre dire ce qu'un de ses Prédecesseurs écrivoit à un Evêque de France, désavoüant une dispense que l'on attribuoit à celui auquel il avoit succedé: *Nec enim ab Apostolica Sede illa diriguntur quæ contraria esse Patrum, sive Canonum institutis inveniuntur.*

Mais enfin comment pourra-t-on excuser les Officiers de la Datterie qui ont dressé cette Bulle, d'avoir fait dire au Pape qu'il retenoit en general à sa seule personne, sans aucune distinction, l'examen & le jugement des propositions contenuës dans ces Livres, dont les unes regardent sa puissance, & la plûpart des autres la Morale de l'Evangile.

Pour celles qui regardent sa puissance, il est extraordinaire de faire un homme Juge de son propre interêt. Nous sçavons que le Pape qui remplit à present, par une succession legitime, la place de Saint Pierre, en est digne par la sainteté de toutes ses actions & par ses grandes vertus, entre lesquelles la Justice regne souverainement.

Mais nous apprenons en même temps d'un grand Pere de l'Eglise, que Dieu a distingué les personnes & separé leurs fonctions dans les jugemens. Il a voulu qu'une partie ne put être Juge, parce que comme la chaleur & la passion sont le partage de l'un, le desinteressement & la moderation sont les qualitez nécessaires de l'autre. Et enfin pour définir ce que c'est qu'une partie, il dit que c'est un homme qui ne peut être Juge.

Ce n'est pas que si le Pape même avoit à prononcer sur cette proposition que vous avez condamnée dans *Jacques de Vernant*, qui lui donne la même autorité que Jesus-Christ avoit reçu de Dieu, nous ne soyons assurez qu'il la condamneroit avec indignation, & qu'il approuveroit votre Censure, laquelle, comme disoit Tertullien, parlant du respect que les Chrétiens avoient pour l'Empereur, ne l'égale à la Divinité: *Quia mentiri nescit, vel quia illum deridere non audet, vel quia nec ipse se Deum volet dici.* Et l'on sçait assez qu'il n'a que faire dans son élevation du secours de cette voix

importune à un Prince Payen, qui l'avertissoit incessamment dans la pompe de son triomphe qu'il n'étoit qu'un homme, puisque sa vertu & son humilité l'en persuadent assez tous les jours.

Pour les autres Propositions qui regardent la Morale, si l'on empêche Messieurs les Evêques d'employer l'autorité de leur caractere pour défendre leur peuple de ces poisons, il faut se résoudre à voir prêcher impunément contre toutes les maximes de l'Evangile dont ces deux Livres, (desquels l'on peut dire ce que le second Concile de Châlons disoit de certains penitentiaux, *errores certi incerti Autoris*) ont attaqué les principaux fondemens de la justice & de la charité: & qu'après avoir epuisé tout ce que l'Espagne & l'Italie ont fourni aux Casuistes, ont prévû, & principalement *Amadæus*, tout ce que les esprits les plus dereglez n'auroient pû inventer en cent ans, & tout ce qui avoit échappé jusqu'à cette heure à la malice & à la débauche des hommes.

Enfin si cette Bulle pouvoit, comme elle prétend, leur ôter le pouvoir que S. Paul leur a appris qu'ils avoient: *Attendite universo gregi in quo vos* SPIRITUS SANCTUS POSUIT EPISCOPOS REGERE ECCLESIAM DEI, *quam acquisivit sanguine suo.*

Si elle pouvoit leur lier les mains & suspendre l'autorité qu'il a inséparablement attaché à leur caractere, il n'y auroit plus de défenseurs légitimes, qui pussent s'opposer aux effets pernicieux de ces nouvelles doctrines, & l'on verroit impunément dans la Chaire de verité toutes les abominations inventées pour la détruire.

Bulle bien differente de ces Lettres du grand S. Gregoire, qui faisoit consister sa grandeur dans celle de l'Eglise universelle, dans l'entretien de la sainte vigueur des Evêques, & à faire leur devoir, & dans une exacte conservation de leurs droits: *Meus namque honor est honor universalis Ecclesiæ, meus honor est fratrum meorum solidus vigor*, & il ajoûte dans une autre de ses Lettres: *Nam si sua unicuique jurisdictio non servetur, quid aliud igitur nisi per nos, per quos Ecclesiasticus custodiri debuit Ordo, confundatur.*

Enfin si le Pape pouvoit par cette Bulle contre toutes les formes même du Droit Canon, sans avoir eu autre conseil que celui des Cardinaux & des prétendus Docteurs de l'Inquisition, ne pas donner des Juges en France pour une affaire qui y est née, sans avoir entendu, ni cité la Faculté de Theologie, lui ôter le droit, ou plûtôt ôter à l'Eglise les avantages qu'elle reçoit de la possession en laquelle elle est depuis près de 500. ans de censurer les mauvaises doctrines, ce seroit contre l'intention du Pape, ruiner toute la Hierarchie de l'Eglise, & détruire les plus solides fondemens de la Foi.

C'est pour remedier à ces pernicieuses consequences, que la Cour, après vous avoir maintenu en possession de faire des Censures, a voulu, en donnant place à vos deux dernieres, dans les Registres des oracles qu'elle rend à la plus grande partie de la France, qu'elles fussent enregistrées dans tous les Sieges Royaux, & toutes les Universitez de son Ressort, & que son Arrêt fût inséré dans vos Registres en presence de Messieurs les Commissaires qu'elle a députez pour vous assurer qu'elle continueroit dans la suite de cette affaire, comme dans toutes les autres qui regardent ce Corps, à lui donner des marques de son estime, & à lui faire sentir les effets de sa protection.

Elle vous en demande, Messieurs, une récompense qu'elle est assurée que vous n'avez pas de peine à lui accorder, c'est que vous mainteniez votre illustre Compagnie dans l'état glorieux où nous la voyons aujourd'hui, que vous conserviez ces sentimens genereux, qui ont donné tant de réputation à vos prédecesseurs, & dont la défense vous a acquis tant de gloire.

Vous sçavez que comme Docteurs vous êtes débiteurs à tous les Fideles d'une prévoyance exacte qui examine, & qui condamne toutes les mauvaises maximes qui pourroient attaquer les veritez de la Foi & la pureté de la Morale.

Mais comme Docteurs de Paris une vertu commune ne vous acquitteroit pas de toutes vos obligations. Vous êtes debiteurs au plus grand Roi du monde, de cette fidelité inviolable pour la conservation des droits de sa Couronne, dont vous lui avez donné des gages si précieux & si authentiques, comme vos Prédecesseurs avoient faits à plusieurs autres de nos Rois.

Vous devez à l'Eglise Gallicane la défense de ses Libertez. Elle regarde votre Compagnie comme le Seminaire de ses Evêques, comme l'Ecole où ses Prelats apprennent les devoirs importans, & la véritable étenduë du pouvoir attaché à leur caractere. Enfin elle vous considere comme une espece de Concile perpetuellement assemblé, *Concilium Fidei*, selon le

le Roi Charles VI. lequel avec une vigilance infatigable est toujours en état de s'opposer à toutes les nouveautez dangereuses. Vous êtes obligez de confirmer cette illustre jeunesse qui vous environne, dans ces sentimens genereux & François qu'elle fait paroître avec tant d'éclat dans toutes ses actions publiques. Vous êtes obligez de transmettre à vos enfans comme par une espece de succession la doctrine & l'esprit de cette Faculté dans la pureté avec laquelle vous l'avez reçuë de vos Peres.

Pour vous acquitter, Messieurs, de toutes ces obligations, nous n'avons point d'autres exemples à vous proposer que vous-mêmes : que si la science d'un *Gerson*, d'un Cardinal *d'Ailly*, d'un *Clemangis*, d'un *Almayn* ont pû faire dans le temps que chacun d'eux a vêcu, l'honneur & l'ornement de cette Compagnie, sa gloire est bien plus grande aujourd'hui, puisque nous y voyons plusieurs personnes en même temps qui n'ont pas moins de zèle, de merite & de capacité que ces grands hommes.

Joüissez, Messieurs, de cette réputation, joüissez de cette gloire, mais joüissez encore plus de votre vertu, dont le fruit est si doux & si agreable, & continuez d'employer vos lumieres pour la defense de la Foi, pour le service de notre invincible Monarque, & pour la conservation des droits de l'Eglise Gallicane.

Hæc monumenta typis edita sunt inter quasdam Censuras Sacræ Facultatis Parisiensis, anno 1720.

Anno Domini 1665.

Censoria animadversio Sacræ Facultatis Parisiensis in quasdam assertiones Magistri Michaëlis Bourdaille, è Thesi quam minorem ordinariam vocant excerptas de Purgatorio igne.

Extractum ex Registris Sacræ Facultatis Theologiæ Parisiensis.

APOSTOLICÆ doctrinæ depositum ita Theologis custodiendum esse, ut ne quid detrahant vel adjiciant, Sacra Theologiæ Facultas Parisiensis, & à majoribus accepit, & pro sua parte proque sui muneris & officii ratione, studiosè semper diligenterque retinuit. Cùm ergo primâ die Julii de septima appendice Thesis Minoris Ordinariæ M. Michaëlis Bourdaille, quidam è SS. MM. nn. expostulationem habuissent ; cùmque de eadem Thesi deque expostulatione honorandus M. n. Antonius de Breda ejusdem Facultatis Doctor & Syndicus primâ die Augusti in solemni Congregatione pro more retulisset, eadem Sacra Facultas, cui id imprimis cordi est, ut quotquot ei sese instituendos tradiderunt, antiquæ doctrinæ constanter hæreant, deque veteri piscinâ ac de fontibus Israël, puras aquas bibant, dictam appendicem memoratæ Thesis decem selectis Doctoribus examinandam demandavit. Hujus autem appendicis tenor sequitur.

Indubitatâ fide credendum est peccata venialia & graviorum criminum reliquias post mortem expiari, plurimùmque spiritus defunctorum nostris juvari suffragiis ; cætera quæ de Purgatorio disputantur non perinde certa sunt : locum ego nullum quæro, quippe nullo opus est animis mole carentibus : quales pœnæ sint, ignis ustulantis, an caliginis & turbinis, nemini certum esse potest, imò sintne ullæ omnino pœnæ sensus, ante diem Domini, non est admodum certum : ausi sunt quidam Theologi pœnis illis terminum figere, sed unde & quibus id assequuntur conjecturis? certè ante extremam mundi conflagrationem finem habituras, non evincunt Machabæorum & Pauli loca ; gloriæ quæ differtur vehementius desiderium, mirum in modum cruciat, sed nihil ad damnatorum desperationem ; qui purgantur neque peccare, neque mereri posse, mihi certum est, neque videtur ambigendum quin securi gloriæ præstolentur.

Cùm autem dicti Doctores à Facultate deputati multas ea de re privatas inter se congregationes habuissent, tandem die primâ mensis Septembris, post Missam de Spiritu Sancto ritu solemni factam, in Comitiis ordinariis in aula majori Collegii Sorbonæ habitis, hunc prædictæ appendicis sensum ad Facultatem retulerunt.

VERBA THESIS.

Cætera quæ de Purgatorio disputantur non perinde certa sunt.

SENSUS EST.

Cætera quæ in hac appendice de Purgatorio disputantur, non sunt certa certitudine fidei, neque expressè ab Ecclesia definita, sicut duæ primæ positiones dictæ appendicis.

VERBA THESIS.

Locum ego nullum quæro, quippe nullo opus est animis mole carentibus.

SENSUS EST.

Non inquiro in qua parte universi situs sit locus Purgatorii, neque enim ullo opus est loco determinato, aut etiam physico & circumscriptivo, in quo animæ torqueantur.

VERBA THESIS.

Quales pœnæ sint ignis ustulantis, an caliginis & turbinis, nemini certum esse potest.

SENSUS EST.

Nihil ea de re in Ecclesia definitum.

VERBA THESIS.

Imò sintne ullæ omnino pœnæ sensus ante diem Domini, non est admodum certum.

SENSUS EST.

Non est admodum certum an sint ullæ omnino pœnæ inflictæ ab agente corporeo; nam sitne tale agens corporeum in Purgatorio torquens physicè, non constat. Quidquid sit de iis qui vivi supererunt die ultimæ conflagrationis, quos per ignem corporeum purgandos plerique Theologi censent. Porrò dolores & cruciatus aliundè provenientes, in thesi non negantur.

VERBA THESIS.

Ausi sunt quidam Theologi pœnis illis terminum figere; sed unde & quibus id assequuntur conjecturis?

SENSUS EST.

Id tantùm dicitur contra Dominicum Sotum, & paucos alios recentiores, qui certum annorum numerum pœnis in Purgatorio luendis figunt.

VERBA THESIS.

Certè ante extremam mundi conflagrationem, finem habituras non evincunt Machabæorum & Pauli loca.

SENSUS EST.

Non demonstratur præcisè ex illis locis. Cæterùm aliunde sufficienter probari, thesis non negat.

Quæ cùm perlecta essent, præfati Deputati insuper addiderunt: se quidem in verbis prædictæ Theseos ita explicatis nihil invenire quod sanæ doctrinæ repugnaret; verùm ut omnis scrupulus eximeretur, æquum existimasse, ut prædictus Magister Michaël Bourdaille audiretur; mentemque suam ac totam rationem tuendæ theseos coram Deputatis exponeret. Quod ut rescivit S. M. N. Porcher studiorum ejus moderator, statim procurasse ut ad dictos deputatos memoratus M. Bourdaille interrogandus accederet; cùmque ingressus esset, rogatum ab iisdem de singulis suis positionibus antedictis, ita respondisse, ut ejus responsa dictæ explicationi in omnibus consentirent; » atque ultrò addidisse: » non dubitare » se quin sit locus Purgatorii in quo ani» mæ detentæ crucientur; quantum verò » ad pœnas sensus, tametsi dixerit, sint» ne ullæ omnino ante diem Domini non » esse admodum certum, id reverâ de iis » tantùm pœnis intellexisse, quæ sint in» flictæ ab agente corporeo; cæterùm non » negare, imò nec dubitare quin juxta » probatissimam receptissimamque sen» tentiam quædam pœnæ agnoscendæ » sint aliunde provenientes quam ex ca» rentia visionis beatificæ; quo etiam mo» do plures Theologi pœnas sensus fu» munt: Certò credere se fidelium ani» mas in Purgatorio detentas Ecclesiæ » precibus ac sacrificiis juvari ut citiùs li» berentur, easque statim à purgatione » sua, etiam ante diem Domini, Dei vi» sione fruituras. « Quam quidem declarationem suam, ac præfatam explicationem à prædicto Magistro Michaële Bourdaille manu propriâ subscriptam, iidem Deputati in medium protulerunt.

His verò auditis atque perlectis, reque à venerando D. Decano in deliberationem adductâ, & momentis omnibus per multas congregationes generales magnâ Doctorum frequentiâ pro rei gravitate perpensis, eadem Sacra Theologiæ Facultas antedictam appendicem, juxta memoratam explicationem ac declarationem, ab omni censura immunem esse censuit & conclusit.

Actum in Sorbona die decimâ mensis Septembris, & confirmatum die duodecimâ ejusdem mensis, anno Domini 1665.

Ex Mandato DD. Decani & Magistrorum Sacræ Facultatis Theologiæ Parisiensis.

PH. BOUVOT, Major Apparitor.

Hoc monumentum reperitur in Bibliotheca Sorbonica, v. 8. 14.

Anno Domini 1666.

Censura Sacræ Facultatis Theologiæ Parisiensis lata in Thesim propugnatam Parisiis 14. Aprilis 1666. apud Clericos Regulares Theatinos.

IN rebus Theologicis pertractandis summam religionem adhiberi oportere, ab iisque abstinendum quæ quæstiones magis quam ædificationem præstant, ac denique animum certas intra metas cohibendum esse ne plus æquo efferatur, Apostolus præcipit ad Romanos scribens[a]; *Dico enim per gratiam quæ data est mihi omnibus qui sunt inter vos non plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem:* Itemque ad Thimoth.[b] *Stultas autem & sine disciplina quæstiones devita, sciens quia generant lites.* Quibus ex sententiis, aliisque quamplurimis quas scripturarum promulgat autoritas, Sacra Theologiæ Facultas Parisiensis semper intellexit antiquis terminis studiosè inhærendum; & si quid in doctrina novitatis emerserit, statim occurrendum esse, eamque pro viribus maturè comprimendam. Neque enim ullum fore modum vana comminiscendi si licentia semel detur ingeniis, cùm[c] *novum subinde nova pariat*, ut ait B. Joannes Chrysostomus, atque adeò periculum sit, quòd etiam S. Greg. Theologus gravissimè animadvertit, ne quæstionibus nugisque obtundamur, *ac magnum fidei nostræ mysterium futilis cujusdam ac ludicræ artis instar esse videatur.*

Cùm ergo primâ die Maii quidam è SS. MM. nn. conquesti essent de Thesi Theologica, die 14. Aprilis anno 1666. publicè propugnata à quodam Theatino Clerico Regulari, qui levibus quæstiunculis argutiisque delectatus, nova etiam permulta & inaudita protulerit, cùmque de ante dicta Thesi Hon. M. n. Antonius de Breda ejusdem Facultatis Doctor & Syndicus quæstionem haberi petiisset, eadem Sacra Facultas memoratam Thesim selectis Doctoribus examinandam demandavit; qui cùm ea de re aliquot inter se congregationes iniissent, ex prædicta Thesi has propositiones excerpserunt quarum tenor sequitur.

a Rom. 12.
b 2. Timoth. 2.
c Hom. 3. in 2. Tim. orat. 1. de Theol.

Propositiones excerptæ ex Thesi propugnata apud Clericos Regulares Theatinos, 14. Aprilis anno 1666.

Ex 7. Appendice 1. Columnæ.

DE DEO UNO.

POSSIBILE est liberum aliquod decretum Dei determinatum, quod aliquis intellectus creatus, neque per Dei potentiam videre, valeat.

DE DEO TRINO.

Ex Appendice 13. 1. Columnæ.

Si per impossibile (Pater) cognosceret tantum unum objectum, puta lilium, adhuc intelligeretur producens Verbum divinum, &c. Sicuti etiam, &c.

DE DEO INCARNATO.

Ex Appendice 5. 2. Columnæ.

Esto quòd sola persona divina propter æqualem dignitatem cum Deo offenso, nulla verò creata, condignam possit Deo satisfactionem offerre pro peccato mortali, nihilominus possibile est peccatum mortale talis naturæ, ut ad ejus condonationem, non possit Deus condignam satisfactionem exigere, sed ad summum, solùm exigere valeat illam satisfactionem, quæ ab ipso peccatore potest offerri.

Ex Appendice 7. 2. Columnæ.

Summæ Christi dignitati non est indignum asserere, potuisse illum habere actum liberum, meritorium, & satisfactorium; per quem tamen, pro aliquo peccato satisfacere non potuisset; sicut & actum liberum, satisfactorium, & meritorium, & dari præmium, (etiam si hoe non fit unio hypostatica) quod per talem actum non potuisset mereri.

Ex Appendice 8. 2. Columnæ.

Dato, impositum fuisse Christo rigorosum præceptum de morte, & ad cujus acceptationem ipse non fuerit liber, nec ejus dispensationem obtinere potuerit, adhuc tamen dico, Christum nedum hoc vel illo tempore, hoc vel illo actu, hac vel illa morte; aut hac, vel illa circumstantia: sed absolutè absque talis præcepti transgressione, potuisse non subire mortem.

Ex Appendice 10. 2. Columnæ.

Amor divinus, ut hominem faceret æternum, Deum disæternavit.

DE HOMINIBUS.

Ex Appendice 4. 3. Columnæ.

Circa actus fidei maximè occurrit posse dari aliquod objectum revelatum à Deo, quòd tamen ab aliqua creatura credi nequeat fide divina; ita ut actus fidei divinæ de eo, sit absolutè impossibilis.

Ex Appendice 5. 3. Columnæ.

Assero posse dari peccatum aliquod, quòd à Deo nequaquam remitti possit, & è contra peccatum talis naturæ, ut essentialiter remitti petat. Unde primum evadet absolutè irremissibile, sicut & alterum necessariò remittendum.

DE ANGELIS.

Ex Appendice 11. 3. Columnæ.

Ante Adæ lapsum creatos fuisse, certissimum. Præcisum talis creationis tempus incertum, unde contigisse sextâ die immediatè post hominis creationem, probabile.

Ex Appendice 14. 3. Columnæ.

Lapsus Luciferi, & aliorum Angelorum in peccatum, lapsus linguæ fuit, acuerunt enim contra Deum linguas suas sicut serpentes, eò quòd ipsis notitiam secretorum humani cordis, & futurorum contingentium humanæ libertatis, non concesserit.

Ex Appendice 15. 3. Columnæ.

Melius ergo sentimus, dicendo dictam pœnam oriri, ex eò quòd per unionem hypostaticam, diabolus factus sit ignis, & ignis diabolus.

Verum antequam Facultas de his propositionibus suam sententiam promeret, Deputati monuerunt prædictum Theatinum velle declarare suæ Theseos doctrinam, cujus explicationem in proximis comitiis generalibus proponendam, sacra Facultas censuit accipi oportere.

Tandem secundâ die Augusti in congregatione generali in aula majore Collegii Sorbonæ habitâ, post missam de Spiritu Sancto solemni ritu factam, præfati Deputati de propositionibus, ut præfertur, excerptis ad Facultatem retulerunt, ac declarationem à dicto Theatino manu propria subscriptam, in medio protulerunt.

Quibus auditis, atque perlectâ prædictâ declaratione, reque in deliberationem adductâ; ac momentis omnibus attentè perpensis, eadem Sacra Facultas censuit dictas propositiones esse, ut verba sonant, respectivè falsas, temerarias, scandalosas, novas atque inauditas & in errorem inducentes; ipsamque declarationem (quamquàm ex ea satis innotuit, memoratas theses neqnaquam animo hæretico aut perverso consilio ab autore fuisse defensas) vel eo solo nomine probari non posse, quod tota ferè nititur vanis, maleque excogitatis, atque omnino fictitiis hypothesibus. Quæ cum omnia satis aperta sint, eadem Facultas supervacaneum judicavit, de propositionibus antedictis singillatim ferre sententiam. Pro sua tamen parte, proque sui muneris atque officii ratione Theologos monet, suisque præcipit, ut mandati Apostolici memores, devitent quæstiones quæ sunt inutiles & vanæ, ac profanas rerum vocumque novitates; neve in vanis argutiis excogitandis atque propugnandis sibi placeant, aut cæcis ambagibus Theologiam involvant, ejusque dignitatem novis ac periculosis subtilitatibus dehonestent; imò verò assiduè cogitent quàm sit grave Theologi munus; seque ad utilia & recta conferant, ac sanam doctrinam ex ipsis fontibus, id est, sacris scripturis atque Conciliis; eque sanctis Patribus ac probatissimis quibusque Doctoribus studiosè discant ac sincerè tradant. Actum in comitiis generalibus sacræ Facultatis Theologiæ Parisiensis, die secunda mensis Augusti anno Domini millesimo sexcentesimo sexagesimo sexto & confirmatum 1. Septembris sequentis.

De mandato DD. Decani & Magistrorum præfatæ Facultatis Sacræ Theologiæ Universitatis Parisiensis.

Ph. Bouvot.

Hoc monumentum reperitur in Bibliotheca Sorbonica, v. 8. 14.

Anno Domini 1666.

Censura Sacræ Facultatis Theologiæ Parisiensis lata in opus quod inscribitur: Historia Universitatis Parisiensis, *ipsius fundationem, nationes, facultates, Magistratus, decreta, censuras & judicia in negotiis fidei, privilegia, comitia, legationes, reformationes. Item antiquissimas Gallorum academias, aliarum quoque Universitatum & Religiosorum*

sorum Ordinum, qui ex eadem communi matre exierunt, institutiones fundationes, aliaque id genus cum instrumentis publicis & authenticis à Carolo M. ad nostra tempora ordine chronologico complectens. Autore M. Cæsare Egassio Bullæo, emerito eloquentiæ Professore antiquo Rectore & Scriba ejusdem Universitatis.

Die primâ Mensis Aprilis post Missam de sancto Spiritu solemniter ut moris est celebratam, sacræ Theologiæ Facultas Parisiensis habuit ordinaria comitia in quibus cum S. M. n. Antonius de Breda Syndicus exposuisset, opus quoddam quòd inscribitur, *historia universitatis Parisiensis authore M. Cæsare egassio Bullæo emerito eloquentiæ Professore* prodiisse in lucem, continens multa quæ facultatis animadversione indigebant, atque adeo petiisset ut nominarentur aliqui ex magistris nostris qui diligenter ejus examini incumberent. Facultas hanc Provinciam aliquot ex suis demandavit, qui primâ die Augusti anni 1667. retulerunt, post multas inter se privatas collationes habitas in dicto opere contineri propositiones Censurâ Facultatis, dignas inter quas has selegerunt.

Contra veritatem sacræ Historiæ.

Tom. 1. *p.* 16. quo tempore a medis ad persas translatum est imperium, captaque à Nabuchodonosore Hyerosolyma.

Pag. 400. David enim Rex erat & Sacerdos.

Contra S. doctrinam, seu Theologiam.

Tom. 2. *p.* 348. post agapitum, Damascenus scripsit præcepta grammatices, anno Christi 700. unde ortam aiunt disciplinam illam quæ scholatica nuncupatur quamque comparant cum famosa illa scylla veterum, ad speciem quidem pulchra, sed latrantibus monstris succincta, utpote refertam mille quæstionibus & distinctionibus inutilibus.

Pag. 684. ait eam degenerasse in varias hæreses.

Pag. 200. ait Petrum Lombardum esse unum è quatuor labyrinthis, hæresim tanquam Minotaurum includentibus.

Pag. 651. laudat Galterum de S. Victore inscribentem caput unum & alterum de hæresibus Joannis Damasceni.

Pag. 652. alia hæresis Joannis Damasceni.

Faventes hæresi & Hæreticis.

Tom. 2. *p.* 68. significat Abælardum injustè damnatum fuisse in Synodo Suessionensi & tamen ait quod in ejus sententia, trinitas consistit in tribus attributis, potentia sapientia & bonitate Dei.

Pag. 774. ait rupertum vindicari perperam ab hæreticis circa mysterium Eucharistiæ & tamen ait eum existimasse panem non converti in Corpus Christi dum conficitur Eucharistia, sed assumi à Verbo divino & passim favet Berengario, Abælardo & Gotteschalco.

Schismatica.

Tom. 2. *p.* 111. ait Innocentium II. agnitum fuisse pro Pontifice à Gallis non tam attentâ ratione Electionis quam meritis & dignitate personæ.

Tom. 3. *p.* 185. approbat id quod dicitur apud Matthæum Paris, de potestate per S. Clementem B. Dyonisio Concessa de constituendo Papa in Francia.

Contra Canones & disciplinam Ecclesiasticam.

Tom. 1. *p.* 414. dicit tempore Leonis IX. imò & antea Sacerdotes & Episcopos duxisse uxores non secus ac laïcos. *Tunc enim* inquit *temporis* (scilicet Leonis IX.) *imò etiam antea cœperant Sacerdotes & Episcopi ducere uxores non secus ac laici.*

Pag. 495. dicit tempore Concilii Claromontani sub Urbano II. Sacerdotes publicè uxores duxisse.

Contra jus & dignitatem Regis & Regni.

Tom. 1: p. 112. ait Carolum Magnum exemisse Regnum Franciæ homagio erga Imperatorem quod repetit tom. 3. p. 406.

Pag. 306. inter proditores recenset eos qui adhærebant regi contra Comitem Veromanduæ subditum & rebellem. His verbis *anno 944. iterum orta est inter Regem & Heriberti filios discordia propter quasdam urbes Comitis Veromanduæ à proditoribus regi deditas & ab eo retentas.*

Tom. 2. *p.* 665. in capitale Parisiensis studii pro nullo fore facto justitia nostra manum mittet, quod quidem privilegium cadere non potest nisi in laïcum, aut qui laïcus existimetur, non in Episcopum aut Cancellarium Ecclesiæ Parisiensis qui cum Clerici & Sacerdotes essent aliunde nempe lege sacrâ, seu canonicâ & jure divino securi erant, nec civili indigebant ut à vinculis tuti essent.

Pag. eadem ait Clericos & Sacerdotes

Anno Domini 1680.

Sententia sexaginta Doctorum Sacræ Facultatis Theologiæ Parisiensis circa Sacramentum Anglicanum de Regum suprema autoritate à nullo dependente.

Quæritur an salvâ fide & tutâ conscientiâ à Catholicis Anglis præstari possit subsequens juramentum.

Ego A. B. verè & sincerè agnosco, profiteor, testificor, & declaro in conscientiâ meâ, coram Deo & mundo, quod supremus Dominus noster Rex Carolus, est legitimus, & verus hujus Regni Rex, & omnium & aliorum Majestatis suæ Dominiorum & terrarum. Et quod Papa, nec per seipsum, nec per ullam autoritatem Ecclesiæ vel Sedis Romanæ, aut per ulla alia media cum quibuscumque aliis aliquam potestatem vel autoritatem habeat Regem deponendi, vel de aliquibus Majestatis suæ Regnis aut Dominiis disponendi, vel alicui Principi extraneo ad ipsum damnificandum aut terras suas invadendum autoritatem concedendi, vel ullos suppositorum suorum ab eorum suæ Majestati subjectione & obedientiâ exonerandi, aut ullis eorum licentiam vel facultatem dandi, ut arma contra ipsum gerant, tumultus excitent, aut aliquam violentiam aut damnum Majestatis suæ Regiæ personæ Statui vel regimini aut aliquibus Majestatis suæ subditis intra sua dominia offerant.

Item, juro ex corde, quod non obstante ullâ declaratione, vel sententiâ excommunicationis vel privationis factâ vel concessâ, aut faciendâ vel concedendâ per Papam vel successores, vel per quamcumque autoritatem derivatam, aut derivari prætensam ab illo, seu à sua sede contra dictum Regem, hæredes aut successores suos, vel quacumque absolutione dictorum subditorum ab eorum obedientiâ, fidelitatem & veram obedientiam suæ Majestati, hæredibus & successoribus suis præstabo, ipsumque & ipsos totis meis viribus contra omnes conspirationes & attentata quæcunque quæ contra personam illius, vel illorum, eorumque coronam & dignitatem ratione vel colore alicujus ejusmodi sententiæ vel declarationis, vel aliàs facta fuerint defendam, omnemque operam impendam ut Majestati suæ, hæredibus & successoribus revelem & manifestas faciam omnes proditiones & proditorias conspirationes, quæ contra illam aut aliquos illorum attentari cognoscam, vel audiam.

Præterea juro, quod ex corde abhorreo, detestor & abjuro tanquam impiam & hæreticam hanc doctrinam & damnabilem propositionem, *quod Principes per Papam excommunicati vel depositi, possunt per suos subditos vel alios quoscumque deponi aut occidi.*

Et ulteriùs, credo, & in conscientiâ meâ juro quod nec Papa, nec ulla alia persona quæcumque potestatem habeat me ab hoc juramento, aut aliqua ejus parte absolvendi: Quod juramentum agnosco rectâ & plenâ autoritate esse legitimè mihi ministratum, & omnibus indulgentiis, ac dispensationibus in contrarium renuncio. Hæcque omnia planè & sincerè agnosco & juro, juxta hæc expressa verba à me prolata, & juxta planum & communem sensum, & intellectum eorum verborum absque ulla æquivocatione aut mentali evasione, aut secreta reservatione quacumque, hancque recognitionem & agnitionem facio cordialiter, voluntariè & verè in verâ fide Christiani viri; sic me Deus adjuvet.

Nos infrà scripti Sacræ Facultatis Parisiensis Theologi censemus jusjurandum, ut in obversa pagina conceptum est, salvâ fide, & tutâ conscientiâ à Catholicis Anglis jurari posse: si modò in propositione, quæ est de depositione & cæde Principum, ut quæ damnatur ut hæretica, *deponi & occidi, conjunctim accipiantur.* Imò etsi divisim, ita ut tamen propositio hæretica materialiter, id est verbo Dei contraria, finiatur, quatenus deponi posse Principes effert; formaliter verò etiam, quatenus & occidi posse superaddit. Deliberatum datumque Parisiis die decimâ sextâ Augusti anno Domini 1680.

Alex. Vaillant, Pastor Sancti Christophori.
Chassebras, Archipresbyter Parisi. & Pastor Sanctæ Mariæ Magdalenæ.
Gerbais, Collegii Remensis Primarius.
Mazure, Pastor Sancti Pauli.
Le Caron, Pastor Sancti Petri.
Rouland.
N. Petitpied, Pastor S. Martialis.
Le Fevre, Professor Regius in Theologia.
Navarre.
A. Faure, Vicarius Generalis Ecclesiæ Remensis.
Le Franc.
Le Fevre.

Ph. le Feron, Archidiaconus Ecclesiæ Santonensis.
Ph. Dubois, Primarius Collegii Gervasiani.
Biord.
Thiret.
Varet.
Robine, Eremita Augustinianus.
André.
Mouteau.
Des Moulins.
De Lescolle.
Bigres.
De Riviere.
Camyn,
C. Blouin.
Petitpied.
J. de Beaumont.
De Bienval.
J. de Gaigneux.
Le Charpentier, Can. Regul.
Lempereur, Can. Regul.
Huot.
De la Grange, Can. Regul.
Denis.
F. de Bourges, Can. Regul.
Du Four.
J. C. Bracquet.
Bourdon, Can. Regul.
Blampignon, Pastor S. Mederici.
J. Marie.
L. de Vyon d'Herouval, Nav.
Baffet.
Beaudinet, Carmel.
Le Pescheux.
F. J. Germain, Carmelita.
A. P. de Vyon, Can. Regul.
M. Humbelot.
De la Mare.
Le Tourneur.
Courcier, Theol. Eccl. Par.
Du Mousseau, Senator Curiæ Parif.
F. Hilarion Malet, Carmelita.
Deffita, Pastor SS. Cosmæ & Dam.
Berrhault, Coll. S. Barb. Primarius.
Boislel.
Le Feron.
Eidem deliberationi subscripsi nullâ adhibitâ limitatione.
Le Marais, Pastor Claustri B. V.

Supradicta declaratio cum subscriptionibus Doctorum infrà eam descriptorum, concordat cum originali ejusdem declarationis, prout mihi constitit ex collatione à me factâ cum dicto originali die 13. Octobris anno 1681. in cujus rei fidem subscripsi Parisiis.

Tassin, Actuarius Facultatis Sacræ Theologiæ Parisiensis.

Nos infrà scripti Ecclesiæ & Academiæ Parisiensis Cancellarius, Doctor socius Sorbonicus, testamur omnibus quorum interest vel interesse potest, attento nos animo vidisse & perlegisse juramentum suprà transcriptum, nihilque in eo reperisse quod sit verbo Dei, aut Catholicæ & Apostolicæ Fidei contrarium, proindeque censemus illud salvâ eâdem fide & tutâ conscientiâ à Catholicis Anglis emitti posse; imò & eos ex religione teneri illud idem, ut fideles decet subditos, omni ratione adimplere & exequi, in cujus rei fidem subscripsimus, & præsentem subscriptionem sigillo nostro muniri fecimus. Datum Parisiis in Ædibus Beatæ Mariæ die nonâ Augusti, an. Dom. 1681.

Cocquelin.

Ex mandato præfati Dom. Cancellarii

Roger.

Hoc monumentum typis editum est inter quasdam Censuras S. F. P. anno 1720. p. 395.

Anno Domini 1681.

Censura Sacræ Facultatis Theologiæ Parisiensis lata in Natalem Vieuville.

Die primâ mensis Octobris Sacra Theologiæ Facultas Parisiensis, post Missam de Sancto Spiritu solito more celebratam, sua ordinaria habuit comitia in aula Collegii Sorbonæ, in quibus H. M. N. Edmundus Pirot Syndicus, dixit, post institutam in superioribus comitiis mensis Septembris querelam, in responsa Magistri Natalis Vieuville Baccalaurei primi Ordinis in Actu Sorbonicæ celebrato die decimâ octavâ Augusti ultimo præteriti, plures conquestos fuisse de ejusdem responsionibus; ut autem res tota citius sopiretur, à se Syndico conscriptam declarationem oblatam fuisse eidem Vieuville, legendam inter respondendum de Actu minoris ordinariæ die trigesima prædicti Septembris, quod præstare, etiam hortante actus Præside, noluisset dictus Vieuville: petiit idcirco idem D. Syndicus, ejus responsa explorari, & coram deputandis à Facultate, DD. Censores, & Baccalaureos, qui actui Sorbonicæ adfuissent, audiri, ut relatione à Deputatis factâ, Facultas judicio suo rem totam definiret.

Qua de re tam ipsâ die primâ Octobris 1681. quàm vigesimâ (ad quam prorogata

rogata sunt comitia propter instantem horam duodecimam) : sic censuit Facultas, nominavit scilicet Hon. MM. nn. Grandin, Peaucellier, Gaudin, Saussoy, Leblond, Gobillon & Domard, qui cum D. Syndico, vocatis vocandis & auditis, negotio dicti Vieuville incumberent, & ad proxima comitia referrent.

Die verò quartâ Novembris 1681. S. Theologiæ Facultas post Missam de Sancto Spiritu solito more celebratam, sua ordinaria habuit comitia in aula Collegii Sorbonæ, in quibus prædicti DD. Deputati, retulerunt, quod Thesis Sorbonica dicti Natalis Vieuville, esset subdolè & malignè contexta multis in propositionibus, præsertim in ea quæ jacet in nona columna, ubi asserit, *Libidinem sentiendi, nunquam esse sine peccato*; quod dicta ejus inter respondendum fuissent minimè ortodoxa, cum nimirùm (ut constitit ex variis MM. Doctorum & Baccalaureorum testimoniis, qui actui interfuerunt) Baccalaureis disputantibus in illam, dixit, motus concupiscentiæ primò primos esse peccata, & dari peccata quædam involuntaria ac necessaria, aliaque similia protulit, quæ impingunt in damnatas propositiones Jansenii. Demùm, quod ille, eâ esset pervicaciâ, ut non semel tùm à D. Syndico privatim, tùm à DD. Deputatis in ipsorum conventu, ad quem vocatus est, jussus apertè profiteri se damnare quinque propositiones Jansenii in ipsius sensu, pertinacissimè renuisset. Unde & DD. Deputati, ut suam ea de re aperirent sententiam, concluserunt, dictum Natalem Vieuville peccare in Constitutiones Apostolicas & Censuras Facultatis, quibus damnatur Jansenii doctrina, atque adeò eum videri sibi pœnis, quæ feruntur in Censuris, subjacere, jamque excludendum è numero Baccalaureorum & privandum omni jure continuandæ Licentiæ.

Facultas autem auditâ relatione DD. Deputatorum, de hoc negotio maturè deliberavit diebus Martis, Mercurii, Veneris & Sabbati, 4. 5. 7. & 8. Novembris prædicti, & hoc ipso tandem Sabbato, collectis singulorum votis, sic definivit. Thesim Sorbonicam dicti Natalis Vieuville, multis in propositionibus subdolè & malignè contextam esse censuit, quam & ipsa improbavit; Responsiones ejus damnavit tanquam minimè ortoduxas, & quæ impingant in propositiones Jansenii damnatas; Eumque adeò pervicacem esse intelligens, ut non semel, tùm à D. Syndico privatim, tùm à DD. Deputatis in ipsorum conventu, ad quem vocatus est, jussus apertè profiteri, se damnare quinque propositiones Jansenii in ipsius sensu, pertinacissimè renuerit, declaravit ipsum peccare graviter in Constitutiones Apostolicas, & in Censuras ab ipsa Facultate latas, quibus damnatur Jansenii doctrina. Quapropter & eum voluit pœnis, quas Censuræ decernunt, subjacere, jamque ipsum privavit omni jure continuandæ Licentiæ, & exclusit è numero Baccalaureorum. Actum anno & diebus supradictis, & confirmatum in Congregatione generali & ordinaria ejusdem Facultatis, die primâ Decembris eodem anno in Collegio Sorbonæ habitâ.

Excerptum è monumentis ejusdem Facultatis per me infrascriptum ejus Actuarium die decimâ Decembris anno Domini millesimo sexcentesimo octoges. primo.

MEM. TASSIN.

Hoc monumentum reperitur in Bibliotheca Sorbonica v. 8. 9.

Anno Domini 1682.

Conclusio Sacræ Facultatis Theologiæ Parisiensis, quâ F. Malagola damnatur, & propositio Thesis ipsius declaratur erronea & aliena à Doctrina Sacræ Facultatis.

DIE 4. Novembris, Sacra Facultas Theologiæ Parisiensis sua ordinaria habuit comitia in aula Collegii Sorbonæ, post Missam de sancto Spiritu more solito celebratam; in quibus M. n. Edmundus Pirot retulit præ manibus suis esse Thesim majoris ordinariæ à Dominicano F. Francisco Malagola, seu ut antehàc appellabatur, Malagoly Italo, non ita pridem in Collegiu Prædicatorum propugnatam de cujus editione non poterat querelam non habere ad Facultatem, Theseos illius positiones ut moris est à se ipso lectas & probatas absque titulo dicatorio qui in eis cum prælo mandarentur, erat apponendus, & epigraphe quæ ad earum calcem subjungenda ubi dies Responsionis diceretur & Præsidis respondentisque nomina appellarentur: se decem circiter diebus ab actu celebrato monitum fuisse quod respondens, S. Petro Thesim suam consecrans, divini ei Vicarii partes adscripsisset, hisque ipsum vocibus designasset, *Dei Vicario*, quod quidem insolitum intelligens, haud du-

biè si consultus fuisset, non admisisset, cùm vulgò Christi qui, quatenus homo non est ubique, Vicarius nuncupetur Pontifex, & vix Dei qui ubique sit nec ullo vices suas gerente indigeat, Vicarius nominetur, sed se inconsulto editum; censuisset non esse arguendum aut examini subjiciendum, ne de nomine quæstio fieret & strepitus concitaretur: cùm præterquàm quod quidquid Christi est hoc & pro divini quod in ipso unum sit suppositi ratione, Dei esse intelligitur, D. Thomas *in secundum dist.* 44. *q* 2. *art.* 4. *ad primum*, Pontificem eum esse asserat qui vices Dei gerat plenariè, nec desint pares in Patrum scriptis locutiones quibus & nos vulgò utimur, ut quo pacto Reges & alii qui Dei præ se ferunt imaginem nobisque sunt ipsius loco, dii dicantur in scripturis, explanemus nec dicere dubitemus, Patres ad liberos, Principes ad subditos, Magistratus ad plebem, Episcopos ad Clerum & populum, præpositos ad inferiores Dei officio fungi cujus quantumvis ubique extantis, latentis tamen & absconditi, ut scriptura loquitur, atque in iis sese quibus suæ caracterem autoritatis imprimit, exterius prodentis locum teneant.

Verùm & posteà novum sibi alterum titulum expositum qui nullatenus ferendus videretur, se nimirùm accepisse die Sabbati postrema Octobris ex SS. MM. NN. Dominicanis Tebault Priore & Chaussemer Exprovinciali quod Frater Malagola duo curasset excudi pro suâ majori ordinariâ exemplarium genera, ambo quidem assertionibus plane eadem, sed titulo seu encomio, quo in utroque S. Petro summove Pontifici gratulabatur discrepantia, quorum in altero publico quidem & Theologis Parisiensibus porrecto, hoc tantùm legeretur Petri elogium, *Dei Vicario*, in altero adderentur quatuor lineæ minutioribus caracteribus exaratæ, quæ vocibus his clauderentur *Omnia liganti & solventi super terram & in cælis*, id est tenenti apicem utriusque potestatis *S. Th. in* 2. *d.* 44. *q.* 2. *à* 1. *ad* 4. ab iis sese Magistris certiorem factum, quod titulus is non ante diem Veneris trigesimum Octobris innotuisset, quâ coactum illicò fuisset à Priore concilium ubi Conventùs proceres audito Fratre Malagola invisum illum titulum, communi consensu improbassent, remque S. Facultati nunciandam scripto ea de re instrumento & Congregatorum syngraphâ munito decrevissent, cujus in deliberationis executionem, ipsum se duo illi familiæ nomine convenissent, Thesim hoc portentato titulo inscriptam suique Consistorii autographum sibi ipsi obtulissent quod utrumque jam ipse adferret ad Comitia, esse etiam in Thesi præter titulum quod argueret, cum in ejus epigraphe respondens ubi nomen apponit suum circulatoria quasi jactione dicit se sacræ Inquisitionis Equitem, quod quidem equestris ordinis genus vix notum sit apud nostrates; audivisse se die mensis secundâ quæ est memoriæ mortuorum speciatim habendæ sacra, quod ille Italus urgente Dominicanorum Concilio ut titulum revocaret suum, non ad aliud potuisset adduci, quàm ut dolere se diceret de eo apposito, quo videret pacem domûs perturbari, sed verba omnia quæ in eo essent prorsus esse vera, à quorum, defensione recedere non valeret, voluisse se rem habere suo experimento magis exploratam, hancque ob causam ea ipsa luce, profectum esse ad ædes Prædicatorum ubi illum invisisset, ut quo jam esset animo dignosceret & situm ejus Facultati posset patefacere, eum à se repertum in ea sententia pertinacissimum. Quod summus Pontifex altum habeat in temporalia omnia perinde ac in spiritualia dominium, cui quisque Rex supremus utroque pariter ex capite subdatur; eum à se monitum, quod doctrinâ hæc aliena esset à Facultate quæ juri etiam indirecto quod à nonnullis Pontifici adscribitur in Regum temporalia semper obstiterit, ut ipsa solemniter in Declaratione Regi Christianissimo oblata anno 1663. est professa; quod censuræ Facultatis & ejus decreta in quæ quidem ipse ordinem Baccalaureorum ingrediens tum primum & quoties actum celebrasset, repetito Sacramento juraverat; exitiosum hunc errorem tamquam verbo Dei contrarium proscribant, compulsum enixè ut memor esset juramenti non semel, sed & iterum & tertio ac quater præstiti; planè irrisisse sibique respondisse quod esset antiquioris alterius sanctioris jurisjurandi contrariam in partem fide obstrictus, & cum ipse illi subridens quasi joco dixisset arctius illud vinculum quo constringeretur & à servando Facultatis Sacramento cohiberetur, fortè inde natum quod factus esset Inquisitionis Eques, quo nomine gloriabatur suo in secreto Theseos exemplari eum sibi seriò exposuisse quòd ita esset, cum olim Tolosæ promotus fuisset ad hunc equitum ordinem cujus & quasi torquem semper gestaret, tùmque ab eo ductam vittam collo appensam &

ſua veſte tectam ex qua penderet crux argentea, hujus ut aiebat nobilis ſodalitii inſigne in quod quiſquis adſcribitur, Pontificiæ voluntati ſeſe ſingulari juramento devoveret; à ſe diù ac vehementiſſimè rogatum ut ſibi faveret, nec ſic ſibi fingeret impune poſſe à Theologo Pariſienſi ſperni decreta Facultatis, cum hæc nec ullum inter ſuos excipiat quin iis ſeſe obſecutum iri polliceatur, nec quemquam ſuo in ordine patiatur, quin & fidem datam ſervet, ei à ſe propoſitam declarationem quandam quam & manu ſuâ ſcripſerat ex tempore in ejus cubiculo & ab eo poſteà ſcribi voluerit, non quaſi ſponderet ex ſcheda etiam ſi obſignaſſet, Facultati factum iri ſatis, cujus nomine nihil auderet aſſeverare, priuſquam eam conſuluiſſet, ſed ſpe concepta & reo injecta fore ut hoc pacto, veniam ille à Facultate facilius obtineret. Hic ad verbum ſchedam recitavit Syndicus, quæ ſic babebat.

Profiteor titulum meæ Theſeos quo Pontificiam authoritatem ita extollo in Petro ut teneat apicem utriuſque poteſtatis, non alio eſſe pacto intelligendam, nec alio rectè deffendi poſſe, quàm ſi de iis locis ſermo ſit ubi ſummus Pontifex ditionem habeat temporalem, alibi quippe agnoſco lubens Reges ſupremos ſoli Deo ſubeſſe ſuis in temporalibus, nec in illos eatenus ullum jus eſſe ſummi Pontificis, quo vel eos Regnis ſuis ſpoliare valeat vel eorum ſubditos, Sacramento fidei quo erga ipſos vincti ſunt, ulla in occaſione ſolvere.

Schedâ ſic recitatâ perrexit Syndicus dixitque ſcire ſe illam non poſſe componi cum Theſeos Titulo, cujus eſſet potius revocatio, quàm interpretatio, tùm quòd Fr. Malagola loquatur de S. Petro, cujus non erat ditio temporalis, tùm quòd duplicem quam affingit Pontifici authoritatem ſpiritalem & ſecularem inferat ex jure ligandi & ſolvendi quod à Chriſto acceperit, hocque non modo regionem Pontificiæ ditionis temporalis ſpectet, ſed & totum in orbem Chriſtianum pateat, ſe tamen quacumque tandem arte conſulere voluiſſe Baccalaureo, ſi qua poſſet ad meliorem frugem reduci: petiiſſe ab eo num huic inſtrumento, aut ſimili ſi quod Facultas exigeret, conſenſurus eſſet: unum hoc ſibi ab eo præfractâ fronte ad omnia reſponſum datum, ſe non poſſe his ſubſcribere, quippè quæ ſuo cum titulo cui ſtaret immotus apertè pugnarent; ita ſe poſt diuturnum colloquium ab ejus cubiculo & ab ædibus Dominicanis ſeceſſiſſe: totum hactenus narratum factum; jam quid facto opus ſupereſſe dijudicandum, de quo Facultatis eſſet pro eo quo pollet judicii doctrinalis jure pronuntiare; interim ſe non potuiſſe hac de re ſilere in Facultate, cum Theſis ſit typis excuſa & in Italiam miſſa quo brevi appulſura eſt, ubi niſi citò fraus antevertatur, circumferetur ea quaſi Pariſiis annuente Facultate promulgata; ſermonem hîc non eſſe de ſententia D. Thomæ quem in patronum laudat Baccalaureus, cum & ſi loco quem ille profert deprompto ex commentario in ſecundum ſententiarum, ita fortè poſſet intelligi, ut ubi Pontificem ad ſummum evehit utriuſque poteſtatis ſpiritalis & ſecularis apicem de iis ſolis loquatur Provinciis, in quibus S. Pontifex eſt verè Dominus temporalis, vindicari tamen nullo modo poſſet alibi maxime 2. 2. q. 12. art. 2. at hîc de ejus mente non agi cujus doctrinam quidem ipſe religioſiſſimè ut plurimùm ſequeretur, non tamen quaſi fidei normam ſpectaret, quod & quæſtionis alterius occaſione olim advertit Major in libello de autoritate Eccleſiæ, exemplum adducens ſententiæ de intemerato quem tuetur Facultas Deiparæ conceptu & quarumdam opinionum Phiſicarum, ubi ab Angelico Doctore Schola Theologica, ſalva, quâ in eum eſt, reverentiâ ſummâ, videtur diſſentire, rem eſſe ſæpius hoc in ordine judicatam neque opus eſſe ut adducantur ſcripturæ & traditionis monumenta quæ in magno numero poſſent congeri, doctrinam illam quæ duplicem poteſtatem, ſpiritalem & temporalem ſummo Pontifici totum in orbem adſcribit, & de ea interpretatur poteſtatem ligandi & ſolvendi Petro à Chriſto traditam, eſſe illam ipſam quæ anno 1626. in Antonio Sanctarello damnata eſſet, in quo quidem hoc in primis & poſtremum à ſelectis Magiſtris qui de ejus libro retulerunt obſervatum eſt quod explicaret verba Chriſti, *quodcumque ligaveris ſuper terram*, non tantum de poteſtate ſpiritali, ſed etiam de temporali, omnibus perſpectum eſſe hanc Sanctarelli ſententiam à Facultate damnatam tanquam novam, falſam, erroneam, & verbo Dei contrariam, unde facile quiſque colligat doctrinam Fratris Malagola quæ & eadem ſit, non poſſe non iiſdem nominibus jam proſcribi; ne tamen damnaretur ille non auditus, quod minus eſſet æquum, poſtulare ſe ut vocaretur audiendus.

Hanc Syndici relationem excepit S. M. N. Chauſſemer Exprovincialis expoſtula-

tio quæ petiit ne culpa Baccalaurei in Parisiensium Dominicanorum Conventum resiliret, cum tamen unus ipse reus esset; quin ubi primum ita peccasse deprehenderunt Prædicatores, damnarunt quantum in se fuit & ad Facultatem detulerunt, petiitque ut in Decreto, si quod in eum ferretur, ipse diceretur Italus, & à Conventu suo, ipso in negotio improbatus, Facultatique denunciatus.

His auditis visum est Facultati vocandum esse Baccalaureum, à quo Syndicus publico Comitiorum nomine palàm quæreret quæ ad causam ejus dijudicandam ex ipsius ore accipi expediret; exiit Syndicus ut eum accersiri curaret, ipsumque ad aulæ januam inventum etiam atque etiam hortatus est ut ad sanam sese mentem reciperet & meminisset omnium animam potestatibus sublimioribus subdendam, quem cum flectere non valeret, jussit ingredi, eumque ipse ingressum & capite aperto stantem, sic interrogavit.

Primum ei summatim repetens quidquid Facultati narraverat de ipsius titulo, quæsivit ab eo num id esset undequaque verum, si quid in eo falsi contenderet, liberè aperiret. Respondit Baccalaureus ita esse ut fuerat narratum, nec eatenus à se ullo modo peccatum; quæsivit deinde Syndicus num à se rogatus fuisset nudiustertius & quasi compulsus ut fateretur Reges supremos soli Deo subesse suis in temporalibus & num hanc ei schedam obsignandam proposuisset, quam & iterum ipse ad verbum recitavit, ut ille agnosceret, esset ne hæc ipsa nec ne; respondit Baccalaureus, hanc ipsam sibi porrectam schedam, quam & noluisse nec jam velle obsignare, quòd illa titulum suum aboleret, quem etiamnum ipse tueretur statuens in summo Pontifice duplicis potestatis Ecclesiasticæ & secularis apicem. Quæsivit demùm ab eo Syndicus quorsum esset animo mutatus ex quo Facultatem ingrediens, imò suis in omnibus Thesibus ad actus initium suam ei ejusque Decretis atque adeo Christianissimi Regis obsequio fidem dederat & Sacramento obstrinxerat. Respondit Baccalaureus Decreta Facultatis non esse Decreta, quippè quæ dictis Patrum adversarentur; tum eo qui sic non modo insulsè ac stolidè, sed & pertinaciter responderet foras abire jusso, dixit Syndicus jam non esse nectendas moras, reum fuisse satis superque auditum qui culpam ultrò fassus in ea pervicax esset ac protervus, nec novum jam examen ineundum sed judicium ut par esset pronuntiandum, in quo non modo consentiret Dominicanorum honori consuli quâ ratione efflagitabat S. M. N. Chaussemer, sed & hoc ipsum postularet eorum testis quæ ipsi gesserant ut se hujus facinoris ab uno è suis Italo patrati nullatenùs conscios fuisse demonstrarent, dixitque cum ii hoc in negotio summæ sese ostendissent tùm fidei erga Regem, tùm in Facultatem observantiæ ac reverentiæ, æquum esse ut quæ in reum ferretur sententia ipsi uni inureretur.

Addidit & se præthereà petere, quo deinceps bis quæ ex titulo subnasci possent incommodis obviam eatur, ut prohiberet Facultas ne quidquam imposterum sive in titulo, sive in epigraphe describatur, aut excudatur, quin simul cum positionibus, seu assertionibus oblatum fuerit Syndico & ab eo probatum

Capita hæc sic à Syndico exposita, unà cum prioribus aliis, deliberationi subjecit DD. Decanus de quibus sic censuit Facultas, F. Francisci Malagola Itali Prædicatoris nomen è suis commentariis ubicumque legi posset eradi voluit, ipsum ab ordine suo penitùs proscripsit, nullâ unquam relictâ spe restitutionis, tanquam perjurum, seu infracti quod non semel ipse in Facultatis aditu & in actuum suorum celebratione præstiterat Sacramenti, reum, contumeliosum in Regiam Majestatem, Facultatis & Decretorum ab illa sancitorum perfidum contemptorem, qui Scripturæ sacræ vocibus abutatur ad errorem exitialem defendendum ad quem quidem posteà revocandum nec à Syndico, nec à Patribus suis Dominicanis potuisset adduci: doctrinam illius quæ verba Christi potestatem ligandi & solvendi Petro & successoribus ejus tradentis explicat de utraque potestate seculari & ecclesiastica declaravit in idem incidere cum ea quam olim in Sanctarello Facultas ipsa damnavit, tanquam novam, falsam, erroneam, verbo Dei contrariam, Pontificiæ dignitati odium conciliantem, schismati occasionem præbentem, supremæ Regum autoritati à Deo solo dependenti derogantem, Principum infidelium & hæreticorum conversionem impedientem, pacis publicæ perturbativam, regnorum, statuum, rerumque publicarum eversivam, subditos ab obedientia & subjectione avocantem, & ad factiones, rebelliones, seditiones, & Principum parricidia excitantem, eamqne jam totidem nominibus damnavit, nimirùm tanquam novam, falsam, erroneam, verbo Dei contrariam, &c. Baccalaurei illius censuram cudi demandavit, & eam typis excudi publicique

publicique juris fieri simul cum censura Sanctarelli quam & repetiit ac renovavit, & ut deinceps simili alicui quod occurrere posset incommodo obviam iret, jussit ut antequam Theses ullæ in lucem ederentur, titulus dicatorius ad apicem & epigraphe unà cum positionibus afferantur Syndico, nec quidquam publicè prodeat quin ab eo lectum sit & probatum.

Nominavit autem qui negotium Fratris Malagola examinent MM. NN. Mazure, Guichard, Gillot, le Caron, Germain, Huot, de Beaumont, Brayer, de Lestocq, Gobillon, Pirot, & Chaussemer.

Conclusiones Sacræ Facultatis, quibus probatur Censura in F. Malagolam.

ANno Domini 1682. post Missam de Sancto Spiritu solito more celebratam, die prima mensis Decembris, Sacræ Theologiæ Facultas Parisiensis sua ordinaria habuit comitia, in aulâ Collegii Sorbonæ super sequentibus articulis. 1. Lecta est & confirmata Conclusio superioris mensis Novembris. 2. Lecta est etiam Conclusio diei 4. Novembris adversus titulum Theseos F. Malagola, necnon Censura adversùs eundem, quas censuit Facultas ad pauciora verba per Deputatos eodem mense reducendas, & die 7. hujus mensis Decembris ad se referendas in Congregatione quam ad eundem diem dixit.

DIe verò septimâ Decembris 1682. eadem Facultas extraordinaria habuit Comitia in aulâ Collegii Sorbonæ, ad audiendam relationem DD. Deputatorum qui post duas privatas Congregationes retulerunt se juxtà mandatum Facultatis referre ejusdem judicium in titulum Theseos Fratris Malagola, cum Censura; ambo paucioribus verbis quam antea expressa, quæ à D. Syndico lecta & à D. Decano in deliberationem missa, Facultas probavit & confirmavit auditis plusquam sexaginta Magistrorum suffragiis, & typis excudi voluit simul cum Censura à se lata in Sanctarellum anno 1626, quam etiam renovavit, jussit insuper nihil in posterum reponi in Thesibus nisi à Syndico probatum & obsignatum.

Conclusio Sacræ Facultatis Theologiæ Parisiensis in F. Franciscum Malagola, & in ejus Doctrinam.

FAcultas post relationem Syndici de titulo Theseos à F. Francisco Malagola, Prædicatore Italo, primi Ordinis Baccalaureo propugnatæ, reo ipso audito, doctrinam ejus, quâ suo in majoris ordinariæ titulo verba Christi potestatem ligandi & solvendi Petro & successoribus ejus tradentis explicat de utrâque sæculari, & ecclesiasticâ, declaravit in idem incidere cum eâ quam olim in Sanctarello Facultas ipsa damnavit, eamque jam totidem nominibus damnandam censuit tanquam novam, falsam, erroneam, verbo Dei contrariam, Pontificiæ dignitati odium conciliantem, Schismati occasionem præbentem, supremæ Regum autoritati à Deo solo dependenti derogantem, Principum infidelium & hæreticorum conversionem impedientem, pacis publicæ perturbativam, regnorum, Statuum, Rerumque publicarum eversivam, subditos ab obedientiâ & subjectione avocantem, & ad factiones, rebelliones, seditiones, & Principum parricidia excitantem. Nec intendit Facultas probare alia omnia quæ in Theseos illius titulo habentur, in quo nimirùm quædam sunt sacræ Scripturæ dicta S. Petro, seu successoribus ejus, à respondente Baccalaureo accommodata, quorum accommodatio non probè intellecta decretis Facultatis officeret. Ipsum verò Fratrem Malagola ab ordine Theologico penitùs proscripsit, & è Baccalaureorum suorum albo expunxit tanquam perjurum, seu infracti, quod non semel, ipso in Facultatis aditu, & in actuum suorum celebratione præstiterat, Sacramenti reum, contumeliosum in Regiam Majestatem, Facultatis & Decretorum ab illâ sancitorum perfidum contemptorem. Atque, ut judicium hoc solemnius evadat, censuram cudendam decrevit, eamque typis excudi, publicique juris fieri voluit simul cum Censura Sanctarelli, quàm repetiit, ac renovavit.

Cæterùm cùm totum hocce negotium inde natum intelligeret, quod titulus Theseos non fuisset, priusquàm prælo mandaretur, patefactus Syndico, qui eum haud dubiè numquàm tulisset; ne quid deinceps simile contingat, jussit ut antequàm Theses ullæ in lucem edantur, titulus dicatorius ad apicem & epigraphe, unà cùm positionibus, seu assertionibus offerantur Syndico, nec quidquam publicè prodeat, quin ab eo lectum sit & probatum. Datum in Sorbonâ die 4. Novembris an. 1682. in Comitiis ordinariis. Lectum die Decembris 1. & recognitum die 7.

De Mandato DD. Decani & Magistrorum præfatæ Facultatis Sacræ Theologiæ Parisiensis.

MEMM. TASSIN.

Censura S. Facultatis Theologiæ Parisiensis, lata in F. Franciscum Malagola, & in ejus Doctrinam.

CUm nihil ad Reipublicæ Christianæ tranquillitatem magis conferat, quàm ut sarta sit & recta utraque authoritas, Regia simul, & Pontificia, hoc Christi mandato religiosè servato, *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo*; Tùm meritò S. Facultas Theologica Parisiensis pro eâ, à semper fuit ad fovendam Ecclesiæ pacem voluntate ac vigilantiâ nihil habuisse videtur antiquius, quàm ut ea damnaret dogmata, quæ alterutri potestati quod suum est, inviderent. Hinc in Lutheranos, & in Antonium de Dominis Pontificiam, Regiam in Sanctarellum & alios vindicavit. Docet in Lutheranos unum esse jure divino summum in Ecclesiâ militante Pontificem, cui omnes Christiani parere tenentur. In Antonium de Dominis Romanam Ecclesiam jure divino authoritatem habere in alias Ecclesias: & esse in summo Pontifice primatum jurisdictionis Petri, cui solus ille eatenus succedit, à Christo collatum. In Sanctarellum, supremam Regum authoritatem à Deo solo dependere, quorum in temporale dominium nemo jus ullum sibi possit arrogare. Hocque postremum caput ea sæpe repetiit, imprimis in illâ solemni declaratione Regi Christianissimo oblatâ an. 1663. quâ sese semper obstitisse, ait, iis etiam qui jus aliquod vel indirectum in Regis Christianissimi temporalia summo Pontifici adscriberent.

Est verò quòd doleat Facultas antiquam suam illo in momento doctrinam, à quâ nunquam sese recessuram esse illo in publico instrumento est professa, ab uno è suis, & suo quasi in sinu oppugnari hoc ipso, cui fidem ea obstrinxit, Regnante Ludovico Magno, Regum omnium potentissimo, & de Fide Catholicâ optimè merito.

Nimirùm Frater Franciscus Malagola, Prædicator Italus, primi Ordinis Baccalaureus, ab ipsis suis fratribus Conventûs Parisiensis Prædicatoribus improbatus, & ad Facultatem delatus, suâ in Thesi majoris ordinariæ quam Sancto Petro dicabat, præter titulum quem publicum esse voluit, habuit & occultum alterum, in quo utriusque potestatis ecclesiasticæ & secularis apicem Sancto Petro adscribebat, & de hâc duplici authoritate ligandi & solvendi potestatem explicabat his vocibus, quibus suum claudebat elogium, *Omnia liganti & solventi super terram & in cœlis*, id est, tenenti apicem utriusque potestatis. Rem non nisi actu majoris ordinariæ jam celebrato accepit Facultas ex M. Edmundo Pirot Syndico suo frequentibus Comitiis ordinariis, post Missam de Sancto Spiritu, pro more habitis die quartâ Novemb. an. 1682. Cujus auditâ relatione reum quoque audire voluit, qui pertinaciter coram toto Conventu titulo suo stetit, explicare pergens, ut scripserat, *potestatem ligandi & solvendi Petro à Christo traditam de utrâque potestate spirituali & temporali*. Cùmque hoc ipsum esse deprehensum sit, quod olim in Sanctarellum damnatum fuerat, cujus in quibusdam capitibus collectis & censura proscriptis, ultimum istud habeatur, quod ille explicaret verba Christi, *quodcumque ligaveris super terram, &c.* non tantùm de potestate spirituali, sed etiam de temporali. Facultas id iisdem nominibus in Fratre Malagola percutiendum censuit, quibus & olim ipsa percusserat in Sanctarello, censuramque Sanctarelli quam repetiit ac renovavit, ad verbum secuta, doctrinam hanc quæ potestatem ligandi & solvendi interpretatur de utrâque potestate spirituali & temporali, improbavit & damnavit, tanquam novam, falsam, erroneam, verbo Dei contrariam, Pontificiæ dignitati odium conciliantem, schismati occasionem præbentem, supremæ Regum autoritati à Deo solo dependenti derogantem, Principum infidelium & hæreticorum conversionem impedientem, pacis publicæ perturbativam, Regnorum, Statuum, Rerumque publicarum eversivam, subditos ab obedientiâ & subjectione avocantem, & ad factiones, rebelliones, seditiones, & Principum parricidia excitantem.

Ipsum verò Fratrem Malagola, qui doctrinam hanc in Sanctarello proscriptam rursùs excitare molitus est, tanquam perjurum, seu infracti, quod non semel in ipso Facultatis aditu & in actuum suorum celebratione præstiterat, Sacramenti reum, contumeliosum in Regiam majestatem, Facultatis & Decretorum ab illâ sancitorum perfidum contemptorem, è Baccalaureorum albo expunxit, cum numquam posteà numerari voluit inter suos, ejusque nomen ubicumque legi posset suis in tabulis, aut Commentariis eradi jussit: Censuram ipsius cum Censurâ Sanctarelli, quamprimùm typis excudi publicique juris fieri mandavit. Actum in Sorbonâ die 4. Novemb. an 1682. in Comitiis ordinariis, lectum die Decemb.

primâ, & post relationem Magistrorum ad Censuræ examen selectorum recognitum die 7. ejusdem mensis.

De Mandato DD. Decani & Magistrorum præfatæ Facultatis Sacræ Theologiæ Parisiensis.

MEMM. TASSIN.

Hoc monnmentum typis editum est inter quasdam Censuras S.F.P. p. 422.

Anno Domini 1683.

Censura Sacræ Facultatis Theologiæ Parisiensis ad dandum Senatui responsum lata in Propositionem de qua ille quæsierat quid ipsa sentiret.

Æquissimis [a] supremæ Parisiensis Senatus Curiæ Judicibus Decanus & Facultas Theologiæ Parisiensis fœlicitatem & repromissam facientibus justitiam æternæ gloriæ coronam exoptat.

INTEGRÆ Religionis servandæ studiosus, avitumque suum morem sequens Senatus amplissimus sacram Facultatem consuluit, ut de quadam Propositione judicium ipsius doctrinale haberet exploratum: quam quidem ob causam plures ex hoc Ordine accersendos decrevit hocce anno die Jan. 30. Syndico palam porrigens Propositionem Facultatis examini subjiciendam. Hanc cùm primùm à M. Edmundo Pirot Syndico Facultas accepit die Feb. 1. Magistros delegit qui eam expenderent, sibique posteà quid videretur statuendum referrent. Hoc ab iis relatum die 1. Martii, omniumque ac singulorum deliberationi permissum, qui mensibus prope tribus, Martio, Aprili, Maio, Comitiis frequentibus quadragesies & quinquies habitis, Propositionem ipsam accuratè perpenderunt; suamque tandem sententiam Facultas tulit, quam ut aperiat, cùm ipsâ in Propositione de Romano Pontifice sit sermo, cujus jura non modo illæsa esse ubique voluit Facultas, sed & quâque occasione datâ religiosè venerata est, exposuit copiosè, strenuè defendit, antiquæ suæ in Sedem Apostolicam reverentiæ esse duxit hîc brevi de eâ præfari, disertèque repetere quod olim non semel professa est, Romanum Episcopum [b] *unum esse jure divino summum in Ecclesia Pontificem, cui omnes Christiani parere teneantur*, [c] & qui *immediatè à Christo non honoris solùm aut dignitatis, sed & potestatis ac jurisdictionis primatum habeat in tota Ecclesia.*

Quibus præmissis Facultas ita Senatui respondendum arbitratur.

Propositio à Senatu missa ad Facultatem his est vocibus contexta.

AD SOLAM SEDEM APOSTOLICAM DIVINO IMMUTABILI PRIVILEGIO SPECTAT DE CONTROVERSIIS FIDEI JUDICARE.

Quâ quidem de Propositione diligenter & attentè perspectâ, post præfationem superiùs habitam, sic censet Facultas.

Hæc Propositio, quatenus excludit ab Episcopis & Conciliis, etiam generalibus, judicandi de Fidei controversiis authoritatem, quam habent immediatè à Christo falsa est, temeraria, erronea, praxi Ecclesiæ adversa, verbo Dei contraria, doctrinam renovans aliàs à Facultate reprobatam.

Datum in Sorbona die Maii decimâ octavâ an. 1683. recognitum decimâ nonâ.

De mandato DD. Decani & Magistrorum præfatæ Facultatis Sacræ Theologiæ Parisiensis.

MEMM. TASSIN.

Arrest du Parlement, au sujet de deux Libelles, l'un en forme de Censure de l'Archevêque de Strigonie, & l'autre imprimé à Liege, intitulé: Disquisitio Theologico - juridica.

Contre la Déclaration du Clergé de France, du dix-neuviéme Mars 1682.

Du vingt-deuxiéme Juin 1683.

CE jour les Gens du Roi sont entrez; & Me Denys Talon, Avocat dudit Seigneur Roy portant la parole, on dit: La Faculté de Theologie s'étant assemblée en exécution de l'Arrêt du vingt-neuviéme Janvier, après une longue &

a Inscriptionem hanc habet ad verbum Instrumentum quod legitur in actis Facultatis an. 1523. ubi ipsa Senatui respondet.

b In articulis Facultatis an. 1542. Art. 23.

c In Censura M. Ant. de Dominis & aliis instrumentis quæ passim extant in commentariis Facultatis.

mûre déliberation, elle a rendu son avis doctrinal, & condamne la Proposition dont vous lui avez, Messieurs, renvoyé l'examen & la Censure: Et bien que l'opinion de ceux qui pour flatter la Cour de Rome, attribuent au Pape seul le pouvoir de décider les Controverses de la Foi, ait eté tant de fois reprouvee, qu'elle soit injurieuse à l'autorité du S. Siége, & introduite dans la seule vûë d'anéantir nos libertés; & qu'après tant de préjugez & de determinations formelles, il soit inutile en apparence de declarer de nouveau que le Pape n'est ni infaillible, ni Superieur au Concile; Cependant comme l'on découvre tous les jours que le sentiment de quelques Docteurs qui donnent au S. Siege une puissance sans bornes, & qui s'imaginent que les Evêques ne sont que les Vicaires du Pape, n'a fait dans les derniers temps que trop de progrès dans les esprits timides, & peu eclairés; c'est ce qui fait qu'il est souvent necessaire de les detromper, & d'empêcher qu'on ne répande dans le Royaume une nouvelle Doctrine, & dont les suites peuvent être si dangereuses. Et encore que l'on puisse s'etonner que la Faculté de Theologie ait déliberé pendant près de trois mois sur une proposition dont la fausseté est & paroît d'abord si evidente; le grand nombre de Docteurs qui composent présentement cette Assemblee, dont plusieurs ont donné en opinant des marques de leur érudition profonde, & recherché par une louable emulation tout ce que l'Antiquite nous fournit de plus curieux sur cette matiere, peut excuser en quelque maniere la longueur de leurs deliberations: Et outre qu'il n'etoit pas nécessaire d'en presser la conclusion; Nous devons rendre ce témoignage, que si quelques Docteurs se sont efforcés par de longs discours de trouver divers sens dans cette Proposition; Qu'il n'appartient qu'au saint Siege seul, par un privilege divin & immuable, de juger des Controverses de la Foi; il ne faut qu'en rapporter le texte pour confondre toutes ces vaines subtilités, & Nous sçavons d'ailleurs que de tous ceux qui ont composé l'Assemblée, il ne s'en est pas rencontré un seul qui n'ait avoüé & soutenu que la Proposition en elle-même est fausse, téméraire, contraire à la parole de Dieu, & à l'usage de l'Eglise, & qui n'ait en ce point souscrit à l'avis des Députés. D'où l'on peut conclure que sur le fond de la doctrine tous les suffrages ont ete uniformes, que la verité des bonnes & anciennes maximes, dont nos Ancêtres ont été si jaloux y a été solidement etablie, & que les erreurs contraires y ont été réfutees avec beaucoup de vigueur & de lumiere. De sorte que faisant reflexion sur tout ce qui s'est passé depuis un an dans la Faculte de Theologie Nous sommes pleinement persuadez que si des motifs ou des pretextes de liberté & d'independance ont excite du trouble dans les esprits, si l'on a manqué dans les formalitez exterieures, & si la soumission n'a pas été assez prompte; ce n'est pas que cet illustre Corps se soit laissé seduire ou corrompre, qu'il ait embrassé les opinions nouvelles des Docteurs Ultramontains, & renonce aux sentimens de Gerson; & Nous voyons avec joye que les petits nuages qui en avoient en quelque façon obscurci la splendeur, sont entierement dissipez, & que selon la remarque de l'Historien Romain, l'on s'emporte & l'on s'égare presque toujours quand on conteste avec chaleur, & l'on ne s'écarte jamais du droit chemin quand le jugement & la raison président à nos déliberations, *Quorum Comitiorum eventus docuit alios esse animos in contentione, alios secundùm deposita certamina incorrupto judicio.* En cet etat nous n'avons pas besoin d'un long discours pour vous demander la suppression d'une feuille volante que l'on publie, comme étant une Censure de l'Archevêque de Strigonie, & d'un autre libelle imprimé à Liege qui contient les mêmes erreurs, qui d'un côté suppose avec artifice des hypotheses odieuses pour rendre douteuse l'indépendance des Souverains, & qui d'ailleurs établit des maximes directement contraires aux décisions des Conciles de Constance & de Basle. Tous ces écrits n'ont pour but que d'insinuer que le Pape est en droit d'exercer une domination universelle sur toute l'Eglise, sans être obligé d'en suivre les regles anciennes ni de se soumettre aux Canons. Ceux qui en sont les Auteurs sont aussi tous leurs efforts pour appuyer cette chimere d'une puissance indirecte qu'ils lui attribuent sur le temporel des Rois. L'absurdité de ces Propositions a été si clairement justifiée, que nous n'avons garde d'entreprendre de les réfuter, les principes opposez à cette fausse doctrine étant appuyez sur des fondemens solides & inébranlables n'ont pas besoin de confirmation. Cependant quelque méprisables que soient ces libelles, la vigilance des Magistrats

Magiſtrats en doit arrêter le cours ; & bien qu'ils ſe detruiſent d'eux-mêmes,& qu'ils ne ſoient pas capables de faire aucune impreſſion, ſoit du côté de l'autorité ou de la raiſon ; la mauvaiſe intention de ceux qui les debitent nous doit être ſuſpecte, & dans les plus petites choſes comme dans les plus importantes, on ne ſçauroit apporter trop de précaution pour maintenir la diſcipline publique : *Parva ſunt hæc*, diſoit un Ancien, *ſed parva hæc non omittendo majores noſtri Rempublicam æternam fecere.*

Nous requerons qu'une feuille volante qui ſe debite, comme étant un Décret de l'Archevêque de Strigonie, & un autre Libelle imprimé à Liege, qui a pour titre *Ad Illuſtriſſimos & Reverendiſſimos Galliæ Epiſcopos diſquiſitio Theologico-Juridica ſuper declaratione Cleri Gallicani facta Pariſiis 19. Martii 1682. per quemdam S. Theologiæ profeſſorem*, ſoient ſupprimez, défenſes faites à toutes perſonnes de les publier, vendre ou debiter, à peine d'être procedé extraordinairemenr contr'eux, Enjoint à ceux qui en ont des exemplaires & des copies de les rapporter au Greffe de la Cour pour être ſupprimez

Ce fait le Procureur General du Roi a laiſſé ſur le Bureau ledit avis doctrinal de la Faculte de Theologie, & les autres pieces, avec les Concluſions par lui priſes par écrit, & ils ſe ſont retirez.

CE jour la Cour après avoir vû l'Arrêt parelle donne le vingt-neuf Janvier dernier, ſur la requiſition du Procureur General du Roi, par lequel il eſt ordonné que la Faculte de Theologie donneroit par écrit ſon avis doctrinal ſur une propoſition conçuë en ces termes: *Ad ſolam Sedem Apoſtolicam divino & immutabili judicio ſpectat de controverſiis fidei judicare*, & qu'à cet effet elle ſeroit miſe entre les mains du Syndic de la Faculte. Copie d'un libelle en forme de cenſure daté du vingtiéme Octobre dernier, par lequel l'Archevêque de Strigonie en attendant le jugement du ſaint Siége Apoſtolique auquel ſeul, ainſi qu'il eſt porté par ledit libelle, il appartient de juger des matieres de foi, condamne les propoſitions préſentées au Roi au mois de Mars 1682 par l'Aſſemblée du Clerge de France. Autre libelle imprimé à Liége contre leſdites propoſitions. Avis doctrinal préſenté à la Cour par ladite Faculté de Theologie ſur la propoſition à elle communiquée en exécution dudit Arrêt du vingt-neuf Janvier dernier, & les Concluſions du Procureur General du Roi par lui laiſſées ſur le Bureau le 22. de ce mois : Oüi le Rapport de M. Jean Gaudart Conſeiller, la matiere miſe en déliberation :

La Cour faiſant droit ſur les Concluſions du Procureur General du Roi, Ordonne que les exemplaires deſdits deux libelles ſeront ſupprimez, fait défenſes à toutes perſonnes d'en retenir, debiter ni imprimer aucuns ſous les peines portées par les Arrêts & Reglemens. Enjoint à ceux qui en ont de les rapporter au Greffe pour être ſupprimez, & aux Officiers de Police de tenir la main à l'exécution du preſent Arrêt. Fait en Parlement le 23. Juin 1683.

Signé, DONGOIS.

Hæc monumenta reperiuntur in Bibliotheca Sorbonica, v. 8. 9.

Conſulenda eſt Diſſertatio, 12. N. Alexandri in Hiſtoriam Eccleſiaſticam, ſec. 13. & 14. Tom. 7. p. 526. tum p. 538. Cenſorium ſuffragium ab ipſo pronuntiatum in generalibus Comitiis S. F. P. an. 1683.

Anno Domini 1691.

Acta contra quaſdam opiniones Carthefii apud Rectorem Univerſitatis Pariſienſis.

Rector & Philoſophiæ Profeſſores in Academiâ Pariſienſi. Ita convenere & ſcripſere ut ſequitur.

AU ſujet de certains Memoires mis entre les mains de M. le Recteur, de la part du Roy par M. l'Archevêque, contenans pluſieurs Propoſitions, prétenduës extraites des écrits de quelques Profeſſeurs de l'Univerſité de Paris, leſquelles Sa Majeſté deſire n'être pas ſoûtenuës dans les Ecoles.

I. Il faut ſe défaire de toutes ſortes de préjugés, & douter de tout avant que de s'aſſurer d'aucune connoiſſance.

II. Il faut douter s'il y a un Dieu, juſqu'à ce qu'on en ait une claire connoiſſance.

III. Nous ignorons ſi Dieu ne nous a pas voulu créer de telle ſorte, que nous ſoyons toûjours trompés dans les choſes même qui paroiſſent les plus claires.

IV. En Philoſophie, il ne faut pas ſe mettre en peine des conſéquences fâ-

chenses qu'un sentiment peut avoir pour la Foy, quand même il paroîtroit incompatible avec elle ; nonobstant cela, il faut s'arrêter à cette opinion, si elle semble évidente.

V. La matiere des corps n'est rien autre chose que leur étenduë, & l'une ne peut être sans l'autre.

VI. Il faut rejetter toutes les raisons dont les Theologiens & les Philosophes se sont servi jusqu'ici avec S. Thomas, pour démontrer qu'il y a un Dieu.

VII. La Foy, l'Espérance, & la Charité, & généralement les habitudes surnaturelles ne sont rien de spirituel distingué de l'ame, comme les habitudes naturelles ne sont rien de spirituel distingué de l'esprit & de la volonté.

VIII. Toutes les actions des infideles sont des péchés.

IX. L'etat de pure nature est impossible.

X. L'ignorance invincible du droit naturel n'excuse pas de peché.

XI. On est libre, pourvû qu'on agisse avec jugement & avec une pleine connoissance, quand même on agiroit nécessairement.

Monsieur le Recteur ayant assemblé tous les Professeurs de Philosophie des Colleges de plein exercice de ladite Université en son Hôtel le 28. Octobre à trois heures après midy, ils ont dit ce qui suit :

Que tous reçoivent avec une soûmission parfaite les Ordres de Sa Majesté, de ne point enseigner les susdites Propositions, & qu'aucun d'eux n'ayant jamais eu d'intention de favoriser ni directement, ni indirectement les points défendus de la doctrine de quelqu'Auteur que ce soit, Théologien, ou Philosophe, ils promettent de nouveau de s'en éloigner toûjours, & d'éviter les questions étrangeres à la Philosophie, & les expressions qui ont pû rendre quelqu'un suspect sur cette matiere. Et tous ont signé ce present Acte, qui sera fait double, pour l'un des Exemplaires être mis au Greffe de l'Université, & l'autre être présenté au Roy, pour servir de marque assurée de la saine doctrine, & de la soûmission très-parfaite desdits Professeurs.

Fait en l'Hôtel de M. le Recteur au College du Cardinal le Moine le 28. Octobre 1691.

Hæc monumenta in lucem edita sunt ad calcem, Tom. 5. Philosophiæ universalis J. Duhamel.

Anno Domini 1693.

Acta contra Carthesium Philosophum in Sorbonicæ domûs Comitiis generalibus.

Societas Sorbonica.

Die 31. Decembris anni 1693. Habita sunt comitia generalia, eaque ordinaria, in quibus.

Octavò. Cùm relatum esset ad Societatem, nonnullos Philosophiæ Professores, ex iis etiam aliquando qui ad Societatem anhelant, novas quasdam doctrinas in Philosophicis sectari, minusque Aristotelicæ doctrinæ studere, quàm hactenùs usurpatum fuerit in Academiâ Parisiensi, censuit Societas injungendum esse illis, imò & iis qui docent Philosophiam in Collegiis suo regimini creditis, ne deinceps novitatibus studeant, aut ab Aristotelicâ doctrinâ deflectant.

Hoc monumentum in lucem editum est ad calcem, Tom. 5. ejusdem Philosophiæ universalis J. Duhamel.

Anno Domini 1696.

Censura Sacræ Facultatis Theologiæ Parisiensis lata in Librum cui titulus est : *La mystique Cité de Dieu, Miracle de sa toute-puissance, Abîme de la grace, Histoire divine, & la Vie de la très-sainte Vierge Marie, Mere de Dieu, nôtre Reine, & Maîtresse, manifestée dans ces derniers siécles par la sainte Vierge, à la Sœur Marie de Jesus, Abbesse du Convent de l'immaculée Conception de la Ville d'Agreda, de l'Ordre de saint François ; & écrite par cette même Sœur, par ordre de ses Supérieurs & de ses Confesseurs. Traduite de l'Espagnol par le Pere Thomas Croset, Recolet. Tome premier. A Marseille, au Nom de Jesus, avec Privilege du Roi, 1695.*

Cum in Comitiis ordinariis Sacræ Facultatis Theologiæ Parisiensis, die 2. Maii anno Domini 1696. habitis in aula Sorbonæ, post solemne Sacrum de

sancto Spiritu, M. Claudius le Feuvre, Doctor & Syndicus ejusdem Facultatis, Librum obtulisset evulgatum sub hoc titulo: *La Mystique Cité de Dieu*, *&c*, ut Facultas in eum animadverteret; selecti sunt quatuor ex Magistris ejusdem ordinis, qui unà cum DD. Decano & Syndico diligenter legerent & examinarent prædictum Librum, & de eo ad proxima Comitia generalia referrent. Quod cùm illi in variis consessibus privatis intrà duos menses habitis, magnâ & diuturnâ conquisitione præstitissent; die 2. Julii ejusdem anni, suffragiis consentientibus, retulerunt & exhibuerunt propositiones ex prædicto Libro excerptas, quas censurâ notandas existimarunt. Quibus auditis, & dato omnibus & singulis Magistris illarum propositionum cum earum notis indiculo, assignata sunt Comitia generalia ad diem 14. ejusdem mensis, in quibus auditis iterùm iisdem DD. Deputatis, ac triginta duabus Congregationibus habitis, in quibus centum quinquaginta duo Magistri dixerunt, die tandem 17. Septembris ejusdem anni, Sacra Facultas, conclusione latâ, prædictum Librum damnandum censuit, prout de facto damnavit.

Verùm antequàm propositionibus exhibitis singulares notas apponat, præmittendam censuit contestationem publicam quâ profitetur se nihil quidquam, ferendâ censurâ imminutum velle de vero & legitimo cultu quem sanctissimæ Deiparæ exhibendum præscribit Catholica per orbem Ecclesia, cujus quidem honoris vindicem se præ cæteris præbuit hactenùs, & quâlibet occasione datâ præstituram se spondet.

Declarat itaque se sanctissimam Virginem Mariam, ut verè & propriè veri Dei Matrem venerari & magnifacere, eamque universâ visibili & invisibili creaturâ superiorem reputare, ut loquitur sanctus Germanus [a] Patriarcha Constantinopolitanus. Tenere se etiam cum Ecclesia, BB. Virginem speciali Dei privilegio immunem fuisse à peccatis omnibus, etiam venialibus; eamque cum [b] sancto Proclo tamquam penetrale innocentiæ sacrarium venerari. Se quoque confiteri illam esse Matrem Dei simul & Virginem, semperque Virginem: ac proinde detestari hæreses Nestorii, Ebionis, Joviniani, Helvidii. Agnoscere cum sancto [c] Irenæo Advocatam: cum sancto Basilio Seleuciensi, aliisque Patribus Mediatricem; tum pro materna qua salutis nostræ negotium apud Filium pertractat charitate, tum pro summa qua apud ipsum pollet gratia; ejusque ut dignitatem suprà Sanctos omnes prædicat & suspicit, ita & potentiori ejus intercessioni & tutelæ præcipuè confidere. Stare se determinationi Majorum suorum de Conceptione immaculatæ Virginis Mariæ; videlicet quòd in sua Conceptione præservata fuit ab originali labe. Sentire se denique cum veteri liturgia [e] Gallicana, eam in cœlum post mortem cum corpore & anima fuisse translatam.

Verùm cùm sanctissima Virgo falso non egeat honore, veris cumulata honorum titulis, & infulis dignitatum, ut docet sanctus Bernadus [f], immoderatum, superstitiosum, commentitium cultum planè non admittit Sacra Facultas; siquidem non est hoc Virginem honorare, sed honori ejus detrahere, ut idem sanctus Bernadus loquitur. Inde observabat olim sapienter sanctus Epiphanius [g], par & idem ex ambabus hæresibus detrimentum accidere, cùm alii sacrosanctæ Virginis dignitatem elevent, alii præter modum & rationem attollant. Rectè autem ad propositum addit idem Epiphanius posterius dogma (eorum scilicet qui Virginis dignitatem præter modum attollunt) vix alios Authores ac Patronos habere quàm mulieres. Mirum enim est quantùm hoc in genere in prædicto Libro, cujus una versio Gallicana Facultati exhibita est, excesserit & aberraverit mulier illa quæ Historiam texuit Vitæ BB. Virginis tam absonam certè, quàm inauditam, quamque dum à Deo sibi revelatam asserit, si non intendit illudere legentibus, ipsa profectò manifestè illuditur ubi fabulas, nugas, commenta & errores quorum Deus author esse non potest, pro mysteriis divinitùs revelatis obtrudit, & velut veritates constantes universis proponit.

Ad hæc advertens Sacra Facultas de excerptis propositionibus, deque ipso Libro ut Gallicè traditus est, sic tamdem pronuntiavit.

ARTICLE PREMIER.

L'Auteur fait dire à Dieu, en parlant du temps qu'il envoya son Fils au monde.

Page 15. J'envoiai alors, par un amour

a Epistola ad Joannem Episcopum Synadensem in 7. Synodo actione 4.
b Oratione 5. in S. Deiparam.
c Lib. 5. adversus hæreses, c. 19.
d Oratione in Annuntiationem.
e Edita à Mabillonio.
f Epistola 174. ad Can. Lugd.
g Hæresi 79. adversus Collyridianos.

de pere : le salut éternel & le remede à la Nature humaine, pour la guerir de ses infirmités.

Et parlant du temps auquel il écrit, il fait dire à Dieu :

Je veux maintenant départir aux hommes une nouvelle faveur, parce que le temps propre à la faire sentir est arrivé....

Voici le temps où ma misericorde va le plus éclater, & auquel je veux que mon amour soit le plus agissant, maintenant que le monde est arrivé au plus malheureux siecle qui se soit passé depuis l'Incarnation du Verbe ; auquel les hommes negligent d'autant plus leur bien, qu'ils devroient le chercher avec plus d'ardeur.

Page 16. Je leur venx présenter un miroir dans lequel ils puissent voir leur ingratitude, & les merveilles que ma puissance a operées dans cette Créature ; & je leur veux découvrir plusieurs de celles que j'ai faites en elle, & en qualité de Mere de mon Fils incarné pour le Genre humain, & qui ont été cachées jusques à présent par mes secrets jugemens.

CENSURA.

Si intendat Author in prædictis propositionibus, mysteria de sanctissima Virgine sibi (ut ait) recèns revelata, comparare & præferre Mysterio Incarnationis Verbi, & in illis majorem Dei misericordiam quàm in isto eluxisse ; amoremque ejus magis operativum fuisse : Hæc doctrina falsa est, temeraria, scandalosa, & impia.

Si verò tantùm intendat gratiam & beneficium prædictorum mysteriorum sibi (ut ait) recens revelatorum, præferri debere omnibus gratiis & beneficiis quæ Deus à tempore Incarnationis hominibus contulit : Hæc doctrina falsa est, temeraria, & scandalosa.

ARTICLE II.

L'Auteur fait encore dire à Dieu, pag. 17. Je n'ai pas manifesté ces merveilles dans la primitive Eglise, parce qu'elles contiennent des mysteres si revelez & si sublimes, que les Fideles se feroient arrêtez à les aprofondir & à les admirer lorsqu'il étoit necessaire d'etablir la Loi de grace & de publier l'Evangile ; & bien que ce n'eût pas été incompatible, neanmoins l'esprit humain, tout rempli d'ignorance, pouvoit recevoir quelques troubles, & souffrir quelques doutes, dans un temps que la Loi de l'Incarnation & de la Redemption etuit encore foible, & les preceptes de la nouvelle Loi dans le berceau : Et ce fut pour cela que le Verbe fait homme dit à ses Disciples dans la derniere Cene : *J'aurai à vous dire plusieurs choses, mais vous n'êtes pas à present disposez à les recevoir.* Il parla en leurs personnes à tout le monde qui étoit encore moins disposé avant l'établissement de la Loi & de la Foi du Fils, à recevoir la Foi & à connoître les mysteres de la Mere

Pag. 18. Je leur presente cette mystique Cité de refuge ; fais-en la description & le récit, selon que ta foiblesse te le permettra. Je ne veux pas qu'on les regarde comme des opinions ou des simples visions, mais comme une constante & infaillible verité. Que ceux qui ont des oreilles entendent.

CENSURA.

Hæ propositiones, quibus Author asserit veritates sibi fuisse revelatas, ipsis prioribus Ecclesiæ sæculis incognitas, imò & de ipsarum numero, quas Apostoli ipsi portare non potterant, easque tamquam constantes & infallibiles Fidelibus proponit : Falsæ sunt, temerariæ, scandalosæ, fanaticis & hæreticis favent, ad omnes novitates viam aperiunt, & Ecclesiæ authoritati derogant, ad quam pertinet Fidelibus proponere veritates tamquam constantes & infallibiles, ex verbo Dei scripto, vel non scripto per Apostolos ad nos transmisso.

ARTICLE III.

Pag. 123. Et nous, ô Esprits du Seigneur ! adorons & honorons cette heureuse Femme, qui doit donner chair humaine au Verbe Eternel.

Pag. 198. Bienheureuses les generations qui la verront, & qui pourront se prosterner à ses pieds & l'adorer.

Pag. 370. Les Anges de la garde de la très-douce Fille, accompagnez d'une autre grande multitude, l'adorerent, lui rendirent leurs honneurs entre les bras de sa Mere

Pag. 377. Les saints Anges adorerent & reconnurent encore dans le Trône du Très haut la très-sainte Marie.

CENSURA.

D. Syndicus retulit conditâ die, quæ erat nona mensis, ultimò Elapsi Venerandum D. Decanum, sex è Senioribus Magistris, videlicet sapientissimos Dominos DE LA ROCQUE, LE CARON, D'ETOÜILLY, DE BLANGER, BOILEAU S. FRATREM FRASSEN, & se Syndicum Versalias periisse, & Officiis Eminentissimi D. Cardinalis de Noailles, Archiepiscopi Parisiensis introductos fuisse ad Regem; Venerabilem D. Decanum nomine cæterorum Deputatorum, immò & totius Facultatis brevi oratione Regi significasse, quàm religiosâ gratulatione & admiratione prosequatur ordo sacer quotidiana ipsius ad tuendam fidei puritatem, & asserendam Ecclesiæ authoritatem promerita; quàm gratâ veneratione nuper exceperit transmissam ad se unâ cum Regiis Litteris recentem summi Pontificis Constitutionem, quam prompto obsequio illam in tabulas retulerit, & observandam ab omnibus Magistris, ac candidatis unanimi deliberatione sanxerit; tum Regem Benignu omnes & singulos Deputatos nutu perhumanè veluti complexum respundisse Sacram Facultatem à se semper magno habitam fuisse in pretio ob continua & magna ejus de Ecclesiâ merita, maximè ob constans & attentum studium amovendæ omnis prophanæ novitatis; gratum sibi accidisse quod nuper actum est à Sacra Facultate circà suscipiendam & executioni demandandam ultimam summi Pontificis Constitutionem: hortari se ut Sacra Facultas eodem semper zelo & animo pergat prodesse & fidei & Regno; satagat imprimis coërcere severè & fortiter inquieta & novitatis amantia, si quæ modo occurrerint, ingenia; pollicitumque Sacræ Facultati, nunquam defuturam, si eâ opus habuerit, Regiam authoritatem. His dictis nova adhuc addita fuisse à Rege optimo singularis tum erga venerabilem Decanum, quem speciali honore prosecutus dixit optare se illum benè valere, & longius vivere, ut officio suo ritè fungatur, & ejus partes dignè adimpleat; tum erga totam Facultatem bonitatis humanitatisque testimonia, & ita omni honore cumulatos tandem dimissos fuisse sapientissimos Deputatos.

Hæc monumenta in MSS. Censuris Sacræ Facultatis Theologiæ Parisiensis reperiuntur ad annum prædictum.

Anno Domini 1714.

Acta & Decreta Sacræ Facultatis Theologiæ Parisiensis super Constitutione S. D. N. Papæ Clementis XI. quæ incipit *Unigenitus Dei Filius*, observandâ & executioni demandandâ.

Tenor Litterarum Regiarum ad Sacram Facultatem Directarum.

DE PAR LE ROY.

CHERS & bien-amez. Notre Saint Pere le Pape Nous ayant fait presenter par le Sieur Bentivoglio Archevêque

que de Carthage son Nonce, une Constitution en forme de Bulle du 8. Septembre 1713. par laquelle il condamne le Livre intitulé : *Le Nouveau Testament en François, avec des Reflexions Morales sur chaque verset*, imprimé à Paris en 1699. ou *Abregé de la Morale de l'Evangile, des Actes des Apôtres, &c.* à Paris en 1693. & 1694. & les cent-une Propositions qui en ont été extraites : Nous aurions envoyé ladite Bulle à l'Assemblée des Cardinaux, Archevêques & Evêques, tenuë par notre ordre en notre bonne Ville de Paris, qui l'a reçuë avec le respect dû à sa Sainteté, & Nous auroit supplié de faire expedier nos Lettres Patentes pour sa publication, ce que Nous aurions fait : Et comme Nous entendons que cette Constitution soit suivie, & qu'il ne soit rien enseigné de contraire à ce qu'elle contient, Nous vous exhortons & enjoignons de tenir la main à ce que dans les Lectures de Théologie, & dans les Theses qui seront Proposées pour disputer sur les points de Théologie, ou de Philosophie, il ne soit avancé, ou enseigné aucune proposition contraire aux décisions contenuës en ladite Bulle, & de faire inserer dans vos Registres ladite Constitution, en vous conformant entierement à ce qui a été pratiqué dans l'enregistrement que vous avez fait de la Bulle qui vous a été adressée par nos Ordres le 30. Août 1705. Si n'y faites faute : Car tel est notre plaisir. Donné à Versailles le 28. Fevrier 1714. *Signé*, LOUIS. *Et plus bas*, PHELYPPEAUX.

Et au dos est écrit : A nos chers & bien-amez les Doyen, Syndic & Docteurs de la Faculté de Theologie de Paris.

Altera Regis Epistola ad Facultatem directa.

DE PAR LE ROY.

CHERS & bien-amez. Ayant été informes que notre Cousin le Cardinal de Noailles, Archevêque de Paris, a fait un Mandement qui a paru le jour même que Nous vous avons adressé la Constitution de notre saint Pere le Pape; & ayant appris que ce Mandement pourroit apporter quelque trouble dans vos Deliberations, par l'usage que quelques esprits brouillons en pourroient faire; Nous vous ordonnons que vous ayez à vous conformer entierement à notre Lettre du 28. du mois passé, & vous enjoignons de nouveau, entant que besoin seroit, que vous ayez à enregistrer ladite Constitution, sans aucun retardement, ni aucune modification; & ordonnons au Doyen & au Syndic de la Faculté de tenir la main à l'exécution de notre volonté. Si n'y faites faute: Car tel est notre plaisir. Donné à Versailles le deuxiéme jour de Mars 1714. *Signé*, LOUIS, *Et plus bas*, PHELYPPEAUX.

Et au dos est écrit : A nos chers & bien-amez les Doyen, Syndic & Docteurs de de la Faculte de Theologie de Paris.

Decretum Facultatis Theologiæ Parisiensis.

DIE Jovis primâ mensis Martii, habita sunt in Aulâ Collegii Sorbonæ, post Missam de Spiritu Sancto pro more solemniter celebratam, Comitia Sacræ Facultatis generalia, in quibus,

Sapientissimus Magister Carolus le Rouge Syndicus, dixit hodiernis in Comitiis occurrere magni momenti proponendum Sacro Ordini negotium. Accersitos heri serotinis horis à Serenissimo Principe Eminentissimo Cardinali de Rohao, Episcopo & Principe Argentinensi, magno Franciæ Eleemosynario, &c. Venerabilem D. Decanum, sex è senioribus sapientissimis Magistris nostris, & se Syndicum, quibus Serenissimus & Eminentissimus Cardinalis, consignatis Regis Litteris ad S. Facultatem directis, unâ cum recenti Constitutione S. D. N. Papæ Clementis XI. sub datâ Romæ sexto Idus Septembris anno 1713. significavit mentem Regis esse, ut Sacra Facultas misso quocunque alio negotio, vacet huic recipiendæ Constitutioni, eaque omnia statuat, quibus illa totam, ut par est, in Scholis obtineat autoritatem.

Tum D. Syndicus postulavit ut legerentur Litteræ Regis & Constitutio Apostolica; quibus lectis, D. Syndicus subjunxit.

Oportere esse hæreses, juxtà Apostolum, sed singulari Dei providentiâ numquam non suscitari viros fortes in fide, aliosque supremâ autoritate præpollentes, qui eas vel in ipsis incunabulis suffocent, aut jam adultas extinguant; atque hujusce divinæ bonitatis & providentiæ splendidum extare argumentum in hæresi Janseniana, quæ ut primùm visa est attollere caput, statim damnata ab Innocentio X. Pontifice, tùm sinuosos in gyros, serpentis instar, sese circumvolvens ab Alexandro VII. novis Constitutionibus, editoque Formulario contri-

ta, ac demum per Clementem XI. uno & altero profligata est Diplomate. Hocce vero postremum Decretum æternum fore Sanctissimi Pontificis vigilantissimæ sollicitudinis monumentum, quo nempè cernerè est quanto amore, quantâ curâ supremus ille Pastor oves sibi à Christo, cujus Vicarius est, commissas, abducat à pascuis venenatis, quanto lucis radio offusas priori doctrinæ nebulas discutiat & dissipet; quàm provido & forti consilio renascentia ex damnabili stipite virgula disrumpat, ultimas evellat fibras, & omnia elidat semina. In hacce autem postulanda Constitutione non satis prædicari posse constans & religiosissimum studium Christianissimi Regis, qui non minùs pro integritate fidei, quàm pro Regni administratione sollicitus, non solùm regium, sed & verè sacerdotalem animum exhibet. Cæterùm missam ad Sacram Facultatem præsentem Constitutionem, novum esse Augustissimi Regis erga hunc Sacrum Ordinem singularis fiduciæ & amoris testimonium.

Itaque requirere se, ut Sacra Facultas solemni Decreto præfatam Bullam Summi Pontificis Clementis XI. quæ incipit, *Unigenitus Dei Filius*, cum debitâ reverentiâ atque obsequio recipiat, eamque unà cum Regis Litteris in suas Tabulas jubeat referri, provideatque strictis cautionibus, etiam sub pœnâ exclusionis è gremio Sacræ Facultatis ipso facto incurrendâ, ne quis contrà decisiones in ea contentas aliquid dicat, doceat, aut proponat, illamque ullâ ex parte violare aut labefactare præsumat; ac demùm in ea Constitutione recipienda, eadem omnia præstet, quæ præstitit in admittenda altera Constitutione ejusdem Clementis XI. quæ incipit, *Vineam Domini Sabaoth* directa ad Sacram Facultatem, Litteris Regis, die 30. mensis Augusti anno 1705. decernatque Regi Optimo gratulationes & gratiarum actiones amplissimas.

Quæ cùm missa essent in deliberationem ab honorando Domino Magistro Francisco Huart, Sacræ Facultatis Decano & Comitiorum Præside; & cùm aliqui è senioribus Magistris vota emisissent, auditâ horâ sesqui undecimâ, prorogata sunt Comitia ad diem Sabbati tertiam mensis Martii.

Die Sabbati tertiâ Martii habita sunt in Aula Collegii Sorbonæ Sacræ Facultatis Comitia Generalia, ad eam diem prorogata; in quibus D. Syndicus exposuit, accersitos iterum à Serenissimo Principe Cardinali de Rohan, Venerabilem D. Decanum, sex è senioribus, & se Syndicum, ipsisque traditas ab eodem Principe secundas ad Sacram Facultatem Regis Litteras, quibus Rex Christianissimus significabat accepisse se nonnullos ex Magistris inchoatæ Deliberationi moras injicere voluisse, suamque adeo voluntatem esse, ut absque mora res absolveretur.

Atque iis palàm lectis in Sacra Facultate, idem D. Syndicus dixit teneri se ex officii sui ratione monere Sacram Facultatem;

1°. Semper summâ cum observantiâ, & sine ullâ exceptione, nullâve adjectâ clausulâ, receptas fuisse à Sacrâ Facultate Constitutiones Summorum Pontificum, à Rege ad ipsam missas.

2°. Præsentem Constitutionem ab Episcopis magno numero, jussu Regio ad id speciatim congregatis, summâ veneratione & obsequio acceptatam: tùm subinde Patentibus Regiis Litteris ad Supremum Senatum Parisiensem datis, ab eodem fuisse solemni Arresto relatam in Acta Curiæ.

3°. Sacram Facultatem Corpus esse omninò liberum, Sedi Apostolicæ immediatè subjectum, quod sub unius Christianissimi Regis autoritate Comitia sua habeat, & functiones seu munia sua exerceat.

Quibus præmissis, postulavit ut inchoata pergeret Deliberatio, quæ cùm absolvi non potuisset, auditâ horâ sesquiundecimâ, prorogata sunt Comitia ad diem Lunæ quintam Martii.

Die Lunæ quintâ Martii, habita sunt Comitia in Aulâ Sorbonæ ad hanc diem prorogata, in quibus absolutâ Deliberatione SS. MM. qui magno numero adfuerunt, Sacra Facultas iisdem inhærendo quæ acta & decreta sunt in recipiendâ alterâ Bullâ ejusdem sanctissimi Pontificis, quæ incipit, *Vineam Domini Sabaoth*, sic censuit.

1°. Constitutionem Summi Pontificis Clementis Papæ XI. quæ incipit *Unigenitus Dei Filius*, summâ cum reverentiâ atque obsequio recepit & amplexa est.

2°. Præfatam Constitutionem jussit unà cum Litteris Regis suos in Commentarios referri.

3°. Omnibus & singulis Magistris, Doctoribus, Baccalaureis & Candidatis præcepit, ut pari etiam obsequio dictam Bullam seu Constitutionem colant & observent; probibuitque sub pœnâ ipso facto incurrendâ exclusionis ab omni gradu & spe Magisterii, ne quis scripto fac-

tove, definitis in dictâ Bullâ ullatenùs adverserur.

4°. Nominavit D. Decanum, & sex Seniores cum D. Syndico, qui Serenissimo Principi Eminentissimo Cardinali de Rohan actis gratiis ob singularem erga Sacrum Ordinem & Magistros benevolentiam, ipsi renuncienr quid à Sacra Faculrare hodiernâ die sancitum fuerit rogentque ut pro eâ quâ pollet apud Regem Christianissimum gratiâ, imperrare velit Sacræ Facultari copiam per Sapientissimos Magistros Decanum, sex Seniores & Syndicum, adeundi Regiam Majestatem, ad grarulandum ipsi perpetuam & constantem volunratem de Religione & Ecclesiâ benè merendi; simulque ad referendas amplissimas gratias ob missam ad Sacrum Ordinem, quod magno ille ducit honori, Apostolicam Constitutionem.

Actum Parisiis in Facultatis Theologicæ generalibus Comitiis apud Sorbonam, anno, mense & diebus supradictis, & confirmatum die decimâ ejusdem mensis & anni.

Du Bosc, Scriba.

Instrumentum Deputationis ad Regem Ludovicum XIV.

DIE decimâ-quartâ Martii, in execurionem Conclusionis latæ die quintâ ejusdem mensis, Deputati Versalias se contulere. Officiis & gratiâ rùm Serenissimi Principis Cardinalis de Rohan, tùm D. D. Comitis de Pontchartrain, in secretius Regis cubiculum honorificè admissi, Regem salutarunt, eique amplissimas & humillimas grarias retulere, ob missam ad Sacrum Ordinem singulari benignitare recentem Clementis XI. Constitutionem. Depuraros summâ cum humanirare excepit Rex optimus, & auditâ Deputatorum Antiquioris brevi oratione, pro narivâ suâ gratiâ & majestare repoluir: Sibi maximè grara & accepta fuisse, quæ ad recipiendam & observandam Constitutionem Faculras decreverat; duxisse se sui esse officii hanc à Summo Ponrifice postulare Constitutionem adversùs Librum, quem nos ipsi exiriosum esse modò asseverabamus, eamque directam voluisse ad Theologorum Parisiensium Ordinem, quem plurimi semper fecerat, & benevolâ ac propensâ voluntate prosequebarur; in Facultate Parisiensi certam fiduciam semper habuisse, firmâ spe ductum, fore ut nunquàm illa à pristino suo ergà Religionem amore & studio deficeret; non dubitare se quin Decretum nostrum quantociùs typis mandari, ac juris publici fieri curaremus, cùm æquum sir & rationi maximè consentaneum, ea quæ sunt oprima, latissimè diffundi: Cærerùm monere se ac jubere ut cautè Facultas provideat, ne quid in Scholis contingar, quod debitam Constitutioni Apostolicæ reverentiam vel minimùm lædere aut damnatis in eâ propositionibus favere possit; adeoque sedulò invigilet iis omnibus arcendis, propulsandisque opinionum placitis, quæ Jansenianam redolearnt hæresim, Religioni æquè ac Regni sui tranquillitati adversam. Demùm suam regiam opem & autoritarem nobis polliceri, quam promptam semper ac paratam, ubi adimplendi officii nostri ratio postulabir, experturi sumus.

Tenor Litterarum Regiarum ad sacram Facultatem directarum.

DE PAR LE ROY.

CHERS & bien-amez. Nous avons appris avec étonnement, que quelques-uns d'entre vous oubliant le respect qu'ils doivent au Corps dont ils ont l'honneur d'être, & méprisant les loix & usages, selon lesquels ils auroient dû se conduire, se sont laissez emporter à des excès d'autant plus dangereux, qu'il y a lieu de soupçonner que le motif de leur entreprise les rend encore plus criminels. Ils ont osé de leur autorite lire en pleine Assemblée certain écrit, sans l'avoir auparavant communiqué à votre Syndic, malgré ses remontrances, & au prejudice de son opposition: *Ils ont murmuré contre l'impression de votre Decret du 5. Mars dernier, par Nous ordonnée, & conforme à vos usages*: Ils n'ont pas craint d'attaquer votre Conclusion, quoiqu'elle ait eté prononcée dans les formes, qu'elle soit inseree dans vos Registres, signée de votre Doyen, approuvee de vos Conscripteurs, & confirmée par vous-mêmes dans la lecture qui vous en fut faite le dixiéme du même mois; s'ils avoient eu le moindre fondement, ils n'avoient qu'à s'inscrire en faux; cette voye leur étoit ouverte, & c'étoit la seule permise, selon vos loix, dans les circonstances presentes; mais ils ont preferé la cabale & le tumulte, qui leur faisoit concevoir la vaine esperance de faire réussir leurs projets. Protecteur de vos loix & de vos usages, Nous

ne devons pas laisser un tel procedé impuni : c'est pourquoi Nous vous faisons cette Lettre, pour vous dire que notre intention est, que les sieurs GARSON, DESMOULINS, COURCIER, NAVARRE, DE BRAGELONNE & BEGON, ne soient plus admis dans vos Deliberations, & ce jusqu'à nouvel ordre : Car tel est notre plaisir. Donné à Versailles le 10. Avril 1714. *Signé*, LOUIS. *Et plus bas*, PHELYPPEAUX.

Et au dos est écrit : A nos chers & bien-amez les Doyen, Syndic & Docteurs de la Faculté de Theologie de notre bonne Ville de Paris.

Actus cui anno 1718. subscripserunt Quingenti & ampliùs Magistri Doctores sacræ Facultatis adversùs Provocationem interjectam à Constitutione Unigenitus.

* CUm contingat aliquandò offerre sese quasdam temporum circumstantias, in quibus silere nihil aliud sit, quam deesse Veritati ; eosque idcircò Deus vehementer arguat, qui muti latrare non valent, ubi officii ratio exigit ut loquantur ; ne tantum in nos opprobrium cadat, Nos infrà scripti S. Facultatis Parisiensis Doctores Theologi, attendentes spargi nunc in publicum, nomine ejusdem Sacræ Facultatis Parisiensis, adversùs Constitutionem *Unigenitus*, Decreta, nominatim verò certam quandam Conclusionem die 26. Septembris 1718. latam, atque indè credi facilè per Orbem posse eadem prorsùs sentire de præfatâ Constitutione quotquot sunt Theologi Doctores ejusdem Facultatis, omnesque quibuscunque in locis degant, provocationi quæ ad futurum generale Concilium interjecta fuit, adhærere ; ut gravissimo huic occurramus incommodo nec silentium nostrum pro consensu habeatur, seu potiùs ut omnibus innotescat quinam sint veri nostri sensus (neque enim possumus in tanti momenti negotio, movente ac pulsante intùs conscientiâ nostrâ, non perhibere testimonium Veritati) apertè Declaramus Nos alienos esse penitùs qui supradictæ Provocationi velimus adhærere, nostrisque suffragiis quocunque modo ea approbare, quæ jàm tentata sunt, aut deinceps tentari possint similiter, adversùs Constitutionem *Unigenitus* : imò cùm dicta Constitutio, quæ à Sanctâ Sede profecta est, sit ab omnibus fermè totius Orbis Catholici Episcopis recepta, neque ullæ conditiones desint apud nos requisitæ & usitatæ, ut vim legis obtineat, ultrò & sponte eam agnoscimus tanquam dogmaticum & infallibile Ecclesiæ judicium, cui obtemperare nos corde & animo cum omni reverentiâ & obsequio, coràm Orbe universo profitemur.

De Mandato S. Facultatis Parisiensis.
HERISSANT, *Scriba*.

* On a cru devoir ajoûter à ce Recueil cet Acte signé en 1718. par plus de cinq cens Docteurs, & présenté à S. A. R. M le Duc d'Orleans, Regent du Royaume, pour faire connoître à ce Prince, que le grand nombre des Docteurs de la Faculté de Theologie de Paris, étoit entierement opposé à l'Appel, bien loin de vouloir se joindre aux Docteurs Appellans.

On a en Original les signatures de ces Docteurs opposez à l'Appel ; & l'on est en état de representer les Actes qui furent alors envoyez à Paris, des differens Dioceses du Royaume.

Anno Domini 1716.

Censura sacræ Facultatis Theologiæ Parisiensis adversus Propositiones excerptas è codicibus M. le Roux.

MIRUM & Christianis maximè dolendum quod primum maximum, de Deo diligendo mandatum hisce temporibus fuerit à nonnullis Theologis impetitum. Extitere quidam qui præcepto amandi Dei duobus tantum vitæ temporibus aut rarò admodùm homines astringi dixerint : alii loco amoris illius vel solam exteriorem præceptorum observationem, vel merum timorem servilem induxerint : multi ad remissionem peccatorum in Sacramento pœnitentiæ obtinendam timorem solùm pœnarum, sivè naturalem sivè supernaturalem sufficientem esse asseruerint, licèt amoris Dei expertem. Imò sunt qui eò temeritatis processerint, ut Christianorum conditionem si amandi Dei necessitas ipsis incumbat, judaïco jugo magis onerosam fore affirmarint. Quibus omnibus obstant Dei præcepta quæ tùm in sacris litteris, tùm etiam in perpetua Ecclesiæ traditione continentur.

Inter illos recentiores Theologos qui circà id lapsi sunt, fuit unus è nostris, quod dolemus, M. LE ROUX Cathedræ Furnerianæ in Sacra Facultate Remensis Theologiæ Professor, qui in tractatu de Pœnitentia

Pœnitentiâ quem discipulis suis & voce & scripto tradidit, multa protulit adversùs sanam ea de re Doctrinam. Quod cum animadvertissent Theologi Remenses, pro suo in tuenda veritate & proscribendis novitatibus studio, veriti ne hæcce dogmata in Universitate Remensi serperent, ex ejus codicibus novem propositiones excerpserunt & censurâ notaverunt die 14. Januarii anni 1716. tacito tamen ob reverentiam nostræ Facultatis Magistri Parisiensis nomine.

Nihilominùs cum ex famâ publicâ & litteris à Syndico Facultatis Remensis ad se scriptis, nec non ex exemplaribus hujus censuræ, competiisset S. M. N. Ravechet Dignissimus D. Syndicus Magistri le Roux propositiones fuisse notis confixas à Theologis Remensibus, officii sui esse duxit Sacram Facultatem Parisiensem hujus rei admonere in Comitiis die 1. Februarii hujus anni habitis, quod quidem negotium ad decimam ejusdem mensis diem dilatum est, in qua, in comitiis extraordinariis ob hanc rem indictis proponente S. D. M. Chaudiere prodecano comitiorum præside, & requirente D. Syndico, nominati sunt deputati qui ea de re inquirerent & ad Facultatem referrent. Interim M. Oudinet dignissimus Syndicus Sacræ Facultatis Theologiæ Remensis misit ad Dominum Syndicum codices dictatos à M. le Roux, qui comparuit in comitiis Sacræ Facultatis die 2. Martii habitis; in quibus tùm voce tùm scripto, quod deposuit ad mensam Actuarii, exposuit suam mentem circa propositiones à Facultate Remensi damnatas, & in medium protulit exemplar suorum codicum manu suâ subsignatum, ac palam professus est se Facultati Theologiæ Parisiensi matri suæ in omnibus obsecuturum. Adiit deinceps ille, nonnullos è deputatis; per ipsos non stetit quominùs audiretur in eorum comitiis; at Parisiis citò discessit negotio ejus nondum per ipsos discusso. Interim deputati pluries convenere, magna cum diligentia codices M. le Roux lustrarunt & præter propositiones à Facultate Remensi damnatas, plures alias deprehenderunt animadversione dignas. Qua de re D. Syndicus certiorem fecit M. le Roux, ac 2ª. die Aprilis requisivit à Facultate ut potestas fieret Deputatis examinandi & referendi sententiam suam ad Facultatem de novis propositionibus quas deprehenderant. Id placuit Facultati; & juxtà ejus Decretum die 2ª. Maii sententia deputatorum relata in comitiis generalibus. Inde prælo mandatus est propositionum excerptarum è codicibus M. le Roux indiculus cum notis. Monitus præterea est per litteras à D. Syndico M. le Roux, ut non tantùm quæ scripserat ad defendendas propositiones à Facultate Remensi damnatas mitteret ad Facultatem, verùm etiam ut si quid haberet ad alias tuendas, id Facultati notum faceret: quòd cum non præstitisset M. le Roux, relatio sententiæ Deputatorum absoluta est à S. M. N. Hideux die 3. Junii. Intereà M. le Roux à Syndico per litteras admonitus scripsit ad eum plures epistolas ex quibus, & ex omni ejus agendi ratione liquidò constitit eum moras nectere: novissimè verò epistolâ datâ die 21. Julii significavit se non ante finem Septembris Parisios esse venturum, ubi non nisi per paucos dies immoraturus esset.

Cum verò non de ipsius persona tùm ageretur, sed de propositionibus contentis in codicibus, quos agnoverat pro suis, Sacra Facultas re in deliberationem missâ à venerando Prodecano comitiorum præside, requirente D. Syndico, postquam in duodecim congregationibus de hoc negotio actum est, in quibus sententiam dixerunt Magistri 131. juxtà suffragia 127. quatuor aliis in varias partes abeuntibus, nemine propositiones defendente, approbavit in comitiis habitis die 16. Julii censuram à Deputatis factam in propositiones M. le Roux, cùm nonnullorum Doctorum observationibus. Statuitque ut iidem Deputati hanc adornarent cum declaratione doctrinæ suæ adversâ propositionibus censurâ confixis, necnon censuræ præfationem præmitterent: quæ censura confirmata est die 23. ejusdem mensis & lecta simul cum declaratione; ac demùm Præfatio lecta & approbata est in comitiis generalibus die 1. Septembris 1716.

Sequitur Censuræ & Declarationis tenor.

I.

ª IN id præcipuè probandum incumbemus, ut secundùm omnium sæculorum traditionem, à solo timore vera sit pœnitentia, per timorem voluntas à creaturis verè avertatur, convertatur ad Deum, denique ab ipso timore vera sit justitia, ut est à charitate.

CENSURA.

Hæc propositio falsa est, scandalosa, temeraria, erronea & quatenùs ultimus ver-

ª De attrit. propos. 2. prob 3.

bis enuntiat parem esse virtutem timoris & charitatis ad justitiam obtinendam, haeretica.

II.

[a]Cùm verò hanc susceperimus controversiam, eâ mente præcipuè, ut charitatis cujusdam remissæ, sed prædominantis necessitatem è medio tolleremus; sufficit nobis advertere nullum ferè Theologum, usque ad Jansenii Iprensis ætatem, ejusmodi charitatis necessitatem propugnasse; ex quo erit invictum argumentum adversùs opinionem quam impugnamus, novitatis scilicet.

CENSURA.

Hæc propositio quantùm ad primam partem temeraria, scandalosa, Christianarum aurium offensiva: quantùm ad secundam est falsa, sanctis Patribus & antiquis Theologis injuriosa, & auctoris eâ in re inscitiam prodit.

III.

[b]Igitur, cum prædicta doctrina, (quod scilicet timor non excludat affectum peccati,) damnata sit, contradictoria doctrina vera censeri debet; quod nimirum timor pœnarum æternarum ipsum peccandi affectum excludat, adeoque & ipsa contritio ex eo concepta.

CENSURA.

Hæc propositio falsa est, erronea, Doctrinæ Concilii Tridentini contraria.

IV.

[c]Christus hominum saluti, faciliore ratione non consuluisset, si necessaria esset charitas prædominans, in Sacramento ...... nobis impositum fuisset jugum (amoris prædominantis) quod Judæis necessarium erat, simul & aliud maximè onerosum, quo liberi erant, nempè confessio.

CENSURA.

Hæ propositiones sunt falsæ, scandalosæ, piarum aurium offensivæ, erroneæ Spiritui Legis novæ, & Passionis Christi contumeliosæ.

V.

[d]Numquam à Theologis dictum aut scriptum est, charitatem Dei super omnia, esse inchoatam.... hanc distinctionem (charitatis perfectæ & imperfectæ) nulli ex antiquis Theologis tradidêre.....

CENSURA.

Hæ propositiones falsæ sunt, temerariæ, sanctis Patribus & Theologis, atque doctrinæ Concilii Tridentini adversæ.

VI.

[e]Si dolor attritionis motivo conceptus non esset vera pœnitentia, eo non esset usus dumtaxat Deus, ut impios ad conversionem adduceret: alia quoque motiva proposuisset, eum juxta adversarios sint necessaria: atqui tamen, &c...... Profectò noverat Deus, cum ab impiis conversionem exigeret, necessariam esse affectûs peccati depositionem, tamen illius conversionis motiva non proposuit nisi motiva attritionis..... nec est quod immoremur in ea calumnia refellenda, quâ nostram sententiam relaxationis accusant. An relaxationis ipse Deus accusandus erit, qui solius attritionis motivis per Prophetas & Apostolos ad pœnitentiam adhortatur?

CENSURA.

Hæ propositiones falsæ sunt, temerariæ, scandalosæ, erroneæ, verbo Dei contrariæ, impiæ & hereticæ.

VII.

[f]Eamdem sententiam (scilicet attritionem ex solo pœnarum timore conceptam) sufficere ad obtinendam in sacramento Pœnitentiæ justificationem tradit Catechismus trium Episcoporum.

CENSURA.

Hæc propositio est falsa, temeraria, injuriosa tribus Episcopis, & aliis qui suum fecêre hunc Catechismum, in quo contraria Doctrina apertè & disertè continetur.

VIII.

[g]Dummodò tuta sit in praxi sententia, non tenemur tutiorem sequi ...... Dubium non est attritionem sufficere; quod evidenter probavimus.

CENSURA.

Hæc propositio, ea in parte in qua au-

a Dissert. 2. probat. 6. ex Theologis post Concil. Trid.
b Ibid. prob. 4. ex bullis summ. Pontific.
c Ibid. Probat. ultima ex rationibus Theolog.
d De Attrit. propos. 1. probati. 2.
e Ibid. de attr. 2. propos. 2.
f Ibid. Probat. 5.
g Ibid. probat. ultima ex rationib. Theolog.

thor affirmat dubium non esse, quin attritio amoris Dei expers, sufficiat in sacramento Pœnitentiæ, & hanc opinionem tutam esse in praxi, est falsa, perniciosa, temeraria, & doctrinæ Concilii Tridentini adversa

IX.

[h] *Loquens de pœnitentiâ Davidis quam veram fuisse inficiari nemo potest*; Ibi, *inquit* nulla mentio charitatis cujus motivo ad compunctionem cordis excitatus fuerit David ..... *ad objecta sibi omnia veteris Testamenti loca, quibus Deus à Judæis exigit conversionem ex toto corde, novum cor, spiritum novum, respondet sermonem non esse de amore charitatis etiam remissæ*, imò, *inquit*, si textus objectos perpendamus, facilè agnoscetur conversionem illam ex toto corde niti nun charitatis motivo, de quo nulla ibi mentio; sed motivis puræ attritionis. .... *Locus Deuteronomii* attritioni apertè favet. .... Vides ibi motiva charitatis non proponi ad conversionem ex toto corde, sed sola attritionis motiva, timorem nempè iræ divinæ.

CENSURA.

Hæ propositiones quatenùs absolutè enuntiant Deum ad justificationem Judæorum nihil aliud quam attritionem exegisse, falsæ sunt, temerariæ, erroneæ, verbo Dei contrariæ.

X.

[i] Ex his constat timorem pœnarum æternarum, qui attritionis motivum est, esse initium & coronam sapientiæ.

CENSURA.

Hæc propositio est falsa, erronea, & Verbi Divini sensum pervertit.

XI.

[l] Ad effectum sacramenti Pœnitentiæ comparandum contritio fictitia, sed à pœnitente invincibiliter putata ut vera, sufficit.

[m] Hinc novitatis arguitur illa ejusdem Authoris (*Juenini*) sententia, quâ contendit contritionem fictitiam, quæ invincibiliter putatur vera, non sufficere ad effectum sacramenti percipiendum.

h De attriti. prop. 2. probat. 1.
i Ibid.
l Differt. 1. q. 1. art. 2. de proprietatibus contrit. propos. 1.
m In controver. peculi. de contriti. ad justific. in Sacra. Pœnit. requisita propos. 2. prob. 6. ex Theolog. post Conc. Trid.

CENSURA.

Hæc propositio falsa est, Fidelibus perniciosa: & in quantum peccatori veniam absque verâ conversione cordis pollicetur, hæretica.

XII.

[n] Per præceptum dilectionis tenetur homo in quibusdam circumstantiis actum dilectionis Dei elicere; & illæ circumstantiæ sunt primus rationis usus, & mortis imminens periculum.

CENSURA.

Hæc propositio quà restringitur obligatio eliciendi actum dilectionis Dei ad duas vitæ circumstantias, est scandalosa, perniciosa erronea & præcepto amoris Dei contraria.

XIII.

[o] Instat Jueninus, sequi ex ejusmodi argumento hominem, qui quadraginta annis in impietate peractis sacramentalem absolutionem attritus tantum reciperet, & subitò mortali morbo correptus amitteret rationis usum, salvari quamvis nusquam, ne in ipso vitæ quidem exitu, Deum dilexerit; justificatus enim ille est ex nostrâ sententiâ, adeoque jus habet ad felicitatem æternam.

[p] Id quidem ultro fatemur.......... nullum est prorsus inconveniens ut salvetur, quia non tenetur præcepto dilectionis formalis & explicitæ, nisi cum ei facultas adest illud observandi: Facultas non adesse supponitur; ergo ei vitio verti non potest quod actum dilectionis non elicuerit; aliàs Deus juberet impossibilia.

CENSURA.

Hæc propositio est scandalosa, Christianarum aurium offensiva erronea & præcepto dilectionis Dei contraria.

XIV.

[q] In eo errant adversarii quod supponant quasi evidens esset agi de justificatione internâ Ninivitarum; agitur dumtaxat de ipsorum cum Deo reconciliatione quantùm ad temporalia.

CENSURA.

Hæc propositio falsa est, temeraria, scandalosa, erronea, verbo Dei contraria.

n Differt. 2. q. 1. art. 2. prob. ulti.
o Ibidem.
p In responsi.
q De attriti. probat. 2. ad Instan. ulti.

XV.

[r] Illud sapientis effatum Ecclesiastici 5. *non tardes converti ad Dominum, nec differas de in die diem*, secundum interpretes consilium est, non præceptum: prætereà, etsi præceptum esset, censetur ille differre conversionem suam qui statis temporibus non convertitur. Statuta illa tempora sunt necessitatis casus, mortis periculum, confessio peccatorum facienda........ & is casus est annua confessio ab Ecclesiâ præcepta....... Item cum urget lex recipiendi aliquod sacramentum vivorum & quoties munus incumbit saltem ex officio aliquod sacramentum administrandi.

CENSURA.

Hæc propositio quoad primam partem, quâ absolutè enuntiatur effatum Ecclesiastici consilium esse non præceptum, falsa est, temeraria, scandalosa, piarum aurium offensiva, erronea, Scripturæ sensum depravat, & impœnitentiæ finalis periculum inducit. Quoad secundam partem quæ præceptum conversionis coarctat ad mortis periculum, ad annuam confessionem, & alios paucos casus ibi designatos, itidem falsa est, temeraria, scandalosa, & perniciosam salutis negligentiam inducens.

XVI.

[s] Nec ullis in casibus (*disciplinam dandæ absolutionis ante satisfactionem*) murare cuivis licet, nisi forte pœnitens consentiat.

CENSURA.

Hæc propositio falsa est, scandalosa, peccatorum emendationi noxia, Ecclesiæ praxi & potestati clavium adversa.

XVII.

[t] Testimonium Joannis (1. Epist. c. 3. *qui non diligit, manet in morte*) de fraternâ charitate formali & explicitâ non agit..... vult solum excludi odium proximi.

CENSURA.

Hæc propositio est falsa, scandalosa, perniciosa, Scripturæ sensum depravat, & præcepto dilectionis proximi contraria est.

Cæterùm non intendit S. Facultas probare alias propositiones, quæ extant in codicibus sibi exhibitis à M. le Roux, quarum aliquas tùm Deputati, tùm alii Magistri observaverunt Censurâ dignas.

Datum in Comitiis generalibus S. Facultatis die 16. Julii anni 1716. Confirmatum die 23. ejusdem mensis.

Hæc monumenta reperiuntur in Bibliotheca Sorbonica. Z. 2. 119.

Anno Domini 1729.

Acta & Decreta Sacræ Facultatis Theologiæ Parisiensis, super Constitutione S. D. N. Papæ Clementis XI. Quæ incipit Unigenitus Dei Filius, *observandâ & executioni demandandâ.*

DIE Veneris quartâ Novembris, post Missam de Spiritu sancto, de more solemniter celebratam, habita sunt Comitia generalia eaque ordinaria in Aulâ majore Collegii Sorbonæ, Præside S. M. Jacobo Leullier Decano, in quibus

S. M. N. de Romigny, pro suo munere Syndici quo jussu Regis fungitur, dixit afferre se ad S. Facultatem Epistolam regiam, quam mense præterito ea lege acceperat, ut plenis hisce in Comitiis legeretur; petiitque ut, more solito, fieret ejus lectio palàm à Scriba S. Facultatis; & lecta est supràdicta Epistola, cujus hic tenor.

DE PAR LE ROY.

CHERS & bien amez; l'esperance que Nous avions conçuë que ceux d'entre-vous qui s'étoient élevez contre la Constitution *Unigenitus*, rentreroient enfin dans leur devoir, & se soûmettroient sincerement à cette Bulle, que nous avons déclaré plusieurs fois devoir être regardée comme une loy de l'Eglise & de l'Etat, Nous a fait differer jusqu'ici de les punir, suivant la rigueur de nos Ordonnances: mais loin que notre clémence les ait porté à changer de conduite, Nous avons été informez que plusieurs de ces Docteurs ont renouvellé leur Appel téméraire de cette Constitution, contre les défenses expresses portées par notre Déclaration du 4 Aoust 1720. Que la plûpart d'eux ont adheré à l'Evêque de Senez; qu'il y en a qui lui ont écrit pour s'unir à sa doctrine; & qu'ils ont même révoqué la signature du Formulaire qu'ils avoient faite pour être admis dans votre Faculté;

[r] De contrit. necessit. 4. propos. respons. ad object. 2.
[s] Art. 2. de satisfact. essent. tit. de satisfact. ministro.
[t] De Attrit. probat. 2. Script. Sacr. object. 1. ad Instant. 2.

Faculté : démarche, qui, aux termes de vos Conclusions, les prive & exclut pour toujours des degrez de la Faculté, & des prérogatives qui y sont attachées ; ainsi ne pouvant dissimuler plus long-tems une si grande témérité, & une révolte si criminelle, Nous vous faisons cette Lettre, pour vous dire que Nous voulons que tous ceux, qui depuis notre Déclaration du quatre Aoust mil sept cent vingt, ont appellé de la Constitution *Unigenitus*, ou qui, en quelque façon que ce soit, ont adhéré à l'Evêque de Senez, & pareillement ceux qui ont rétracté la signature qu'ils avoient faite du Formulaire, soient privez de toutes fonctions & droits de Docteurs, & exclus de vos Assemblées, leur défendant d'y assister, & à vous de les y recevoir ; le tout à peine de désobéïssance. Enjoignons à votre Syndic de leur notifier nos Ordres à ce sujet, & de tenir la main à l'exécution des Presentes, qui seront lûës à votre prochaine Assemblée, & inscrites dans vos Registres, si n'y faites faute. CAR tel est notre plaisir. DONNE' à Versailles le vingt-deux Octobre mil sept cent vingt-neuf.

Signé, LOUIS.

Et plus bas : PHELYPEAUX.

Et au dos est écrit : *A nos chers & bienamez les Doyen, Syndic & Docteurs de la Faculté de Theologie de notre très-chere & aînée Fille l'Université de Paris.*

Tum vero idem D. Dominus Syndicus subjunxit :

VENERANDE D. Decane, PP. SS. ac Magistri, Si ad nos dirigerentur Litteræ Regiæ, quæ juberent statim solvi Comitia nostra, ut aliquandò contigit ; obtemperandum esset illicò, & à Comitiis recedendum. Neque enim ulla, ut scitis, possunt celebrari, quæcunque sint in Regno publica Comitia, nisi in quantùm sinit summa Regis authoritas ; ipsâ autem renuente, sine morâ ab habendis Comitiis, aut si incæpta fuerint, peragendis abstinendum.

Cùm igitur non pauci ex hoc Ordine hîc adsint præsentibus in Comitiis, quibus nunc licitum non est, vetante Rege, donec aliter jubeat eadem authoritas, iis interesse ; neque jam aliis fas sit pari, ut in eorum præsentiâ Comitia nostra celebrentur, ne ex utrâque parte peccetur contrà reverentiam mandatis Regiis debitam ; seu potiùs ut omnes simul Regiæ obtemperemus voluntati. (Quibus enim magis convenit sese præstare obsequentes, quàm iis quibus incumbit & verbo & exemplo docere cæteros non esse Potestati resistendum, cum, teste Apostolo, nihil aliud sit quàm ordinationi Dei resistere.)

His (inquam) in circumstantiis, existimo satius esse convenientiusque, ut hodierna Comitia ad aliam diem, nempè octavam, hujus mensis prorogentur ; nec ista, utpotè oppotuna ac necessaria, displicebit dilatio.

Iis autem Comitiis pro suo erga Regem, cujus voluntas innotescit, fideli ac prompto obsequio, non intererunt, qui interesse non debent ; & curabo ego interim, sicut imperatum est mihi, & officium quo fungor exigit, ut jussa Regia executioni demandentur.

Postulo itaque, ut V. D. Decanus, velit præsentia Comitia ad diem Martis hebdomadæ subsequentis remittere, nos verò omnes in pace recedamus.

Auditâ hâc dicti S. M. N. de Romigny postulatione, V. D. Decanus, omnibus annuentibus, indixit prorogationem dictorum Comitiorum ad diem Martis octavam ejusdem mensis ; & sic soluta sunt statim incæpta Comitia.

II.

Die verò Martis octavâ Novembris, ejusdem anni millesimi septingentesimi vigesimi noni habita sunt prorogata Comitia generalia in Aulâ majore Collegii Sorbonæ, in quibus S. M. de Romigny Syndicus, dixit :

V. D. Decanne, PP. SS. ac Magistri ; Lectâ in ultimis Comitiis Epistolâ Regiâ quam audivistis, potuissem pro officio quo fungor statim postulare, ut quicumque præsentes aderant, quibus, vetante Rege, licitum ampliùs non erat remanere, ab Aulâ discederent, & quæ habebam proponenda, vestræ, ut moris est, deliberationi subjicere ; non verò ut dirimerentur, sicuti factum est, generalia Comitia ad res sacræ Facultatis peragendas ritè & statâ die congregata.

Verùm, dicam ingenuè, inurbanum fuisset admodùm novam hanc afflictis molestiam addere, nec nisi reluctante animo id præstitissem, si coegisset, durum telum, necessitas. Parcendum ergò satiùs duxi eorum nominibus, quæ appellari palàm potuissent, atque, non sine aliquo solatio, vidi torum hocce negotium absque ullo strepitu peragi, sed pacificè ac tranquillè ; quodque susceperam apud me consilium, vobis etiam tacentibus, communi

suffragio comprobari; nec ipsi certè quos jussa Regia à nostris arcent Comitiis, pro suâ æquitate, diffitebuntur (ut arbitror) nullam inveniri potuisse agendi rationem, quæ his in circumstantiis, minùs ipsis displiceret.

Curavi, sicuti officium meum postulabat, quantùm per breve temporis intervallum licuit, scriptâ brevi epistola, eos moneri qui specialiori ratione erant admonendi; & si fortè omissi sint aliqui, monebuntur; quanquàm Regia voluntas omnibus abundè satis innotescit, adeò ut non putem præsentibus Comitiis interesse quemquam ex iis qui juxtà Regis epistolam privantur jure suffragii.

Lugenda sanè PP. SS. sors horumce Magistrorum qui à nobis avelluntur, & eorum simul qui variis temporibus nobis similiter erepti sunt: Sed lugenda non minùs sacri Ordinis nostri conditio, nisi quàm primùm etiam apud nos cessent funestæ illæ contentiones quæ, Eheu! nimias à tot annis in Religione & Regno turbas concitarunt; & quarum occasione tot mala, tot tempestates in Ordinem nostrum, non sine maximo dedecore, identidem detonarunt.

PP. SS. Sinite ut loquar candidè: Si nos tangit noster honos, restituendæque nominis nostri famæ studium; (scitis enim ut audit jam apud Catholicas gentes nostræ Facultatis Parisiensis nomen, verendum profectò nomen, ipsis olim gratissimum, solis invisum fidei Catholicæ hostibus.) Si nos, inquam, incitat stimulus potentior, servandæ in regno Religionis amor; tempus est, certè tempus est, ut bono animo omnes quæramus pacem, eamque ineundæ pacis amplectamur viam, sine qua eruut quidem inter uos multi, ut verbis Prophetæ utar, dicentes: *Pax, pax; & tamen non erit pax*, quia his in circumstantiis sumus positi, ut nulla vera pax esse possit nisi quæ in obsequio Ecclesiæ debito posita est.

Hoc intellexit diù antequàm è vivis excederet Eminentissimus bonæ memoriæ Cardinalis Noallius, atque corde læto & animo volenti, suo exemplo, ut vidimus anno præterito, non sine ingenti bonorum omnium solatio & lætitiæ sensu, coufirmavit.

Illud idem ultrò præstitit, suam ergà defunctum Præsulem reverentiam exhibens, Parisiensis Ecclesiæ Capitulum: Hoc præstiterunt, & præstant adhuc singulis diebus non privati duntaxat apertis professionibus, sed magnæ Sacerdotum, Religiosorumque Societates; ex quo præsertim Archipræsulis nostri, cui pro Ecclesiæ bono longos annos satis apprecari non possumus, in lucem prodiit Mandatum illud verè aureum quod emisit nuper, in quo reperitur potens adhortatio cum suavi eloquio ad invitandum; doctis & indoctis accommodata eruditio ad suadendum; ubique paterna comitas & simul authoritas vere pastoralis ad adducendos animos ad obsequium.

Decet-ne Patres SS. nostram Facultatem quæ cæterarum Societatum hac in Urbe, Academiarum in Regno, debuisset esse eâ in re, ut in cæteris, exemplum & norma, ulterius servare silentium; atque suo silentio fieri quasi in petram offensionis & scandali? Præstemus tandem aliquando meliora, memores conditionis nostræ, nec quemquam è nostris, qui hîc adsunt, præposterus retardet pudor; sed uno ducti spiritu, cura nostra eadem sit ostendere palàm sacri Ordinis Parisiensis Magistros, viros esse sincerissimæ amantissimos pacis.

Cæterùm ut omnia ritè & pro honore sacræ Facultatis fiant, existimarem, si ita vobis videretur, non esse expectandum ulteriùs; sed vel hâc ipsâ die saltem nominari posse Deputatos qui inter se bonâ fide videant quâ ratione, quibus mediis, negotium illud finiri quàm primùm possit; ut quò citiùs (satis autem citò, si benè & rectè) eò plus accedat lætitiæ & gaudii iis omnibus qui, fusis ad bonorum omnium authorem Deum precibus, jamdudùm rogant quæ sunt ad pacem Jerusalem. Reddita autem hac pace, redibit pristinus Ordinis nostri splendor; vigebit in melius Scholarum nostrarum disciplina, quæ non rectè servabitur, quidquid tentare voluerimus, quandiù inter Magistros non erit animorum tranquillitas & concordia; redibunt etiam ad nos, ut spero, his omnibus ritè compositis, qui è sinu nostro erepti sunt; & in omnibus benedicetur & glorificabitur Deus, qui, teste Apostolo, non dissentionis Deus est, sed pacis.

Postulo igitur ut nominentur Deputati qui expendant, quâ ratione, quibusve mediis, totum istud gravissimum negotium tandem aliquando finiri possit.

Postulo insuper ut inscribatur in Commentariis S. Facultatis Epistola Regia die quartâ hujus mensis plenis in Comitiis lecta.

Hos articulos suprà memoratos statim proposuit V. D. Decanus & in deliberationem misit.

Cum autem pergeret Deliberatio, &

jam immineret hora sesqui-undecima, non nulli verò adhuc superessent Magistri appellandi ad suam ferendam sententiam, postulavit D. Syndicus, concedi breve unius quadrantis intervallum ut absolveretur incæpta deliberatio: Annuente verò D. Decano, finita est Deliberatio, in quâ postquàm centum & sexdecim Magistri suam dixere sententiam, sacra Facultas sic censuit.

1°. Pro negotio quod proposuit D. Syndicus nominat Deputatos SS. MM. Tournely, F. Calmel, le Moyne 1. Favart, de Targny, Drouyn, Bouquet, Viriot, F. Nicolas, F. Barrin, le Vallois, & le Jeune 1. qui expendant, non quidem utrùm apud nos recepta sit Constitutio *Unigenitus*, quam sacra Facultas agnovit à se acceptatam fuisse, diebus quintâ & decimâ Martii, anni millesimi septingentesimi decimi quarti, & quam, si opus esset, declaravit sacra Facultas hìc & nunc à se acceptari; sed solùm modò ut videant quâ faciliori viâ reduci possint dissentientes ad unitatem & ad obsequium debitum huic Decreto Apostolico, vim legis habenti tum in Imperio Gallicano, tum in universâ Ecclesiâ, & referant ad sacram Facultatem.

2°. Inscribendam esse in Commentariis sacræ Facultatis Epistolam Regiam, die quartâ Novembris in Comitiis generalibus lectam.

III.

Anno Domini millesimo septingentesimo vigesimo nono, die Jovis primâ Decembris, post missam de Spiritu Sancto de more solemniter celebratam, habita sunt Comitia generalia eaque ordinaria in Aula majore Collegii Sorbonæ, in quibus.

1°. Cùm legeretur more solito ultimorum Comitiorum Conclusio, ubi ventum est ad articulum in quo S. Facultas, nominando Deputatos pro negotio proposito à Dignissimo D. Syndico, declaravit, per Decretum anni millesimi septingentesimi decimi quarti à S. Facultate latum diebus quintâ & decimâ Martii, fuisse tunc temporis in Comitiis sacri Ordinis acceptatam Constitutionem quæ incipit *Unigenitus*, insurrexit S. M. Lagneau ac si vellet, allatis quibusdam momentis, obstare quominùs confirmaretur Conclusio diei octavæ Novembris ultimi quantùm ad dictum articulum; verùm statim postulavit Dignissimus D. Syndicus ut absolveretur integra Conclusionis lectio, cui postulationi annuit S. M. Lagneau. Factâ autem lectione iterum surrexit, suffragante S. M. de la Croix 1°. & momenta, seu rationes dicti S. M. Lagneau palàm & altâ voce proferente, & contendente non posse confirmari supràdictum Articulum ultimæ Conclusionis, ob libellum quemdam supplicem à nonnullis Magistris subsignatum & oblatum Senatui Parisiensi; cui objectioni cum reposuisset Dignissimus D. Syndicus, eorum quæ non apparent, ac si non essent, idem esse debere judicium, addidissetque, ex rumoribus quidem publicis auditum reverà fuisse, talem libellum supplicem oblatum esse Senatui Parisiensi, sed eâdem famâ publicâ renuntiante, non fuisse admissum; licitum nihilominùs esse utrique, si vellet, intercedere, modò tamen scripto darent ambo momenta suæ intercessionis, ut, re propositâ, deliberaret sacer Ordo. Conticuere autem, & pacifice in Comitiis remanserunt, atque ordine suo suam sententiam protulerunt.

Spes erat futurum ut totum istud negotium ulteriùs non progrederetur, cum ecce attollit vocem S. M. Magnodet, conclamans intercedere se adversùs prædictum articulum Conclusionis; cumque hâc occasione excitaretur aliquod murmur in Comitiis, petiit Dignissimus D. Syndicus ut quisque ordine suo loqueretur, atque rursus & iterum interpellavit S. M. Magnodet, uti, accedens ad mensam Dominorum Conscriptorum & Scribæ, scripto momenta suæ intercessionis traderet, ut lectis & auditis ejus rationibus, S. Facultas posset viâ deliberationis mentem suam aperire. Rem præstitit S. M. Magnodet, atque scripto tradidit à se subsignatam dictam suam intercessionem, his conceptam verbis:

Ego infrà scriptus S. Facultatis Parisiensis Doctor Theologus, accipiens cum debita reverentia Constitutionem Unigenitus, *intercedo nihilominùs ne Conclusio lata die octavâ mensis præteriti hodiernâ die confirmetur quoad illam partem quâ dicitur, constare illam Constitutionem acceptatam fuisse à S. Facultate die quintâ Martii anni* 1714. *propterea quod ipsa sacra Facultas posteà declaraverit multis in Comitiis falsum esse illud Decretum. Datum die* 1. *Decembris* 1729. Signatum, Magnodet.

Tum verò Dignissimus D. Syndicus postulavit ut à Scriba S. Facultatis palàm legeretur supradicta intercessio; eâ lectâ requisivit, ut, missis aliis negotiis, deliberaret sacer Ordo, utrùm vellet, nullâ ha-

bitâ ratione supradictæ intercessionis, confirmare Conclusionem latam die octavâ mensis præteriti, aut expectare donec antiquior deputatorum suam relationem habuisset coram sacro Ordine; addidit nondùm esse paratam istam relationem, atque idcirco DD. Deputatos rogare uti prorogarentur præsentia Comitia ad diem decimam quintam præsentis mensis; & cum nulli essent Conscriptores, tribus antiquis Conscriptoribus abstinere jussis autoritate Regiâ à sacri Ordinis Comitiis, dixit Dignissimus D. Syndicus eligi statim posse novos Conscriptores, si placeret sacræ Facultati, nec tale negotium, utpotè levioris momenti, ullam moram allaturum quominùs perficeretur præcipuum hujusce præsentis Deliberationis caput.

His finitis S. M. Jacobus Lenllier Decanus & Comitiorum Præses, hos tres articulos in Deliberationem misit, 1°. De intercessione factâ à S. M. Magnodet. 2°. De nominandis novis Conscriptoribus. 3°. De prorogandis Comitiis ad diem decimam quintam ejusdem mensis.

Sic autem fini à deliberatione sacer Ordo pronuntiav t Conclusionem suam. Sacra Facultas,

1°. Ratam habet Conclusio m latam die octavâ mensis præteriti, eamque, nullâ habitâ ratione intercessionis factæ à S. M. Magnodet, juxtà suffragia nonaginta quatuor Magistrorum, ex centum & sept m qui suam dixere sententiam, quindecim Magistris aliter & diversâ sentientibus, hâc præsenti conclusione confirmat, & solummodò S. M. Magnodet, si petierit, concedendum esse censet Actum sui obsequii & observantiæ ergà Constitutionem *Unigenitus*, quam à se scripto declaravit acceptari.

2°. Nominat conscriptores SS. MM. de Lestang, Drouyn & Viriot.

3°. Prorogat Comitia ad diem decimam quintam hujus mensis ad audiendam relationem faciendam à S. M. Tournely, nomine cæterorum DD. Deputatorum.

IV.

Die verò decimâ quintâ Decembris 1729. habita sunt prorogata Comitia in Aulâ majore Collegii Sorbonæ in quibus, requirente Dignissimo D. Syndico, ut de audiendis tantummodo deputatis ageretur, &c, si opus esset, protraherentur Comitia usque ad horam duodecimam;

S. M. Tournely antiquior DD. Deputatorum dixit, Convenisse pluribus vicibus DD. Deputatos, juxtà mentem Conclusionis latæ die octavâ mensis præteriti, rem fuisse diligenter & cum omni studio perpensam, & libratam à dictis DD. Deputatis; esse quidem scripto paratam Relationem eorum quæ visa fuissent referenda ad sacrum Ordinem; sed cum, ob infirmam oculorum suorum valetudinem, non posset, quod à se fuerat conscriptum, legere & recitare, rogatum fuisse Dignissimum D. Syndicum à dictis DD. Deputatis & à se, uti vellet hanc in se Provinciam suscipere.

Tum Dignissimus D. Syndicus, præmissis nonnullis verbis, ut par erat, in honorem S. M. Tournely, palàm & altâ voce, omnibus audientibus, hanc relationem recitavit.

Relatio facta à S. M. N. Tournely nomine Deputatorum S. Facultatis Parisiensis in Comitiis ejusdem S. Facultatis die 15. mensis Decembris anni 1729.

Venerande D. Decane, PP. SS. Deputati xii. quos nominastis die octavâ mensis Novembris proximè elapsi ann. 1729. convenerunt in ædes S. Facultatis iteratis vicibus inter se tractaturi de gravissimo negotio quod in præsentibus Comitiis, vobis arbitris ac judicibus, terminandum & definiendum est. Rebus omnibus ab iisdem deputatis maturè, copiosè, sapienterque perpensis & libratis, unanimis fuit omnium sententia. Meæ jam partes sunt, ut tanquàm Deputatorum vestrorum senior quæcumque hoc in negotio comperta sunt à nobis, exponere vobis aggrediar.

Cum verò hujusce Deputationis finis ac scopus præcipuus fuerit, ut quâ meliori viâ fieri posset, dissidentes fratres nostri ad concordiam & unitatem doctrinæ revocentur, nulla facilior & expedita magis nobis visa est via, quàm ob oculos ponere simplici & nudâ rerum expositione, quid Sacra Facultas anno 1714. egerit in acceptandâ summâ cùm reverentiâ & obsequio Constitutione *Unigenitus*; quid posteà in Facultate actum sit pro infirmandâ & convellendâ prædictâ acceptatione; quid denique Veritatis & Religionis amor, S. Facultatis honor, officii nostri ratio nunc exigunt & à singulis Magistris præstandum sit. Sic autem ego orationem temperare conabor, ut nemini gravis futurus sim ac molestus, neque

neque ad contumeliam aut cujusquam vituperium dicam, sed ad unam veritatis normam ejusdemque manifestationem.

Non ignoratis, olim & nostris temporibus, benè multos scientiâ & pietate viros conspicuos, opinione officii, longiùs aliquandò ductos aberrasse, sed tandem apertis oculis veritati cognitæ humillimè se subjecisse, eò majori laude ac commendatione dignos, quod veritatis vindices ac defensores tantò studiosiores deinceps fuerint, quantò acriores ejus anteà impugnatores extiterant. Ita de fratribus ac Collegis nostris futurum libentissimè auguramur ac confidenter speramus.

Cum à multis annis gravissimæ excitatæ fuissent, in Regno rixæ & contentiones occasione Libri *Reflexionum Moralium P. Quesnellii*, Ludovicus decimus quartus immortalis memoriæ Rex Clementem undecimum, tunc Pontificem Maximum suppliciter exoravit, ut dignaretur quid esset de dicto Libro sentiendum, datâ solemni Constitutione Apostolicâ declarare, ut pridem excitati motus tandem aliquandò sedarentur. Annuit Pontifex optimus, atque gratulatus Regi perpetuam & constantem de Religione benè merendi voluntatem, Constitutionem *Unigenitus* post longam & maturam per annos duos integros Deliberationem, emisit die 8. Septembris anni 1713. quâ centum & una Propositiones ex dicto Quesnellii Libro excerptæ proscribuntur ac damnantur. Rex, cujus officium est non leges Ecclesiæ dare circa res spirituales & dogmaticas, sed ab Ecclesiâ datas tueri ac protegere, ad Præsules Gallicanos Constitutionem transmisit. Præsules numero XL. post navatam per quatuor ferè menses sedulam operam declaraverunt agnoscere se maximo cum lætitiæ sensu in Bullâ *Unigenitus* Clementis XI. doctrinam Ecclesiæ, atque eamdem Bullam cum reverentiâ & obsequio à se acceptari.

Jussit statim Christianissimus Rex suas, ut vocant, Litteras Patentes describi & in publicas omnes supremarum Curiarum tabulas referri, ad promptiorem & firmiorem Apostolici Decreti executionem. Constitutionem talibus munitam præsidiis Rex optimus ad S. Facultatem pro suo in eam singulari affectu destinavit, quemadmodùm jam destinaverat Constitutiones Innocentii X. Alexandri VII. & unam ejusdem Pontificis Clementis XI. ann. 1705. Datis igitur ad S. Facultatem Litteris die 28. Februarii anni 1714. Rex mandavit ut Constitutio *Unigenitus* Commentariis vestris inscriberetur, impositâ nobis hâc lege *ne quidquam adversùs Decisiones in ea contentas dicatur, doceatur, aut proponatur*; atque hâc in occasione præstaretur illud idem quod factum fuerat die primâ Septembris anni 1705. cum ipsius jussu inscripta fuit in Commentariis nostris Constitutio quæ incipit, *Vineam Domini Sabaoth*.

Die primâ Martii,[a] cùm mox à D. Syndico LE ROUGE proponenda esset Constitutio *Unigenitus* inscribenda Tabulis vestris, ecce nobis ad hanc Aulam accedentibus distributum fuit à prælo recens & adhuc madidum, Mandatum Eminentissimi Cardinalis Archiepiscopi Parisiensis, datum 25. Februarii, videlicet eo ipso tempore quo Rex scripserat ac præceperat inscribendam esse à nobis eam ipsam Constitutionem; quo quidem Mandato Eminentissimus Archiepiscopus sub pœnâ suspensionis ipso facto incurrendæ, vetabat ne ullus jurisdictionis actus circà Constitutionem, se non consentiente, exerceretur.

Hæsimus primò attoniti; hinc ex nostris nonnulli à ferendo in his Comitiis suffragio abstinuere. Nihilominùs D. LE ROUGE Syndicus, attendens dictum Eminentissimi Card. Noallii Mandatum ad Facultatem non pertinere, sui officii esse duxit, rem Constitutionis ad votum Regis esse Facultati proponendam & deliberationi Magistrorum, Præside Venerando D. Decano tunc Francisco HUART permittendam.

Cum autem ante horam sesqui-undecimam finiri Deliberatio non potuisset, prorogata sunt Comitia ad diem Sabbati 3. ejusdem mensis Martii.

Die Sabbati tertiâ Martii[b], D. Syndicus dixit accepisse se secundas ad Facultatem à Rege Litteras, quibus Rex significabat sibi renunciatum fuisse nonnullos ex Magistris occasione suprà dicti Mandati Archiepiscopi Parisiensis inchoatæ deliberationi moras injicere voluisse, adeòque velle se ac jubere ut sine morâ res absolveretur.

Quibus Litteris publicè lectis, Syndicus postulavit, ut inchoata pergeret Deliberatio; quæ cum etiam absolvi nondùm potuisset, remissa sunt Comitia extraordinaria ad diem Lunæ quintam ejusdem mensis Martii.

[a] Assemblée du 1. Mars 1714.
[b] Assemblée du 3. Mars 1714.

Die igitur quintâ [a] Martii finitâ Deliberatione sapientissimi Conscriptores DUQUESNE, DE LA RUE, & HYDEUX, accurate collatis ac numeratis ad fidem *Plumitivi*, ut vocant, Magistrorum suffragiis, compererunt centum & viginti octo Magistros dixisse sententiam; ex illis sexaginta & octo adhæsisse sententiæ D. HUMBELOT pro acceptandâ summâ cum reverentiâ Constitutione *Unigenitus*; sexdecim cùm D. LEGER censuisse eam inscribendam esse in Commentariis S. Facultatis; tredecim verò cùm D. LAMBERT, *obtemperandum Regi, non deliberandum*, cæteris in partes diversas abeuntibus.

Unum hic obiter observabimus, falsò prorsùs jactitatum, vicisse sententiam DD. LEGER & LAMBERT. Non ita est profectò; prævaluit ex fide ipsius *Plumitivi*, longè plurali suffragiorum numero sententia D. HUMBELOT.

Quanquàm, si rem inspiciamus propiùs, DD. LEGER & LAMBERT in unam & eamdem confluunt sententiam cùm D. HUMBELOT. Ad quid enim inscribendam censuit D. LEGER Constitutionem, nisi ad seriam ipsius observationem? Quomodò verò & quo sensu D. LAMBERT dixit, *Regi obtemperandum esse*, & *non deliberandum*, nisi ad mentem & votum Regis observando Constitutioni? Rem vel ipse palàm confessus est D. LAMBERT. Ut quid enim anno 1715. in Comitiis diei 5. Decembris, veniam petiit à S. Facultate, nisi propterea quod, ubi de accipiendâ Constitutione agebatur, ea verba usurpasset, (ut ipse confitebatur) quæ obsequio dato Bullæ Pontificis nimiùm favebant?

Verùm, cùm anno 1714. non-nihil discordiæ subortum fuisset inter DD. Conscriptores circà tenorem verborum quibus à V. D. Decano Conclusio pronuntianda foret, rogatus à nonnullis est D. LEGER ut ad mensam Conscriptorum & Scribæ accederet, ac declararet quibus verbis Conclusionem crederet exprimendam & pronunciandam. His usus est palàm & publicè: *Censet S. Facultas Constitutionem esse suscipiendam cùm summâ reverentiâ, & in Commentariis S. Facultatis unà cùm duabus Litteris Regiis inscribendam.* Ità reipsâ pronuntiatam à se fuisse verbo ac scripto non semel testatus est V. D. HUART Decanus Comitiorum Præses.

Non dissimulamus unum aut alterum ex nostris inter deliberandum, Constitutioni suffragatos non fuisse; quod ad suffragiorum libertatem denotandam quâ fruebantur Magistri deliberantes, hîc observatum volumus. Observamus & istud, Conscriptores quos malevoli nonnulli, discordes fuisse voluissent, rixis omnibus positis, tandem ad concordiam remeasse, ita testante ac significante scripto publico D. DE LA RUE Conscriptore, non diffidente tunc temporis D. DUQUESNE, imò & paribus votis conspirante altero itidem Conscriptore D. HIDEUX, qui palàm & publicè contestatus fuerat, revocare se & in irritum mittere approbationem quam olim dederat Libro *Reflexionum Moralium*, quem idcircò à se improbari ac rejici declaravit; non tantùm quòd à Clemente XI. summo Pontifice, & à Cardinali Noallio improbatus fuisset ac rejectus, sed etiam & à sacrâ Facultate.

Hâc ipsâ die quintâ [b], indicta sunt Comitia extraordinaria ad diem decimam Martii, quæ quidem non *furtim*, & clanculùm, sicut latere amant qui malè faciunt, sed palam & publicè, patentibus foribus, & in apertissimâ luce celebrata sunt. In Comitiis lecta & confirmata est, ne uno quidem ex Magistris, quod sedulò notandum, refragante, Conclusio quæ eo ipso juxtà Leges vestras, vestrosque mores, in rem judicatam abiit & cui refragari nefas deinceps fuit. Etenim quanta, quæso, ordinis publici perturbatio foret ac confusio, nihil fixum ac certum in civili societate haberemus, semper in incerto suspensi hæreremus, si leges semper cudere & recudere necesse foret. Quàm misera inde foret mortalium conditio!

Profectò si de tali Conclusione expostulandi locus fuisset, hic erat expostulandi ac conquerendi locus idoneus: vel intentanda inscriptio falsi, quæ via Juris aperta erat; vel incusanda Conscriptorum in numerandis suffragiis, vel V. D. Decani fides in Conclusione recitandâ. Vestram fidem, PP. SS. hîc appellamus, si quid tale tunc temporis objecerint adversarii? Siluerunt, obmutuerunt. Attamen quâ conscientiâ silere illi potuissent, si falsum putassent Decretum? si Constitutio fidem Evangelii, doctrinæ Moralis integritatem, disciplinam Sacramentorum, amorem Dei, & alia hujusmodi Religionis Christianæ, (sicuti postcà clamitarunt aliqui, & etiam num clamitant) capita & fundamenta subverteret? Siluerunt tamen illi & silentio satis superque

[a] Assemblée du 5 Mars.

[b] Assemblée du 10 Mars, où la Conclusion du 5. a été confirmée, sans aucune opposition.

declararunt se mox lectæ Conclusioni assensisse.

Sed ecce tandem accedit adhuc aliquid longè majoris momenti quod certam & splendidam, si quæ unquam fuit, Decreti vestri confirmationem suppeditat. Die decimâ Martii sex à vobis selecti seniores Magistri, quibus se se adjunxerunt alii plures, inter quos obiter observamus, adfuere DD. CHAUDIERE & DUQUESNE, Decretum vestrum Regiæ Majestati obtulere, tanquàm publicum & solemne vestræ in Sedem Apostolicam & in Regiam voluntatem reverentiæ & obedientiæ monimentum.

Quantò cum Religionis ac gratulationis sensu Rex optimus Decretum vestrum acceptum habuerit, quantâ cum benevolentiâ ac propensâ in sacrum Ordinem vestrum universum, & singulos Magistros voluntate Regiam suam protectionem & auctoritatem pollicitus fuerit, nemo nostrûm ignorat. Addidit Rex augustissimus sperare se nec dubitare, quin Decretum vestrum typis mandari ac publici juris fieri quantociùs curarentis, *cum æquum sit*, dixit, *ea quæ sunt optima, latissimè diffundi.*

Regiæ voluntati obsequendum procul dubio duxit Syndicus, non sine tamen aliquâ prudenti cautione, ne sibi aliquid præcipitanter arrogasse videretur; D. Comitem DE PONTCHARTRAIN Syndicus consuluit. Re cùm Principe communicatâ, rescripsit idem D. DE PONTCHARTRAIN, Regem velle ut quantociùs daretur opera, ut publici juris fieret ac Magistris distribueretur Conclusio lata die quintâ Martii, & confirmata die decimâ, quæ Regio jussu jam typis mandata fuerat.

Obstrepere nihilominùs ausi sunt inquieti octo vel decem Magistri conquerentes Decretum inconsultâ Facultate fuisse mandatum typis, quòd tamen editum fuerat ipso jubente Rege; atque postulantes (quasi res nondum esset confecta ac terminata) ut iterum ac de novo numerarentur, expenderenturque suffragia Magistrorum qui in Comitiis Martii præcedentis suam dixerant sententiam. Audaciam non tulit Rex Christianissimus, atque sex è Magistris, in pœnam tumultûs, à Comitiis sacræ Facultatis excludi jussit, datis ad sacram Facultatem Litteris die decimâ Aprilis, lectis in Comitiis quæ habita sunt die decimâ septimâ ejusdem mensis & anni 1714.

Violatam idcircò obtenderunt illi Facultatis libertatem. Quasi verò ad servandam libertatem necesse foret licentiam ad quodlibet audendum laxari?

Conscientiam vestram jam interrogamus, sapientissimi Patres. Eritne adhuc aliquis in S. Facultatem tam injuriosus, aut in Regiam Majestatem iniquus, qui affirmare audeat Decretum latum die 5. die decimâ Martii confirmatum, die verò decimâ quartâ solemni pompâ Regi oblatum, & ab ejus Majestate acceptum cum laude vestrâ, nihilominùs falsum ac spurium esse. Certè si falsum esset, quod aures abhorrent, ergo irrisores & illusores Regiæ Majestatis fuere, qui nomine vestro ipsi falsum pro vero decretum obtruserunt. Nonne hoc ipsum fuisset Regiæ Majestati in suo solio sedenti protervè illudere? Labem hanc & ignominiam quantociùs abstergatis.

An eò miserè effugient dissidentes ut dicant, quod cum pronuntiatum duntaxat fuerit (ut falsò putant) inscribendam esse Constitutionem, illam idcircò haberi non debere, ac si vim legis obtinuerit in Sacrâ Facultate; verùm in turpem ac crassam hallucinationem incidunt. Neque enim tantùm jussit Rex inscribendam Constitutionem, sed etiam ut nihil doceretur, traderetur & proponeretur, quod dictæ Bullæ adversari posset, atque uno verbo eodem modo, iisdemque cautionibus servaretur, ac ipsa Constitutio *Vineam Domini Sabaoth* anno 1705. inscripta in vestris Commentatiis.

Concludimus ergo quod, etsi Collegæ nostri dissidentes illud consequerentur, quod tamen pernegamus, Conclusionem Sacræ Facultatis hoc unum ferre, nempè inscribendam esse Constitutionem; operam adhuc suam perderent, & in ipsâmet Constitutionis inscriptione approbationem ejus, velint, nolint, authenticam agnoscerent, sicque Constitutionem à Sacra Facultate tunc temporis receptam, bonâ fide faterentur.

Dolentes nunc aggredimur secundam Relationis nostræ partem. In eâ enim multa occurrunt quæ æterno fuissent sepelienda silentio.

Sapientissimi Magistri Deputati ad stuporem attoniti hæserunt, cum apertis libris vestris & Commentariis quorum Copiam habuimus, ac reseratis Doctrinæ arcanis, intueri datum est quàm decolor deinceps ac deformis facta fuerit [a] Sacræ

[a] *Vide Theses*, MM. de Provemont 27 Janu. 1719. Fortin 11. Feb. 1719. Limoges 5 Janu. 1719. Guillaume 4 Maii & 5 Sept. 1719. le Moyne 8 Febr. 1719. & 2. April. 1720. le Grand 2. Jul. 1719. Bellot 20 Janu. 1719. de Brecey 11 Octob. 1719. F. Carlez 17 Dec. 1717. & innumeras alias.

Facultatis doctrina. Ecelesiæ dispersæ conclamata autoritas, unum Concilium generale velut supremus Judex controversiarum habitum; [a] læsa summi Pontificis & Episcoporum Sacra diguitas [b]; Presbyteri simplices Episcopis ferè æquali; [c] judicium in Res fidei non à simplicibus modo Presbyteris, sed etiam à Laïcis temerè vindicatum & usurpatum [d]; Ecclesia exhibita ac repræsentata tenebris tota ferè obtecta & quasi extincta vix ut tenuis quædam illius scintilla remanere videretur, ad ipsas mulierculas, [e] & *Plebeculam* miserè redacta.

Ad hæc si addideris Scholæ disciplinam. Quàm tunc mollis & laxata! Ob exilium fortiter toleratum, inquiebat Syndicus RAVECHET, æquissimum erat ut Baccalaurei quos Rex puniverat, compensarentur effusâ in ipsos dispensationum cujuseumque generis licentiâ, hoc est in rei veritate, ad contemptum [f] Regiæ Majestatis quod peccatum fuerat, laudi & merito verteretur. Nullus in dispensando modus, sive in examinibus [g] adhibendis, sive in Thesibus [h] celebrandis, sive etiam in ipsâ, ut vocant, Resumptâ antè præscriptum tempus eelebrandâ, itâ ut uno & eodem quasi momento, quidam simul & Baccalaurei & Magistri facti fuerint.

Adderem adhuc multa, nempè prorsùs neglectam, ac indè dilapidatam rem familiarem S. Facultatis, antiquos ejus codices dispersos undequaque & magnâ ex parte deperditos; sed nostris Fratribus parcendum.

Die primâ Octobris 1715. S. M. N. LE ROUGE expleto cum laude Syndicatûs sui biennio successorem petiit. Electus est S. M. N. Hyacinthus RAVECHET. Ubi talis Syndicus electus est, subodorati sunt è nostris plurimi, meditato consilio hanc factam fuisse electionem. Rem probavit eventus. Illicò D. LE ROUGE nihil tale cogitanti, imò ne quidem pro more litteras commendatitias, sibi tamen meritò debitas, postulanti, assignati sunt Deputati censores qui in ipsius Syndicatum inquirerent.

Die secundâ Decembris ejusdem anni 1715. S. M. N. HUMBELOT gravem querelam instituit adversùs orationem quam D. RAVECHET novus Syndicus ad Sacram Faeultatem habuerat die quartâ Novembris præcedentis, cum gratias ageret ob delatum sibi honorem Syndicatûs; hanc orationem dixit D. HUMBELOT injuriosam esse Summo Pontifici, Clero Gallicano, memoriæ Ludovici decimi quarti, serenissimo Regenti eò quòd quæ protulerat tenderent ad infirmandam Constitutionem *Unigenitus*, quam, addidit D. HUMBELOT, acceptaverat *unâ voce* S. Facultas. Arreptâ hâc occasione Syndicus RAVECHET reclamavit, & actionem calumniæ & contumeliæ indixit adversùs D. HUMBELOT, postulavitque, ut, omissis omnibus aliis negutiis, de illâ unâ expostulatione deliberaretur, nec priùs ex Aulâ discederent Magistri, quàm deliberatio fuisset absoluta.

Continuò pronuntiatur in Comitiis calumniosam esse & injuriosam expostulationem D. HUMBELOT. Fertur Decretoria sententia quâ Magister prædictus excluditur à Comitiis & ab omnibus muniis Magisterii, donec palàm & publicè revocasset & veniam petiisset humillimè: insuper additur falsum esse quod prædictus Magister dixerat Constitutionem *Unigenitus* acceptatam fuisse à sacro Ordine *unâ voce*.

Observate, si placet, SS. PP. modalis est, ut aiunt, hæc propositio, supponitque reverâ acceptatam Constitutionem, tametsi non *unâ voce*. Verùm expectate tantisper, ex modali statim fiet absoluta. Namque promptum Syndicus adhibet remedium: Atque cùm esset vir ad quodlibet audendum projectus, verba ista *unâ voce*, delet ex *Plumitivo* Conclusionis latæ die secundâ Decembris, totque lituris deformari ac eradi curat, ut vix hodiè legi possint.

Fraudulenta certè est ista Conclusio. Conscientiam Magistrorum qui interfuerunt interrogamus, an eâ de re tunc actum fuerit? an propositum, an deliberatum nùm acceptata nec ne fuisset Constitutio *Unigenitus*? quam tamen Conclusionem die quintâ Decembris anni 1715. confirmatam legimus.

Die secundâ Januarii anni 1716. proposita fuit à D. Syndico quæstio hæc ex meditatis insidiis gravissima, utrùm scilicet impensa occasione editionis Decreti anni 1714. pro acceptandâ Constitutione, imputanda foret Facultati? Judicium Syndici statim facilè mente antevertitis.

Die

[a] Orat. D. Ravechet, 1. April. & 22 Maii 1716.
[b] Ibid. 22 Maii.
[c] Ibid. 1. & 23. April.
[d] Ibid.
[e] Ibid. 1. April. 1716.
[f] Assemblée du 4. Nov. 1715.
[g] Examen du Sr Mery &c.
[h] Assemblée du 4 Nov. du 2 Dec. 1715. & 2 Janv. 1716. &c.

Die quartâ ejusdem mensis concluditur. 1o. Impensam illam recidere debere in authores editionis illius Decreti. 2o. Dictum vestrum Decretum falsum esse, adulterinum, commentitium, & ex commentariis eradendum.

Somnium istud est, ac vana mentis illusio? Itane quâdam veluti incantatione subitò evanescit, ac pro falso traducitur Decretum quod ab annis duobus latum èst, confirmatum ne ullo quidem reclamante, quod Regiæ Majestati non sine ejus gratularione oblatum fuit, jussu Regis typis editum, omnibus distributum? Decretum, inquam, illud subitò falsum & adulterinum declarare absque præviâ ullâ judicii formâ, nullâ factâ propositione, nullâ deliberatione præmissâ, portentum est, in hoc Sacro Ordine planè inauditum.

Rem ubi audivit Serenissimus Princeps Dux Aurelianensis, Regni Regens, tantæ temeritati frænum injiciendum esse duxit, ne temerariam manum, quam in Decretum vestrum injecerat, fortè etiam in Formularium ipsum & Censuram Arnaldi, homo ille præceps tentaret extendere. Itaque, datâ gravi ad Syndicum Ravechet Epistolâ die septimâ Januarii, declaravit Serenissimus Princeps nolle se ut in posterùm S. Facultas directè, vel indirectè ullam faceret de Constitutione mentionem; quod, si quispiam fervidioris animi, suis mandatis contrarium aliquid attentaret, se, illi D. Ravechet in culpam imputaturum.

Hanc impositam sibi silentii legem dissimulavit & occultavit Syndicus, veritus ne, si publica evaderet, legendæ ac confirmandæ Conclusioni latæ die quartâ, moras injiceret.

Igitur die octavâ Januarii Conclusionem diei quartæ legi & confirmari intrepidè postulavit. Quâ auditâ statim summo zelo insurrexit, & oblato instrumento intercessit S. M. N. Leullier, nunc Decanus noster colendissimus. *Non patiar*, exclamavit Syndicus Ravechet, verat nobis à Principe imposita silentii lex. At, quæso, nonne hanc silentii legem, quam heri accepisti, tu ipse mox infregisti? An quòd alteri nefas, tibi licet, ubi pariter urgent jussa Principis?

Ut viderunt plurimi è Magistris confirmatam die octavâ Conclusionem diei quartæ, integram permanere, spretum ac conculcatum penitùs solemne Decretum anni 1714. nec superesse spem ullam, futurum ut his turbulentis temporibus suâ præsentiâ tantam cohiberent audaciam, indignabundi ex Aulâ discesserunt, atque viginti duo ex illis, significato statim intercessionis libello, contestati sunt falsò prorsùs asseri Decretum anni 1714. adulterinum & supposititium esse.

Captâ statim hâc occasione, quorumdam verborum prætextu, quæ injuriosa visa sunt & tenellam graviorum Doctorum modestiam offendere, hos viginti duos Magistros Comitiis excludendos censuerunt die quintâ Februarii anni 1716.

Devenimus jàm, PP. SS. ad ultimam hujusce Relationis epocam, ad diem quintam scilicet Martii anni 1717. cùm ex improviso eccè astant in hâc Aulâ quatuor Illustrissimi Præsules suam ad Concilium generale Appellationem, advocato sibi Facultatis auxilio, interposituri.

Quamquam autem summo semper honore ac cultu singulos prosequamur Episcopos, eorumque conspectu honorifico frui amemus, pace tamen dixerim, cùm unus ex illis foret extraneus, nec jure Magisterii sedere inter nos posset, in legem & usum sacræ Facultatis à pluribus jàm retrò seculis constanter observatum, eo introducto, peccavit Syndicus; peccavit verò longè graviùs, quod, ipso promovente funesta facta fuerit hic palàm ista Provocatio, quæ tot turbas in Regno concitavit; atque idcircò ipse paulò post extrà Urbem Regiam amandatus temeritatis & audaciæ pœnam luit,

Verùm eo jam seposito formæ defectu longè quid gravius hîc & Facultatem offendit, & ipsammet Ecclesiam.

Facultatem dico; dùm in re tanti momenti, qualis fortè ipsi ex quo fundata est, non obtigit, non designatis priùs, ut moris est, Deputatis, re non propositâ, nec in maturam Deliberationem missâ, non exploratâ, nec ad severioris examinis trutinam adductâ, statim è vestigio, quasi abreptitii, appellandum esse ad generale Concilium conclamarunt. Recognoscitisne, PP. SS. hoc in facto mores vestros, ac leges sacræ Facultatis? Sed nullas observare leges statuerat Syndicus Ravechet.

Quantùm verò ad Ecclesiam spectat; læsa ipsius jura, ac supremam authoritatem calcatam & contritam, graviter conquesti sunt Præsules Gallicani fermè omnes, hancque dictam Provocationem ad Concilium generale tanquàm nullam, frivolam, illusoriam, temerariam, scandalosam, schismaticam, errori ac hæresi faventem quàm plurimi condemnarunt,

Licet enim [a] *Concilium generale in aliquibus casibus dici possit absolutè necessarium*; certè ut ut res sese habent in præsenti negotio, ab his Doctrinæ capitibus, quæ à summo Pontifice, conspirante Episcoporum multitudine judicata sunt, provocare, quid aliud est quam ab Ecclesiâ ad Ecclesiam, & ab eodem Tribunali ad Idem appellare? Quod procul dubio ex sese absurdum ac ridiculum est: Ecclesia enim dispersa perindè ac in Conciliis congregata, [b] vera Christi Ecclesia est, *Columna & firmamentum veritatis*, cui à Christo dictum est: [c] *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi.*

Scilicet necesse prorsùs est ad optimam Reipublicæ Christianæ constitutionem, ut semper stet aliquod Tribunal vivens ac spirans, quo subnascentes fidei causæ supremo judicio finiantur. Nisi ità provisum fuisset, pendente ac suspenso, ad quod provocatur generali Concilio, cujus, ut omnes sciunt, convocatio incerta, difficilis congregatio, finis nonnunquàm multorum annorum opus, hoc, inquam, suspenso Concilio, quò tandem recident Populorum animi? Quis fidei eorum arbiter & judex erit? An quisque privato judicio, & spiritui permittendus, *ut [d] circumferatur omni vento Doctrinæ?* Absit. Eorum igitur oculis objicienda semper Ecclesiæ fides & authoritas, per Romanos Pontifices & Episcoporum multitudinem proposita & declarata; in eorum memoriam revocandum præclarum illud BOSSUETII documentum, quo Ecclesiam sanctam, etiam extrà Synodum positam, per suos Pastores nihilominùs, Petro Duce, bellantem bella Domini adversùs Hæreses, exhibet tanquàm terribilem Castrorum aciem ordinatam, armis militiæ [e] suæ Rebellium cervices conterentem, ac destruentem omnem altitudinem extollentem sese adversùs scientiam Dei, allidentem, vel in ipso ortu, nascentes Hæreses, ut parvulos Babylonis miseræ, ad Petram, quæ Christus est, invisibile bellantis Ecclesiæ caput; sponsam suam ab alto jugi ac perenni influxu movens, prout opportunum judicat, adeò ut, etiam si dispersa sit, collectas vires suas, ubi opus est, exerat, totaque, cum suo visibili capite, procedens, hostes suos omni armorum suorum pondere premat, vincat ac debellet.

Hæc sunt fidelibus populis exponenda, ut intelligant [f] docente S. Augustino, *Congregatione Synodi opus non esse, ut aperta pernicies damnetur; quasi,* inquit S. Doctor, *nulla hæresis aliquando nisi congregatione Synodi damnata sit, cum potiùs rarissimæ inveniantur, propter quas damnandas necessitas talis extiterit, multòque sint ac incomparabiliter plures, quæ ubi extiterunt, illic improbari, damnarique meruerunt.*

Theologi Parisienses Majorum suorum, inhærentes vestigiis, apertâ confessione, præstito solemni Sacramento [g], *certâ & firmâ fide credunt, Unum esse jure divino summum in Ecclesiâ Christi militante Pontificem, cui omnes Christiani parere tenentur.* In intimis visceribus & medullis Theologorum Parisiensium insculpta vigebunt semper reverentia & obsequium ergà [h] *Petri Cathedram & Ecclesiam* illam *principalem unde unitas Sacerdotalis exorta est.* [i] *Apostolicæ Sedi undè Religionis nostræ, propitio Christo, fons & origo manavit*, communione consociati, Theologi Scholæ Parisiensis [l], *maximæ & antiquissimæ & omnibus cognitæ .... Romæ fundatæ & constitutæ Ecclesiæ, eam quam habet ab Apostolis traditionem, & annuntiatam hominibus fidem, per successiones Episcoporum pervenientem usque ad nos, indicantes, confundent omnes eos qui quoquomodo.... præter quàm oportet colligunt. Ad hanc enim propter potentiorem principalitatem necesse est omnem convenire Ecclesiam, hoc est, eos qui sunt undique fideles; in quâ semper, ab his qui sunt undique, conservata est ea, quæ est ab Apostolis traditio.*

A uobis, ut putamus PP. SS. jàm non expectatis, ut quos Constitutioni Apostolicæ tam abnormes errores affingunt Adversarii, hìc commemoremus ac seriò refellamus. Vel unâ Ecclesiæ authoritate, quâ recepta & confirmata Constitutio fuit, evanescunt ac dissipantur. Nihil etenim huic Constitutioni, quantùm ad auctoritatem quam obtinet, deesse, facilè ostendi potest. Summo consensu Apostolicæ Sedi adhæret maxima multitudo Episcoporum, ne uno quidem in exteris Regionibus dissentiente. In unâ Galliâ reluctantur numero admodùm pauci.

Verbis quidem in speciem Catholicis protestantur illi se Apostolicæ Sedi, tan-

a Conclusion de la Faculté du 9. Février 1663.
b 1. Timoth. 3. 15.
c Matth. 28. 20.
d Eph. 4. 14.
e Sermon prêché à l'ouverture de l'Assemblée du Clergé en 1682. pag. 28. & 29.

f *C. duas Epist. Pelag. l. 4. c. 12. tom. 10. p. 492.*
g *Art. C. Luther, ann. 1542. num. 23.*
h *S. Cyp. ep. 12. ad Cornel. Pap.*
i *Epist. Synod. Epist. Gal. ad S. Leon, to. 2. conc. p. 94.*
l *S. Iren. advers. Hæres. l. 3. c. 3.*

quàm unitatis centro adhærescere, sed mera verba sunt, pace ipsorum dictum sit, illusione ad fucum Populis faciendum plena. Cui enim adhærent Ecclesiæ? Quos duces ac magistros sequuntur? Summum Pontificem, cujus Decretum sugillant ac conviciis inverecundè dilacerant? Apostolicam Sedem, ac universam Ecclesiam? At Sedem Apostolicam à Pontifice in eâ sedente in præsenti negotio non distinguimus. Ecclesiam vero universam, cujus partes sunt docere ac ministerium publicum exercere, in Summo Pontifice & Episcopis, *quos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei*,[a] residere agnoscimus. Assignent nobis illos Episcopos, cùm quibus animo atque doctrinâ conjuncti sunt? Assignent quo in angulo delitescat illa Ecclesia, quam suam esse gloriantur? Ubique damnantur ac censuram reportant.

Incusabunt-ne defectum examinis, & latam ex præjudicatâ infallibilitatis Pontificiæ opinione sententiam? Falsi statim revincuntur, tot in medium prolatis exterorum Episcoporum scripto consignatis testimoniis. Verùm istud tantisper demus: Hoc statuimus & contendimus, quod verissimum est, Legem publicâ & legitimâ authoritate latam, firmam ex sese ac inconcussam esse debere, nec privato cuicunque, ut eam infirmet, fas esse inquirere in examen, modum, & motivum quo lata est. *Si semel*, ait Melchior Canus[b], *Hæreticis hanc licentiam permittimus, ut in quæstionem vocent, num Ecclesiæ Judices eam diligentiam & curam exhibuerint, quâ opus erat, ut quæstio finiretur, ecquis adeò cæcus est, qui non videat omnia mox Pontificum, Conciliorumque judicia labefactari?*

Addimus quid ampliùs, & hoc uno argumento absolvimus. Quodcumque supponatur fuisse Legis motivum, fieri nunquam posse, vi promissionum Christi, ut Ecclesia erroneam acceptet & approbet sententiam. Ergo Legis litteræ, quæ sola subsistit ac vim habet, standum est, ac supponendum providisse Christum, ne ulla desflet ex requisitis conditio, ad firmam, certam, & inconcussam definitionem.

Hæc tantæ authoritatis momenta PP. SS. juxtà mentem Conclusionis vestræ die octavâ Novembris ultimi latæ eo adduximus consilio, ut iis moti & excitati dissidentes à nobis Collegæ, quantociùs ad obsequium & unitatem doctrinæ reducantur.

Quid superest nisi ut in spiritu charitatis authoritate vestrâ invitentur, ut memores conditionis suæ, benignæ matris agnoscant vocem, seseque perfectè subditos & sincerè obedientes exhibeant. Ita censent Deputati vestri, atque ut insuper feratur à vobis hodiernâ die solemne Decretum in quo

1°. Auditis ac perpensis rationum momentis, quibus abundè constat Decretum latum diebus quintâ & decimâ Martii 1714. verum esse ac genuinum, tale à vobis agnoscatur quod illud idem S. Facultas iterùm ac de novo suum faciat, pronuntietque immerito prorsùs declaratum fuisse falsum, adulterinum & commentitium: eradantur itaque & expungantur penitùs quotquot in contrarium tentata sunt, & in Libris vestris inserta leguntur.

2°. Constitutionem *Unigenitus* Regiis Sanctionibus munitam, & in Regno promulgatam, summâ cùm reverentiâ, & integro cordis & animi obsequio iterùm ac de novo S. Facultas amplectatur, tamquàm Dogmaticum universalis Ecclesiæ judicium.

3°. Provocatio, seu Appellatio quæ legitur & circumfertur sub nomine S. Facultatis, à prædictâ Constitutione *Unigenitus* ad futurum generale Concilium die quintâ Martii anni 1717. interjecta, hodiernâ die revocetur, declaretur nulla, è nostris Commentariis eradatur & expungatur, unà cùm aliis omnibus Actibus qui prædictæ Constitutioni adversantur.

4°. Quamvis S. Ordinis Decretum mense Martio anni 1714. latum pœnam exclusionis *ipso facto* incurrendæ adversùs inobedientes pronuntiet, censent nihilominùs Deputati vestri, cum magistris Dissidentibus, agendum esse benigniùs, ipsos quantociùs munendos in charitate Christi, & hortandos in omni sollicitudine ut obtemperantes sint Ecclesiæ, Regi, ac Decreto S. Facultatis almæ Matris suæ; quod si præstiterint promptiùs, æquum judicant iidem Deputati ut S. Facultas suis optimis Officiis apud clementissimum Principem efficiat quantociùs reddi nobis absentes Fratres nostros Sin vero (quod Deus avertat) restiterint contumaciùs, quemadmodùm & si quidam alii fiant à Decretis vestris dissidentes, declaret S. Facultas *ex nunc pro tunc* eos omnes, post concessum tamen ipsis aliquod temporis intervallum à vobis præf.

a Act. 20. 28.
b *Loc. Theol. Lib.* 5. c. 5.

cribendum, omni jure Magisterii in hoc sacro Ordine excidisse, adeo ut eo ipso sine ullâ spe reditûs privati remaneant.

5°. Cùm Sacra Facultas providere debeat, quantùm in se est, ne in posterùm ad suos Gradus admittantur quiquam, nisi Constitutioni *Unigenitus* sincerè sint obsequentes, existimant Deputati statuendum ut nulli deinceps, sive Magistri ad Resumptam, sive Licentiati, sive Baccalaurei, sive Candidati ad ullos Actus admittantur, nisi certum obedientiæ suæ testimonium exhibuerint.

Hæc omnia tanquàm necessaria judicant iidem vestri Deputati, ne serpat ulteriùs tàm impotens opinionum licentia, coerceatur perniciosum inobedientiæ fermentum, errori & dissensionibus aditus omnis præcludatur, redeat pristinus S. Facultatis splendor, pax & vera pax restituatur, in quâ firmati unanimes *a uno ore honorificemus Deum Patrem Domini nostri Jesu Christi.*

Lectâ relatione idem Dignissimus D. Syndicus petiit ut juxta sententiam DD. Deputatorum deliberare vellet S. Facultas de sex capitibus, ad quæ dictæ relationis summa reducebatur, quibus tamen septimum addi posse existimabat nempè de ipsâ DD. Deputatorum relatione approbandâ, inscribendâ in Commentariis, & mandandâ typis si opportunum videretur.

Tum V. D. Decanus hos septem articulos in deliberationem misit.

Finitâ autem & absolutâ ante horam duodecimam deliberatione, his verbis Sacer Ordo suum Decretum tulit.

Decretum Sacræ Facultatis Theologiæ Parisiensis, latum die XV. *Decembris anni* 1729.

Sacra Facultas, ad suffragium nonaginta quinque Magistrorum ex centum & unu Magistris qui suam dixere sententiam, sex in varias sententias abeuntibus, auditâ Relatione factâ à S. M. N. TOURNELY nomine Deputatorum, ipsisque gratiis actis,

1°. Eam laudat & approbat in omnibus, jubet ut inscribatur in suis Commentariis, atque etiam Mandetur typis, Latinè & Gallicè, ubi tamen res opportuna judicata fuerit & dicta Relatio fuerit recognita.

2°. Attendendo ad gravissima rationum mumenta quibus abundè constat Decretum Sacri Ordinis latum diebus quintâ & decimâ Martii 1714. verum esse ac genuinum, illud iterùm ac de novo suum facit, & agnoscit immeritò prorsus fuisse declaratum falsum, adulterinum & commentitium, atque idcircò vult ut nullâ habitâ ratione lituræ factæ quartâ Januarii 1716. quantùmvis per non-nullas conclusiones probata videatur, illud Decretum suum omne robur habeat, & hâc præsenti Conclusione in integrum restitutum censeatur; nec non quæcumque contrà ipsum subinde tentata sunt, penitùs deleantur & eradantur, adhibitâ mentione ad marginem præsentis Conclusionis.

3°. Constitutionem, Sanctissimi Domini Nostri Clementis Papæ XI. datam die octavâ Septembris anno 1713. quæ incipit *Unigenitus Dei Filius*, summa cum reverentia, & integro cordis & animi obsequio iterùm & de novo amplectitur tanquàm Dogmaticum Ecclesiæ universalis Judicium.

4°. Provocationem, seu Appellationem quæ legitur & circumfertur sub nomine Sacræ Facultatis à prædicta Constitutione *Unigenitus* ad futurum generale Concilium die quintâ Martii anni 1717. interjectâ, præsenti Conclusione, quantùm opus est, revocat, pro nulla haberi jubet, cassat & antiquat, atque è suis Commentariis vult & imperat eradi & expungi, nec non alios omnes Actus prædictæ Constitutioni adversantes.

5°. Cum nihil S. Facultas exoptet magis, quàm ut Dissidentes quos à nostris Comitiis Rex jussit abstinere, ad unitatem doctrinæ & ad præstandum obsequium prædicto Apostolico Decreto debitum redeant & adducantur, eos in charitate Christi omni studio invitat & adhortatur, ut attendentes ad indubitatæ authoritatis momenta quæ omnem contumaciam frangere debent, memores quoque conditionis suæ & Jurisjurandi toties ab ipsis præstiti, atque suæ Matris vocem agnoscentes, se perfectè subditos, & sincere obedientes in omnibus exhibeant & profiteantur: tùm vero spondee eadem Sacra Facultas se apud Regiæ Majestatis clementiam sponte & ultro acturam suppliciter in ipsorum favorem & gratiam.

6°. Favendo dictis Magistris, & aliis, si qui sint dissidentes, quod absit, concedit duos menses integros à die præsentis Conclusionis latæ computandos in gratiam eorum qui Urbem incolunt, quatuor

a Rom. 15. 6.

tuor vero iis qui extrà Urbem & Banleucam commorantur,ut, intrà præscriptum temporis intervallum, S. Facultati veri obsequii sui certum testimonium exhibeant: quod ni fecerint, declarat, *ex nunc pro tunc*, S. Facultas tales Magistros quicumque fuerint, penitùs & absque ulla spe reditùs exclusos ab omni aditu Comitiorum suorum, nec non à quolibet jure Magisterii & Doctoratûs.

7°. Ut S. Facultas provideat in posterùm, ne ad suos Gradus admittantur quiquam, nisi Decretis Apostolicis, nominatim verò huic quod incipit *Unigenitus*, sincerè obsequentes sint, vult & jubet ut quicumque deinceps accessuri sunt, aut Magistri ad Resumptam propugnandam, aut Licentiati ad Lauream Doctoralem adipiscendam, aut Baccalaurei primi ordinis ad Gradum Licentiæ obtinendum, aut Baccalaurei secundi ordinis ad aliquos Actus Theologicos, sive ad respondendum, sive ad disputandum, aut denique Theologiæ Candidati ad respondendum de Tentiva vel supplicandum, ut vocant, *pro primo cursu*, teneantur omnes & singuli declarare se corde & animo perfectè submissos esse supradictæ Apostolicæ Constitutioni; sin minùs *ipso facto* rejiciantur.

8°. SS. MM. Brillon socio Sorbonico & Crouset qui, inter deliberandum, corde magno & animo volenti addiderunt, & expressè declararunt à se interjectam à Constitutione *Unigenitus* ad futurum generale Concilium provocationem revocasse se & revocare, Actum suæ declarationis libentissimè concessit.

Signatum, J. Leullier, *Decanus.*

V.

Anno Domini millesimo septingentesimo trigesimo die Lunæ secundâ Januarii post Missam de Spiritu Sancto de more celebratam habita sunt Comitia generalia, eaque ordinaria in Aulâ majore Collegii Sorbonæ, in quibus

1°. Lectæ sunt Conclusiones latæ in Comitiis, tum die primâ Decembris proximè elapsi, tum die decimâ quintâ ejusdem Mensis celebratis: Factâ autem harumce Conclusionum lectione, S. M. Catherinet surrexit, & legit palàm à se scriptam formulam quamdam Intercessionis, cui interpellatus à dignissimo D. Syndico accedens ad mensam DD. Conscriptorum & Scribæ propriâ manu subscripsit; is autem est prædictæ Intercessionis tenor:

Ego infrà scriptus S. Facultatis Parisiensis Doctor Theologus, socius Sorbonicus intercedo Conclusionibus lectis, eò quòd interjectâ appellatione ab octoginta quatuor Magistris ad supremum Senatum, cujus instrumentum significatum est V. D. Decano, S. M. de Romigny *& Scribæ, ut denuntiarent præsentibus Doctoribus, causa illa pendeat apud supremum Tribunal, atque, in præjudicium appellationis hujus, terminari non possit, ut jam in ultimis Comitiis declaravi; cujus quidem Intercessionis meæ Actum & instrumentum postulo. Datum in Comitiis ordinariis S. Facultatis anno millesimo septingentesimo trigesimo, die secundâ Januarii.*

Signatum, Catherinet.

. . . .

4°. SS. MM. De Lamet, De Moucy, Danez, De La Pierre, De La Brosse, Le Normant, Pruvost, De Mailly, F. Truyard, Le Febvre, Olivier, Elie, F. Marivin, Foubert, Chopplet, Vassaoel, qui non potuerant, sive ob negotia, sive ob infirmam valetudinem Comitiis interesse habitis die decimâ-quintâ Decembris ultimi, in quibus, post auditam Relationem factam à S. M. N. Tournely, solemne Decretum pronuntiatum est quo Sacra Facultas & agnoscit suum Decretum dierum quintæ & decimæ Martii anni millesimi septingentesimi decimi quarti verum esse ac genuinum, & iterùm amplectitur Constitutionem *Unigenitus* tanquàm universalis Ecclesiæ Dogmaticum Judicium, declararunt palàm, unusquisque loquens ordine suo, sibi admodùm probari quæ in istis Comitiis à S. Facultate sancita sunt, & Actum suæ perfectæ Adhæsionis postularunt.

5°. Dignissimus D. Syndicus oratione habitâ ad sacrum Ordinem dixit:

V. D. Decane PP. SS. Est magna apud omnes bonos qui de re Catholicâ rectè sentiunt, maximè verò apud eos ex hoc Ordine Magistros, qui varias nostræ Galliæ Diœceses incolunt, expectatio legendi Decreti quod in ultimis Comitiis vestra tulit autoritas, hodierna confirmabit. Jam diù, quod à vobis nuper tantâ animorum consensione sancitum est, votis ardentibus exposcebant, molestè ferentes, dolentesque vehementer dùm recogitabant corde, atque animo revolvebant ea omnia quæ post Ludovici XIV, triumphantis memoriæ obitum, nebulosis temporibus in hoc Ordine contrà fas omne tentata fuerunt & peracta, nondùm

esse à vobis strenuè ac fortiter reparata; laborare idcireò semper sinistrâ famâ apud Catholicas gentes verendum Sacræ Facultatis Parisiensis nomen. Urgebant nos itaque longas increpando moras; ubi autem verbum, quod apud nos istis diebus factum est, acceperunt, tùm enimverò lætari in Domino, gratulari sibi & vobis, restitutum bonorem sacri Ordinis nostri, assertam veritatem, cautiones adhibitas plenas sapientiæ, ne deinceps tales turbæ in hoc Ordine oriretur. Indè Deo præpotenti tantorum bonorum autbori immortales gratiarum actiones non cessant rependere. Verùm insuper, (ut fidem faciunt litteræ quas ex variis jam accepi locis) aliquid pustulant ulterius, quod nobis certè honorificum valdè est & erit ad corroborandum, firmandumque quod præstitimus, maximi ponderis adjumentum: Scilicet Decreti vestri ultimi ad se exemplaria mitti petunt, ut ad Decretum vestrum accedentes, sua vestris suffragiis adjungant suffragia. Tunc patebit profectò dissidentium nostrorum paucitas, & quænam esset mens Sacræ Facultatis, si in unum Magistri omnes congregati circà præsens negotium loquerentur. Patebit rem parùm suæ causæ deploratæ faventem præstitisse eosdem Magistros dissidentes, dùm, ad fucum faciendum, animosque commovendos, undequaque corradere satagunt nomina Magistrorum qui suis subscribant famosis libellis; atque, ad augendum catervæ suæ numerum, nonnullos Magistros addunt, vel qui jus suffragii non habent, vel qui scripto declarant se talibus instrumentis, subscripsisse nunquàm.

Sed Patres SS. non debet mandari typis Decretum vestrum, quantumvis optimum, nisi in fronte & in limine Acta quæ à quartâ Novembris modo præteriti præcesserunt, reponantur, imprimis vero Relatio in ultimis Comitiis facta Deputatorum vestrorum nomine. Verùm, ut in lucem prodeat istud opus, necesse est ut, ad mentem vestræ Conclusionis, iterum à Deputatis expendatur; neque enim aliquid juris publici fieri debet jussu vestro, nisi tale sit quod vestri Ordinis famam ac dignitatem referat. Id præstabunt quàm primùm mandatis vestris obsequentes pro suo solito studio sapientissimi Deputati.

Deerit inter illos, proh dolor! qui totius operis præcipuus author fuit, Deputatorum antiquior, quem funere acerbo hisce diebus amisimus, jacturâ certè gravi, nec lugendâ satis. Auditâ ejus Relatione, in nostris ultimis Comitiis meritas ipsi laudes & gratias ultro rependimus; nunc vero feralis ille casus, quo nobis quinque dierum spatio tàm intempestivè creptus est, nostras lacrimas repoltit. Flebilis ille quidem Bonis omnibus occidit, sed nulli Ordini flebilior quàm nostro, cujus erat & erit semper eximium ornamentum. Tanta erat verborum ejus in Comitiis nostris authoritas & gratia, adeo suavi pellebat eloquio, adeo splendido nitore amantem veri mentem suam exponebat, ut facile ad se raperet animus, eosque vi blandâ ad suam plenam judicii amplectandam sententiam adduceret. Præditus omnibus ingenii dotibus, sua singulari eruditione insignis, meritis conspicuus, apud magnates viros magno positus in loco, jamque à multis annis amplissimâ fruens famâ sui, alienus erat prorsùs qui sibi indè aliquid arrogaret; vir convictu facilis, suavissimæ indolis ac beneficæ, nocere cuiquam nescius studens prodesse cunctis.

Hinc factum est P P. SS. ut eum per tot annos, palam faciens disciplinam doctrinæ suæ, & mittens sapientiæ suæ eloquia sicut imbres, publicis in scholis Theologiam docuisset, Doctor eximius quo nullus melior usquam extitit, atque donatus undè non inglorius partâ quiete frui posset; cedens tamen votis amicorum ac precibus, ut fieret utilis, reluctante nequicquam modestiâ, ingravescente ætate, otium suum communi apposuit lucro, ut quos olim tradiderat codices, à se recognitos, novisque locupletatos additamentis, publici juris faceret, & laboriosum istud opus aggrederetur, quo sensim ac sine sensu vires ejus attritæ sunt & exhaustæ, donec instar Apis studiosæ vitam ipsam pulchra sub fasce relinqueret.

Cum ergò PP. SS. talentum doctrinæ & ingenii quod acceperat ad usuram posuerit, atque egregiam, ad ultimum usque vitæ, alitum, pro Ecclesiæ bono operam navaverit, ne dubitemus quin cum ipso, bonorum operum remunerator Deus misericorditer egerit, non intrans in judicium cum servo suo. Libri autem quos tanto studio defunctus magister ad rei litterariæ ornamentum; ad Ordinis nostri decus & gloriam, ad Scholarum Theologicarum commodum & utilitatem typis edidit, laudem ejus enuntiabunt in Ecclesia, præstabuntque ut non recedat memoria ejus, sed nomen ejus requiratur à generatione in generationem.

Hæc pauca de viro nobis omnibus charo hic à me cum vestra venia dici posse duxi, hac occasione datâ. Arguendus alioquin à vobis, si omninò tacuissem, excusandus autem, si quod in gravi luctu & mœrore fieri aliter vix potest, non pro dignitate rei locutus sim.

6°. Denique addidit dignissimus D. Syndicus sibi significata esse quædam Instrumenta nomine nonnullorum Magistrorum à Sacra Facultate dissidentium, de quibus sibi quidem incumbebat ad Sacrum Ordinem referre, sed censuisse DD. Conscriptores istud negotium, cum sit gravissimi momenti, nec patiantur angustiæ præsentium Comitiorum, remitti posse ad proxima Comitia.

His finitis postulavit Dignissimus D. Syndicus ut deliberaret Sacer Ordo.

. . . . . .

2°. De intercessione à S. M. CATHERINET facta adversùs Conclusiones modò lectas, & de iisdem confirmandis Conclusionibus.

. . . .

Quibus articulis à V. D. Decano Jacobo LEULLIER propositis & in deliberationem missis, postquam septuaginta septem M M. suam dixere sententiam, duobus exceptis, unanimi suffragio.

. . . .

2°. S. Facultas nullam habendam esse censuit rationem Intercessionis factæ à S. M. CATHERINET, eamque rejecit, & suâ novâ Conclusione, ultimas suas Conclusiones confirmavit, declaravitque in S. M. CATHERINET cadere pœnam latam per dictas Conclusiones in MM. Dissidentes.

. . . .

4°. Addendos esse censuit Magistros sexdecim qui accesserunt ad Decretum latum die 15 Decembris ultimi, & ipsis concedendum esse Actum perfectæ ipsorum adhæsionis tùm Constitutioni *Unigenitus*, tùm prædicto Decreto solemni, in supradictis Comitiis die 15. Decembris ultimi celebratis, à Sacra Facultate pronuntiato.

5°. Facultas plurimum laudavit & approbavit in omnibus orationem factam à DD. Syndico, occasione solemnis Decreti lati in comitiis habitis die 15. Decembris ultimi, nec non & ea quæ honorificè addidit in memoriam Clarissimi viri S. M. Honorati TOURNELY bonorum omnium luctu ac mærore non ita pridem defuncti, viri de Ecclesia, de Sacro Ordine, ac Rebus Theologicis optimè meriti, hancque orationem dixit in Commentariis S. Facultatis esse inscribendam.

VI.

Anno Domini millesimo septengentesimo trigesimo die Lunæ decimâ sextâ Januarii, habita sunt Comitia generalia, eaque ordinaria in Aula majore Collegii Sorbonæ in quibus,

. . . . . .

3°. DD Syndicus palam exposuit sibi significata tribus variis vicibus, tria instrumenta per Apparitorem forensem; atque ea de re hanc ad Sacrum Ordinem orationem habuit.

Venerande D. Decane PP. SS. ac Magistri Cum, juxtà regulam Juris vobis omnibus cognitam, quod omnes tangit, omnibus notum esse debeat, tenеor nonnulla referre vobis de quibus hactenus, non fine tamen gravissima ratione, tacui, Allata sunt ad me tribus vicibus subsequentibus tria Instrumenta per Accensum regium significata mihi, nomine plurimorum Magistrorum.

1um. Est instrumentum quoddam protestatorium, die octavâ Novembris significatum, quod mihi traditum fuit plenis in Comitiis dùm ego coram vobis omnibus verba facerem.

2um. Continet libellum supplicem oblatum Senatui Parisiensi, & istud Instrumentum die primâ mensis proximè elapsi significatum, traditum mihi fuit dum in Comitiis ageretur de confirmanda Conclusione diei octavæ Novembris ultimi.

3um Tandem sed subsignatum solùmmodò à duobus Magistris, de LAGNEAO scilicet, & de la CROIX 1°. est actus quidam intercessionis in quo dicunt se renovare factam à se, non scripto sed verbo, intercessionem adversùs vestram Conclusionem latam die octavâ mensis Novembris ultimi, lectam & confirmatam die primâ mensis subsequentis.

Mirum minimè videri debet, si statim atque instrumenta inter manus meas pervenerunt, ea palam & coram vobis non legerim; cum mos non sit in Sacra Facultate ut quidquam alicujus momenti proponatur, nisi re prius communicata cum V. D. Decano Comitiorum præside; neque viri prudentis sit statim & illico verba facere de negotio aliquo sibi nondum satis perspecto & cognito.

Potuissem quidem die primâ Decem-

bris referre ad vos de Instrumento protestatorio, quod significatum fuerat mihi in comitiis diei octavæ Novembris præcedentis, & potuissem pariter in Comitiis habitis die decimâ quintâ Decembris ultimi mentionem coram vobis facere illius instrumenti juridici in quo Libellus supplex oblatus Senatui Parisiensi continetur.

Verum multæ me rationes retardarunt. Vos pro vestra sapientia & æquitate judicabitis an benè, an malè egerim. Spem tamen futurum ut à vobis meæ rationes non penitùs improbentur.

1°. Intellexeram hoc esse consilium eorum à quibus talia instrumenta mittebantur, distrahere animos, morasque injicere, ut dum in hisce perlegendis, aut reprimendis occuparemur, abiret Comitiorum tempus, sicque impedirent nos de his tractare & agere negotiis, de quibus, missis aliis, agendum erat in hisce prædictis Comitiis, aut aliquæ excitarentur turbæ & contentiones, & id, ad minus, obtinerent ut nulla pronuntiaretur conclusio.

2°. Quantum ad actum protestatorium non potuissem abstinere ob multa capita quæ in ipso continentur, tùm contrà reverentiam Regiæ Majestati debitam peccantia, tùm injuriosa vobis omnibus & Sacro Ordini, quin statim, pro munere quo fungor, actionem dicerem falsi, & calumniæ adversùs illos Magistros, qui non erubuerunt tali instrumento subscribere. Sola lectio hujusce instrumenti probat id à me non sine gravissimo fundamento pronuntiari. Verum egissem, ut arbitror, contra mentem conclusionis vestræ quæ lata est die octavâ mensis Novembris præteriti. Viæ vestræ sunt pacificæ, consilia vestra sunt plena humanitatis, nihil aliud vultis, nisi ut ad obsequium & unitatem redeant dissidentes: motâ autem lite adversùs illos, timendum erat ne eorum mentes nedum mitiscerent, indè magis ac magis exacerbarentur.

Quoniam verò ad actum in se minimè juridicum, sed informem, in quo continetur Libellus supplex oblatus Senatui Parisiensi, supervacaneum videbatur, ut de illo mentionem ullam amplius facerem, cum publicis in comitiis die primâ mensis Decembris habitis, S. M. de la Croix 10. objicienti Conclusionem vestram diei octavæ Novembris præcedentis minimè confirmari posse, ob Provocationem interjectam ad Senatum Parisiensem in dicto Libello supplici contentam, reposuissem ego palàm & apertè, notum esse quidem nobis, talem Libellum supplicem oblatum fuisse Senatui, sed ab eodem non admissum, neque obstare posse interjectam aliquam provocationem ad Senatum Parisiensem, quæ oblata, nullo hujusce Tribunalis decretorio judicio niteretur.

3°. Cum Magistri qui subscripsissent tùm provocatorio Instrumento, tùm Libello supplici oblato Senatui Parisiensi, ut ad eorum Magistrorum causam accederent, qui authoritate Regiâ jussi sunt die quintâ Novembris proximè elapsi à nostris abstinere Comitiis, adjectâ privationis pœnâ ab omni jure Magisterii, eâdem authoritate Regiâ iisdem fuissent subjecti pœnis, hoc est, & à nostris exclusi Comitiis & omni privati Magisterii jure; quia nempe Majestas Regia intellexerat tales Magistros, non tam contra Facultatem insurrexisse suâ temerariâ agendi ratione, quam contrà verendam ipsius Authoritatem, existimabam, pro reverentia debita Regiæ Majestati, ad nos amplius non pertinere de tali facto inquirere, aut illos ad Tribunal vestrum advocare, cum jam eâ de re non viderentur amplius esse quondam modo nostri juris, nec decuisset novas pœnas iis addere ob eandem culpam, pro quâ Rex ipse in eos animadverterat.

Et verò iis rationibus mox allatis novam hanc subjiciam: ut quis obstare possit ne aliqua Conclusio lata vim legis obtineat in Societate, necesse est ut in dicta Societate jus habeat suffragii; tum enim, si quid visum ipsi fuerit peccatum contra leges & statuta, & Societas, noluerit ullam habere momentorum quæ ab ipso prolata sunt rationem, eo ipso tempore quo pronuntiata est Conclusio, recursum habet ad superiorem, intercedere vel provocare pro suo jure potest; verùm ubi à suo jure excidit, spectari debet ac si non esset amplius Societatis membrum: Quæcumque autem instrumenta denuntiet, nullius erunt momenti, cum, juxtà regulam Juris, nullus major sit defectus quam defectus potestatis: talis est status MM. diffidentium qui utrique actui, protestatorio scilicet, & Libello supplici subscripserunt. Autoritate Regiâ sunt exclusi ab omni aditu Comitiorum, hoc facto privantur omni jure Magisterii. Quo titulo igitur jam possunt obstare quominus S. Facultas legitimè congregata eas Conclusiones & leges ferat, quas pro circumstantiis

tiis temporum judicat esse sanciendas, non video. Causentur illi si velint, ut faciunt suis in libellis, absentiam suam à nostris Comitiis. Donec eadem authoritas quæ jussit eos abstinere, ipsis permittat ut redeant; S. Facultas pro jure suo sua celebrabit Comitia, de rebus propositis deliberabit, ipsis licet absentibus, & quas voluerit pronuntiabit Conclusiones; eorum verò intercessiones, si quæ sint, habebit tanquàm irritas ac nullas, nec tenebitur vel levissimam earum facere mentionem.

Hàc ductus gravissimâ ratione, existimavi opus non esse, ut de duobus Actibus suprà-dictis verba apud vos facerem, & abstinerem adhuc hodie, nisi visum fuisset nonnullis Magistris, quorum apud me est summa authoritas, opportunum, ut de hisce omnibus penitùs non tacerem.

Verùm de tertio Instrumento subsignato à duobus MM. qui nostris Comitiis die primâ Decembris intererant, & quorum alter jus habet suffragii, tacere minime possum, & de illo retulissem initio hujusce mensis, nisi me retardassent negotia quibus de more onerantur, quæ singulis bienniis secundâ Januarii celebrari solent Comitia; hinc factum est ut initio ultimorum Comitiorum veniam à vobis postulaverim, quod de isto negotio non referrem.

Actus ille continet intercessionem factam à duobus MM. SS. scilicet Lagneau & de la Croix 1°. Solùm appellabo jam M. de la Croix cum alter qui etiam subscripserat Libello supplici oblato Senatui Parisiensi, vestris non possit interesse Comitiis à quibus jussus est authoritate Regiâ abstinere.

Scitis, Patres sapientissimi, à me interpellatum fuisse tribus repetitis vicibus M. de la Croix 1um. utrùm vellet intercedere adversùs Conclusionem vestram diei octavæ Novembris ultimi. Potuisset ille intercedere, si voluisset, & de ipsius intercessione à vobis illicò in Comitiis, Kalendis Decembris præteriti celebratis, fuisset, ut moris est, deliberatum, quemadmodum deliberatum fuit de intercessione factâ à S. M. Magnodet. Obmutuit D. de la Croix, remansit in Comitiis, & cum à me postulatum fuisset, utrùm vellet Sacer Ordo vel confirmare Conclusionem, vel expectare donec Deputatorum antiquior suam habuisset Relationem, de qua agendum erat die decimâquintâ ejusdem mensis, dictus D. de la Croix rogatus sententiam ordine suo, eorum amplexus est opinionem qui sentiebant expectandum esse usque dum Deputati retulissent, sed interim à confirmandâ Conclusione abstinendum.

Est-ne unde quærimoniam moveat dictus S. M. de la Croix adversùs Sacrum Ordinem? Peccatum-ne est adversùs leges & statuta? Non ne liberum erat unicuique alterutram, si vellet, amplecti sententiam? Et quoniam, quam amplexus est, non prævaluit, est-ne idcircò intercedendi locus? Poterunt ergò similiter intercedere quicumque aliquam sequuti fuerint sententiam, quæ numero suffragiorum non vicerit. Miror quomodò vir in rebus tractandis eruditus, nescio quo, ex præjudicata opinione, abreptus impetu, leges juris tam citò dedidicerit.

Ut autem aliquis sit rationis color, pro gravissimo momento contendit in suo Instrumento per Accensum Regium significato, summam deberi reverentiam Senatui Parisiensi, atque, cum causa de quà agitur ad ipsius Tribunal pendeat ob factam provocationem à nonnullis Magistris, vos, lite pendente, non potuisse ad confirmandam Conclusionem procedere. Sed verùm hominis eruditi peritiam hîc requiro, nonne in confesso est apud omnes nullam esse provocationem, quantumvis delata videatur ad Senatum Parisiensem, cujus nos, ut hactenùs præstitimus, summo obsequio decretoria judicia veneramur, nisi nixa fuerit, decreto aliquo, quod Gallicè vocant *un Relief d'appel*?

Sed legendum est instrumentum istud palàm, ut, recognito, quid sit de illo sentiendum & deliberandum, pro vestrâ sapientiâ videatis.

Quâ finitâ Oratione, lecto quoque palàm & publicè suprà-dicto Instrumento, duo postulavit D. D. Syndicus.

1°. Uti placeret Sacræ Facultati suam mentem declarare circà agendi rationem, quam dictus D. D. Syndicus in præsenti negotio tenuisset.

2°. Quid præstandum esset circà S. M. de la Croix 1um. ob intercessionem ab ipso significatam, cùm nihil videretur pronuntiari posse circà personam S. M. Lagneau jam ex numero Magistrorum, qui Authoritate Regiâ abstinere jussi sunt à Comitiis S. Facultatis, additâ privationis pœna ab omni jure Magisterii; an placeret S. Ordini quam in ultimis Comitiis adversùs S. M. Cathrinet tulerat sententiam, eamdem pronuntiare adversùs D. de la Croix 1um., cum utriusque Magistri Intercessio iisdem nixa sit cavillationum momentis,

Quibus articulis propositis & in Deliberationem Missis a V. D. Jacobo Leullier Decano, & Comitiorum Præside, postquam septuaginta duo Magistri suam dixere sententiam Sacra Facultas.

. . . .

3°. Laudavit & approbavit Relationem factam à D D. Syndico, ipsiusque agendi rationem occasione trium Instrumentorum quæ fuerunt Sacro Ordini significata per Accensum Regium; hancque Relationem ..e adjungendam voluit cæteris Actib.s qui spectant præsens negotium atque in Commentariis inscribendam.

4°. Declaravit nullam Intercessionem factam à SS. MM. Lagneau & de la Croix. 1°. eamque planè rejecit, & S. M. de la Croix 1um, pronuntiavit eidem sententiæ ac pœnæ esse obnoxium & subjectum quam in M. Catherinet tulit in ultimis Comitiis.

5°. Ultrò & spontè concessit Actum S. M. Poussin, qui inter deliberandum, declaravit adhærere se Decreto. S. Facultatis lato die decimâ-quintâ Decembris ultimi, sibique suæ declarationis Actum concedi conceptis verbis postulavit.

VII.

Anno Domini millesimo septingentesimo trigesimo, die primâ Februarii post Missam de Spiritu sancto, de more celebratam, habita sunt Comitia generalia, eaque ordinaria in Aula majore Collegii Sorbonæ, in quibus,

1°. Lectâ Conclusione S. M. Patricius Piers de Girardin Hybernus, palàm & altâ voce legit actum intercessionis à se factæ.

. . . .

3°. D D. Syndicus dixit, S. M. Piers de Girardin, jamdudùm in Comitiis sese pluribus iteratisque vicibus ferventioris ingenii vitum præbuisse, sed omnem excessisse modum suâ novâ intercessione, quam dictus D. Syndicus ostendit esse omninò nullam, intempestivam, sacro Ordini valdè injuriosam, plenamque falsi ac calumniæ, cum perperàm assereret audiri passim in comitiis minarum voces, exilii & carceris, dùm consilia S. Facultatis ad humanitatem & indulgentiam rendant, nihilque exoptet illa magis quàm ut MM. Dissidentes redeant ad obsequium & unitatem doctrinæ. Quapropter D D. Syndicus petiit ut, nullâ habitâ ratione suprà-dictæ intercessionis, placeret sacro Ordini prælectam Conclusionem confirmare, & dictum M. Piers de Girardin declarare ejectum & exclusum, nisi in proximis Comitiis intercessionem suam revocaret & veniam humillimè peteret à sacro Ordine, cum dictus Magister immemor statuti vigesimi quinti tam inverecundè peccavisset conviciis suis ac probris adversùs reverentiam S. Facultati debitam, atquè idcircò juxtà leges nostras à consortio sacri Ordinis repelli deberet, donec, ut par est, satisfacturus accessisset.

4°. Idem D D. Syndicus exposuit fatalem terminum temporis concessi MM. Dissidentibus qui Urbem & Banleucam incolunt, incidere in diem decimam quintam mensis inchoati, nondùm tamen potuisse Acta S. Facultatis ad unumquemque Magistrum dirigi, sed spem esse futuram ut intra breve spatium temporis opus illud absolveretur; censuisse idcircò D D. Deputatos, si ità sacro Ordini videretur, prorogandum esse MM. Dissidentibus jam concessum tempus, figendum nihilominùs proximis in Comitiis, ut tolleretur omnis quærimoniæ locus, atque hâc ratione S. Facultas magis ac magis ostenderet suam in reducendis Fratribus dissidentibus propensam voluntatem.

5°. palàm legit Epistolas ad se directas à SS. MM. Chenu, Davolle', 1°. Morel 10. & de Montebise, quibus dicti Magistri declarabant S. Facultati se spontè & toto cordis affectu adhærere Decreto diei decimæ-quintæ Decembris ultimi, aliisque subsequentibus Actibus, quantùmque exoptassent, si per valetudinem licuisset, interesse Comitiis in quibus hæc omnia peracta sunt, & Actum suæ adhæsionis postulabant. Addidit D D. Syndicus plurimos Magistros tam ex secularibus, quàm ex Religiosis qui non gaudent jure suffragii, sive ob nondùm propugnatam Resumptam, sive quia ex iis Regularium sunt familiis ex quibus duo tantùm Magistri solent ferre sententiam in Comitiis, exoptare sibi facultatem fieri, testandi palàm se adhærere nuperrimis Actibus S. Facultatis, maximè vero huic articulo Decreti diei decimæ-quintæ Decembris ultimi, quo S. Facultas declarat amplecti se Constitutionem *Unigenitus*, tanquam judicium dogmaticum Ecclesiæ universalis; videri sibi ex æquitate annuere votis optimis Magistrorum, cum id aliundè, in communi causâ, vergeret in commo-

dum, & utilitatem, & privatorum, & totius S. Parisiensis Ordinis.

. . . .

Quibus Articulis propositis & in deliberationem missis à S.M. N. Andrea de LESTANG Prodecano & Comitiorum Præside postquam sexaginta tres Magistri suam dixere sententiam.

1°. Sacra Facultas præcedentium Comitiorum Conclusionem confirmavit, & declaravit intercessionem S. M. Patricii PIERS de GIRARDIN nullam, intempestivam & injuriosam sacro Ordini, plenam falsi & calumniæ, maximè quantum ad verba quibus dixit nihil audiri in Comitiis sacri Ordinis nisi voces minarum, exilii ac carceris, cùm è contrà consilia S. Facultatis tota sint humanitatis & indulgentiæ, atque idcircò S. M PIERS de GIRARDIN Hibernum, hic & nunc exclusum & ejectum pronuntiavit à S. Facultate, nisi in proximis Comitiis verbo & scripto veniam humillimè peteret, intercessionem revocaret, & adhæreret Conclusionibus nuperrimè latis à S. Facultate, nominatim verò huic quæ lata est 15. Decembris 1729. ita tamen ut interim abstineret ab omni jure, officio & munere Magisterii. Voluit insuper & jussit S. Facultas ut hic Articulus præsentis Conclusionis qui ad S. M. PIERS de GIRARDIN pertinet, ipsi quamprimùm significaretur per Apparitorem S. Facultatis.

2°. M M. diffidentibus prorogavit adbuc tempus pœnæ in ipsos latæ per Decretum diei decimæ quintæ Decembris ultimi figendum tamen in proximis Comitiis.

. . . . . .

5°. Actum concessit SS. MM. CHENU, DAVOLLE' 1°. MOREL 1°. de MONTEDISE suæ adhæsionis S. Facultatis Decreto die 15. Decembris ultimi, aliisque subsequentibus Actibus, quem Actum scriptis ad DD. Syndicum Epistolis sibi concedi postulaverant.

6°. Potestatem fecit MM. tam secularibus, quàm Religiosis qui non gaudent jure suffragii sive ob nondùm propugnatam Resumptam, sive quia ex iis Regularium sunt familiis ex quibus duo tantum magistri solent ferre sententiam in Comitiis sacri Ordinis, ut adhærere possint nuperrimis Actibus S. Facultatis, vel palàm in Comitiis, vel scripto, si absentes.

7°. MM. FF. de MAIZ, du FRESNE, le TORT, ROUX, DELLAC, GUERGUY, SALNAVE, BOURRASSE', Le TOURNEUR, & M. GOUFFE', palam & altâ voce plenis in Comitiis declararunt se corde & animo suprà-dictis Actibus adhærere.

VIII.

Anno Domini millesimo septingentesimo trigesimo die verò Mercurii 1ª Martii, post Missam de Spiritu Sancto solemniter de more celebratam, habita sunt S. Facultatis generalia Comitia, eaque ordinaria in Aula majore Collegii Sorbonæ in quibus,

. . . . . .

4°. Juxtà sextum articulum Conclusionis in Comitiis Kalendis Februarii modò præteriti celebratis latæ, in præsentibus verò confirmatæ, quo S. Facultas annuendo votis, SS. MM. tam ex secularibus, quàm ex Regularibus, jure suffragii non gaudentium, ipsis permiserat ut palàm in Comitiis, vel etiam scripto, si absentes ab urbe, aut aliquâ ratione impediti forent, suam circà Constitutionem *Unigenitus* obedientiam testari, atque insuper, si vellent, cæteris Actibus eâ de re nuperrimè factis adhærere, Aulam Comitiorum ingressi sunt nundùm suâ Resumptâ perfuncti SS. MM. de VALLIERE, de CAMIRAN, HAMON, GUEDIER de SAINT-AUBIN, F. ARSAN, BICHARD, F. BROCARD, de MONTCRIF, GENDRON, THIERRY, F. BABET, de la LANDE, REILLY, RAFFARD - de MARCILLY, PICART-de-SAINT-ADON & PATOT. Tùm S.M. de VALLIERE qui Prior accesserat, paucis sed elegantibus verbis S. Facultati gratulatus rem ab ipsâ suis nuperrimis Actibus ad sui Ordinis splendorem, necnon & ad Religionis & Ecclesiæ bonum feliciter ac præclarè gestam, apertè professus est se obsequentissimum esse suprà-dictæ Constitutioni ad mentem Decreti S. Facultatis lati die 15. Decembris ultimi, seque lubentissimè toto corde & animo in omnibus huic decreto adhærere, atque illicò Actum suæ declarationis & adhæsionis palàm postulavit; idem similiter dixerunt & postularunt singuli Magistri qui unà cùm S. M. de VALLIERE eâdem de causâ accesserant, & statim omnes ab Aulâ recesserunt.

5°. Ex Magistris suâ Resumptâ perfunctis, similem Declarationem præstiterunt SS. MM. MAZIERES 1ᵘˢ. BRAILLE, F. DUBOIS, F. RICHER, DURAND de-MISSY, LEMOINE 3ᵘˢ. DUGUE' & BOURRET qui insuper provocationem olim à se factam palàm revocavit. Tùm DD.

Syndicus videns à rām læto exordio inchoata fuisse Comitia, protinùs, ut quæ habebat ad eandem materiam spectantia sine mora subjungeret, protulit in medium plurimorum Magistrorum privatas Epistolas ad eundem finem directas ad se easque altâ voce recitavit: hæc autem sunt nomina M M. à quibus subscriptæ sunt, SS. MM. POQUELIN, MARIE Sorbonicus, BOURSIE' 1us de la CHATEGNERAYE, & de SCORAILLES, F. de GIE, GOURIOT, LUCAS 3us. le LARGE, BRILLON Navarricus, de COTTE, & MACHET, observavit idem D. Syndicus jam à duobus mensibus & ampliùs postulasse S. M. de la CHATEGNERAYE Canonicum, Officialem & Vicarium Generalem Maclovienfem, & S. M. de SCORAILLES Ecclesiæ Virdunensis Decanum, ut sua nomina ex eorum Catalogo, seu tabulis delerentur qui olim in facultate provocarunt, quandò quidem interjectam à se ad futurum Concilium generale appellationem, ut ex publicis quibusdam instrumentis patet, revocassent, & addidit D. Syndicus æquum videri ut præsentibus in Comitiis hujusce postulationis actus ipsis concederetur.

. . . . . .

8°. Retulit pariter D. Syndicus convenisse in ædes S. Facultatis SS. MM. die octavâ Novembris ultimi deputatus, atque inter ipsos de pluribus capitibus actum esse, scilicet.

I. De quodam novo Instrumento à centum Magistris subsignato, sibi Syndico die 13 Februarii modò præteriti per Apparitorem forensem denuntiato & significato, lectum fuisse prolixum opus, ita minusculis litteris exaratum ut vix nec sine ingenti oculorum labore legi possit, visum DD. Deputatis nihil aliud esse quam novum Libellum supplicem quem Magistri dissidentes obtulerunt Senatui Parisiensi, non feliciori exceptum forte quàm quem primum obtulerunt: in isto recenti Instrumento, ut in præcedentibus, absurda quæque nec ferenda contineri, dignum in omnibus capitibus quod summo contemptu negligeretur, aut, si tamen de illo agendum sit, ad alia commodiora remitteretur Comitia.

II. De Magistro SORNET Licentiando qui die vigesimâ Februarii modò præteriti à Meritissimo D. Cancellario Baccalaureis Licentiandis ad Gradum Licentiati obtinendum assignatâ, cum cæterorum suorum commilitonum offensione ac scandalo ab Aulâ illustrissimi ac Reverendissimi Archiepiscopi Parisiensis idcircò recesserat quod nollet postulatum ab omnibus, ad mentem Decreti diei 15. Decembris ultimi, certum dare palàm testimonium sinceri ergà Constitutionem *Unigenitus* obsequii; addens, apertis verbis & voce intelligibili coram omnibus, se tali conditione Benedictionem Apostolicam, gradumque Licentiati minimè posse recipere, censuisse DD. Deputatos gratulandum quidem esse S. Ordini, quòd nullus ex Licentiandis aliis tam pessimum exemplum secutus fuisset; undè S. Ordo intelligebat cæteros omnes qui remanserant sese hâc in occasione obsequentissimos præbuisse; verum animadvertendum severè in dictum M. SORNET, eumque inter Dissidentes annumerandum, neque, si, ante figendum tempus, ad meliorem mentem reverteretur, admittendum, nisi palàm & publicè veniam humillimè peteret à S. Facultate: si verò renuerit, ex albo Baccalaureorum expungendum.

III. De figendo termino MM. Dissidentibus, mentem Deputatorum esse, benignè satis jam actum esse cum dictis Magistris; patere ex instrumento recèns significato Decretum S. Facultatis ipsis notum esse: Quoniam verò inter eorum manus nondum pervenit Relatio in ipsorum gratiam & commodum exarata, cujus editio cum cæteris Actibus intrà paucos dies erat absolvenda, existimasse Deputatos coocedi adhuc iis posse qui intra Urbem & Banleucam commorantur usque ad primam Aprilis proximi, iis vero qui extra Urbem & Banleucam degunt usque ad primam mensis Maii subsequentis, ita ut tamen nulla ulterius prorogatio concedatur.

IV. Visum esse iisdem DD. Deputatis sex seniores in præsentibus Comitiis nominandos qui, unà cum V. D. Decano & Syndico, nomine S. Ordinis Regem ipsum quamprimùm adirent, si talem honorem Regia majestas concedere vellet S. Facultati, & ipsi Acta nostra typis edita reverenter offerrent ac præsentarent, ut olim factum fuit tempore triumphantis memoriæ Ludovici XIV. cui similiter obtulit suum Decretum S. facultas die 14. mensis Martii 1714. atque cum indè accessisset huic Decreto magnum authoritatis pondus, interesse plurimum S. Facultatis satagere quantum posset tantus adesset honor recentiori Decreto suo, eo plus virtutis ac momenti habituro, quo splendidiori præsidio, eoque Regio, firmaretur.

V. Quantum ad exemplaria Actorum quæ

quæ mandantur typis distribuenda, censuisse DD. Deputatos honorificè deferenda Viris principibus ac imprimis dignitatibus constitutis, Eminentissimis videlicet Cardinalibus, imprimis verò Eminentissimo FLORÆO ex cujus potenti patrocinio tantùm decoris & adjumenti singulis diebus percipit S. Ordo, necnon Illustrissimo Archiepiscopo Parisiensi cujus omnes norunt propensam ergà Nos voluntatem, ipsum occasione datâ, invitandum ac rogandum, si vellet, quod valdè honorificum foret & gratum S. Facultati, servatis quæ tempore Illustrissimi HARLÆI unius ex Decessoribus suis servata sunt, Lauream doctoralem adipisci, seseque numeru Magistrorum adjungere.

VI. Visum esse iisdem Deputatis non expectandum usque ad proxima Comitia, ut singulis Magistris distribuerentur Actorum nostrorum exemplaria, sed convenientius fore, si mitterentur per domos; atque ut MM. Dissidentes intelligant S. Facultatem in eorum favorem & commodum jussisse illa mandari typis, ut quæcumque monita & adhortationes in illis continentur, ad promptum eorum reditum inserviant, opportunum fore, si singulis exemplaribus ad hosce MM. Dissidentes dirigendis, hæc solita formula adhiberetur, *ex parte S. Facultatis*, appositis nomine & syngraphâ M. HERRISSANT 1. Apparitoris & scribæ S. Facultatis.

....

9°. His fusè expositis postulavit DD. Syndicus uti vellet de his omnibus capitibus deliberare S. Ordo, atque etiam, si opus esset, pergeret deliberatio donec absolveretur.

Tùm V. D. Decanus & Comitiorum præses S. M. N. Jacobus LEULLIER omnes & singulos articulos proposuit & in deliberationem misit. Antè autem meridiem postquam octoginta quatuor MM. suam dixere sententiam, unanimi suffragio, S. Facultas,

....

4°. Sententiam ferendam de novo Instrumento à MM. Dissidentibus significato, remisit ad alia Comitia.

5°. M. Sornet Licentiandi agendi rationem vehementer improbavit, ipsumque declaravit inter Dissidentes annumerandum, expungendumque ex albo Baccalaureorum, nec, si intrà tempus, mox figendum, redire vellet ad obsequium, admittendum, nisi coram S. Facultate veniam peteret humillimè.

6°. Terminum fatalem temporis jam concessi MM. Dissidentibus fixum esse pronuntiavit ad diem primam mensis Aprilis proximi in gratiam eorum qui in Urbe vel in Banleucâ commorantur, ad diem vero primam Maii subsequentis pro iis qui extrà Urbem aut Banleucam degunt, adeò ut nulla ulteriùs fieret prorogatio.

7°. Sex seniores nominavit qui unà cum V. D. Decano & DD. Syndico Regiam Majestatem adeant. Ipsique reverenter Acta sua præsentent statim atque fuerint typis edita, si tamen hunc honorem possint obtinere.

8°. potestatem fecit DD. Deputatis eorumdem Actorum exemplaria honorificè deferendi tùm Eminentissimo Regni Administro, Eminentissimisque tribus aliis Cardinalibus quos suos inter Magistros annumerare gloriatur S. Ordo, tùm etiam illustrissimo Archiepiscopo Parisiensi, ipsique declarandi rem fore admodùm honorificam & gratam S. Facultati, si servatis quæ servata sunt tempore Illustrissimi HARLÆI Archiepiscopi Parisiensis, vellet Lauream Doctoralem adipisci, seseque numero Magistrorum adjungere: voluit insuper ut iidem curent Deputati deferri cum omni honore eadem exemplaria Illustrissimis Franciæ Cancellario, & Regiorum sigillorum Custodi, omnibus Regni administris Illustrissimo Proto-præsidi Senatus Parisiensis, & Regiis Triumviris ac Procuratori Catholico.

9°. Approbavit DD. Deputatorum sententiam circa eorumdem exemplarium distributionem Magistris faciendam.

10. Ultrò & sponte concessit Actum Magistris, qui vel vivâ voce, vel scripto declararunt adhærere se Decreto S. Facultatis lato die 15ª. Decembris ultimi, & statuit inscribi in Commentariis nomina dictorum Magistrorum; Acta verò eorum qui scripserunt in scriniis diligenter asservari.

Signatum, LEULLIER, *Decanus*.

Actum Parisiis in Facultatis Theologicæ generalibus Comitiis apud Sorbonam, annis, mensibus, & diebus supradictis.

HERISSANT Scriba.

Patebit procul dubio iis omnibus qui hæc Acta præsentia lecturi sunt, S. Facultatis Magistrns Constitutioni *Unigenitus*, obsequentes, numero cæteris Dis-

fidentibus longè prævalere. Hi etenim quantumvis hactenus omnem moverint lapidem, ut suffragia suæ causæ faventia undequaque corraderent, vix nomina centum Magistrorum potuerunt obtinere. Ex hoc autem numero fermè dimidia pars eorum est Magistrorum, qui vel in Comitiis Sacræ Facultatis jus ferendi suffragii nondùm habent, vel sunt ab octo annis & amplius ejusdem juris prærogativâ destituti: quin & adhuc detrahendi sunt non pauci, tùm, & illi qui scriptis ad DD. Syndicum privatis Epistolis, quas penes se servat, declarant apertis verbis perperàm omninò inscribi eorum nomina vel in Instrumento protestatorio, vel in Libello supplici oblato Senatui Parisiensi, cùm certum sit se neutri Instrumento usquàm subscripsisse, tùm etiam & illi qui à Comitiis die primâ Martii celebratis subscriptionem suam planè revocarunt, seseque Decretis à Sacra Facultate latis adhærere sponte & ultro profitentur.

Curabitur publici juris fieri quamprimum accuratum Catalogum eorum Magistrorum, qui ad mentem Decreti diei decimæ quintæ Decembris 1729. vel vivâ voce, vel scripto testati sunt, se corde & animo obsequentes esse Constitutioni *Unigenitus*, tanquam Decreto dogmatico universalis Ecclesiæ; addentur & eorum similiter nomina qui statim atque Decreta præsentia receperint, eidem adhæsioni accedere properabunt.

Id unum impræsentiarum sufficiat observare 1°. Nonaginta quinque Magistros in Comitiis diei 15ª Decembris 1729 2°. Septem-decim in Comitiis diei. 2ª. & 16ª. Januarii 1730. 3°. Quatuor-decim in Comitiis 1ª. Februarii: & 4°. Triginta-septem in Comitiis primæ Martii sese ad eandem sententiam adjunxisse; undè jam constat numerum effici Magistrorum ultrà centum & sexaginta qui corde magno & animo volenti se Constitutioni *Unigenitus* obsequentes esse palàm & apertè glorientur, atque ex iis bene multos Deo optimo maximo, singulis diebus grates rependere ob acceptum singulare beneficium quo agnitâ veritate, causam prorsùs conclamatam deseruere, quæ, proh dolor! eo unicè tendit, ut animi, præfracto omni subordinationis vinculo, spretâque debitâ Ecclesiæ Decretis & Superioribus legitimis obedientiâ, nihil aliud præter schisma, rebellionem, ac dissentiones spirent.

De Mandato D. Decani & Magistrorum Sacræ Facultatis Parisiensis,
HERISSANT Scriba.

Anno Domini 1733.

Delatio facta à SS. MM. de Lestang *&* Machet *in Comitiis S. Facultatis duarum Propositionum quarum una ex Thesi Medica altera vero ex Thesi Philosophica fuit extracta.*

DIE vero primâ Martii, Sacra Theologiæ Facultas Parisiensis, post Missam de Sancto Spiritu, solito more celebratam, ordinaria habuit Comitia in Aula Collegii Sorbonæ, &c.

. . . . .

6°. Cùm S. M. de LESTANG qui primus suam debebat dicere sententiam addidisset habere se propositionem unam excerptam ex quâdam Thesi Medicâ quam ad Facultatem deferret, eamque perlegisset palàm & causam suæ querimoniæ adversùs dictam propositionem protulisset similiterque S. M. N. MACHET, in medium protulisset aliam propositionem excerptam ex quâdam Thesi Philosophicâ, non ita pridem apud Collegium Grassineum propugnatâ & actum suæ postulationis unà cum S. M. de LESTANG pro sua parte petiisset, DD. Syndicus dixit laude dignum videri zelum utriusque Magistri: verùm contra leges ut factâ propositione & jam deliberatione inceptâ novum quid proponeretur, quod esse posset gravissimæ deliberationis argumentum non obstare se, quominus concederetur actus utriusque expostulationis utrique SS. MM. de LESTANG & MACHET; sed non posse in præsentibus Comitiis nominari deputatos, qui duas istas delatas propositiones expenderent, & ad S. Facultatem de istis referent subsequentibus Comitiis . . . . rogare se utrumque S. M. uti vellent suprà dictas propositiones scripto tradere, & negotium istud ad alia Comitia remitteretur. Sacra Facultas.

. . . . . .

5°. Rogat SS. MM. de LESTANG & MACHET, ut scripto tradant propositiones excerptas ex Thesibus quas denuntiarunt Sacræ Facultati, ut ea quæ sunt observanda in casibus similibus executioni demandentur.

Signatum DE FRANCINI, *Decanus.*

Anno Domini millesimo septingentesimo trigesimo tertio, die verò Mercurii 1a Aprilis, post Missam de Spiritu Sancto, solemniter de more celebratam, habita sunt generalia Comitia, eaque ordinaria in Aula majore Collegii Sorbonæ in quibus,

....

6°. DD. Syndicus retulit inter manus suas à SS. MM. de LESTANG & MACHET repositas fuisse scripto exaratas propositiones quas detulerant à se verò præstita ea omnia fuisse quæ similibus in casibus præstari debent, nihil ergo obstare quominùs si ita placeret S. Facultati in istis Comitiis nominarentur deputati qui istas propositiones delatas maturo examine expenderent & de illis referrent ad Sacrum Ordinem. Sacra Facultas.

.....

5°. Nominavit Deputatos qui expenderent propositiones excerptas tùm ex Thesi Medicâ, tùm ex Thesi Philosophicâ ad S. Facultatem delatas SS. MM. de TARONY, LE MOINE, 1um. VIRIOT BOUQUET, F. NICOLAI, F. BARRIN, F. de AMICIS, LE ROUZIC, HUBY, ROBBE, DUGARD, DE LA BOISSIERE.

....

3°. DD. Syndicus retulit audivisse se in decursu mensis præcedentis à præclara artium Facultate fuisse pronuntiatam censuram adversùs propositionem mere Theologicam extractam è Thesibus M. BASSELIN Baccalaurei S. Facultatis & Professoris Philosophiæ in Grassinæo & statim scripsisse se ad Eminentissimum regni administrum ut vindicaret jus sacri Ordinis, deinde verò rogasse DD. Deputatos ut circà istud negotium apud ædes S. Facultatis convenirent, retulit quid dictum factumque fuisset à dictis DD. Deputatis, legit palam, tùm epistolam Eminentissimi Cardinalis plenam patrocinii erga Sacrum Ordinem, tùm epistolam Illustrissimi Comitis de MAUREPAS, ad se Syndicum directam, sed in plenis Comitiis coram S. Facultate perlegendam, ut ille agnosceret jussu Regio causam esse ne dicta censura lata & pronunciata à præclara Facultate artium inscriberetur in ipsius Commentariis sibique Augustissimum Principem reservasse pronuntiandi quid juris esset circa istud negotium Sacrum Ordinem inter & præclaram artium Facultatem, mentem DD. Deputatorum esse mense subsequenti finiendi & absolvendi negotii quod spectat examen propositionis delatæ ad S. Facultatem ex Thesibus M. BASSELIN. Causas insuper exposuit DD. Syndicus, cur ista res citius non fuisset finita & terminata maxime verò quia dictus M. BASSELIN tempus sibi concedi postulaverat ad conficiendum memoriale suum antequam audiretur.

....

Quibus omnibus expositis petiit DD. Syndicus oti vellet Sacer Ordo ea de re mentem suam viâ deliberationis aperire... in deliberationem missâ à V. D. bonorato Francini Decano & Comitiorum præside postquam septuaginta Magistri suam dixissent sententiam Sacra Facultas.

....

2°. Approbavit quæ gessit idem DD. Syndicus occasione Decreti lati à præclara Facultate artium sibi jus novum arrogando in damnanda propositione mere Theologica extracta ex Thesibus M. BASSELIN Baccalaurei & Professoris Philosophiæ in Grassineo.

3°. Censuit scribendam Eminentissimo Cardinali regni administro epistolam nomine S. Facultatis ad ipsi gratias peragendas de potenti patrocinio concesso Sacro Ordini.

4°. Voluit in Commentariis describi epistola quæ circa istud negotium à DD. Syndicos palam lectæ fuerunt plenis in Comitiis.

5°. Rogavit DD. Deputatos ut examen propositionis delatæ quantocius absolverent. Interim verò DD. Syndicus inceptum negotium prosequeretur & promoveret.

Tenor Epistolæ Illustrissimi Comitis DE MAUREPAS ad DD. Syndicum directæ.

A Compiegne, le 24 Juin 1733.

» Le Roi ayant été informé, Mon» sieur, du Decret rendu par l'Université » le 23. de ce mois, au sujet de la these du » Sr BASSELIN, Sa Majesté m'a ordonné

„ d'écrire au Recteur pour empêcher que „ ce Décret ne soit enregistré sur les registres de l'Université, ni imprimé; & „ elle m'ordonne de vous en donner avis, „ pour que vous informiez la Faculté de „ Theologie qu'elle s'est réservé la connoissance de cette affaire, & qu'elle lui „ rendra à ce regard la justice qui paroîtra „ lui être dûe. Je suis, Monsieur, tres-parfaitement à vous.

Signé, DE MAUREPAS.

Et au dos est écrit: A M. DE ROMIGNY, Syndic de Sorbonne.

Anno Domini millesimo septingentesimo trigesimo tertio, die verò Sabbati septimâ Augusti, post Missam de Spiritu sancto, de more celebratam, habita sunt Comitia, eaque ordinaria in Aula majori Collegii Sorbonæ, in quibus,

. . . .

5°. DD. Syndicus nomine DD. Deputatorum qui fuerant nominati ad expendendam unam propositionem delatam ex Thesibus Philosophicis M. BASSELIN Baccalaurei & in Grassineo Philosophiæ Professoris retulit quid actum fuisset, ea de re tribus in Congregationibus habitis apud Ædes S. Facultatis per spatium mensis modò præteriti circà autem propositionem delatam quæ paulò obscuriùs exprimitur in Thesi Philosophica his verbis: *Nullus ipsorum infantium, cui denegatur æterna felicitas, non propter prævisam conditionatè, hoc est, si vita suppeditavisset, quam commissurus fuisset culpam intelligitur in massa perditionis relinqui. In sola Pelagianorum & semipelagianorum opinione doctrinam illam repudiabat Augustinus.*

Clariùs verò istis verbis, eumdem sensum (ipso farente propositionis autore) significantibus: *Omnes infantes quibus denegatur æterna felicitas, intelliguntur in massa perditionis relinqui propter culpam quam Deus prævidit illos commissuros fuisse, si ad maturam pervenissent ætatem. In sola Pelagianorum & Semipelagianorum opinione doctrinam illam repudiabat sanctus Augustinus.*

Quantum ad primam partem, quæ ab altera sejungi potest, ut propositio separata: *Temeraria est, falsa, contraria doctrinæ sancti Augustini, Semipelagianismum aliqua ex parte renovans.*

Quoad verò partem alteram, in quantum scilicet subsequens propositio innuit, præcedentem à sancto Augustino in sola Pelagianorum & semipelagianorum opinione fuisse repudiatam, ac si sanctus Doctor in alio sensu eam admisisset; *falsa est, & à sancti Doctoris principiis omninò aliena.*

Momenta insuper Theologica quibus adducti fuerant DD. Deputati ad hanc & suam sententiam amplectendam in sua relatione exposuit D. Syndicus non omissis defensionibus M. *Basselin* qui semel & iterum coram DD. Deputatis comparuerat & ab ipsis humanissimè fuerat auditus quantum voluit: his finitis petiit DD. Syndicus uti vellet sacer Ordo de prioribus articulis hic & nunc deliberare; quantum verò ad ultimum articulum dixit de more esse ut quoties agitur de aliqua censura ferenda prius DD. Deputatorum sententia typis edita tradatur singulis Magistris antequam inciperet deliberatio; atque idcircò postulavit ut illud idem impræsentiarum fieret, placeretque Sacro Ordini diem aliquam assignare & figere ad celebranda extra ordinem generalia comitia in quibus unusquisque Magister ordine suo suam mentem aperiret in deliberatione missâ à S. M. Andræa *de Letang* Prodecano & comitiorum Præside, postquam sepruaginta duo Magistri suam dixissent sententiam. Sacra Facultas

. . . . . .

2°. Auditâ relatione factâ à DD. Syndico nomine D.D. Deputatorum circà negotium M. *Basselin* voluit celebrari extraordinaria comitia die 17 hujusce mensis ut unusquisque Magister suam diceret sententiam. Interim verò typis mandaretur censura propositionis delatæ ad mentem DD. Deputatorum confecta & quàmprimùm MM. distribueretur.

Signatum de LESTANG Prodecanus.

Anno Domini 1733. Die verò lunæ decimâ-septimâ ejusdem mensis Augusti habita fuot comitia extra ordinem generalia convocata; in quibus sicuti conclusum fuerat auditâ relatione DD. Deputatorum præcedentibus in comitiis ordinariis Sacra Facultas deliberare cœpit circà negotium propositionis delatæ ex Thesibus M. *Basselin* cùm autem datâ post undecimam dimidiâ, viginti novem duntaxat Magistri suam dixissent sententiam, prorogata sunt comitia ad diem mercurii ejusdem hebdomadæ decimam-nonam ejusdem mensis.

Anno

Anno Domini 1733. Die vero lunæ decima-nonâ ejusdem mensis Augusti, habita sunt prorogata comitia in quibus 1°. DD. Syndicus dixit M. Basselin, hesternâ die ad se Syndicum accessisse, atque inter ipsius manus scriptum à se exaratum & propriâ manu subsignatum deposuisse in quo declarat, accedendo ad mentem & sententiam DD. Deputatorum suam propositionem à semetipso pariter improbari ac rejici, & actum suæ declarationis postulat quo lecto palam omnibus audientibus instrumento addidit DD. Syndicus videri sibi dignum esse laude propositionis autorem, quod antequam quidquam juridicè pronuntiasset facer Ordo prior esset accusator sui, suamque propositionem quæ certè meretur reprehensionem & censuram tam candidè retractasset; parcendum igitur personæ, sed nihilominus procedendum circa propositionem.

Sequitur tenor revocationis factæ à M. Basselin.

EGo infra scriptus Baccalaureus Theologus & Philosophiæ Professor Emeritus in Grassinæo, declaro coram Sacrâ Facultate almâ matre meâ, me alienum fuisse semper, & Deo favente fore quamdiu vivam ab omni hæresi Pelagianorum, Semipelagianorum &c.

Quoniam igitur audio propositionem istam extractam ex Thesibus meis philosophicis & ad Facultatem delatam. *Nullus ipsorum infantium cui denegatur æterna felicitas non propter prævisam, conditionatè, hoc est si vita suppeditavisset quam commissurus fuisset culpam, intelligitur in massa perditionis relinqui. In sola Pelagianorum & Semipelagianorum opinione doctrinam istam repudiabat Augustinus.* Magistris Sacræ Facultatis Parisiensis displicere & improbari, eo sensu scilicet quod aliqua ex parte renovet errorem Semipelagianorum & adversetur doctrinæ Sancti Augustini, eam ego pariter improbo & rejicio, actumque meæ declarationis postulo. Signatum *Basselin.*

2°. Auditis omnibus Magistris & absolutâ deliberatione sic Sacra Facultas de supradicta propositione censuit.

Hæc propositio extracta ex Thesibus Philosophicis publicè propugnatis in Grassinæo arbitro M. Roberto *Basselin*, Baccalaureo Theologo & Philosophiæ Professore columnâ primâ paragrapho 6°. & ad sacrum Ordinem delata in comitiis generalibus, iisque ordinariis die secundâ Martii 1733. his expressa verbis. *Nullus ipsorum infantium cui denegatur æterna felicitas, non propter prævisam conditionatè, hoc est si vita suppeditavisset, quam commissurus fuisset culpam, intelligitur in massa perditionis relinqui. In sola Pelagianorum & Semipelagianorum opinione doctrinam illam repudiabat Augustinus.*

Hæc propositio quatenus asserit omnes infantes quibus denegatur æterna felicitas, ob culpam quam commissuri fuissent si vita suppeditavisset, relinqui in massa perditionis falsa est, temeraria, contraria doctrinæ Sancti Augustini, erronea & ex parte Semipelagianismum renovans, quatenus vero propositionis autor contendit doctrinam in dicta propositione contentam in sola Pelagianorum & Semipelagianorum opinione fuisse à S. Augustino repudiatam: declarat eadem S. F. istam propositionem falsam esse, S. Doctori injuriosam & ab ejus principiis omnino alienam, neque Sacra Facultas intendit approbare alias propositiones quæ in dictis Thesibus leguntur.

Signatum de LESTANG, Prodecanus.

Anno Domini 1733. Die verò martis primâ Septembris post missam de Spiritu Sancto, habita sunt comitia generalia, eaque ordinaria in Aula majori Collegii Sorbonæ, in quibus...

1°. Lecta est & confirmata conclusio lata kalendis Augusti præcedentis.

2°. Cùm per spatium ejusdem Augusti mensis extra ordinem duo fuissent celebrata comitia, diebus nempe 17 & 19 sed conclusionis recognitio, quantum ad articulum spectantem negotium M. *Basselin* remissa fuisset ad DD. Deputatos antequam dicta conclusio palam pronuntiaretur, ut constaret accuratius, expensis MM. suffragiis, quibus notis, seu qualitatibus censoriis delata & damnata propositio dicti M. Basselin inureretur, auditâ per DD. Syndicum DD. Deputatorum sententiâ: cùm adhuc circa unam notam, quo scilicet nomine præcisè donaretur, aliqua superesset difficultas, placuit illicò & priusquam quidquam aliud de novo proponeretur de isto unico capite deliberarionem institui. Rogatis igitur, dictisque ea de re breviter sententiis, fixa est censura, lecta & confirmata conclusio quoad istud caput præcipuum...

Signatum de LESTANG, Prodecanus.

Anno Domini 1733, Die verò Jovis primâ Octobris, post missam de Spiritu Sancto de more celebratam, habita sunt comitia generalia, eaque ordinaria in Aula

majori Collegii Sorbonæ in quibus ...

9°. S. M. N. de Lestang palam conquestus est servari silentium à Deputatis olim à Sacra Facultate nominatis ad expendendam Thesim medicam, ex quo plurimas propositiones plenis in comitiis tunc temporis denuntiaverat, licet mense præterito convenissent Deputati.

Hâc auditâ querimoniâ auditus est S. M. *de Targny* Deputatorum antiquior, qui retulit quo in statu esset hoc negotium, & quænam Deputatorum prævaluisset opinio: cùm autem indè aliqua excitaretur contentio, dixit DD. Syndicus plures ex Deputatis huic defuisse Congregationi, itaque videri sibi animos ad concordiam adduci posse si rogarentur DD. Deputati uti vellent omnes pro suo erga Facultatem studio in præsenti mense semel & iterum; si opus esset inter se convenire apud Ædes S. Facultatis ea de re acturi, adeo ut eorum Congregatio haberetur ante 15am ejusdem mensis, curaturum se verò intereà uti *Theses Medicæ* de quibus agitur distribuerentur singulis Deputatis, aut saltem si res fieri posset scripto traderentur denuntiatæ propositiones. His finitis petiit DD. Syndicus uti de isto ultimo articulo deliberare vellet sacer Ordo.

Re autem propositâ & in deliberationem missâ ab honorando viro Andræâ *de Lestang* Prodecano & comitiorum Præside postquam sexaginta quinque Magistri suam dixissent sententiam.

Sacra Facultas ....

9°. Rogavit D.D Deputatos jam nominatos ad expendendam Thesim Medicam, ut ante decimam-quintam hujus mensis inter se convenirent apud Ædes Sacræ Facultatis, remque iterum expenderent diligenter & referrent proximis comitiis, rogatus est pariter DD. Syndicus uti provideret quâ meliori viâ fieri posset exemplaria theseos haberi, saltem pro singulis Deputatis & in locum S. M. *Barrin* absentis inter Deputatos nominavit S. M. F. *Peyroux* Carmelitam.

Signatum de LESTANG, Prodecanus.

Anno Domini 1733. Die verò Mercurii quartâ Novembris, post missam de Spiritu Sancto, habita sunt comitia generalia, eaque ordinaria in Aula majori Collegii Sorbonæ, in quibus 1°. lecta est & confirmata præcedentium comitiorum conclusio.

....

3°. S. M. *de Targny* antiquior Deputatorum qui fuerant nominati ad expendendam Thesim Medicam olim Sacro Ordini denuntiatam habitâ relatione amplissimâ & eruditâ, exposuit non unanimem fuisse dictorum Deputatorum circa istud negotium sententiam: eorum verò majorem partem, censuisse Thesim Medicam à Sacra Facultate minimè probari posse, imò esse improbandam ob nonnullas propositiones ambiguas, obscuras & minus accuratas quæ separatæ & sejunctæ ab assertionibus suspicionem injicerent autorem, Theseos *quasi problematis loco quæstionem de animæ immortalitate proposuisse*. Cæterum visum non fuisse in eadem Thesi assertiones contineri quæ reipsâ verbis apertis vel impugnent istud dogma catholicum, vel illud etiam revocent in dubium; quapropter eosdem Deputatos non censuisse operæ pretium esse ut Thesis censurâ inureretur, sufficere verò si à Sacra Facultate improbaretur, atque in commentariis ejus inscriberetur expositio autoris Theseos prout continetur in epistola quam ipse typis editam publici juris fecit.

Sacra Facultas

.....

4°. Cùm propter brevitatem temporis circa relationem factam à S. M. *de Targny* de Thesi medica delata ad Sacrum Ordinem deliberare non posset, Sacra Facultas indixit comitia extra ordinem habenda die decimâ-quartâ mensis præsentis, in quibus ageretur de isto negotio.

Signatum de LAMETTE, Prodecanus.

Die verò Sabbati decimâ-quartâ Novembris habita sunt Sacræ Facultatis comitia generalia; eaque extraordinaria ad mentem & placitum præcedentis conclusionis celebrata in quibus

1°. DD. Syndicus dixit, dolere se plurimum, se audiri non potuisse in præcedentibus comitiis. Videri sibi facilè adduci posse ad concordiam Deputatos, qui circa duo præcipua capita inter se conveniebant, alterum parcendum personæ, alterum improbandam esse Thesim à Sacra Facultate; si nempe talis idea conclusionis à Sacra Facultate ferendæ fuisset proposita in qua sic suam mentem declarasset Sacer Ordo.

Audito DD. Syndico, & lectâ palam autoris Theseos Medicæ epistolâ quam ipse typis editam curavit spargi in publicum, in qua testatur alienum esse se à doctrina perversa & impia quæ vel impugnaret immortalitatem animæ non secùs ac

si hominum animæ simul cum corporibus interirent: vel hanc quæstionem tanquam dubiam & incertam fineret in utramque partem agitari & propter fidei suæ declarationem quam in hac eadem epistola facit, ejus personam intactam relinquit. Verùm attendendo ad contextum Theseos prout jacet & legitur, prædictam Thesim Medicam vehementer improbat ob plurimas propositiones captiosas, temerario ausu insertas, & suspicionem legentibus injicientes in hac Thesi proponi problematis loco quæstionem de animæ immortalitate.

Improbat pariter eadem Facultas hocce principium in eadem Thesi contentum; *loquendum ut multi, sentiendum ut pauci* quod proponitur, & traditur expressis verbis *ut utilis vitæ regula quæ semper præsto esse debet cuicumque sapere vult:* & ex quo abusus horrendi in praxi sequerentur.

Cæterum vult eadem Sacra Facultas ad calcem hujusce conclusionis describi in commentariis suis epistolam autoris Theseos Medicæ prout typis edita est & juris publici facta.

Verùm addidit DD. Syndicus accepisse se à paucis diebus epistolam regiam quæ prohibet ne fiat aliqua ulterius deliberatio circa istud negotium, & multis additis quæ ad illud idem negotium pertinebant, remisit in manus Scribæ dictam epistolam, ut palam legeretur, quâ lectâ dictus DD. Syndicus petiit ut more solito in commentariis inscriberetur.

Re autem propositâ & in deliberationem missâ à S. M. Andreâ *de Lestang*, postquam octoginta-quatuor Magistri suam dixissent sententiam.

Sacra Facultas 1°. censuit summa cum reverentia obediendum esse Regiæ Majestati.

2°. Inscribendam esse dictam epistolam Regiam, necnon & epistolam medici quæ juris publici facta est unà cum idea faciendæ conclusionis circa Thesim prout eam exposuerat in sua relatione DD. Syndicus.

Signatum ROCHETTE, Prodecanus.

Lettre à Monsieur Baron, Doyen de la Faculté de Medecine de Paris, au sujet d'une These qui a pour titre, An à functionum integritate, mentis sanitas?

Soutenuë le 8. Janvier 1733. aux Ecoles de Medecine.

MONSIEUR,

J'apprens avec une surprise extrême les bruits que l'on répand contre moi au sujet d'une These que j'ai faite & à laquelle j'ai presidé le huitiéme Janvier de la presente année, qui a pour titre *An à functionum integritate mentis Sanitas?* Rien n'est plus douloureux pour un homme élevé dans des sentimens d'honneur & de Religion, qui, selon moi, doivent être inséparables, que de se voir attaqué sur une matiere, où le simple soupçon donne toujours la plus sensible atteinte à notre réputation: ainsi je m'estimerois le plus malheureux des hommes, si je n'avois une ressource dans l'equité de ceux qui sont en état de juger avec connoissance de cause, & ce sont eux que je me flatte de convaincre de la pureté & de l'orthodoxie de mes sentimens.

Les objections qui me sont revenues se reduisent à deux principales.

La premiere, d'avoir choisi une matiere qui m'ait engagé à parler de l'ame, de son essence, & de ses operations.

La seconde, d'avoir paru mettre en problême sa spiritualité & son immortalité.

Je répons à la premiere objection, que jusqu'ici dans nos Ecoles, sans que personne l'ait trouvé mauvais, on a traité la même matiere comme un point de Physiologie très-important sous differens titres. *An mens sana in corpore sano? An principium Facultatum Anima? &c.*

Mais outre l'importance du sujet en general, un motif particulier m'a determiné à le choisir. Beaucoup de gens sont prévenus que tous les accidens qui dérangent la tête de tant de differentes manieres, en nous ôtant la liberté, sont des maladies qui attaquent réellement l'esprit, & que si en même temps les autres fonctions du Corps sont en bon état, la Medecine ne peut être d'aucun secours.

Par une suite de ce préjugé on a vû dans tous les temps enfermer des personnes alienées, sans que leur famille ait

daigné faire les moindres tentatives pour leur guérison.

De si tristes avantures m'ont excité à combattre une erreur si préjudiciable au Public, en faisant voir que les maladies dont il s'agit & que l'on croit avoir leur siege dans l'ame même, ne sont que dans les organes du Corps, quelque bien disposés qu'ils soient à tous autres égards: c'est dans ce sens qu'il faut entendre le titre de ma These. *An à functionum integritate mentis Sanitas?*

Ayant à prouver que les prétendus derangemens de l'esprit sont seulement de vrais derangemens des parties internes du Corps, telles que les Nerfs dans leurs origines & dans leurs communications, j'établis pour principe certain que l'ame ne peut être susceptible des alterations que la corruption fait subir à la matiere, c'est ce que je dis en termes formels *lig.* 34. *du quatrième Cor. p.* 3. *Num aëris constitutio potest aliquid in Substantiam cogitantem? Num terræ venenati halitus valebunt eam corrumpere? Absit.*

Cette proposition est une consequence nécessaire de l'Assertion qui est dans mon premier Corollaire touchant la Nature de l'Ame. C'est-là que je tâche d'exprimer son *Essence* & de la distinguer de celle du Corps dans la définition que je donne de la Vie. *Communio est rei extensæ, mobilis, quæ occupat spatium, quæ mutat subindè locum, cum substantia quæ nullius loci est capax, quæ proin sedem mutare nequit, & tamen quocumque volueris illicò transvolat.*

Cette Assertion suffiroit pour me justifier contre la seconde objection, elle est décisive, elle ne renferme aucune équivoque, & elle exclut toute espece de doute: cependant on prétend en faire naître l'idée sur ces paroles du premier Corol. *Num extensâ & solidâ gaudeat trinâ dimensione, roganti, non esse corpoream difficulter probaveris! At corpoream esse longè difficilius demonstraveris.* Je vous prie, Monsieur, de remarquer ici deux choses, la premiere qu'il ne s'y agit que de preuves philosophiques; la seconde que cette proposition est d'un genre tout different de celui des *Assertions.*

Je compare seulement deux sentimens contraires, & avant que de donner ma véritable réponse, je commence par indiquer le plus probable en faisant remarquer, que, si d'un côté il n'est pas aisé de prouver l'immaterialité de l'ame, de l'autre il est sans comparaison plus difficile d'en démontrer la materialité.

Je ne fais donc ici qu'exposer le doute; mais je le resous ensuite, ou du moins j'explique clairement ce que j'en pense, lorsque je dis ailleurs (ce qui est vraiment assertion) que l'ame est une *substance pensante*, qui ne peut être contenue en aucun lieu, & sur laquelle la constitution de l'air n'a aucun pouvoir; d'où il suit clairement qu'elle est spirituelle: & par conséquent je suis bien éloigné d'affirmer qu'on ne puisse prouver ce que je regarde moi-même, & ce que je donne comme absolument certain.

Pour ce qui regarde l'immortalité de l'ame, il est vrai que je dis de Platon *Concupivit potiùs, quàm demonstravit*; mais la Religion pourroit-elle admettre la démonstration qu'il s'imagine en donner dans le Phedon, lorsqu'il dit que l'Ame étant à elle-même la cause de son mouvement, elle ne peut jamais finir.

Cet illustre Philosophe a pensé plus conformément aux principes de la vraie Religion dans le Timée, où il assure que la seule volonté du Dieu suprême donne l'immortalité à tous les êtres intelligens.

Après une justification aussi precise que celle-ci, si quelqu'un pouvoit encore prétendre que dans la proposition *Num extensa* &c. je mets en problême la spiritualite de l'ame, je desavoue non seulement, mais je déteste le sentiment qu'il m'attribue, en suppliant les Juges equitables de remarquer qu'il est formellement détruit par les deux *assertions substantia cogitans*, p. 3. Cor. 4. l. 35. & *nullius loci capax*, p. 1. Cor. 1. ligne derniere, que j'ai rapportées.

Quoique je doute que mes expressions ayent mérité une interprétation si odieuse, je suis sensiblement affligé si elles ont pû y donner lieu; & quelque témoignage que je me rende à moi-même de l'integrité de ma foi & de la pureté de mes intentions, je me reconnoîtrai coupable si l'on peut me convaincre d'avoir parlé d'une maniere à me faire soupçonner de l'être: mais le sentiment de ma conscience me rassure, n'ayant jamais rien pensé, ni écrit que de conforme aux sentimens de l'Eglise Catholique Apostolique, & Romaine, dans le sein de laquelle je veux vivre & mourir.

J'ai l'honneur d'être avec tous les sentimens d'estime, de consideration & de respect possibles,

MONSIEUR,

Votre très-humble & très-obéissant Serviteur DE L'EPINE, Docteur, Regent de la Faculté de Medecine de Paris.

A Paris ce 4. *Avril* 1733.

Censura

Anno Domini 1734.

Censura Sacræ Facultatis Parisiensis lata in Libellum cui titulus : Lettres à un Ecclesiastique sur la Justice Chrétienne, & les moyens de la conserver, ou de la réparer, 1733. *qui liber quarto Nonas Januarii præsentis anni 1734. à D. Syndico delatus est ad Sacram Facultatem Parisiensem.*

JAm dudùm prodeunt in publicum infelices Libelli, alii aliis infestiores, quos tenebriones quidam malevoli, pro ea quam sibi tribuunt & audacter usurpant scribendi licentiâ, non cessant spargere. Ex eorum autem feraci nimiùm officina vix ullum hactenus in lucem opus furtivâ manu emissum est, quod sit ad seducendas simplicium mentes paratum & idoneum magis, quàm Libellus ille in quem, utpotè delatum, suo doctrinali judicio, Sacra Facultas Parisiensis, inustis æquissimæ censuræ notis, esse censuit animadvertendum. Præclarus, sed mendax, huic operi titulus præfigitur. Autor, versipellis homo, sermone blandus, veris falsa miscet, quasdam identidem cautus exceptiones adhibet; verùm frustrà fugit ad latebras & dolos parat, prodit se operis venenum quo nullum certè nocentiùs.

Scilicet harumce duodecim Epistolarum Scriptor, pro eo capitali odio, quo bullam *Unigenitus*, (solemne illud decretum dogmaticum, ceu quod versatur circà Ecclesiæ doctrinam, à Sede Apostolica emanatum, receptum & promulgatum) protervè prosequitur, in se suscipit justos & peccatores à salutari Sacramentalis Confessionis usu removere; ne suarum partium homines, quorum alere vult pertinaciam & rebellionem, in eos Sacerdotes approbatos incidant, qui Decreto Apostolico obsequentes sunt, seseque tales esse palàm glorientur; &, quod consequens est, ne eorum monitis dociles facti, & à pravis quibus antea laborabant erroribus liberati, ad obsequium revertantur: is præcipuus hujusce libelli finis & scopus.

Quapropter ut propositum finem obtineat & assequatur, statuit justitiam Christianam, quâ Justus vivit, ita per se stabilem esse, sibique sufficere, ut permanere & conservari illa queat absque subsidiis sive adminiculis externis, quæ Christus in Ecclesia posuit ad Fidelium restaurandam, aut promovendam sanctitatem. Hinc Libelli Autor vult indè quisque intelligat, Justos sine externis Sacramentorum subsidiis in sua justitia stare inconcussos posse, non modò ubi talia præter voluntatem ipsis desunt adjumenta, sicut quibusdam in casibus contingere aliquando potest, quod fatemur esse certissimum; sed etiam, quod aures christianæ audire refugiunt, sponte suâ posse Justos omnes, posito præsenti Catholicæ apud nos Ecclesiæ statu, sine ulla mentis anxietate ab iisdem abstinere.

Quin pergit adhuc ulteriùs. Si quidem in homine justificato admittere non dubitat aliquam *impeccabilitatis* speciem, quam moralem nuncupat. Fatetur quidem Justos à felici suo justitiæ statu excidere absolutè posse; at contendit ex iis paucissimos esse qui amittant justitiam illam in qua fuerunt *verè* constituti, ideoque vix ullum eorum qui labuntur & peccant, antea verè fuisse justificatum, quod patet esse falsissimum, ipso parvulorum exemplo, quorum paucissimi, ubi ad adultam ætatem pervenerunt, acceptam in Baptismate innocentiam servant illibatam. Sic autem suis in Epistolis Libelli Autor suam de Justi impeccabilitate prorsùs erroneam exponit mentem, ut ab iis loquendi modis, quos in eadem tractanda materia Calvini sequaces & discipuli adhibere solent, non longo distet intervallo.

Neque in his duntaxat immoratur, sed quò securiùs ad suum finem perveniat; hoc est, magis ac magis asseclas suos removeat, ne adeant *reconciliationis* sacramentalis Ministros obsequentes Constitutioni ab Episcopis approbatos, multa alia profert & obtrudit nefandæ doctrinæ principia.

Et 1°. qoidem, quantùm ad delicta venialia, quibus non amittitur justitia, improbare aggreditur morem talia delicta confitendi, qui in Ecclesia huc usque viget, audacter affirmans, Scriptor confidentissimus, aliam fuisse per longam sæculorum seriem veterum Justorum consuetudinem, quam addit esse & securiorem & tutam magis; alteram verò praxim, quam, ipso judice, introduxit novitas, prava consuetudo & pigritia, ut supervacaneam traducit & periculosam, atque indè concludit satiùs fore ab illo usu sese prorsùs eximere, tanquam ab onere gravi ampliùs non ferendo.

2°. Dum ponit ac figit certas qoasdam regulas quibus venialia delicta à lethalibus peccatis secernantur, aut distingui

 Eee

queant, innuit evenire nonnunquam, ut homo committat peccatum in materia gravi cum pleno voluntatis consensu, nec tamen excidat à justitia; quod certè nihil aliud est, quàm Fidelibus aperire viam latam & facilem, apertamque introducere morum corruptelam; quamvis tenebricosus Autor ex eorum grege sit qui pharisaicâ austeritate graves, sese passim vendirant tanquam severioris disciplinæ vindices & patronos, aliosque piè insimulant & carpunt, veluti totidem alumnos aut magistros Ethices laxioris.

3°. Ubi dubium suboritur, utrum peccatum lethale sit, an inter delicta duntaxat venialia computandum, vult ejusdem Libelli Autor, ut quilibet justus sit hoc in casu suus ipse judex, neque teneatur adire Confessarium Sacerdotem, vel Doctores in rebus ad conscientiam pertinentibus eruditos; quia justus ille, eo ipso quod sit justificatus, spiritum sapientiæ & discretionis habet, plenamque ac sufficientem ad dijudicandum potestatem. Poterit igitur laïcus simplex, vir rusticus & idiota judicare an veniales sint, an lethales culpæ quas commisit; & re, peritis ipsis, quin etiam & ipsimet Augustino difficili ac lubricâ apud semetipsum sic dijudicatâ, pronuntiabit intrepidè posse se sine prævia peccatorum confessione & pro arbitrio ad mensam Domini accedere; quasi Christus Dominus Ministros non instituisset in Ecclesia qui dijudicarent *inter lepram & lepram*, & *forent dispensatores mysteriorum ejus.*

Intellexit tamen, non diffitendum, plurimos fore quos privata incogniti Scriptoris autoritas non adducet, uti præter consuetum morem in negotio salutis se nullius ducis operà indigere consentiant. Sed adest in promptu responsio. Seligant sibi, inquit, duces quos voluerint minimè approbatos; ab illis consilium exquirant, sinant se eorum monitis duci; melius est & tutum magis talibus, etiam interdictione mulctatis, utendo ducibus, abstinere à Confessione peccatorum, quam recurrere ad Sacerdotes approbatos, si alii ipsis non occurrant nisi obsequentes Constitutioni. Dicebat olim S. Augustinus de quibusdam Doctoribus hæreticis, qui suos asseclas à Concionibus Catholicorum abducebant, talem agendi rationem apertam esse nequitiam: *Hanc habent intentionem*, inquit, *ut ab auribus animarum quas seducere moliuntur, excludant eos qui idonei sunt edocere eloquia Dei.* Illud idem certè præstat Libelli Author, dum suorum *animas* deterret à Confessione peccatorum, ne incidant in eos Sacerdotes qui ab Episcopis judicantur *idonei* Fideles *adducere* ad obsequium debitum Ecclesiæ.

Nec tantum consilium istud suum ad Justos, sed etiam ad peccatores dirigit. Cum enim hominum peccatorum conversio duo postulet, alterum ut prioris vitæ pœnitentes viam novam ineant in quâ deinceps ambulent, alterum ut ritè confessi virtute clavium cum Deo reconcilientur; quantùm ad hocce caput ultimum, Scriptor Libelli facilè annuit uti tales peccatores plures annos vitæ suæ transigant sine Confessione, & parvi momenti esse putat si abeant ex hâc vitâ non recepto absolutionis beneficio, modò recurrant ad perfectam contritionem, non secùs ac si ipsis omninò deesset copia Sacerdotis; quia quicumque Ministri obsequuntur Constitutioni, eo ipso fugiendi sunt & vitandi.

Cùm ergo nihil non tentet, ut sic invisos reddat tales Sacerdotes approbatos, & eos à quibus ad excipiendas Confessiones instituuntur, quid mirum si totis viribus debaccbari non erubescat adversùs præsentem Ecclesiæ statum, quem atris & horrendis coloribus exprimit, eorum Novatorum exemplo, qui sæculis à nostra ætate non remotis Ecclesiam truculenter vexaverunt; si missâ omni reverentiâ, primos Ecclesiæ pastores, iisque obsequentes Ministros, tanquam projectæ nequitiæ viros, sine lege, sine conscientiâ exhibeat; si pariter non parcat præcellenti ac Regiæ potestati; si impediat asseclas suos ne obediant Præpositis *quos posuit Spiritus sanctus regere Ecclesiam Dei*; si denique non vereatur affirmare obscuratam nunc esse in Ecclesiâ veritatem, & ejus hostes universè prævalere, contra fidem promissorum Christi asserentis se præsenti Numine *omnibus diebus* Sponsæ suæ *affuturum usque ad consummationem sæculi*. Sic olim tempore S. Augustini Donatistæ extinctam ubique, sed apud se solos in Africâ superstitem esse Ecclesiam, mendaciter buccinabant.

Cæterum dum sic omnem visibilis Ecclesiæ authoritatem spernit, suos que per summum nefas edocet, eam non audire; ne tamen causa quam sustinet omni authoritate destituta videatur, recurrit ad miracula nova, quæ magno verborum apparatu jactat, & quæ supponit esse certissima; quasi Deus veritatis patrare posset vera miracula in erroris subsidium & favorem nec cautos Fideles suos fecil-

fet contra similes, ut loquitur sanctus Augustinus, *Mirabiliarios qui dividunt unitatem.

Nemo certè negaverit Scriptorem hunc novum, esse ex eorum sectâ, qui apud nos eas turbas excitarunt, quibus ab annis nonaginta & ampliùs agitatur & commovetur Ecclesia, hominem quippe multis in locis ipsius loquela manifestum facit; quæ etenim circa gehennæ metum identidem interserit, ejusdem furfuris & doctrinæ sequacem sapiunt; neque etiam nisi ex Iprensis Jansenii placitis hausit Christum Dominum, *qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus*, erga solos electos *propriè* adimplere officia Capitis, Pontificis & Mediatoris.

Opportunum igitur fuit, ut adversùs tam perversum opus, tot scatens erroribus insurgeret Sacra Facultas Parisiensis, in tuendâ catholicâ veritate Majorum suorum æmulatrix studiosa. Rem autem ut præstaret & methodo breviori & clariori, habitâ ratione denuntiationis sacræ à S. M. N. Leonorio de Romigny Syndico, & nominatis eâ de re Deputatis, curavit ex Libello pravas propositiones nonnullas extrahi, excerptas quæ magis offensioni esse posse visæ sunt, ad septem Articulos seu Capita revocavit, maturo examine ponderavit, habitis pluribus Magistrorum suorum Congregationibus.

Postquam autem, auditâ DD. Deputatorum Relatione accuratâ & eruditâ, plusquam septuaginta Magistri, in quatuordecim generalibus Comitiis tam ordinariis, quàm extra ordinem habitis, suam dixissent sententiam, unicuique propositioni sua nota affixa est & attributa, eo ordine qui sequitur.

Propositiones extractæ ex dicto Libello, unà cum notis ac censuris cuilibet propositioni à Sacra Facultate affixis & attributis.

ARTICULUS PRIMUS.

De naturâ & stabilitate justitiæ christianæ.

PROPOSITIO.

2. *Lettre. p.35.&61.* Il est.... vrai que la Foi dont le Juste vit, a independamment des appuis sensibles, une force intrinséque qui nous met en état de triompher de toutes les injustices du siécle, & de tous les obstacles qui s'opposent à notre salut.... C'est donc sans fondement que nous regardons la Justice chrétienne comme incapable par elle-même de se soûtenir indépendamment de certains appuis sensibles.

CENSURA.

Hæc propositio captiosa est, ad ingerendum ac fovendum neglectum & incuriam Sacramentorum, aliorumque externorum Christianæ Religionis subsidiorum subdolè prolata.

PROPOSITIO.

p.58.&59. Ce n'est point ici une simple conjecture, mais un dogme certain que S. Jean propose au nom de l'Eglise (dans ces passages, *Quiconque est né de Dieu, ne peche point: Quiconque est né de Dieu ne commet point de peché, parce que la semence divine demeure en lui, & il ne peut pecher, parce qu'il est né de Dieu.*) *p.* 60. Il veut donc faire entendre pour le moins que parmi les Justes il y en a peu qui retombent dans le peché mortel.... Cette espece d'impeccabilité que Saint Jean attribuë au juste, est si essentielle à son état, que c'est par cet unique caractere qu'il veut qu'on distingue les enfans de Dieu, c'est-à-dire les véritables justes, d'avec les pécheurs qu'il appelle enfans du diable.

CENSURA.

Hæc propositio falsa est, à genuino verborum Sancti Joannis sensu aliena, ad hæreticam de impeccabilitate Justorum doctrinam accedens, & erronea.

PROPOSITIO.

4. *Lettre p. 74. & 75.* Mais l'homme n'est-il pas toujours fragile, corrompu, & en danger de perdre la grace qui le justifie? Oui, l'homme privé du secours & de l'esprit de Dieu: mais l'homme justifié est dans un état bien different.

CENSURA.

Hæc propositio eo sensu intellecta, quod homo justificatus non sit fragilis, nec versetur in periculo amittendæ gratiæ justificantis, est manifestè verbo Dei contraria, & hæretica.

PROPOSITIO.

p.79. Tant qu'une personne a été sujette à se replonger dans les mêmes déreglemens, soit que les rechûtes aïent été frequentes, soit qu'elles aïent été rares, cette personne n'a aucun fondement solide de se persuader qu'elle ait été vraiment justifiée par la vertu des Sacremens.

* In Joan. tract. 13. n. 17.

CENSURA.

Hæc propositio quatenus docet homini post absolutionem acceptam etiamcarò in peccatum mortale relapso, nullum solidum esse fundamentum existimandi se fuisse verè justificatum, per virtutem Sacramenti, falsa est, & conscientiarum perturbativa.

PROPOSITIO.

p. 53. Un Chrétien ne sçauroit être véritablement juste, s'il ne l'est constamment.

CENSURA.

Hæc propositio falsa est, temeraria, & erronea.

ARTICULUS SECUNDUS.

De Confessione peccatorum venialium.

PROPOSITIO.

8. *Lettre p.* 171. & 172. Il est constant que durant un grand nombre de siécles, les justes se sont dispensés de confesser leues fautes vénielles, & de recevoir l'absolution.

CENSURA.

Hæc propositio falsa est & temerè asserta.

PROPOSITIO.

9. *Lettre p.* 210. & 211. L'idée de ce besoin prétendu (que quelques justes croïent avoir de recourir frequemment au ministere de la pénitence) n'a d'autre fondement que l'éducation, l'habitude, l'exemple, & sur tout un fond de paresse qui les porte à.... aimer mieux suivre nonchalamment le chemin battu & le train accoutumé, que de.... s'élever audessus d'eux-mêmes par des efforts... qui les affranchiroient d'un assujettissement qui devient chaque jour plus incommode & plus dangereux.

CENSURA.

Hæc propositio quatenùs usum confitendi peccata venialia, quem rectè & utiliter servari declarat Sancta Synodus Tridentina, periculosiorem in dies fieri asserit, falsa est, temeraria, scandalosa, piarum aurium offensiva, & erronea.

ARTICULUS TERTIUS.

De consensu requisito ad peccatum mortale.

PROPOSITIO.

Lettre 9. *p.* 198. L'objet (du péché) est-il important & contraire à l'essentiel de la loi, & le consentement avec lequel on se porte à cet objet est-il plein & entier; on doit ordinairement mettre ce péché au nombre de ceux qui détruisent la Justice.

CENSURA.

Hæc propositio quatenùs significat peccatum in materià gravi, cum pleno & integro voluntatis consensu commissum, ordinariè & non semper, esse retensendum inter peccata quibus destruitur justitia, scandalosa est, morum laxitatem fovens, & erronea.

PROPOSITIO.

p. 197. Quoiqu'une action ou une omission considerée dans son objet, soit du nombre de celles qui font perdre la Justice, cependant celui qui est coupable de cette action ou de cette omission, ne cesse point d'être juste, lorsque le consentement avec lequel il s'y porte, n'a pas le dégré de plenitude & de force qui est nécessaire pour offenser Dieu mortellement.

CENSURA.

Hæc propositio, quæ innuit Justum à justitià non excidere, quamvis plenè consentiat peccato ratione objecti mortifero, si ad certum plenitudinis & intentionis gradum consensus non accesserit; captiosa est, errori favens, & ad excusanda & imminuenda gravia peccata viam aperit.

ARTICULUS QUARTUS.

De potestate dijudicandi proprio lumine quænam culpæ veniales sint, quæ lethales?

PROPOSITIO.

Lettre 9. *p.*194. & 195. Tout Chrétien, qui sçait faire usage de sa foi & de sa raison, ne trouve-t-il pas dans la lumiere de sa foi, & dans le témoignage de sa propre conscience, un moïen moralement sûr pour juger quand il peche ou quand il ne peche pas?.... Or que faut-il davantage à un Juste pour le mettre suffisamment en état de juger, si les fautes qu'il commet sont venielles ou mortelles?

CENSURA.

Hæc propositio quæ asserit sufficere Justo propriæ rationis & fidei lumen, ut tutò judicet, nùm venialiter an lethaliter peccaverit; falsa est, periculosa in praxi, temerariam præsumptionem inspirans.

PROPOSITIO.

p. 199. Dans la pratique & à l'égard d'un Juste qui a l'esprit droit..... il n'est point vrai qu'il lui soit difficile de distinguer

guer ce qui est essentiellement contraire à la justice, d'avec ce qui ne l'est pas..... Saint Jean dit en parlant des Justes, qu'ils n'ont pas besoin d'un maître étranger; mais que l'onction de l'esprit de Dieu qui habite en eux, leur fournit toutes les lumieres qui leur conviennent....... p. 200. Je le dis sans hésiter, une conscience vraiment chrétienne, vaut mieux qu'une foule de Casuistes pour faire le discernement particulier de ce qui est matiere de peché mortel, d'avec ce qui ne l'est pas.

CENSURA.

Hæc propositio quæ per falsam verborum Sancti Joannis interpretationem cuilibet Justo tribuit, indiscriminatim & in omni casu, jus discernendi inter peccata mortalia & venialia; periculosa est in praxi & perniciosa, Eadem propositio Pastoribus atque Ethicæ Christianæ Doctoribus est injuriosa.

PROPOSITIO.

12. *Lettre p.* 261. Saint Paul en parlant aux Fideles ne leur dit pas: Avant que de vous approcher de la sainte Table, allez vous confesser au Prêtre: mais il dit, *Probet autem seipsum homo*..... Si c'est à chacun à se juger soi-même, c'est bien la moindre chose qu'il ne se condamne pas sans cause. On ne condamne personne en jugement sans crime certain: des suspicions ne suffisent pas, une demi-preuve même est insuffisante. p. 262. Pourquoi donc un Chretien qui ne se sent point coupable de péché mortel, se condamneroit-il à perdre la juste & précieuse possession où il est, de participer au Corps & au Sang de J. C. en se faisant une obligation de se soumettre au Tribunal de la Penitence comme s'il étoit criminel?

CENSURA.

Hæc propositio perniciosa est, per abusum textûs Apostoli, & ineptam comparationem, Fideles à Sacramentali Confessione Eucharistiæ perceptioni præmittenda avertit, atque viam pandit ad sacrilegia.

PROPOSITIO.

p. 264. Mais ce Juste ne peut-il pas se tromper dans le jugement qu'il porte de son propre cœur? alors il sera coupable à proportion de la negligence, ou de la dissimulation dont il aura usé en s'examinant, mais on ne peut pas dire qu'il péche contre la loi de la Confession.

CENSURA.

Hæc propositio falsa est, temeraria, perniciosa, & Sacramentalis Confessionis necessitati derogans.

ARTICULUS QUINTUS.

De duce vitæ spiritualis deligendo.

PROPOSITIO.

Lettre 11. *p.* 258. Tout conspire de nos jours à la séduction & à la perte des ames, on ne voit que scandales de toutes parts. La plûpart des Pasteurs loin de s'appliquer à édifier, n'ont de zele & d'activité que pour détruire..... Dans de si tristes conjonctures..... il s'agit.... d'examiner non si la methode qui vient d'être proposée (de choisir un guide parmi ceux qui sont privés du pouvoir d'exercer le ministere de la reconciliation) est conforme à la pratique generale, mais si elle est conforme aux regles, si elle est la plus utile, la plus sûre & la seule même qui convienne..... c'est ce que je crois avoir suffisamment prouvé.

CENSURA.

Hæc propositio falsa est, scandalosa, in Pastores Ecclesiæ contumeliosa, Fidelium saluti noxia, dum eos à tutissima, imò sæpè necessaria praxi conatur avertere, & tanquam utiliorem, securioremque, imò solam convenientem proponit praxim, quam pravæ novitatis amor, & spiritus schismatis adinvenit.

PROPOSITIO.

p. 251. On ne peut se résoudre à mettre l'affaire de son salut entre les mains d'un Ministre qui n'a plus le pouvoir d'absoudre. He! si l'on a les yeux de la foi, c'est au contraire parce qu'il a sacrifié cet avantage à son devoir, qu'il doit paroître plus respectable & plus digne d'une parfaite confiance. Saint Paul ne crut-il pas justement avoir acquis un nouveau degré d'estime & d'autorité parmi les Fideles, lorsqu'il eut été mis dans les liens pour le nom de Jesus-Christ.

CENSURA.

Hæc propositio falsa est, scandalosa, schismatica, in Pastores Ecclesiæ contumeliosa, ingerens contemptum autoritatis Ecclesiasticæ, dum Ministros sacerdotalis ministerii interdictione mulctatos, eo nomine digniores esse asserit, qui in duces & rectores conscientiarum eligantur: & quâ parte eosdem cum S. Paulo confert impudenter, est piarum aurium offensiva, & ipsi beato Apostolo injuriosa.

PROPOSITIO.

p. 247. Ces personnes (vivement touchées du desir de se convertir) s'en font-

elles toujours fiées à leurs Pasteurs ordinaires, ou à ceux qui exerçoient parmi elles le ministere de la Penitence? au contraire tous les monumens de l'Histoire Ecclesiastique nous apprennent que ces personnes ont ordinairement cherché les guides les plus distingués dans la pieté.... sans se mettre en peine s'ils avoient ou non le pouvoir d'absoudre.

CENSURA.

Hæc propositio falsa est & in quantùm lethalium peccatorum reos obliquè inducit ut sacramentalis absolutionis beneficium parùm curent, captiosa est, perniciosa, divinæ simul & ecclesiasticæ Confessionis legi adversatur.

PROPOSITIO.

p. 254. & 255. Mais il ne suffit pas qu'un Chretien sincerement attaché à la verité & à ses défenseurs, mais privé de la justice, soit persuadé qu'il peut travailler utilement, & avec confiance à sa conversion, sous la conduite d'un Ministre sans pouvoirs; il y a des raisons très-fortes qui l'engagent à préferer un pareil guide à tout autre. Il est bon de l'y rendre attentif. Vous ne doutez pas que celles qui ont été proposées pour établir cette préférence par rapport au Juste, ne conviennent également au pécheur. Elle est encore d'une obligation beaucoup plus indispensable par rapport à celui-ci.

CENSURA.

Hæc propositio perniciosa est, scandalosa, saluti animarum valdè noxia, spiritu hæretico & schismatico prolata, de necessitate sacramentalis absolutionis detrahens.

ARTICULUS SEXTUS.

De præsenti Ecclesiæ statu.

PROPOSITIO.

1. *Lettre, page* 12. On voit déja les portes du Sanctuaire fermées à ceux qui sont les plus dignes d'en remplir les premieres places. L'on n'y est admis qu'à des conditions qui supposent, ou que l'on ignore les verités les plus importantes, & les verités les plus essentielles de la Religion, ou que l'on est assez lâche pour les sacrifier à sa fortune. Quelles sources de maux & de scandales?

CENSURA.

Hæc propositio falsa est, scandalosa, Ordini Episcopali & Sacerdotali, cæterisque Ecclesiæ Ministris injuriosa & in eosdem calumniosa.

PROPOSITIO.

10. *Lettre, page* 221. Le Sacerdoce est tombé dans le plus honteux avilissement: On ne voit presque plus dans le Sanctuaire & dans l'exercice des fonctions sacrées, que des ignorans, des mercenaires, des profanateurs, des lâches déserteurs de la vérité, ou des ennemis déclarés qui lui font une guerre sanglante. A tous ces maux, non-seulement l'autorité ferme les yeux, mais elle y prête la main, mais elle en canonise les auteurs, mais elle déploye toute sa severité contre le petit nombre de ceux qui s'y opposent, & qui ont assez de lumieres & de courage pour ne se pas laisser entraîner au torrent de l'iniquité.

CENSURA.

Hæc propositio falsa est, scandalosa, piarum aurium offensiva, calumniosa, in Potestates Ecclesiasticas & Civiles contumeliosa, seditiosa, & schismaticum animum spirans.

PROPOSITIO.

p. 223. Aujourd'hui enfin qu'il suffit d'être fidele à la verité & à sa conscience pour se voir exclus de l'exercice du saint Ministere, il s'en faut bien qu'un Pasteur doive toujours être regardé comme un homme qui enseigne la voye de Dieu dans la verité; souvent au contraire cette qualité est une raison legitime d'avoir sa Religion pour suspecte.

CENSURA.

Hæc propositio falsa est, in Pastores Ecclesiæ calumniosa, in eorumdem contemptum scandalosè prolata, schisma sapiens, inobedientiam & rebellionem adversùs Ecclesiam nutriens.

PROPOSITIO.

1. *Lettre, p.* 12. & 13. Sous de tels Pasteurs n'est-il pas évident que tout Chretien qui voudra demeurer fidele à l'ancienne doctrine, & ne pas adhérer à une Constitution qui la condamne, ne doit point s'attendre à joüir paisiblement des avantages & des privileges de la Religion..... Ne nous flattons point, les ennemis de la verité se multiplient, s'accreditent & prévalent universellement..... *p.* 14. Qui de nous sçait les bornes précises qu'il (J. C.) a prescrites à l'obscurcissement de la verité, à l'oppression de ses défenseurs.... au torrent de l'iniquité & de la séduction?

CENSURA.

Hæc propositio falsa est, in Ecclesiæ Principes injuriosa, rebellionem falsò fidelita-

tis & constantiæ in antiqua Ecclesiæ doctrina retinenda nomine prædicans: & quâ parte asserit, ita obscuratam nunc esse in Ecclesia veritatem, ut hujus hostes universè prævaleant, verbo Dei & Christi promissis contraria est, atque etiam hæretica.

PROPOSITIO.

10. *Lettre, p.* 231. & 232. A quoi tend la Bulle *Unigenitus*, expliquée selon son sens naturel?.... Elle tend à disputer à Dieu sa toute-puissance sur le cœur de l'homme, à obscurcir la doctrine de l'Eglise sur la nécessité, la gratuité & la force de la grace de J. C. à anéantir le privilege de la nouvelle Alliance, à faire disparoître l'étenduë & l'importance du grand précepte de l'amour de Dieu, &c.

CENSURA.

Hæc propositio falsa est, calumniosa, dogmatico Sedis Apostolicæ Decreto,[a] quod universæ fraternitatis irretractabilis firmavit assensus, *schismaticè & impudenter obtrectans.*

PROPOSITIO.

pag. 233. La prétenduë acceptation qu'ils (les défenseurs de la Constitution) font tant valoir, n'est qu'une chimere.... Elle doit uniquement sa naissance à la dissimulation & à l'artifice, son progrès à l'intrigue, sa consommation à la violence..... Rien de plus caduc, de plus ruineux, de plus insoutenable que cette acceptation, puisque jamais il n'y a eu ni examen, ni jugement, ni unanimité, ni liberté parmi les Acceptans.

CENSURA.

Hæc propositio falsa est, temeraria, scandalosa, in Cleri Gallicani Præsules; cæterosque Orbis catholici Episcopos contumeliosa, erroribus damnatis favens, & schismatica.

PROPOSITIO.

pag. 234. Quelques avantages qu'ait le parti des Opposans à la Bulle... par une multitude de miracles incontestables que Dieu fait en leur faveur, il s'en faut bien que ces avantages soient aussi capables de faire une vive impression, que ceux du parti contraire.

CENSURA.

Hæc propositio quæ in patrocinium eorum qui judicio Ecclesiæ detrectant acquiescere, prætensa miracula advocat, falsa est; veterum hæreticorum artes renovat, ad simplicium & incautorum seductionem tendit; ac fanatismo hisce temporibus renascenti apertè patrocinatur.

a S. Leo ep. 93. ad Thea. c. 1.

ARTICULUS SEPTIMUS.

De metu gehennæ, & de officio capitis, Pontificis & Mediatoris in Christo.

PROPOSITIONES.

Lettre 7. *p.* 144. Il faut distinguer deux sortes de craintes...... La premiere est celle qui a pour objet la grandeur de Dieu, sa sainteté, sa justice, la pureté & la rigueur de sa Loi, & pour principe le desir de s'y conformer..... *p.* 145. C'est l'esprit de Dieu qui l'inspire, l'esprit d'onction & de charité...... Il y a une autre espece de crainte que le Juste doit regarder comme la plus dangereuse ennemie de la confiance qui lui est propre..... une crainte qui tend à affoiblir, & même à détruire cette confiance que produit la justice chrétienne..... *p.* 147. La doctrine de saint Jean..., nous apprend..... en quoi consiste cette crainte; car d'où vient que la charité parfaite lui donne l'exclusion? c'est, selon cet Apôtre, parce que la crainte a la peine pour objet: *Quoniam timor pœnam habet*: la crainte qui est contraire à la confiance est donc celle à laquelle ce caractere peut être attribué..... *p.* 148. Avoir donné une idée exacte de cette crainte, c'est déja avoir montré en quelque façon combien elle est dangereuse.

pag. 154. Quand celle-ci (la crainte) domine, quelle triste révolution ne cause-t-elle point dans son esprit & dans son cœur? (du Chrétien); alors ce qui devroit l'effraïer utilement l'abbat & le décourage: ce qui est destiné à le preserver contre la sécurité & la présomption, jette le trouble & l'inquietude dans son ame. Dieu ne se présente plus à lui que comme un maître impitoïable & un Juge inflexible.... La sévérité du Jugement dernier, loin de le rendre plus empressé à expier ses fautes & à s'avancer dans la vertu, glace son cœur & le plonge dans le déconcertement & dans l'inaction.

CENSURA.

Hæ propositiones, quæ timorem quemlibet à filiali distinctum exhibent velut periculosum, infensum spei, seu fiduciæ Justorum propriæ, continent doctrinam falsam, temerariam, sæpius damnatam, Tridentino Concilio adversam, erroneam, & verbo Dei contrariam.

PROPOSITIO.

6. *Letre, pag.* 130. Jesus-Christ ne remplit proprement & pleinement ces qualités augustes (de Chef, de Pontife & de Médiateur) qu'à l'égard de ses Elûs.

CENSURA.

Hæc propositio captiosa est, & intellecta eo sensu quod Christus non impleat propriè, *nisi erga suos electos, officia Capitis, Pontificis & Mediatoris; falsa est, temeraria & hæretica, renovans hæresim in quinta Jansenii propositione damnatam.*

Declarat autem Sacra Facultas mentem suam non esse cæteras propositiones contentas in Libello approbare, quin imò agnoscit plurimas adhuc extrahi potuisse, quæ suam æquè Censuram mererentur; sed ex istis voluit fieri manifestum, quàm sit prædictum opus contagiosum, quàm meritò ab ipsa condemnatum, &, sicuti vehementer exoptat, ne Fidelibus obsit, autoritate Regiâ supprimendum.

Lectum & confirmatum in Congregatione generali die 1. Septembris anno 1734.

De mandaro D. Decani & DD. Magistrorum Sacræ Facultatis Parisiensis.
HERISSANT, *scriba.*

Anno Domini 1735.

Censura sacræ Facultatis Parisiensis lata in Libellum, cui titulus: *Consultation sur la Jurisdiction & Approbation nécessaire pour confesser, renfermée en sept Questions, lesquelles sont discutées exactement, suivant le Droit, les Canons, les Conciles, les Synodes, les Rituels, les Mandemens & Lettres Pastorales de plusieurs Evêques, les Canonistes, les Jurisconsultes, les Théologiens, les Decrets, les Constitutions & Brefs de plusieurs Papes, & les Decrets de la Faculté de Paris, &c. par *** Prêtre du Diocèse de *** M. DCC. XXXIV.* quilibet pridie Nonas Januarii anni 1735. à D. Syndico delatus est ad sacram Facultatem.

EA fuit semper Novatorum consuetudo qui docentem Ecclesiam, non audiunt, sed ejus auctoritatem spernunt ac lacessunt, ut curent parùm in iisdem suis principiis consistere; mutant pro conditione temporum, & dogmata sua ad rem præsentem accommodant. *Transeunt*, ut loquitur sanctus Hieronymus, *de falsitate ad aliam falsitatem, quia solida non sunt eorum vestigia, quæ contra veritatem sunt.* In hac tamen eorum diversâ prorsus docendi ratione unus idemque est scopus, idem consilium. Volunt scilicet, quâ omni valent industriâ, asseclas suos, quorum animas duces cœci quasi captivas ducunt in perditionem, ne à castris suis deficiant, sibi semper addictos continere, &, ne ad obsequium Ecclesiæ revertantur, student eorum semper rebellionem confovere. Quapropter prout fert diversa partium suarum hominum indoles, prout exigit rei necessitas, docent, loquuntur, nec parcentes mendaciis, arte sibi notâ edunt, sparguntque libellos novos sectæ heu! Nimiùm fœcundæ partus uberes nimis. Clanculùm quidem & tacito Scriptorum nomine, a *volant libri* illi noxii, *Urbibus & Castellis ingeruntur*, iis scriptis *pro melle venenum*, pro veritate error *propinatur.*

Testis cæteros inter nefandus ille liber, quem anno proximè elapso solemni Censurâ sacra Facultas Parisiensis proscriptum voluit. Testis & iste non exitialis minùs, in quem meritâ pariter animadversione insurgendum arbitramur. Author prioris libelli, cùm nihil vereretur magis quàm ut pœnitentes in illos inciderent Sacerdotes Confessarios, qui, ut decet filios obedientiæ, Constitutionibus Apostolicis in Ecclesia & Regno vim legis habentibus corde & animo debitum obsequium præstant, sequaces suos à frequenti & salutari Confessionis usu liberos & immunes efficiebat; Author verò Consultationis ut aliquâ ratione consular nondum assuetis qui exequtiant importunum (ut ipse censet) Confessionis jugum, plenam potestatem facit simplicibus Fidelibus adeundi, quoscumque sibi seligere voluerint Sacerdotes à quibus nullâ licet Episcoporum auctoritate delegatis, absolutionis beneficium asserit obtineri.

Orthodoxa doctrina huc usque in tuto esse videbatur duobus hisce fulta præsidiis, nimirùm & apertâ Concilii Tridentini declaratione de necessitate jurisdictionis ad absolvendum validè, & lege ab eadem sacra Synodo latâ de obtinenda à Presbytero approbatione Episcopi,

a Ber. Epist. 189.

ad

ad excipiendas Fidelium Confessiones. Quod utrumque caput quoniam non audet libelli Autbor aperta fronte impetere, videtur quasi bonâ fide tateri & admittere dogma, quod tamen, vir duplex animo, habet in mente prorsus subvertere; non recurrit tamen ad dolos, non quærit latebras & diverticula; nam se totum statim manifestum prodit, & illicò deserit quod secum ipse pugnans concessisse videbatur. Modò asserit absolvendi potestatem à jurisdictione non pendere; modo, ac si tamen jurisdictionis necessitatem agnosceret, contendit eam conferri cuilibet Sacerdoti in sua Ordinatiooe, & ita firmiter adhærescere, ut nullâ Ecclesiæ lege subtrabi possit, aut limitari.

Ubi autem idem Author dogma de necessitate jurisdictionis attentavit proscindere, vir utique confidentissimus à sancità solemni lege approbationis obtinendæ Sacerdores propria suâ autboritate eximit, atque ut vim Decreti quo premitur elevet, falsas hactenusque inauditas interpretationes adhibet. Debuisset profectò, præ pudore & ex conscientia, abstinere ab impugnandis veritatibus, quas à nemine Catholico huc usque fuisse impetitas ipse confitetur: at rei novitate minimè perterritus, pudorem omnem abjicit, novumque figmentum comminiscitur asserendo videlicet Decretum illud Concilii non ad omnes ex æquo Sacerdotes pertinere, sed ad eos solos, qui tunc erant dignitatis, ut plurimùm, immemores suæ, aut illud idem Decretum esse de solis Regularibus intelligendum; eodem denique Decreto labefactata fuisse & eversa Parochorum jura, quos priùs audiri oportuerat, & penes quos est, ubi tempus opportunum nancisci poterunt, eadem collapsa jura sibi vindicare.

Jam vero quænam sunt ista quæ Parochis jura tribuit? Ut nempè renuentibus Episcopis seligant sibi, etiam ex non approbatis succenturiatos Sacerdotes, quos tanquam operarios bonos mittant in vineam suam. Neque tantùm non approbatos in suis Parochiis constituant, sed etiam revocatos ab officio & interdictione mulctatos ab Episcopo; quod certè nihil aliud est quàm Ecclesiasticam Hierarchiam subvertere, ut jam regimen animarum ad Episcopum non pertineat in sua propria Diœcesi.

Nec mirum certè si huc usque processerit, cùm non tantùm ratione Sacramentorum administrationi, potestate pares Præsulibus Parochos efficiat, sed illos etiam bac in parte erigere videatur supra ipsos Episcopos, quos, ut potè positos à Spiritu Sancto regere Ecclesiam Dei, tenemur revereri ut nostros in fide Patres, in quibus Sacerdotalis jurisdictio tanquam in ipso fonte residet, ex quo fonte in alios secundi Ordinis Ministros rivuli fluunt & emanant.

Placet insuper eidem Autbori, dum supra modum extendit Parochorum jura, ipsis eamdem tribuere in sua Parochia potestatem exercendam, quam ipse summus Pontifex babet in universa Ecclesia, & quilibet Episcopus in sua Diœcesi; & dum secundùm ipsius sententiam, non potest Episcopus in Parochiis sibi subditis administrare Sacramenta, ea est Parochi authoritas, ut sine consensu Episcopi expresso vel tacito Parochianos etiam extraneos, sive ex propria, sive ex aliena Diœcesi indiscriminatim excipiat, eorumque confessiones audiat; & sic Episcopus, quem S. Petrus Apostolorum Princeps esse institutum dicit,[a] *ut gregem Dei pascat*, non erit ulteriùs in sua propria Diœcesi Fidelium Pastor, si quidem cum Parochis divisum imperium vix obtinebit.

Neque verò est quod Parochi sibi gloriari possint de concessis, aut vindicatis dignitatis suæ juribus ab Autbore Consultationis; si quidem mox transit ad alia principia quibus uno eodemque ictu, & Parochorum & Episcoporum potestates, & jura convellit, subvertendo penitùs ordinem illum rectum, quem ipse Christus Dominus ad regendos Fideles sapientissimus Legislator instituit, eo fine videlicet ut regnet & vigeat quæ servari debet in optimo regimine concordia cùm populos inter & Parochos suos, tum & vicissim Parochos inter & Episcopos, ut quisque in ordine suo [b] *præpositis suis* subditus sit *& illis subjaceat*.

Cùm autem plurimùm intersit Anthoris perfidi ad fucum faciendum, ut vera & non falsa, antiqua & non nova censeatur docuisse, Doctores Tbeologos & Juris peritos singulis paginis laudat, eorumque testimonia vanâ eruditionis ostentatione colligit, ut sic [c] *videatur de singulis quæ asserit præstitisse rationem, quia singulis assertionibus suis quædam testimonia subdidit; sed quæ, secundùm pravitatem* falsa sæpissimè *referentis solis* non atten-

a Epist. 1. 5. 2.
b Hebr. 13. 17.
c S. Hilarius lib. 4. de Trinit.

Ggg

dentibus *blandiuntur & speciem veritatis exhibent*; dum viri sagaciores & rem diligenti examine perpendentes, fermè in omnibus summam hominis improbitatem & audaciam detegunt.

Cæterùm ubi per S. M. N. Leonorium de Romigny, Syndicum, pridie Nonas Januarii præsentis anni liber delatus est ad sacram nostram Facultatem & doctrinam in eo contentam idem D. Syndicus exposuit, horruimus, intelleximusque nostræ esse erga Religionem sanctam observantiæ & studii quo Parisienses Magistri flagrare debent præ cæteris, ut Ordo noster non sileret, tum maximè operam nostram reposci, cùm Novatorum quæ ascendit semper superbia jura Episcoporum audacter impetit & antiqua Ecclesiæ dogmata? sanctissimasque ejus Sanctiones conatur subvertere. Itaque expendendum censuimus Libellum, ad ferendum nostrum doctrinale judicium; atque idcirco more solito nominavimus Deputatos, qui perversas Propositiones extraherent, quibus subinde sua nota singillatim figeretur.

Postquam autem auditâ DD. Deputatorum relatione, & habitis, ut poscebat gravitas materiæ duodecim generalibus Congregationibus octoginta sex Magistri suam dixissent sententiam, S. Facultas suam Censuram tulit, non quidem in omnes Propositiones pravas & damnandas, sed in aliquas dumtaxat, ut ex illis, quas ad sex præcipua capita revocavit damnatis & notatis, cuique pronum esset agnoscere, quàm sit perversum opus, quàm alienum à doctrina Catholica, & quantùm animabus Fidelium nocere posset, nisi publicâ animadversione plecteretur.

Censuit insuper eadem sacra Facultas abstinendum à quibusdam aliis Propositiunibus hîc recensendis & notandis, quæ alios Authoris errores continent contra Episcoporum potestatem, ad quos pertinet concedere Presbyteris jurisdictionem, quia cùm Clerus Gallicanus in suis Comitiis annis *1656.* & *1657.* habitis adversus hosce eosdem errores fortiter insurrexerit, arbitrata est impræsentiarùm sufficere, ut declaret, sicuti facit & declarat doctrinam pravam à Clero Gallicano circa præfatam materiam tunc temporis improbatam, à se similiter vehementer improbari.



PROPOSITIONES EXTRACTÆ

Ex dicto Libello, unà cum notis & censuris cuilibet Propositioni à Sacra Facultate affixis & attributis.

ARTICULUS PRIMUS.

De necessitate Jurisdictionis ad validè absolvendum in foro Pœnitentiæ.

PROPOSITIO.

1. SA validité (du Sacrement [a] de Pénitence) ne dépend pas de la Jurisdiction.

CENSURA.

Hæc propositio est erronea, & sapit hæresim à Concilio Tridentino damnatam.

PROPOSITIO.

[b] 2. On ne peut prouver par la Tradition que la Jurisdiction est nécessaire pour absoudre validement.

[c] 3. Il est constant que l'Eglise n'a point encore decidé que le defaut de Jurisdiction ou commission de l'Ordinaire annulluit de soi le Sacrement de Penitence.

[d] 4. Il n'est aucunement certain que le Concile de Trente ait prononcé qu'une Confession faite à un Prêtre qui n'a point de jurisdiction, *est nulle de Droit.*

CENSURA.

Hæ propositiones falsæ sunt, temerariæ & ad insinuandam hæresim contra apertam veritatem malignè prolatæ.

PROPOSITIO.

[e] 5. Tous les Prêtres donc, les Pasteurs, & ceux qui ne le sont pas, sont unis dans le pouvoir de lier & de delier; & par l'institution de Jesus-Christ, tous ont des Sujets. Ces Sujets sont le monde Chrétien.

CENSURA.

Hæc propositio, quæ asserit omnibus Sacerdotibus ex institutione Christi attributos esse subditos in quos ligandi & solvendi potestatem in Ordinatione acceptam exerceant

a Premiere Question, p. 11.
b Page 12. Titre.
c Page 12.
d Cas sur la Jurisdiction, page 35. Note.
e Premiere Question, page 24.

independenter ab Episcopi missione, hosque subditos esse Orbem Christianum falsa est, Ecclesiasticæ Hierarchiæ destructiva & erronea.

PROPOSITIO.

[a] 6. La jurisdiction & l'approbation ne sont qu'accessoires & de discipline.

[b] 7. Les loix de la jurisdiction & de l'approbation sont des loix de pure police.

CENSURA.

Hæ propositiones, quatenus asserunt jurisdictionem in foro Pœnitentiæ ad puram politiam & disciplinam pertinere, temerariæ sunt & erroneæ.

PROPOSITIO.

[c] 8. Les Prêtres confessoient dans les premiers siécles de l'Eglise sans la permission des Evêques & des Curés.

[d] 9. Onze siecles s'etoient écoulés depuis la naissance de Jesus-Christ ...... dans une si longue suite de siécles, on n'avoit point entendu parler, ou que fort peu, qu'il fallût autre chose que la qualité de Prêtre pour confesser & donner des absolutions valides & licites à des pecheurs secrets.

CENSURA.

Hæ propositiones falsæ sunt, & ex ignorantia constantis Ecclesiæ praxis temerè assertæ.

PROPOSITIO.

[e] 10. Les Prêtres reçoivent en même tems (lorsqu'ils sont ordonnés) la mission de leur Evêque, ou au moins sa permission, & ...... par là ils deviennent capables, lorsqu'ils en seront requis par les Pasteurs ordinaires des Paroisses, ou que quelque penitent aura des raisons de Droit pour se soumettre à eux, d'exercer le pouvoir complet d'absoudre & de juger, qu'ils ont reçu, lorsqu'ils ont été ordonnés.

CENSURA.

Hæc propositio falsa est, & quatenus asserit præter potestatem in Ordinatione acceptam nihil aliud requiri in Sacerdote ad verè absolvendum, quàm ut vocetur à Parocho, aut voluntariè se subjiciat pœnitens, est erronea & viam invalidis absolutionibus aperit.

[a] Cas sur la Jurisdiction, page 40. Note.
[b] Ibid. page 37. Note.
[c] Seconde Question, page 36. Titre.
[d] Ibid. page 42. & 43.
[e] Premiere Question, page 27.

ARTICULUS SECUNDUS.

De authoritate Ecclesiæ circa Sacramentum Pœnitentiæ.

PROPOSITIO.

[f] 11. L'Eglise ne peut rendre invalide le Sacrement de Penitence, quand le Sujet qui le reçoit est bien disposé.

CENSURA.

Hæc propositio, quatenus asserit Ecclesiæ lege, irritam fieri non posse absolutionem, est hæretica.

PROPOSITIO.

[g] 12. Tout le pouvoir de l'Eglise & du Pape ne s'étend alors qu'à des ceremonies de décence & à des réglemens de bon ordre & de discipline, sans donner à prétendre que leur omission altere le fond du Sacrement.

CENSURA.

Hæc propositio intellecta de Sacramento Pœnitentiæ est hæretica.

PROPOSITIO.

[h] 13. L'absolution donnée dans un tel cas (le cas de reserve) est-elle valide? le Concile (de Trente) n'a rien prononcé dans cette question.

CENSURA.

Hæc propositio falsa est, & hæresi à S. Synodo Tridentinâ damnatæ favens.

PROPOSITIO.

[i] 14. Le Prêtre qui n'a que la puissance d'Ordre, est le Ministre de Dieu pour absoudre dans tous les cas, & toutes sortes de personnes, & lui reconcilier parfaitement le pecheur; mais il n'est pas le Ministre de l'Eglise, puisqu'il n'a pas son institution; & par là il n'est pas propre pour lui reconcilier ceux qui l'ont offensée par leurs désobeïssances, scandalisée & contristée par leurs crimes.

CENSURA.

Hæc propositio captiosa est, & quatenus innuit Sacerdotem qui solam habet Ordinis

[f] Premiere Question, page 17. Titre.
[g] Ibid. page 19.
[h] Ibid. page 1.
[i] Ibid. page 35.

potestatem posse in omnibus casibus quoscumque peccatores verè absolvere & Deo perfectè reconciliare, hæresim sapit.

ARTICULUS TERTIUS

De approbatione ab Episcopo obtinendâ.

PROPOSITIO.

[a] 15. La necessité de la prendre (l'approbation) n'est pas si constante, que son defaut rende le Sacrement *d'aucune conséquence.*

CENSURA.

Hæc propositio falsa est, temeraria & decreto Concilii Tridentini contraria.

PROPOSITIO.

[b] 16. Si l'on examine les termes du Decret (du Concile de Trente, Sess. 23. c. 15.) & si on les lie avec ce qui precede & ce qui suit, le Decret paroîtra avoir été fait seulement pour ce tems malheureux : & contre les Prêtres qui vivoient alors, lequel comme beaucoup d'autres Ordonnances du même Concile, après le remede apporté au mal : devoit rester sans suite, & laissoit les choses dans le premier état.

[c] 17. Les Reguliers étoient les seuls ... dont le Concile a voulu parler, & qu'il soumet à prendre l'approbation de l'Ordinaire.

[d] 18. Le sens exclusif qui donne aux Evêques le droit d'approuver à l'exclusion des Cures, paroît donc étranger au Concile, & si étranger à mon jugement, qu'on ne peut l'admettre sans .... que le Concile tombe dans une contradiction constante avec lui-même.

[e] 19. Le Concile (de Trente) bien entendu, est plus favorable sur l'article de l'approbation aux Curés qu'aux Evêques.

CENSURA.

Hæ propositiones falsæ sunt, temerè assertæ, Decretum Concilii perversè interpretantur, & ejus menti manifestè repugnant

PROPOSITIO.

[f] 20. Le droit d'approuver les Confesseurs n'est point devolu aux Evêques, à l'exclusion des Curés par aucune Loi de l'Eglise.

CENSURA.

Hæc propositio falsa est, & de juribus Episcoporum detrahit.

PROPOSITIO.

[g] 21. L'approbation des Confesseurs par l'Evêque, à l'exclusion des Cures, peut passer pour un jugement contre les Cures qui n'ont point ete appellés, qui auroit ete rendu par ceux qui paroissant partie dans l'affaire, n'en doivent pas être les solliciteurs & les juges, contre lequel par consequent les Cures sont en droit de se pourvoir, quand ils en auront la liberté.

CENSURA.

Hæc propositio est scandalosa, in S. Synodi œcumenicæ contumeliam prolata, de auctoritate Ecclesiæ derogans, & in schisma inducens.

PROPOSITIO.

22. Tout manque... au decret de l'approbation des Confesseurs par l'Evêque.

CENSURA.

Hæc propositio falsa est, in PP. Tridentinos injuriosa & Decreti à Concilio lati eversiva.

PROPOSITIO.

[i] 23. Les Curés, dans les besoins pressans de leurs Eglises peuvent commettre des Prêtres point approuvés de l'Evêque.

CENSURA.

Hæc propositio falsa est, Concilio Tridentino contraria & ut talis à Sacra Facultate jam damnata.

PROPOSITIO.

[k] 24. Les Curés qui ont la jurisdiction ordinaire dans leurs Paroisses & sur leurs Paroissiens .... leur peuvent donner des Confesseurs point approuvés de l'Evêque, quand les Evêques refusent injustement d'en approuver, ou n'en approuvent que de mauvais.

CENSURA.

Hæc propositio est falsa, disciplinam Ec- *clesiæ*

a 7. Question, pag. 18. & 19.
b Troisieme Question, page 61.
c Ibid. page 64.
d Ibid. page 69.
e Ibid. page 71.
f Quatrieme Question, page 85.
g Troisiéme Question, page 75.
h Ibid. page 77.
i Septieme Question, page 18. Titre.
k Ibid. page 23.

clesiæ intervertit, & ad mentem Auctoris intellecta, in schisma inducit.

PROPOSITIO.

[a] 25. Les Evêques tiennent du Roi le pouvoir d'approuver à l'exclusion des Curés.

CENSURA.

Hæc propositio falsa est, scandalosa, & quatenus asserit à Rege concessam esse Episcopis rem merè spiritalem, in Christianissimum Principem est summè injuriosa.

PROPOSITIO.

[b] 26. Si les Evêques approuvent les Confesseurs des Paroisses par exclusion des Curés, c'est qu'ils l'unt demande & obtenu du Roi, &c.... cet usage est très-récent.

[c] 27. Les Evêques jugerent donc que ce seroit plûtôt fait de recourir pour une chose purement Ecclesiastique & spirituelle, au pouvoir absolu du Roi & d'en obtenir un Edit. Il fut dunne au mois d'Avril 1695. dans un rems où la necessité des affaires, & le besoin d'une forte subvention du Clergé, obligeuit le Roi à accorder tout aux Evêques.

CENSURA.

Hæ propositiones in Gallicanos Episcopos Regemque Religiosissimum calumniosæ sunt, impudentrr & malignè contra ipsa Edicti Regii verba prolatæ.

PROPOSITIO.

[d] 28. Les Curés pourroient donc... demander sans scrupule à la Puissance séculiere, la liberre de rentrer dans des droits qu'ils n'ont quitté, & dont le Roi plûrot que les Conciles ne leur a ôté l'usage qu'à la sollicitarion des Evêques, & après avoir suggeré à son Conseil que c'etoit faire le bien de l'Eglise.

CENSURA.

Hæc propositio in Episcopos per calumniam prolata, Ecclesiastici Statûs perturbativa est & ad schisma provocat.

ARTICULUS QUARTUS.

De Episcoporum potestate negandi approbationem & concessam revocandi.

PROPOSITIO.

[e] 29. On est..... bien fondé à soutenir que par le refus injuste de l'Evêque d'approuver, le droit revient au Curé qui retabli alors dans son droit, peut l'exercer en faveur de la personne injustement refusée.

[f] 30. Un Curé zelé, un vérirable Pasteur.. ne pourra-t-il point dans des besoins si reels & si pressans..... envuyer dans sa vigne de dignes ouvriers.... qu'un Evêque refuse sans raison d'approuver ?

CENSURA.

Hæ propositiones falsæ sunt, temerariæ, animarum saluti noxiæ & Ecclesiasticam Hierarchiam perturbant.

PROPOSITIO.

[g] 31. Je n'oserois.... soûtenir.... que les Confessions qu'un digne Ministre injustement revoqué entend dans le besoin sans s'y pousser de lui-même, mais en deferant à la lumiere des autres, & avec le consentement du Cure, sont de nulle conséquence.

[h] 32. L'approbation de l'Evêque ne donne pas le mérire, mais le rrouve dans le Prêtre qu'il approuve. Si le merite est constant, si des besoins pressans demandent son ministere, l'Evêque qui le retire de l'emploi est déja condamne & l'Eglise ne peut que louer & approuver le zele d'un Cure qui employe un digne Ministre dans le besoin & pour l'utilité des Peuples.

CENSURA.

Doctrina quam hæ propositiones menti exhibent falsa est, Sedi Apostolicæ, Conciliis Provincialibus, & præsertim S. Oecumenico Tridentino contraria, viamque sternit ad sacrilegas absolutiones.

ARTICULUS QUINTUS.

De jure Episcoporum per se vel per alios administrandi Sacramenta in Ecclesiis Parochialibus.

PROPOSITIO.

[i] 33. Le Curé est le propre Prêtre, le Pasteur special & particulier, qui a une jurisdiction ou une puissance de gouvernement immédiate, & la plus prochaine sur le peuple qui lui est soumis, laquelle le rend Vicaire de J.C. dans sa Paroisse,

a Quatriéme Question, page 90. Titre
b Cas sur la Juridiction, page 40. Note.
c Quatriéme Question, page 92.
d Septiéme Question, page 10.
e Ibid. page 21
f Ibid. page 17.
g Cinquiéme Question, page 103. & 104.
h Septiéme Question, page 21.
i Sixiéme Question, page 110.

comme l'Evêque l'est dans son Diocèse, & le Pape l'est dans toute l'Eglise.

CENSURA.

Hæc propositio captiosa est, & hæresim sapit.

PROPOSITIO.

[a] 34. Le Concile ..... de Trente n'a point dit ...... que l'Evêque avoit plus de puissance & d'autorité pour l'administration des Sacremens ordinaires, soit pour les administrer ou faire administrer dans une Paroisse, que le Curé même.

CENSURA.

Hæc propositio falsa est, & hæresi à Concilio Tridentino damnatæ favet.

PROPOSITIO.

[b] 35. Comment... peut-on soutenir... que les Evêques sont en droit de mettre des Confesseurs dans les Paroisses indépendemment des Curés, & d'y faire faire toutes les fonctions.

CENSURA.

Hæc propositio falsa est, de juribus Episcoporum detrahens, & intellecta eo sensu quòd Episcopus per se non possit Parochorum munia in qualibet Parochia sibi subdita exercere, est hæretica.

PROPOSITIO.

[c] 36. Un Evêque n'est qu'*habitu* le Recteur des Paroisses de son Diocèse....ou le Pasteur commun des Paroisses.

CENSURA.

Hæc propositio, quæ tollit ab Episcopo immediatum regimen Parochiarum suæ Diœceseos, est ministerii Episcopalis eversiva & verbo Dei contraria.

PROPOSITIO.

[d] 37. La Faculté de Theologie de Paris l'enseignoit dans le treiziéme siecle... qu'il n'étoit pas permis de se confesser même au Pape ou à l'Evêque, à leurs Pénitenciers, ou à ceux qu'ils commettoient, sans le consentement du Curé. Les Théologiens & les Canonistes d'aujourd'hui abandonnent communement ces sentimens, mais ils ne sont pas décriés jusqu'au point qu'ils doivent passer pour des erreurs.

CENSURA.

Hæc propositio falsa est, S. Facultati perperam affingens doctrinam quam ipsa ut erroneam expressè & unanimiter reprobavit anno 1252. & dum negat erroneam esse hanc doctrinam, errori sæpiùs damnato apertè patrocinatur.

PROPOSITIO.

[e] 38. C'est un ordre etabli par Jesus-Christ dans son Eglise, par consequent Ordre respectable, auquel les hommes ne peuvent déroger que les Prêtres Seculiers & Reguliers approuvés de l'Evêque, ne confessent dans les Paroisses que du consentement des Curés.

CENSURA.

Hæc propositio falsa est, temeraria, & de jurisdictione, quæ Episcopis jure Divino competit, derogans.

PROPOSITIO.

[f] 39. Je sçai qu'il y a des Théologiens qui enseignent que l'Evêque peut de droit & malgré les Curés, commettre des Confesseurs dans une Paroisse..... si ces Théologiens parlent absolument, je les abandonne comme ayant avancé une doctrine insoutenable que l'antiquité n'a point connuë, qui n'est appuyée sur aucun texte de droit, & qui se trouve contraire au Concile de Trente.

CENSURA.

Hæc propositio est falsa & temerè asserta.

ARTICULUS SEXTUS.

De necessaria Parochis approbatione Episcopi ad alienos Parochianos absolvendos.

PROPOSITIO.

[g] 40. Les Curés n'ont point besoin de l'approbation expresse ou tacite de l'Evêque pour entendre les Confessions des autres Paroissiens, & les absoudre, il leur suffit d'avoir le consentement du Curé de ceux qui s'adressent à eux.

[h] 41. Les Prêtres ... s'ils sont Curés,

[a] Sixiéme Question, page 105.
[b] Ibid. page 109.
[c] Ibid. page 112.
[d] Ibid. page 127.

[e] Sixiéme Question, page 146.
[f] Ibid. page 160.
[g] Cas sur la Jurisdiction, page 37. Note.
[h] Septiéme Question, page 1.

il est inconteſtable qu'ils peuvent confeſſer les Paroiſſiens des autres, même d'un autre Diocèſe, avec la ſeule permiſſion des Curés.

[a] 42. Un Evêque ne peut empêcher les Curés de confeſſer les Paroiſſiens des autres, quand c'eſt l'uſage du Diocèſe, quand c'eſt dans leurs Egliſes qu'il les confeſſent, & ailleurs avec le conſentement des Curés de ceux qu'ils confeſſent.

[b] 43. Aucun droit n'autoriſe l'Evêque à défendre à un Curé de confeſſer les Paroiſſiens des autres, quand les Curés y conſentent, & que c'eſt la pratique generale du Diocèſe.

[c] 44. L'Evêque peut défendre à un Curé de confeſſer les Paroiſſiens des autres ſans la permiſſion de leur Curé, mais il ne peut pas, s'il les confeſſe avec la permiſſion de leur Curé.

a 2. Lettre, page 25. Titre.
b Cas ſur la Juridiction, page 40. Note.
c Ibid. page 35.

CENSURA.

Hæ propoſitiones falſæ ſunt & de juribus Epiſcoporum derogant.

Non intendit autem Sacra Facultas alias propoſitiones contentas in Libello approbare, cùm jam ſupra declaraverit non omnes quæ Cenſuram merentur à ſe extractas fuiſſe ac damnatas, & reipsâ plurimæ ſuperſint adhuc non exitiales minus & pravæ, quæ pariter notari potuiſſent & damnari.

Lectum & confirmatum in Congregatione Generali, die 15. Septembris ann. 1735.

De Mandato D. DECANI & DD. Magiſtrorum Sacræ Facultatis Pariſienſis.

HERISSANT, *Scriba.*

FINIS PRIMÆ PARTIS.

SUPPLEMENTUM SECUNDI TOMI
Anno Domini 1624.

Facultas Theologiæ Pariſienſis, & ſupremus Galliarum Senatus. Ex tabulis Facultatis Theologiæ Pariſienſis deprompta eſt hæc ejus cenſura. Pro defenſione doctrinæ Ariſtotelis.

Die primâ menſis Septembris Sacra Theologiæ Facultas Pariſienſis poſt Miſſam de Spiritu Sancto more ſolito celebratam, ordinaria habuit comitia in aula Collegii Sorbonæ, in quibus Magiſter Petrus *De Beſſe* Syndicus expoſuit quaſdam theſes evulgatas per Joannem *Bitaudum*, Antonium *De Billon*, & Stephanum *De Clave* contra doctrinam Ariſtotelis communiter receptam, quas ſupremus Senatus judicio Facultatis examinandas commiſerat, antequam ſententiam in auctores ferret. Quibus jam antea agitatis & examinatis, nec-non peculiari cenſurâ notatis per ejuſdem Facultatis deputatos, iteratò communibus aſſidentium ſuffragiis cum præfatione comprobari petiit, antequam Supremo Senatui offerrentur.

Facultas autem iterùm poſt meridiem privata comitia indixit, ut conficeretur cenſura generalis theſeon Joannis *Bitaudi*, Antonii *De Billon* & Stèphani *De Clave*, quæ ſingularum propoſitionum qualificationibus præponeretur, antequam ſupremo Senatui offerrentur.

Sequitur cenſura quarumdam poſitionum publicatarum adverſus principia Ariſtotelica, Paracelſica & Cabaliſtica per Joannem *Bitaudum*, Antonium *De Billon* & Stephanum *De Clave* evulgatarum, de quibus dictus *Bitaudus* ſub moderamine dicti *De Billon* erat reſponſurus; tertius verò arte chymicâ illarum veritates experientiis oſtenſurus, niſi ſupremus Senatus ad poſtulationem Sacræ Facultatis theologiæ Pariſienſis illis ſilentium impoſuiſſet.

Nibil planè in Republica Chriſtiana periculoſius communique Sanctorum Patrum judicio cavendum diligentiùs, quàm rerum novitas, ea præſertim, quæ veræ ſcientiæ ſanæque doctrinæ manifeſtè dignoſcitur adverſari. Sic à primis Eccleſiæ temporibus ipſe veritatis auctor Spiritus Sanctus monuit Apoſtolo atteſtante, qui

tories novas & peregrinas hominum in facto doctrinæ opiniones omni studio & diligentiâ fugiendas commendavit. Ut 1. Epist. ad Tim. c. 6. *ô Timothée, depositum custodi, devitans profanas vocum novitates, & oppositiones falsi nominis scientiæ, quam quidam promittentes circa fidem exciderunt.* Ad Ephes. cap. 4. *Ut jam non simus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris.* Et 1. ad Timoth. 4. *Spiritus autem manifestè dicit, quia in novissimis temporibus discedent quidam à Fide, attendentes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum, in hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium conscientiam* Et ad Heb. 13. *Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci.* Quapropter omni curâ & studio providendum, ne quid in corruptelam morum, scandalum populorum, labefactationem Religionis & perniciem animarum evulgetur; vel, si contingat in lucem prodire, ut statim è medio tollatur & omnibus censuræ notis damnatum longè latèque profligetur. Cùm ergo novissimè in his nostris miseris temporibus, in quibus ad omne curiositatis & novarum rerum genus depravatis & liberioribus ingeniis impunè patet aditus, Sacræ Facultatis Theologicæ Parisiensis quædam occurrissent propositiones typis mandatæ, palàm & publicè à quibusdam (quo spiritu ductis, dubitatur) agitandæ, quæ ex professo contra doctrinam Aristotelis omnium Philosophorum sine controversia principis, communemque Academiarum consensum & usum militabant, & nonnihil periculi adversus Fidei principia involvere videbantur, quarum auctores de eorum forrafsis numero existebant, de quibus olim cavendum scripsit Apost. Coloss. 2. *Videte ne quis vos decipiat per Philosophiam, & inanem fallaciam*; postquam à pluribus ejusdem Facultatis Doctoribus specialiter deputatis diligenter examinatæ & discussæ fuissent in privatis ædibus Sacræ Facultatis, randem die 2. mensis Septembris 1625: post Missam de Spiritu Sancto solito more celebratam, in generali Congregatione collectis singulorum Magistrorum nostrorum votis, censuit propositiones istas esse valde periculosas, non modò ratione veræ Philosophiæ, quæ à multis sæculis commuoi omnium Academiarum consensu recepta est, sed etiam quia non parùm adversus principia Fidei & Religionis pugnare deprehenduntur. Ex quibus nonnullæ instar aliarum peculiari censurâ sunt notatæ.

SECUNDA PROPOSITIO.

Formæ item substantiales omnes (exceptâ rationali) non minùs absurdè defenduntur ab Aristotelicis, quàm materia, cùm per eas intelligant substantias quasdam incompletas, unum per se cum materia substantiale compositum constituentes; materiâ enim è naturali composito sublatâ, & formas saltem materiales tolli necesse est.

Hæc propositio est *temeraria, erronea, & hæresi proxima.*

DECIMA PROPOSITIO.

Somniarunt Peripatetici, dùm parùm congruè de rerum naturis dixerunt, veras & physicas alterationes fieri per introductionem, aut deperditionem novæ & solius entitatis alicujus accidentalis, subjecto invariato secundùm substantiam manente; cùm tamen nulla unquam fiat additione aut detractione principiorum, aut eorum multiplici mixtione naturaliter accidere queat.

Hæc propositio est *falsa, temeraria, scandalosa, & aliquomodo impugnat Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum.*

Alias earumdem theseon illis duabus connexas propositiones simul damnatas hic omittimus.

Acceptâ hac Censurâ Senatus Parisiensis Decreto 4. Sept. ejusdem anni 1624. lato jussit, ut dictus De Clave *graviter admoneretur, & ut coram ipso theses illæ lacerarentur: prohibuit ne contentæ in illis propositiones ab ullo docerentur aut propugnarentur, neve ulla adversus antiquos & probatos auctores dogmata tenerentur.*

Hoc monumentum reperitur in tomo quinto Philosophiæ Duhamel.



Anno



COLLECTIO
JUDICIORUM
DE
NOVIS ERRORIBUS.



Anno Domini 1499.

DECRETUM COLONIENSIUM THEOLOGORUM de Immaculatâ Conceptione Beatæ Virginis.

MAGISTRI nostri Sacræ Theologiæ Professores Congregati per schedulam causam Congregationis continentem, ita sua vota & deliberationes constituere decreverunt, ut viderentur imitari unicum Magistrum nostrum summæ pacis auctorem, & ut pax & tranquillitas non solùm in capitibus, sed in singulis membris ejusdem Facultatis firmius persisteret. Imprimis inspexerunt extravagantem Beatissimi Patris Sixti Papæ quæ incipit: *Sixtus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Grave nimis Gerimus.* Et finit: *Datum Romæ apud Sanctum Petrum* anno Incarnationis Domini M. CCCC. octogesimo tertiò, pridie nonas Septembris Pontificatûs nostri anno tertio decimo. (Qui per auctoritatem definivit, quod cum Sancta Romana Ecclesia de intemeratæ Virginis Mariæ Conceptione publicè Festum solemniter celebret & super hoc ordinaverit officium) tum Christiani cum pietate servantes Beatissimam Virginem Mariam fuisse præservatam ut non contraxisset à parentibus originale peccatum. Quamquam illi qui absque pertinacia sentirent Christiferam Virginem conceptam fuisse in Originali, non deberent esse suspecti de hæresi, aut mortaliter peccare; Quam constitutionem sicut tenebantur, ita sicut Filii obedientes cum omni devotione acceptaverunt, insuper habentes reverentiæ oculum ad solemnes & approbatos Doctores nostræ Facultatis, qui attendentes Festum Conceptionis in Ecclesia solemniter observari, & pro auferendo maximo scandalo Christiani populi, qui nunc in observatione illius Festi se firmavit, ita pro pietate & ex causis eos rationabiliter moventibus statuit & ordinavit Facultas sic Congregata, deinceps & in futurum sic inviolabiter observari ab omnibus sup-

positis & membris ejusdem Facultatis præsentibus & futuris, ut antequam Ecclesia legitimè aliter determinaverit, ipsa supposita & membra in sermonibus, prædicationibus, & solemnibus determinationibus teneantur sic sermocinari, & prædicare ac determinare; Beatam Christiferam Virginem Mariam esse & fuisse à peccato originali ex speciali privilegio præservatam, aut de illa materia omnino taceant, quamvis tamen liceret in Scholis ad aliam partem arguere more Scholastico, ut veritas magis eluceat, sic tamen & non aliter, ut absque contentione, æmulatione, pertinacia, aut indecentia, argumenta quæ in utramque partem sonari videntur honestè juxta morem Scholarum proponantur sub pœna per Facultatem eis infligenda, & ut ista firmius observentur, Statuit Facultas, ut in principio Libri Statutorum haberetur memoria istius Conclusionis, ut injungeretur omnibus promovendis, ne prædicarent, nec sermocinarentur, aut determinarent Christiferam Virginem in Originali Conceptam, sed eam ex privilegio præservatam, aut omninò de ista materia in casibus prædictis tacerent sub pœna eis per Facultatem infligenda, & voluit Facultas istam conclusionem etiam extendi ad omnia membra Facultatis præsentia & fut ra; insuper noluit Facultas contra, & præter istud Statutum aliquem de membris plus obligari, aut obligatum esse aut fuisse.

Pro Copia cum suo Originali ex Archivio S. Facultatis Theologiæ almæ Universitatis Coloniensis desumpto per omnia Concordante; exceptis initialibus anni numeris & paucis finalibus verbis vix legibili charactere expressis, subscripsi & Pizeto munivi, anno 1725. die decimâ Februarii, Coloniæ ad Rhenum.

Ego GEREON ARNOLD SCHAWBEZ, Sacris Apostolicâ & Cæsarea autoritatibus Notarius publicus, almâque Universitatis Coloniensis Pedellus & Secretarius prima.

In secundâ Parte, primi Voluminis, pag. 341. col. 1. hujus Decreti mentio fit quod non adhuc in manus meas venerat.

Anno Domini 1525.

Apologia natalis Bedæ Theologi, adversùs clandestinos Lutheranos.

Responsio Natalis Bedæ Theologi Parisiensis, adversùs sui, & operis in Fabri & Erasmi errata, criminatores, Apologetica sententiæ suæ in quibusdam Propositionibus dicti operis, aut non intellectis, aut perperam citatis, declaratio: novorumque errorum ipsius Erasmi, ac defensorum ejus & Fabri, subnotatio.

NATALIS BEDA,

Lectori Pio & verè Christiano, Salutem.

Decreveram ab ea ego sententia non discedere, quâ mihi fuerat propositum ad quosdam in me clandestine sparsos dudum libellos non levibus scatentes criminationibus, esse tanquam [a] surdus non audiens & sicut mutus, cum Eremicola beato Agathone, non aperiens os suum: exemplo ad hoc motus Ezechiæ Regis & prophetæ: qui suis ne verbum [b] quidem ullum impii Sennacherib nunciis Deo & populo ejus perverse detrahentibus responderent, prohibuit: ne forsan ex responsis ampliorem, in Deum blasphemandi occasionem illi assumerent. Ita inquam decreveram, nisi me renitentem, ita tandem devicisset perseverans quorumdam amicorum instantia, ut quod ante sesquiennium suadere cœperant, nec persuaserant tamen, jam aliqua ex parte conari sim pollicitus: partim verò quòd minime conducens & mihi munus impar id censerem. Immò & per alios antehac satis videbam factitatum, prorsus abnui. Videlicet amici hortabantur, pro me plus quam ego ipse zelantes, ut nonnihil scriberem in purgationem improperiorum, conviciorum, calumniarum, contumeliarum, maledictorumque omnium quæ in me variis epistolis, præfationibus, & opusculis effu-

a Psal 37.
b 4. Reg. 19.

dit ac jaculatus est Desiderius Erasmus, & præsertim *Elencho* & libro, quem Supputationes vocavit: quibus quidem ira suadentibus amicis, respondebam quod dixit Augustinus [a] Petiliano Donatistæ, qui cum eo egerat pene ut mecum Erasmus. Si ego Erasmo vellem pro maledictis male dicta [b] rependere, quid aliud quam duo maledici essemus? Scio (aiebam) qui dixit quod maledici regnum Dei non possidebunt: & Christus. Beati [c] (inquit) eritis cum maledixerint vobis homines. Et utinam cum Apostolo sicut re ita & sincera mente dicamus: Nos maledicimur [d] & benedicimus. Scio (deinde dicebam) quod neque verbis, neque scriptis cessurus sit Desiderius. Non enim in opinionibus est aut doctrinis dogma tam apparens in veritate aut falsitate, cujus oppositum suâ rhetoricâ & eloquentiâ non facillimè sibi addictis suadeat & incauris, quod lucide satis monstrarunt, LEEUS, STUNICA, SUTOR, & quidam alii scriptores qui re ipsâ quantum ad injurias & artes quibus in alios uti novit, pro me responderunt Erasmo: quoniam de illis eadem ferme quæ & de me anteà scripsit. Quicumque enim Erasmi scripta redarguere ausus est, eo ipso factus est æmularor & invidus, inani gloriâ percitus, mendax, calumniator impius, blasphemus, hæreticus, temerarius, arrogans, barbarus, ineptus, ignarus, imperitissimus, ac omni qua priùs pollebat doctrinâ privatus. His equidem, ac aliis pluribus me depinxit coloribus homo iste: cui priùs eram (uti illius ad me datis liquet epistolis) eximius doctor, vir egregius, absolutissimus theologus. Mihi & Desiderio dimittat pius Dominus peccata omnia. Ipse prætereà etiam suis scriptis quibus me lacerat, & suo judicio confundit, ac radicitus exterminat: ut cumque sibiipsi pro me nesciens prudentiorum sententia occurrit, dum nunc negat me censurarum in errores suos authorem fuisse: nunc quod biennio multorum præsidiis adjutus, id effecerim: sæpius quod nullo locorum justè fuerit in censuris correptus. Cùm tamen in *Elencho* veritate coactus, in tribus & quinquaginta propositionibus (nisi me fallat numerus) errorem aut oscitantiam suam proprio agnovit silentio. Illas enim indefensas relinquens transilivit: quod ad oculum indicat ipse, per Erasmum positus numerus. Porrò de prima transit (secundâ suppressâ) ad tertiam, & de illa ad XII. de qua ad XVII. & ita de cæteris ad numerum usque LIII. Cæterum in supputationibus factus ut (modestè dicam) audacior (quâ virtute tamen ipse viderit) nullam omnium intactam præterit, sed de unaquaque sese justificare contendit: an autem id defensionibus legitimis efficiat, utinam quandoque qui ejus sunt & literaturæ & authoritatis ut adversùs eorum decreta nihil Erasmo crederetur, penitius disquirant & declarent mundo decernentes satisne damna non loculorum, sed animarum per priores editiones, in plurimis nocentiores posterioribus, illata lectoribus, repararit Erasmus: quod nostro ut nonnunquam fatetur beneficio, aut aliorum instructus in ipsis posterioribus multa de suis correxit erratis. Et quoniam mihi id non sat esse semper est visum, quia priores ipsas editiones innumeri habent, non visuri castigatiores, per epistolam illam obnixe rogavi & monui quod pro ejus salute necessarium existimabam, scilicet libello ad hoc parando lapsus suos omnes (quorum non paucos ob id amicissime ad eum transmisi) descripros retractaret, in morem patris sui professione regulari divi Augustini, & per orbem emitteret, à novorum interim conditione librorum temperando, donec repurgasset impure prius edita. Epistolæ meæ ad ipsum Erasmum super hac fraterna correctione inferius exemplum fide bonâ exarabitur, & illius qua mihi respondit? & quoniam ad hoc cogimur, cæterarum quæ intercesserunt: ut pii cognoscant lectores quo in Erasmi salutem animo fuerim & adhuc Dei gratia sim. Pro refutatione autem eorum quæ in nostras censuras triplici opere, sed superflue omninò scripsit sufficere puto pro veritatis tuitione & cautela, dimissis omninò quibus nos ipse læsit injuriis, si docuero quod dum priores excusare molitur errores & fucis obtegere, novos absque modu disseminat. Transcribam itaque duntaxat excerptos per me novos desiderii in fide aut moribus lapsus: eorum censuras (quando illius arbitrio tam iniquus censor ego sum) aliis cedens perpensis quas addemus notulis. Istud est enim cum dictarum in nos injuriarum detersione, in quo amicorum non acquievi suasionibus. Alterum autem quod eisdem amicis provocantibus tentare non renuimus, quamvis Erasmi rem præsentem ex parte contingeret, quidnam sit paneis aperiamus, modis & mediis quæ dominus permisit.

[a] Lib. contra Petilianum ca. primo, parte operum sexta.
[b] 1. ad Corinth. 6.
[c] Math. 8.
[d] 1. ad Corinth. 4.

Junia mense anno Incarnationis Dominicæ M. Ɒ. XXV.

IN commentarios Jacobi Fabri super beati Pauli epistolas & quatuor evangelia annotationes & subinde in paraphrases Desiderii Erasmi in eadem evangelia quatuor & Apostolicas omnes Epistolas scribere censuras sumus exorsi : cui labori menses fere undecim horis nostræ libertati concessis incubuimus. Opusculum autem absolutum collegio Theologorum examinandum (nt modo fit) obtuli : auditis postmodum tribus magistris quibus illud commissum fuerat negocium super contentis in eo scripto quod (haud dubito) exactius perlegerant , consensit & permisit illius editionem eadem theologorum universitas mota ad id causis in rei hujus testimonio quod in librornm ipsorum limine cernitur expressis. Quibns quidem consensu & permissione nequaquam est existimandum ipsam sacræ Theologiæ facultatem velle , & intendere singnla in eo descripta uti omnino certa & advesus quæ nulli disputare liceat , aut aliquorum forsan oppositum sentire & docere sua comprobata esse authoritatee , absit istud. [a] Nempè honorem hunc & didicit illa , & novit solis Bibliæ sacræ libris tribuere , cum Augustino : qui etiam prologo. III. lib. de Trinitate scribens ait: *noli meis literis quasi canonicis scripturis inservire*. Frustra igitur tantopere sudavit Erasmus, mundo suadere contendens testimonium hac de re præscriptum operi veritate non fulciri : Ratus aut se credere simulans quod ejusmodi foret nostrum scriptum, ceu illud ipse etiam sacramentis frequentibus , execrationibus quoque ac derestationibus incredibili acrimonia sua descripsit lance , quasi in id generis disceptationum censura jurejurando Erasmi velut oraculo sit immorandum, aut totam causæ ipsius controversiam illius detulerim execrabilibus juramentis. Theologi sane in probationibus novorum scriptorum ut edantur potissimum an opus rei Chtistianæ conducibile sit perpendunt , utrum argumentum conpetentem habeat gravitatem & illius deductio vim ut cumque efficacem : utrum veritatis defensioni scriptor studeat & eliminationi errorum : utrum opus ipsum nibil palam improbabile contineat, aut quod non valeat ad sanum sponte trahi sensum ; sed ut plurimum sint omnia sua probabilitate tolerabilia : quæ si conperiantur, agunt ipsi quod ecclesia & majores ab ecclesiæ primordiis in istiusmodi rebus semper effecerunt: scilicet lecturam & studium scriptorum ejusmodi permittunt , laudant , & consulunt : sic eum in Concilio Romæ sub sancto Gelasio olim celebrato doctorum plurima commendantur scripta : plurima item damnantur : nullius tamen intendit ecclesia (quantum ex decreti constat litera , cujus partem majorem Gratianus enartavit)[a] singulis dictis auctoritate sua probationis pondus tribuere, exceptâ beati Leonis ad Flavianum epistolâ: de qua quidem ita habet decretum: *Epistolam item recipit , scilicet Ecclesia , beati Leonis Papæ ad Flavianum Episcopum Constantinopolitanum destinatam : cujus textum , aut unum iota si quisquam idiota disputaverit & non eam in omnibus venerabiliter acceperit , anathema sit.* Cætera autem (quantumlibet sanctorum patrum & doctorum scripta) solùm recipit ecclesia & theologorum ordo nti cooducentia pietati , & quæ fructuosè legi possunt , nec ad ullum respiciunt perversitatis scopum. In talibus enim ante omnia quorsum mens feratur scribentis attendendum est , quod si in sinistrum quempiam respiciat author finem scienter aut ignoranter , etsi permulta complectantur scripta illius vel utilia , nova aut subtilia & pluribus grata , vel curiosa qualia fere sunt Lutheri, Erasmi , Fabri , & consimilium per humanitatis artes theologisantium , recenter edita opera : supprimenda sunt prorsus, nec prodire sinenda. Ubi autem scribentis intentio , simplex est & recta , & rei ecclesiasticæ opus conducit, quia forsan consimile non habetur pro argumento quod proseqnitur , si pauca inveniantur quæ sensum aliquem pravum reddant , & alium sanum quamvis forsitan non ita proprium , sed scribentis intellectui consentaneum , solent tunc Doctores dictum tale ad rectum trahere sensum rejecto non sano : & hoc revera ut mereretur pia autboris intenrio ita id debent publicæ utilitati lectores & talia certè puto nostra esse , salvo sapientiorum meliori judicio. Si vero varius sit scriptorum finis & plura lectione digna in scripto comperiantur quæ forsan aut eis similia non ita videntur in allorum libris , quamvis perniciosa quoque nonnulla mixta sint , ut prodeat permitti potest : adjectâ ad caurionem præsationis notulâ quemadmodum de ecclesiastica Eusebii Cæsariensis bistoria in præsignato conci-

[a] Epist. I. ad Hier. & transcribit Grat. dist. Ego.

[a] Dist. xv. can. Sancta Romana.

lii Romæ sub Gelasio habiri decreto legitur. Ita quippe illic habent. Chronicam Eusebii [a] Cæsariensis atque ejusdem historiæ ecclesiasticæ libros quamvis in primo narrationis suæ libro tepuerit: & post in laudibus atque excusatione Origenis schismatici, unum (scilicet sextum) conscripserit librum: propter rerum tamen singularem notitiam quæ ad instructionem pertinet usquequaque non dicimus renuendos. Ad hunc consentanee modum agens nostrum Theologorum Parisiensium Collegium, complura scriptorum opuscula sibi oblata ut eorum consentiret editioni, constanter denegavit: prodire item permisit nonnulla, prius tamen quæ videbantur minus recta jussit castigari. Illius itaque secundùm præscriptam intentionem interveniente consensu prodiere demum annotationes nostræ in FABRUM, & in ERASMUM censuræ pressæ prius sub JODOCI BADII prelo Parisiis, & secundo brevissimo post tempore in Germaniæ civitate Coloniensi præclara: quas editiones cum addicti FABRO & ERASMO cernerent viri inter nos commixti id est Lutherana diligentes dogmata, licet ob Domini nostri Regis & ejusdem officiariorum formidinem nomen verbo deprecentur pro viribus vehementer concitati sunt ac indignati, quod tàm apertè & nominatim in FABRUM & ERASMUM, quorum alter ob eloquentiam, alter vero ob philosophiam præclarum jam nomen apud exteros fuerat adeptus, BEDA prodiris illorum qui latebant erroribus scribere fuisset ausus: nostra proinde studiosè perscrutantur si forsan occurrant illis quæ valeant accusare. Jactitant primo se articulos fere non ginta in nostris scriptis erroneos deprehendisse signasseque, quos propediem mundo cognoscendos traderent: postmodum verò maturius omnia conferentes numerum illum multum ad tricenarium reducunt, & clam suis faventibus votis articulos triginta hæreticos (*uti dicebant*) calamo scriptos & de BEDÆ assertionibus excerptos ad communem eorum lætitiam de superato adversario communicant. Triginta denique propositiones hujusmodi ad duodecim restringunt Latino sermone compactas, & duodecim gallico vulgari quæ tamen quoad multa sunt eædem cum prædictis Latinis duodecim sicuti ex earum inspectione unicuique constare potest excerptas. Itaque ex nostris vigiliis hujusmodi bis duodecim propositiones variis argumentis, quibus pro sua virili reprobas eas esse monstrare satagunt, tradunt chalcographis sua arte edendas: premuntur tandem, pressæ tamen non prostant, neque enim scribitur ubi sint impressæ, locus, neque artificis, seu librarii ponitur nomen, sed neque authorum: verùm clanculò ad conjuratos illas prope & procul in gratiam destinant: ad me autem & catholicos permultos ad injuriam ut perveniant miris curant artibus: Adeòque brevi temporis decursu passim & apud aulicos & in multis regni regionibus apud plurimos inveniuntur, ut etiam ad aures Christianissimi Domini nostri Regis res ipsa fuerit delata. Audiens autem quod in libris quibus FABRI & ERASMI lapsus prodideram dicerentur hæreses inveniri non paucæ: non cito id pius Rex credidit, sed inito consilio libellum articulorum duodecim in nos latinè editum ad totam Parisiensem scholam destinavit mandans, quatenus illo & singulis ad rem ipsam attinentibus exactius discussis sibi significaretur totius negotii meritum: seque eum esse principem protestans quod more suorum avorum omnem hæresim, ac erroneam doctrinam à regno suo eliminatam summopere cupiat, sicuti christianissimum decet Regem & animadvertere prout jura volunt, in homines (quicumque fuerint) qui in suæ ditionis populum perversa contra fidem & mores invehunt dogmata, aut fovent vel tuentur. Impositum ab ipso christianissimo Rege officium debita cum veneratione, & actione gratiarum Deo, qui tam sanctum dedit in cor Regis propositum suscepit illi devotissima omnium magistrorum universitas, & haud segniter vacare cœpit executioni commissorum: quod quidem intelligens plurimum gaudebam sperans, brevi futurum, ut veritas in lucem se exerceret: quamobrem in frequentissimo totius studii consessu, ut id fieret quam potui obnixissimè supplicui, animo volenti me & omnia mea scripta eorum supponens judicio & paratum professus sum me fuisse semper ac esse ad ejusdem omnium Doctorum & Magistrorum universitatis arbitrium exequi & efficere quicquid in me decernerent. Procuravi autem his ita propositis quâ potui instantiâ apud omnes studii nostri ordines uti rem sibi commissam prosequerentur, dant operam, multis incumbunt mensibus: & quoniam causa præsens ad theologorum peculiariter pertinet Facultatem, cum jus concernat divinum, cujus sunt ipsi professores, cæ-

[a] Dist. xv. ca. Sancta Romana.

tera universitatis membra, ut accepi post multas inter sese habitas conferentias præstolari statuerunt Dominorum theologorum judicium, qui propter varia alia impedimenta negotium ipsum nondum absolverunt: solus autem ego sum illud assiduè prosequutus, non autem partes adversæ, præsentientes enim non pro votis suis successurum, causæ definitionem remediis omnibus occultè per amicos remorati sunt: quod perpendens ego & quod nemo apparuerit qui audeat unius aut alterius præfatorum libellorum authorem se profiteri. Nam & Doctor Petrus CAROLI eum se negat, & Ludovicus à BERQUIN (quem vehementi & quidem non unâ conjectura opinabantur mecum prudentes viri multi rem promovisse adjutore Amedeo MEIGRET Doctore plusquam Lutherano, qui nuper apud Germanos quo hinc perfugerat, periit) à me coram gravissimis judicibus ut medio sacramento adactus diceret & profiteretur, an author fuisset vel præfatorum libellorum vel editionis eorumdem, post dilationem, ad hoc ut ipsos libellos perrideret à Dominis concessam, scripto etiam manu propria respondit sese neque compositionis authorem fuisse neque editionis: adjecit tamen nonnulla quæ potius vanitatem prætendebant quàm modestiam & meæ querimoniæ impertinentia erant, hæsitare cœpi quidnam mihi potissimum pro bono rei Christianæ foret agendum, quod ad amicos ego retuli, eosque consului. Illi autem solito ferventius suggessere veritatis causam libello defenderem, ut vel in parte datum minueretur scandalum vanis Lutheranorum rumoribus auctum. Dum namque in angulis & conventiculis asserunt BEDAM in ERASMUM & FABRUM agendo abundantius illis & absurdius delirasse pusillorum multi & incautorum qui creduli sunt offendiculum datum accipiunt & læduntur eorum conscientiæ: & qui prudentiores sunt talia audientes, inde cruciantur: quibus malis (aiunt amici nostri) compendiosâ quâdam nostrarum quas vellicarunt assertionum præfatorum authores libellorum declaratione perfacile obviari potest, quamquam autem ista faterer non esse improbabilia fructumque ex istiusmodi explicatione nostrorum & objectorum in ea refutatione futurum non desperarem, nonnulla nihilo secius me ne id aggrederer dehortabantur: quæ amicis monentibus in mei proponebam excusationem. Porrò dicebam utrumque emissum in me codicillum famosum libellum esse non in me tantum, sed & in alios etiam optimos, aut certè insignes viros complures, quin & in ordinem ipsum theologiæ Doctorum. Adeòque criminosum ut nulla sit responsione dignus: sed solis silentio & patientia superandus: præsertim cum ut prædictum est, nemo qui se authorem tam infandorum scriptorum fateretur prodire ausus fuerit: & qui putantur artifices extitisse, togati & in judicio & extrà, constanter dejerando abnegarint opellas præclaras suas esse. Neque id proculdubio ab re declinant: propria enim prævident si cognoscantur pericula. Quid enim authores re ipsa semet esse aliud contestati sunt, quam fautores & defensores hæresum ac errantium & hostes catholicorum eorum qui, uti tenentur, perniciosorum dogmatum ab ecclesia vel maxime ab hoc Christianissimo regno extirpationi dant operam. In quo etiam se Domini nostri Regis & regni inimicos quicquid verbis loquantur blandientes, comprobant. Non enim stat Regis gloria & prosperitas regni absque vigore justitiæ, & puro Dei & sanctorum cultu, quæ non subsistunt ubi impura fides est aut impune oppugnatur pura. [a] Quid autem ultionis in hujus generis homines, fautores scilicet & defensores hæresum jura decernant, non est obscurum. Quod si contendant delitescentes talium scriptorum opifices, non fovere se hæreses aut tueri, sed veritatis zelo permotos fuisse (sicuti de me ego sentio & testificatus sum) ad examinandum BEDÆ libros, ut in eis compertos damnari procurarent errores. Si vera loquuntur, cur primo non mecum egerunt fraterne, scilicet monendo quemadmodum cum JACOBO FABRO & DESIDERIO ERASMO factitavi? Cur item non prodeunt, si rem commendatione dignam patrarunt? Sed quid hæc loquor? quâ justitiâ quâve trutinâ tam atrociter insectantur me? cur tam contumeliosè in me vociferantur, qui fere compulsus veritatis suscepi patrocinium: ubi etiam esset à me nonnihil erratum in duodecim illis quos carpserunt articulis? Si falsitatis odio concitantur, quare non clamitant mecum in FABRI & ERASMI libros, quos utcumque discussi & argui adversus FABRUM articulos CCC. LII. adversus vero DESIDERIUM CXCVIII. qui simul sunt. DL. In quibus manifestum est quàmplurimos haberi qui nullâ possunt apparenti ratione defendi & un-

[a] De hæreticis ca. excommunicamus. §. credentes in anti.

de in hoe alioquin felicissimo Regno non pauci causam acceperunt errandi & perierunt nonnulli : scriptis autem nostris in quibus articulos duodecim aut saltem non viginti, solùm pupugerunt, nonnullos scio ad resipiscendum provocatos & præservatos plurimos à lapsu hic sane me consulans possum beati Augustini verba usurpare [a], & bominibus istis dicere : Vobis, dico præsentibus sive absentibus quibus inimicus efficior verum dicens, quibus consulendo videor onerosus, quorum requirens utilitatem eogor offendere voluntatem : [b] *Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus.* Nam & bæc jumenta eos calce morsuque appetunt, à quibus curantur : non parcis, non parco : adversaris, adversor : resistis, resisto : lucta nos comparat, sed causa separat : ut inimicus es medico, ego morbo : ut diligentiæ meæ, ego pestilentiæ tuæ. [c] *Retribuebant*, inquit Psalmista, *mihi mala pro bonis : ego autem orabam, dicebam amicis.* Insuper scriptis nostris non offensos fuisse viros integræ fidei & & verâ pollentes sapientiâ, quod quidem argumentis certissimis, tum per epistolas à summis theologis è Germania ad me his de rebus datis, & aliundè possum monstrare, tum publicis peritorum contestationibus, qui Deo gratias egerunt congratulantes quod eo in negotiu mihi fuisset cooperatus. Dicebam denique cum beato Augustino [d], *Credant qui volunt malle me legendo quam dictitando laborare.* Qui & alibi DULCITIO respondens ad quædam interrogata sic ait : *Ego quod confitendum est charitati tuæ plus amo discere quam docere. Nam hoc admonemur etiam dicente Apostolo Jacobo capite primo. Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum.*

Ut ergo discamus, invitare nos debet suavitas veritatis : ut autem doceamus, cogere necessitas charitatis. Ubi potius orandum ut transeat ista necessitas quâ hominem docet aliquid homo. Alibi quoque non semel consimilia scribit beatus pater Augustinus : quæ (Dominus id cognoscit) & ex corde complector, & in me certâ probo experientiâ. Difficillimè siquidem induci possum ut scribam præsertim quod sit edendum, tùm quod memoria eorum quæ lectito nulla penè mihi remanet, quâ valere scripturos maximè operæ prætium est, tùm quod occupationes mihi plurimæ sunt, & illud ultrò profectò refugit natura : his quidem de causis ad hunc usque mensem Octobrem. MD. XXVIII. hortantibus, ut scripto me quantùm spectat ad articulos illos præsertim duodecim latinè in me editos purgarem, assensum non præbui : nam quamvis modicum in hoc laborem impendendum esse non dubitarem, sciebam tamen in præmissorum narratione sudandum, & maluissem longe magis rem ipsam judicio totius Parisiensis scholæ decerni, qui de sensibus meis certus sum quod à quovis bono theologo sint comprobandi. Quoniam tamen nondum mihi constat fiet id necne & necessitas fraternæ charitatis illud expostulare multorum sententia videtur, meis cedo rationibus & quieti, & amicis postulata concedo conjectans quæ dicturus sum ad informandos eorum alios qui ad ferendum delecti sunt judicium, forsan nonnihil conductura, nihil tamen prorsus de conviciis atrocibusque mihi impositis criminibus & opprobriis locuturus sum, injuriam omnem scriptoribus quantùm ad me pertinet toto corde condonans, memor verbi Regis David, quo ait : *Si reddidi retribuentibus mihi mala* [a], *decidam meritò ab inimicis meis inanis.* Jacturæ autem pietatis tam ex cujusdam symboli cum abusu immodico divinorum editione quàm aliàs succurrant ad quos spectat, ut suo quod debent reddant officio, causam equidem veritatis dumtaxat & perpaucis attiogam.

ARTICULUS PRIMUS.

Articulus itaque primus in quo me hæreticando dicunt erraße latini authores libelli, iste est : *Non Christum dumtaxat decet omnis honor & gloria : superstitiosum planè igitur fuit & manifesta fallacis dæmonis illusio, quod in hac re sic docendos fideles credidisti.*

Ego ita sapuisse & scripsisse me fateor loco signaro, adjicio tamen illationis notam in mea litera & sic dico. *Non eum scilicet Christum, igitur dumtaxat*, &c. Brevem concludens confutationem assertionis hujus quâ scripsit FABER sic dicens : *Christum solum omnis honor decet omnis gloria, & gratiarum actio* : quæ quidem assertio dubio procul sensum unum pium & Catbolicum habet, qui accipitur prout dictio solùm, excludit differentiam per essentiam dumtaxat & non personaliter tanquam in divinis est, & restringendo voces istas *honor* & *gloria* ad l[illegible]triam quæ est honor & gloria Deo soli

[a] Lib. 50. homilia. Homi. 24.
[b] Psal. 31.
[c] Psal. 34
[d] Prolo. libri. 3. de Trinitate, Parte operum 8.q. 3. ad dul. C.

[a] Psal. 7.

competens, & illi in signum infinitæ & ineffabilis bonitatis, potestatis, domini, & ita de cæteris perfectionibus soli Deo propriis tribuitur: & est hujusmodi verus sensus sic explicandus, aut alio æquivalenti modo: deitati soli vel Deo congruit omnis honor latriæ & gloria latriæ: hoc est Deus solus à rationali creatura recognoscendus est & diligendus, ut infinitè potens, bonus, & sic de cæteris quæ de eo solo dicuntur, & non sunt illa entia plura, sed ipse solus Deus immotus in se permanens, & ita in sacris scripturis ubicumque Deo laus honor gloria & consimilia deberi aut impendi dicuntur, restrictim accipiendi sunt termini illi, scilicet pro latriæ cultu, qui græcè Theosebia vocatur: ut est illud primæ ad Timotheum primo, *Regi sæculorum immortali & invisibili soli Deo honor & gloria*: & illud Esa. XLII. *Gloriam meam alteri non dabo*. Aliaque similia. Et in tali sensu ecclesia in sacro canone Deo loquitur dicens: *Est tibi Deo Patri omnipotenti in unitate Spiritûs Sancti omnis honor & gloria*, scilicet latriæ. Alterum item sensum habet præfata hæc JACOBI assertio, Christum solum omnis honor decet, omnisq; gloria & gratiarum actio: qui sumitur secundùm quod nomina hæc *honor*, *gloria*, *veneratio*, *adoratio*, & similia universalius accepta latriam, seu theosebiam, & simul duliam, ac hyperduliam signant, id est, omnem cultum generatim Deo vel creaturis ex divina ordinatione debitum. Quod autem ita sæpiculè in sacris Litteris posita ipsa nomina comperiantur, inde convincitur quod alias blasphemasset Abraham: de quo sic legitur in Geneseos libro, *surrexit Abraham & adoravit populum terræ*, filios [a] *videlicet Heth*. Blasphemasset & filius ejus Isaac qui Jacob benedicens inter alia dixit illi, *Serviant* [b] *tibi populi & adorent te tribus, esto Dominus fratrum tuorum & incurventur ante te filii matris tuæ*. Et quamvis in his verbis Isaac ad Jacub altior esse possit intellectus, videlicet ut semen ipsius Jacob respiciat, id est, Christum, prophetia tamen de principibus populi vera est. Nepos item Abraham & Isaac filius ipse Jacob de quo libro eodem scriptum legimus, ipse scilicet Jacob [c] *progrediens adoravit pronus in terram septies fratrem suum*, scilicet *Esau*, *donec ille appropinquaret*. [d] De Abigail itidem Regum primo dicitur, quod *procidit coram David super faciem suam & adoravit eum*. Errasset præterea Apostolus qui (ceu in hujus assertionis Jacobi confutatione citavimus) Romanis scribens ait: *Gloria autem & honor & pax omni operanti bonum*. [a] Consimilia sunt in scripturis innumera pro brevitate hic prætereunda: quàm falsa omninò forent & erronea si termini illi *gloria*, *honor*, *veneratio*, adoratio tantummodo strictim prout scilicet latriam solam signant acciperentur: quod sentit nemo peritorum fidelium. Quod autem priorem sensum quem explicatum, ut prædictum est, tanquam Catholicum credere me & tenere semperque tenuisse profiteor non intenderet JACOBUS FABER, dicens: *Christum solum omnis honor decet omnis gloria & gratiarum actio*, sed alium statuere niteretur, secundùm scilicet quem confutatum fuisse per JODOCUM CLICHTOVEUM olim JACOBI Discipulum asserui, & solum illum reprehendi: juxtà quem vocibus illis, *honor*, *gloria*, *laus*, *gratiarum actio* generalius (ut dictum est) acceptis prout scilicet non modò latriam, seu Theosebiam signant, verum etiam creaturis sanctis debitas hyperduliam & duliam, voluerit omnem quem Beatæ Dei genitrici Mariæ, omnibus sanctis Angelis & hominibus, vel corpore & anima, vel sola anima glorificans Ecclesia, impendit cultum & venerationem, vel adorationem superstitiosum esse, & proinde de Ecclesiæ ritu eliminandum, in quo spretâ Ecclesiæ tradirione & Doctrinâ Sanctorum cum Theologorum Schola secutus est Jacobus FABER hæresiarchas, WICLEF, VIGILANTIUM, JOVINIANUM, EUNOMIUM, & similes. Quod inquam errorem horum pestilentium hominum quantum ad sanctis debitum honorem & duliæ, vel hyperduliæ cultum tenuerit JACOBUS, & illum nisus fuerit restaurare, in quo me illi tantum opposui, manifestum hinc factum est quod in Ecclesia metropolitana Meldensi, aliisque pluribus Diœcesis illius sanctæ Dei genitricis & multorum Sanctorum honori palam multi detraxerunt, dicentes quod nos nihil possunt sancti juvare, quod sibi vix sufficiunt, quod solus Christus mediator noster est & non creaturæ quantumvis sanctæ: Angelicam ob hoc salutationem Discipuli quidam ipsius FABRI concionando ad populum suppresserunt. Imagines plurimas sanctorum, aut confregerunt, aut è suis amoverunt locis: Catholicos venerantes sanctos, idololatras passim vocitantes ceu ex

[a] Genes. 23.
[b] Gen. 27.
[c] Gen. 33.
[d] 1. Reg. 2.

[a] Ad Rom. 2.

subjiciendis

subjiciendis patebit. Undè nonnulli de hac impietate convicti publicas dederunt alii extremas, alii medias pœnas, Quod verò horum causa fuerit malorum præfatus Jacobus locorum illorum nuper doctor, hinc liquet, quoniam in commentariis primi capitis ad Hebræos ita scriptum reliquit: præcipit Deus *ipsum*, scilicet *Christum ab Angelis adorandum*, non autem Angelos præcipit adorandos, imò vetat: ait enim, *Dominum Deum tuum adorabis & illi soli servies*. In præfatione verò commentariorum ejus in Evangelia, ita primò ait *illius* scilicet *Dei solius est purus cultus: cæterorum purus esse non potest*. Et paulopost ibidem sequitur. *Primæva Ecclesia quæ tot martyres Christo consecravit nulli cultum præterquam uni trinoque Deo impendit. Sanè si ad hunc morem viveremus floreret Ecclesia nunc ut & tunc floruit*. Marci dein capitis ultimi commentario: Deus (inquit Faber) *solus est invocandus, colendus & adorandus*. Lucæ autem 21. cap. commentario sic habet Jacobus in summa *votis Judæorum similia in nostris templis visuntur, sed illis ob id istis meliora quod illa à Judæis soli Deo offerebantur, ista autem id est quæ nos Christiani offerimus, aut rarò, aut nunquam Deo offeruntur*. Et paulopost sequitur, *Si devotione ducaris & velis sacrum donum offerendo matris Dei opem implorare, aut Apostoli, aut martyris, aut denique sancti cujuspiam qui fortè inferioris sit ordinis, pietas & amor te ante sanctum sanctorum cum tuo anathemate, id est re Deo votâ perducant, ibi adores, ibi opem implores rogando regem gloriæ, ut dignetur illos pro te audire: hæc est Christianorum via, quam qui sequuntur spiritu Dei monstrante non errant*.

Joannis etiam cap. 2. in commentario ita dicit Faber. *Mater Christi non rogata ipsum rogat instruens, ac docens omnem precem in his quæ divina sunt non ad ullam creaturam, sed ad solum filium ac Deum esse fundendam*.

Commentario insuper cap. 12. Joannis.

Si ad Christum (ait Jacobus*) accedis & confidis bonitati alterius, scilicet virginis, aut cujuspiam sancti ad ipsum admissum iri, malè accedis & fidem eam non habes quam habere debes: nam bonitate ejus ipsius admissum iri confidere debes, non alterius. Alioquin plus bonitati alterius confidere videris quam Christi & credere alterum erga te magis bonum, pium, & misericordem quam Christum: & in hoc summæ bonitati, pietati, & misericordiæ injuriam facis & es pie impius. Atque hæc pietas tua est stulta pietas & fidei (qua unc ?, & ad unum esse debet) defectus. Non ergo alterius bonitati confisus venias ad Christum. Hæc & alia complura in scopum hunc, id est ut omnino de Ecclesia sanctorum removeatur veneratio, litterarum monumentis mundo* Faber *tradidit*.

E quibus toxicatis radicibus in Ecclesiæ Meldensis agro per Jacobum positis rami prodiere pestilentes quamplurimi. Porro duce Jacobo per ipsum & ejus Discipulos fuit emissus liber unus qui sic incipit *Epistolæ & Evangelia secundùm usum Ecclesiæ Meldensis*, continetque Epistolas & Evangelia in Gallicam linguam translata cum adjectis exhortationibus in eadem lingua singulis Epistolis & Evangeliis, in quo de sanctorum veneratione consentanee ad præscriptas Jacobi præceptoris radices hæc ad verbum fuere comperta: quorum ne simplices decipiant tamen principia Gallice ponam hoc modo.

Quant ils lapidoient sainct Estienne.

Fol. 21. pag. 1. id est,

Dum lapidarent sanctum Stephanum ipse non invocabat Angelos, aut Moysem, Abraham, Isaac, Jacob, aut aliquem prophetarum, sed solùm Jesum Christum, in quo nos docuit quod Deus est & Dominus noster Christus qui debet invocari & non Angelus quisquam, aut alia creatura.

Il ne me doibt chaloir, &c.

Fol. 24. pag. 1.

Non habeo curare quomodo disponat Deus de sanctis Petro, & Paulo, Joanne & cæteris omnibus sanctis, & quam gloriam quæ dona & quas prærogativas illis conferat: satis est nobis quod Jesum Christum sequamur.

A ceulx qui sont incredules.

Fol. 71. pag. 2.

Incredulos homines & infideles qui in se confidunt, aut alio quocumque à Deo, cælestis pater in talem cæcitatem cadere permittit, ut non videant, aut intelligant quicquam nisi carnaliter, & nihil secundùm spiritum.

Que sommes-nous aultres que Samariteins?

Fol. 148. pag. 2.

Quid sumus nos nisi Samaritani, de

quibus lib. quarto Regum scribitur quod cum Dominum colerent diis quoque suis serviebant : juxta consuetudinem gentium, de quibus translati fuerant. Et post pauca. Et quis crederet etiam quod Spiritus Dei qui Deus est, si eum sentiremus, nos duceret ad aliquam creaturam & non ad solum Deum?

Et qui veult bien entendre.

Fol. 151. pag. 2.

Volenribus rectè intelligere nullum festum est particulare, sed omnia festa sunt universalia, aut generalia & de Deo.

Le malvais riche.

Fol. 156. pag. 1.

Dives reprobus putabat exaudiri se per Abraham, & quod ipse Abraham aliquid posset : Sed ipse Abraham remittit non pro ipso divite quia jam erat pro eo clapsum tempus, sed pro illis qui adhuc vivebant in mundo ad Dei verbum: quia verbum Dei est ad quod nos accedere oportet. Illud est per quod si ei credimus Deus vult nos salvos facere, & non per homines qui jam sunt defuncti.

Quiconque attend le vray salut.

Fol. 186. pag. 1.

Quicumque expectat veram salutem per opera sua, aut per quamcumque creaturam & non per Jesum Christum solum, dicit Anathema Jesu per execrabilem sermonem de ipso Christo, nec habet qui talis est, spiritum bonum.

Ceulx qui pensent estre saulvez.

Fol. 188. pag. 1.

Qui existimant se salvos fieri aliis mediis à Deo, qui fidem suam & spem in alio quam in illo & per illum habent nondum receperunt eum, & malè talibus continget.

Sainct Paul en ceste Epistre.

Fol. 198. pag. 2.

Sanctus Paulus in præsenti Epistola nos vult edocere ut intelligamus quod gratia & benedictio non conferuntur nobis per aliquem sanctum, aut sanctam, immo nec per observationem mandatorum legis, sed per solam fidem & fiduciam quam in Christo habemus: qui solus satisfecit & legem perfecit pro nobis.

Propter assertiones istas & cæteras de aliis rebus Theologicis impiè in præfato libello qui de JACOBI (ut fertur) prodierat Schola repertas ad numerum usque quadragenarium octavum, fuit tandem requirentibus illius examen & judicium doctrinale Dominis pro extirpatione hæresum à summo Pontifice delegatis judicibus per Sacræ Theologiæ doctores cum apologia de qua continuo subjicitur mentio, ad flammas damnatus : & lectura illius supremi senatus decreto compitatim Parisii promulgato clangentibus tubis interdicta. Duo item inter cæteros *Jacobi Fabri* fuere *Meldis* discipuli, prioris nomen erat, *Jacobus Ponent*: qui prædicando ad populum multa perperam enunciaverat : propter quod præviis informationibus factis vocatus in jus est : quod videns alter nomine *Matthæus Saulnier*, conjuratum tueri volens *Jacobum* arepto calamo codicem scripsit, qui defensio, seu apologia *Jacobi Ponent* per *Matthæum Saulnier* dictus est. In qua sanctorum venerationi (cujus duntaxat nunc meminisse cogor) derogare inventa sunt quæ sequuntur.

Sprevit scilicet *Jacobus Ponent* hanc Mariæ salutationem *Salve regina*.

Defensionis Saunier.

Prima Propositio.

Ladicte salutation, &c.

Quod est Latinè.

Prædicta salutatio *Salve regina* nunquam movente Spiritu Dei composita fuit, quoniam in ea continentur quædam blasphemiæ quæ sunt directæ contra Deum & ejus honorem : utputa quod eam vocamus Reginam misericordiæ, vitam & spem nostram. Cavendum est ne de rebus omnibus honorem qui Deo soli debetur tribuamus creaturæ Dei, quod faciunt qui virginem Mariam vocant Reginam & fontem misericordiæ, vitam & spem Christianorum : qui dicunt ipsam Virginem Mariam esse Reginam misericordiæ & spem nostram, procreant in populo unam stultam fidem. Non gloriemur ergo in Virgine Maria, sed in solo Deo : nec dicamus ultra, quod illa sit vita, aut spes nostra.

Secunda Propositio Ponent.

Non sunt offerendæ candelæ alicui sancto, aut sanctæ.

Defensoris secunda Propositio.

Cette précedente Proposition, &c.

Quod est Latinè.

Præcedens hæc *Jacobi* propositio comprobata est, non solùm per doctores quosdam ut per sanctum Augustinum in libro suo de Civitate Dei, verùm etiam per duas Synodos, aut duo Concilia in quibus conclusum fuit imagines sanctorum aliud non esse quam idiotarum libros.

Defensoris Tertia Propositio.

Ausdicts Conciles, &c.

Quod est Latinè.

In præfatis Conciliis conclusum fuit & expresse injunctum Episcopis, Presbyteris, & curatis ut impedirent ne populus simplex imagines adoraret, nec ante illas genuflecteret: quæ ratione carent & intellectu: quia res sunt inanimatæ quæ occasione pulverum & fumi qui in templis ex candelarum extinctione fit, nigræ sunt, aut fumo denigratæ.

Asserta autem in duabus his Propositionibus falsò & damnabili temeritate scripsit *Matthæus Saunier*. Nullum etenim Concilium Ecclesiæ sicuti, nec Augustinus censuit, quæ temerarius adolescens iste loquitur. Sed forsan aliquot super his apud Græcos in urbe Constantinopoli celebrata conciliabula fuere: ubi per annos circiter centum imperatores quidam hæretici sanctorum imaginibus detraxerunt. Porrò sacrarum usum imaginum probavit sanctum Nicenum Concilium & alia post illud complura. *Sereno* autem Episcopo [a] Massiliensi qui zelo stulto imagines sanctorum damnare videbatur, ita inter alia scripsit sanctus »Gregorius. Perlatum siquidem ad nos »fuerat quod inconsiderato zelo succen»sus sanctorum imagines sub hac conside»ratione ne adorari debuissent confrege»ris. Et quidem quod ea adorari in se »scilicet & non quorum typum gerunt »sanctos vetuisses omnino laudamus, fre»gisse vero reprehendimus, quia scilicet »exclusis imaginibus sanctos quorum sunt, »venerari desinent simplices & colere. Se»quitur. Dic frater à quo factum Sacer»dore aliquando auditum est quod fe»cisti? Si non aliud vel illud te debuit re»vocare, ne despectis fratribus aliis solum »te sanctum esse crederes & sapientem. Aliud est enim picturam adorare, aliud per picturæ historiam, quid sit adorandum addiscere. *Nam quod legentibus Scriptura, hoc idiotis præstat pictura cernentibus.* Sic Gre. Quibus consentanee agens superiori æstate Rex noster Christianissimus Franciscus, cum sub tenebris perditi quidam Lutherani sanctæ Dei genetricis execrabili blasphemiâ imaginem quamdam Parisiis detruncassent, summam dedit operam, ut tam impii facinoris comperirentur authores, ingentibus etiam donis promissis revelantibus: & consciis, si præcipuos accusarent criminosos plenâ impunitate oblatâ. Ipse autem cum frequentissimo & per quam magnifico ducum, principum & primæ nobilitatis virorum, magistratuum quoque, ac populi comitatu maxima cum veneratione scandalum repatare voluit, adeo ut manibus propriis incredibili pietate pro lapidea, aut lignea in agine, aliam argenteam in pristinæ locum obrulerit, ac reposuerit, perpetuo ibi permansuram: quod quidem religiosissimum & Christianissimo Rege dignum opus Lutheranis non pauca ademit cornua: & præsertim quoniam apud Rothomagum urbem de quodam Lutherano qui diebus illis etiam sanctorum imaginibus & pietati detraxerat, jussit supplicia extrema & severissima desumi.

Defensoris quarta,

Donques Jacques non ignorant, &c,

Quod est Latinè.

Jacobus ergo non ignorans hoc & videns idolatriam quæ fiebat in populo de *Tronchain* (Parochia est Meldensis Diœcesis) prohibuit uni mulieri ne ferret candelas ad quamdam imaginem.

Defensoris quinta.

Les images des Saincts, &c,

Quod est Latinè.

Imagines Sanctorum & Sanctarum oculos non habent: ideo candelis non indigent, aut lumine: & æquè placerent illis delatæ ad eos festucæ sicut candelæ.

Defensoris sexta.

Il vault mieulx, &c.

Quod est Latinè.

Melius est dejicere imagines ut populus non seducatur circa eas.

[a] Lib. Registri. 9. Epist. 9.

Defenſoris ſeptima.

En portant des chandelles, &c.

Quod eſt Latinè.

Ferendo ad imagines candelas, vos oſtenditis quod eis homagium impenditis, & quod in eis collocatis ſpem veſtram, quod eſt blaſphemia contra Deum: qui per Eſaïam dixit : *Gloriam meam alteri non dabo.*

Defenſoris octava.

L'Eſcripture Sainčte, &c.

Quod eſt Latinè.

Scriptura Sancta non præcipit vobis orare ſanctos, ut intercedant ante Deum pro vobis, ſed ut directè abſque medio dirigatis veſtras orationes ad Deum, ſicut vobis promiſit filius æternus dum ait, dicite *Pater noſter qui es in Cælis.*

Defenſoris nona.

Vous ne trouvés point, &c.

Quod eſt Latinè.

Vos non invenitis in legendis Sanctorum qnod unus Sanctus fuerit confiſus in alio Sancto, & quod pro ſuffragiis & precibus alterius Sancti ſperaverit ſibi ſalutem.

Defenſoris decima.

S'il fault devant, &c.

Quod eſt Latinè.

Si oportet orationes ſuas prius ad ſanctos quam ad Deum dirigere, Jeſus Chriſtus erravit dum docuit dirigendas eſſe orationes ad ſuum Patrem, & non ad Sanctos.

Defenſoris undecima.

Jeſu-Chriſt il nous a commandé, &c.

Quod eſt Latinè.

Jeſus Cbriſtus præcepit ut adeamus ipſum & non alium dicens: *Venite ad me omnes qui laboratis*, &c.

Defenſoris duodecima.

Nous ne ſçavons, &c.

Quod eſt Latinè.

Nos neſcimus an ſancti audiant noſtras orationes, quum ipſi non ſunt ubique ſicut eſt Deus, & quamvis bonus noſter Angelus illis denunciaret, tamen nos non invenimus quod ipſi ſancti faciant orationes ſpeciales plus pro uno quam pro alio: ſed generales, deſiderantes corporum ſuorum redemptionem, hoc eſt quod electorum numerus adimpleatur.

Ex præmiſſis quantum ad Sanctorum venerationem impiis *Jacobi* radicibus, ſeu principiis & indè per ejus Diſcipulos deductis propaginibus fui ego motus carpere, quod ipſe mundo vulgaverat dicens: *Chriſtum ſolum omnis honor decet, omnis gloria & gratiarum actio*: ſciens ipſum prætendere, quæ ex præſcriptis ejus dogmatibus expreſſa ſunt, cum tamen ſic quodam loco ſcripſerit Auguſtinus.[a] *Cultus non ſoli Deo deberi videtur.* Dicimnr enim colere homines quos honorificatione, vel recordatione, aut præſentiâ frequentamus. Si autem in ejus ſcriptis non aliud adversùs Eccleſiæ ritum ſuper ſanctorum cultu duliæ, vel hyperduliæ quam illam propoſitionem ſcilicet Chriſtum ſolum, &c. legiſſemus, debebamus fatemur ipſam ad priorem quem expreſſimus interpretari pium ſenſum & inde nequaquam moveri. Cæterum quia videbam non eum intendere *Jacobum* ſed impium, & res ipſa de ſanctorum veneratione (quam jam apud Meldenſes & alibi non parum impie ſciebam tractari) primo mihi cum *Jacobo* diſſerenti occurrebat: ego allectus aliorum locorum lectione murum me opponens poſt *Judocum Clichtoveum*, qui tamen nominibus in gratiam Magiſtri & per modeſtiam pepercerat, pauca in confutatione adjeci, & concluſi finiendo dicens: *Non cum igitur; id eſt, Chriſtum duntaxat decet omnis honor*, &c. ad mentem ſcilicet ſcribentis *Jacobi* & diſcipnlorum ejus jam per nos ſatis explicatam, quâ ſcilicet contendunt: Sanctæ Dei matri, beatis Angelis & aliis ſanctis nullum honorem, gloriam, aut venerationem deberi, ſed duntaxat Deo & Chriſto: Non eſſe item à nobis orandos, ſed Deum ſolùm quod ſapere & docere ſuperſtitioſum planè eſſe, & manifeſtam fallacis dæmonis illuſionem aſſerui & nunc aſſero. His autem pro veritatis defenſione poſitis videant *Jacobi Fabri* propugnatores & egregiorum illorum authores libellorum velint ne aſſertiones præſcriptas *Fabri* & *Jacobi Ponent*, ac *Matthæi Saunier* diſcipulorum ejus ſuper ſanctorum veneratione tenere & defendere: ſi ſic

[a] Libro de Civitate Dei 10. cap. 10.

præſumpſerint,

præsumpserint, eos impios pronuncio, schismaticos, ac damnatarum olim hæresum restauratores, & per hoc vere hæreticos. Sin verè & catholicè in his & de his sentiunt, arma non in me qui pro eis pugno, sed mecum in Fabrum & ejus scholam corripiant, & me secum recognoscant certare pro debitis jubente Deo sanctis reverentiâ, honore, & veneratione: quæ omnia in Deum referri debent, ut sic in ejus qui fieri ita voluit redundent gloriam: finalis tamen hæc in Deum relatio (quæ verè latria & fruitio est) haud obstat quo minus cultus sanctis ipsis debitus dulia sit aut hyperdulia: quæ sane non decet Christum Dominum, sicuti nec latria creaturæ potest convenire. Reddant itaque mecum boni isti viri Deo soli, latriæ debitum cultum, eum scilicet aut absque medio per fidei, spei & charitatis actus colendo, aut actus omnes suos etiam quibus sanctos honorant, admirantur, rogant & glorificant, eisque gratias agunt in Deum, qui eos talibus prærogativis dignatus est reducant: ut actus ipse pius sit circa creaturam, usus & finis præstitutio latria, quæ ut dicn verè Dei fruitio est.

Argumenta autem quibus in hoc primo articulo vel credebant, vel sese simulabant credere (multos etenim sum expertus qui ut complacerent secus quâ ipsi sentirent etiam in fidei negociis enunciabant) de me triumphasse, blasphemumque ac negantem Apostolum, & ita hæreticum commonstrasse, mera sunt sophismata, nihil enim prorsus ad nostram tangunt mentem. Procedunt si quidem quasi, aut negarem omnem latriam soli Deo esse debitam, aut Sanctorum venerationem quamcumque in ipsum Deum non esse referendam: quorum opposita in nostra præsentis articuli confutatione, qui rectis oculis illam legerunt, & alia nostra scripta, ita plane viderunt ut nulli pure catholico lectori quicquam moverint scrupuli.

Quod autem nonnulli quasi mihi utcumque favere videri cupientes dixerunt, rurum fortassis non esse reprehendisse me hanc Jacobi Fabri assertionem, *Christum solum omnis honor decet, omnis gloria, & gratiarum actio*, cum videatur esse in littera beati Pauli, aut ex ea clare posse deduci: illis omni quâ possum humilitate & salvo peritorum omnium & præsertim collegii nostri Theologorum judicio, & sub præmissis per me protestationibus respondeo, propositionem illam in scriptura sacra minime contineri, aut aliam quæ idem omnino cum illa signet alioqui monstretur. Dicens nempe Apostolus,[a] *Regi sæculorum immortali & invisibili soli Deo honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.* Non adjicit universalitatis signum omnis: & pro sacrorum Ecclesiæ Doctorum sententia eo loco adjectivum nomen soli non exclusivè tenetur, sed reddit sensum, perinde ac si diceretur, Deo qui unus est & non sunt plures, vel Deo qui per se solus Deus invisibilis est & immortalis. Respondeo prætereàque ubi etiam assertio illa ad verbum in divina scriptura comperiretur, si tamen in alio sensu quem non intenderit Spiritus sanctus, sed illi adversa esset extra scripturam usurpata ab homine, rejicienda omnino foret, secundùm illum non pium sed erroneum sensum. Sic enim autore Isidoro egit olim Ecclesia cum Collitio & Florino hæresiarchis. De quibus sic scriptum reliquit.[b] *Collitiani scilicet hæretici à quodam Collitio nominati, qui dicunt Deum non facere mala, contra illud quod scriptum est.* Ego Dominus creans mala.[c] *Floriani* à quodam Florinn qui è contrario dicunt Deum creasse mala.[d] *Contra hoc quod scriptum est, Fecit Deus omnia bona.*[e] Ecce utraque contradictionis pars, ibi si sola verba coosideres damnatur, & tamen utraque in scriptura legitur.[f] Cur autem istud, docet Augustinus post Philastrum dicens, quamvis Coluthus (sic enim ibi legitur non Collitius) & Florinus hæretici contradicerent, tamen ambo divinis eloquiis resistebant. Creat enim Deus mala, pœnas justissimas irrogando, quod Colluthus non videbat: non autem malas creando naturas atque substantias in quantum naturæ sunt atque substantiæ: obi Florinus errat. Hæc Augustinus: per hæc sibi satisfaciant qui arguendo dixerunt, qui negat propositionem scripturæ sacræ, aut quæ inde potest inferri hæreticus est: & mecum docente Ecclesiâ discant sic esse argumentum formandum, qui negat, &c. in sensu catholico &c. unde nec sic damnatur sacræ scripturæ assertio. Absit absit, hoc enim blasphemia esset horrenda, sed perversus scriptura abutentis sensus reprobatur.

Dico jure pari, ubi hæc assertio, *Christum solum omnis honor decet, omnis gloria, & gratiarum actio*, ad verbum in

[a] 1 Timoth. 1.
[b] Isidorus lib. 8. etymol. cap. 5. quod refert Grat. 24. quæst. 3. cap.
[c] Quidam autem
[d] Esa 45.
[e] Genes. 1.
[f] Lib. de hæresibus, cap. 66. parte operum. 11.

ſacro Apoſtoli contextu legeretur, accipiendus eſſet illius ſenſus ſecundùm priorem per nos explicatum intellectum, ſcilicet Chriſtum ſolum *decet omnis honor latriæ & omnis gloria latriæ*, etiam excluſivè capto vocabulo ſolum &c. non autem ut ſe extendunt nomina iſta, bonor, & gloria ad duliam & hyperduliam. Alioquin (uti præmiſimus) ſibi obviaret Apoſtolus, qui dixit: [a] *Gloria autem & honor, & pax omni operanti bonum.* Et alibi: [b] *Quicumque ſunt ſub jugo ſervi dominos ſuos omni honore dignos arbitrentur.* Si tamen illam ipſam propoſitionem uſurpaſſet Faber (revera eam intellexiſſe eum monſtravimus) in ſenſu non Apoſtoli, ſed generaliter ſumptis terminis, honor & gloria, cuique intelligenti liceret omnino dicere, hæreticus eſt Jacobus Faber, qui negat ſanctis Angelis & hominibus honorem & gloriam deberi, contra id quod ſcripſit Apoſtolus: *Gloria, honor, & pax omni operanti bonum:* & ita damnaretur non propoſitio ſcripturæ, ſed erroneus Jacobi intellectus.

Unde & aſſertio hæc: *Filius Dei creatura eſt*, quamvis eam locis pluribus ſcribat Auguſtinus, adverſus tamen Arrium meritò damnata eſt & non adverſus Auguſtinum: quoniam hic intelligebat filium creaturam eſſe, hoc eſt, humanitatem quæ creatura eſt, aſſumpſiſſe: Ille verò naturam filii in ſe creaturam eſſe volebat. Ad id autem quod audivi quoſdam animo in me non malo dicere: quia tametſi in confutatione primi hujus Articuli rectè ſapio, non tamen occaſionem calumniæ omnem amputavi, dum nimiâ uſus brevitate minus ſufficienter expoſui quod volebam, & quia opportunior erat in ſequentibus Jacobi quantum ad Sanctorum cultum erratis ad eum reprehendendom locus: Reſpondens fateor incautè egiſſe me, dum enim brevis eſſe volui obſcurior æquo ſum factus: pii tamen lectores (ſicut præmiſi) ſed & Doctores qui ſcriptum examinarunt, nihil inde offenſi fuere. Quis autem omnes prævalet calumnias evitare? Dico deinde ſic me agere illic voluiſſe quia loco primo occurrebat argumentum illud circa Sanctorum venerationem, dicta tunc intendens non tam adversùs aſſertionem illam, verùm & contra conſimiles inferiùs annotandos de materia illa errores, & compendioſè idcircò egi ubicumque ea de re incidit ſermo, quia videbam Judocum Clicthoveum juſtum ſuper eo errore volumen ediſſe, unde verbis expreſſis, rem ipſam me abſolvens, in illum rejiciebam. Mea enim loco illo ſunt verba. Non eſt nova opus mihi in iſtud ſcribere, reſpicit enim Sanctorum venerationem, de qua puto, videris Jacobe quæ docuit tuus primo jam & meus amicus, Judocus Clicthoveus, quibus conſentanee hoc unicum te poſcu verbom &c. Hæc mea opinione, ſat eſſe debent tam amicis, quàm omnibus pro noſtri & noſtra purgatione quantum ad primum articulum: in aliis autem non erit opus ſermone tam longo, paucis proinde cætera expedire (Deo adjuvante) proponimus.

ARTICULUS SECUNDUS.

Articulus ſecundus in quo autore libelli ſanam putant nos læſiſſe fidei doctrinam ſic habet. *Scribit quemcumque ex fide juſtificari:* Apoſtolum illi opponimus (ait Beda) qui hoc prorsùs damnat, & ibidem lineâ xxx. (ait idem Beda) *Per fidem itaque nemo juſtificatur.* Articulus iſte non habetur fo. noſtrarum annotationum vij. ut littera defenſoris Fabri habet, ſed fo. xvij. pag. ij. debuit tamen ſcriptor ad intelligentiam ſic dixiſſe. Scribit ſcilicet Jacobus Faber quemadmodum probè adjecit parentheſim (ait Beda) clarior enim fuiſſet ſenſus.

In hoc ſecundo articulo complexa ſcripſiſſe me profiteor, ſed de poſteriori articuli parte illiberaliter reſecuit, ut mox dicetur, quod noſtram juvabat intelligentiam amicus qui noſtra taxavit. Hæc inquam ſcripſi monſtrando Jacobum Fabrum erraſſe in eo quod in ſuo commentario, cap. iv epiſt. ad Rom. ita ſcripſit. *Non dicamus nos ex operibus juſtificari, ſed dicamus ex fide quemcumque juſtificari.* Prior hujus Jacobi dogmatis pars, ſcilicet *non dicamus nos ex operibus juſtificari*, quâ ut liquet, negat nos per opera juſtificari, apertè eſt hæretici quoniam huic beati Apoſtoli Jacobi dicto, (ſicut in annotatione dixi) planè adverſatur [c] *videtis quia ex operibus juſtificatur homo & non ex fide tantum, & illic iterum, Abraham pater noſter nonne ex operibus juſtificatus eſt?* neque hîc aliud dici debet Jacobo & ejus propugnatoribus qui illi non modo parcunt, ſed etiam planè hæretica per eum ex intentione poſita tutari non erubeſcunt. Secunda verò pars quâ inquit, *Sed dicamus quemcumque ex fide juſtificari*, ſen-

a Ad Rom. 2.
b 1. Timoth. 6.
c Jac. cap. 2.

ſu quem ille prætendit ſcilicet (quia rejicit opera) ſolâ fide itidem hæretica eſt: quia contrariatur (ut cum beato ISIDORO loquar) ſcripturæ Apoſtoli Pauli qui ſcripſit dicens.[a] *Et ſi habuero omnem fidem ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero nihil ſum.* Et ſecundùm intellectum hunc dixi, Scribit JACOBUS quemcumque juſtificari ex fide, ſcilicet ſola, aut (ſi mavis) quæ in peccatoris juſtificatione potiſſimas ſibi vindicet partes : Apoſtolum illi opponimus, qui hoc prorsùs damnat *quemcumque ſcilicet ſolâ fide juſtificari:* aut ſic ex fide quaſi illa ſit juſtificationis cauſa formalis & præcipua. Non enim admitto, ſi dicat quis, fides cum ſit ſalutis humanæ fundamentum præcipua portio ad hoc requiſitorum eſſe videtur: porrò inde potius colligitur oppoſitum & non recipio hîc opinionem quæ etiam charitati fidem nititur anteponere: ſufficit Apoſtoli verbum, *Major horum eſt charitas,* & quod enumeratis primæ ad Corinth. cap. xij. variis gratiarum donis inter quæ fidem nominat, de charitate ait, *Æmulamini autem chariſmata meliora, & adhuc excellentiorem viam vobis demonſtro.* Quod autem velit JACOBUS FABER nos ex ſola fide juſtificari hinc planè liquet quod etiam epiſtolæ ad Galath. cap. ij. ubi textus noſter dicit. *Non juſtificatur homo ex operibus legis, niſi per fidem Jeſu Chriſti,* id eſt, niſi & illa adſit : ipſe in ſuo textu noſtrum temerando dicit. *Non juſtificatur homo ex operibus legis, ſed ſolùm per fidem,* & ſic locis multis ſcripſit, ut commentario cap. tertii epiſtolæ ad Roman. ubi ait: *Si dixero innumeros ſine operibus legis naturæ aut ſcriptæ juſtificatos, non fortè mentiar. Venientes enim ex gentibus & publicanis ad Chriſti baptiſmum ſolam fidem habent.* Et paulopoſt. *Et quis neſcit latronem ſolâ fide juſtificatum ?* ſic ille. Maximam autem ſi appendas diſcrepantiam inter litteram noſtram, & FABRI verbum, per quod illam depravavit comperies : dum pro niſi, poſuit ſuo ſenſu nomen ſolùm: neque dicit ſecundùm græcum ita eſſe legendum, ut in aliis ferè loquitur : ſed pro ratione hîc erroneam tamen habet ſuam voluntatem. Quid ergo in hoc ſapui aut ſcripſi perperam ? Dicens Apoſtolus. *Si habuero omnem fidem &c. charitatem autem non habeam, nihil ſum,* quid prætendat miror homines iſtos ſimulatos ſeſe non capere. Vult ſanè pro omnium catholicorum ſententia Paulus & infuſam omnem & acquiſitam fidem in homine eſſe & permanere poſſe cum mortali crimine, & ita in Dei inimico: quicumque autem charitatem habet, amicus Dei eſt & filius ac hæres & cohæres Chriſti. Quid ergo inquam in his cum Apoſtolis Paulo & Jacobo ſentiens, & per eos revincens FABRI dogma, peccavi ? Quoniam inquiunt ejus defenſores, Paulum negas, qui alibi locis variis, quos huc poſt me inaniter citant, decrevit per fidem juſtificari hominem, non ex operibus legis. Quærant homines iſti dictorum Apoſtoli intelligentiam ut illius concordare ſcripturas poſſint, & beati Jacobi, quam quidem concordiam nos puto non omiſiſſe.

Dicis (aiunt mihi) ad peccatoris juſtificationem fidem non requiri quod eſt contrarium verbo ejuſdem Apoſtoli, quo ait Hebræis,[b] *Sine fide impoſſibile eſt placere Deo.* Teneo ad litteram firmiter hanc Apoſtoli ſententiam : *Abſque fide impoſſibile eſt placere Deo.* De lege poſita, & hoc locis innumeris planè exprimo. Videant autem Jacobi defenſores quo ſuæ periculo conſcientiæ ſcripturas in me torqueant quaſi negem ad ipſam hominis juſtificationem non eſſe neceſſariam fidem: cùm in præſenti confutatione ita ad verbum ſcripſerim. Non unus eſt (ceu jam eſt non ſemel expreſſum) juſtificationis modus Deus juſtificat, fides ſuo officio juſtificat, & opera ſuo: quin immò & hominem, alium hominem ſuo miniſterio juſtificare ex ſacris litteris ſupra confectum eſt atque monſtratum. Hæc ego illic, quæ ita ſunt accipienda quod ſcilicet Deus in hominis juſtificatione utitur fidei operibus, & quantum ad adultos hominis miniſterio, id eſt, ſacerdotis ſaltem ſecundùm peccatoris votum. Et paulopoſt ex Apoſtolo monſtro fidem ipſam abſque charitate non ad hoc ſufficere quamqam ratio juſtificationis formaliter & completivè eſt charitas: & mox ad hæc mea verba per fidem ; itaque nemo juſtificatur, adjicio dicens ad FABRUM loquor, qui falſus fidem magnificare(dejectis operibus) contendit ? quod iniquo judicio ſuppreſſit libelli confector. Quod ſi inſtet quiſpiam dicens: Aſſertio hæc per fidem itaque nemo juſtificatur, omninò contrariatur Apoſtolorum Pauli & Jacobi dictis etiam per me citatis : dico reſpondendum eſſe ſicut de iſta, Deus creat mala in præcedenti articulo docuimus. Prætereà dicendum, quòd aſſumendo ita contra me. Per fidem itaque &c. A lege, ut dicitur, truncata inſtant. Littera ſi quidem mea habet, determinationem

a 1. Cor. 13.

b Hebr. xi?

hanc, ad Fabrum loquor &c. Judicent periti quale in his admiserimus delictum, & si nostrorum reprehensores laborum rectè scripserint dicentes, bic Beda nititur Apostolum sibiipsi opponere : & si nos de bono lapidant opere, illis & mihi Dominus veniam condonet.

ARTICULUS TERTIUS.

ARticulus tertius sic est in libello descriptus dicens: *Hic sanguis Christi & resurrectio in veritate operata sunt nostram salutem* : bis erras. Me alloquentem Jacobum Fabrum hîc introducit libelli autor, hoc in articulo non assertum meum refert Fabri defensor, sed suum cogitatum, ut mundo significet inficiari me Christi mortem & resurrectionem causas fuisse nostræ salutis, & quasi ita dissipiens sapuerim. Plurima quidem sed frustra scripturæ eloquia producit, per quæ planè ostendit sensum illum quem erexit ipse non ego, hæreticum esse : quod ingenuè confiteor : & mirum quonam pacto suspicari homines isti potuerunt perspectis scriptis meis & quotidianis in rebus theologicis exercitationibus, me docuisse Passionem & Resurrectionem Domini non esse salutis humanæ meritorias causas: quod est Christum quatenus homo est apud divinitatem, quæ trinitas est beatissima, per passionem suam, sanguinis effusionem ac resurrectionem, ut homini perdita salus æterna restituetur non meruisse. Absit ut vel ioiota Christianus ita insaniendo deliret. Si tam manifestam hæresim in libro meo comperissent Theologi qui illnm discusserunt, dixissent (opinor) id vel ab alio injectum, aut me inadvertente calamo excidisse, & confestim carbone operuissent, spongiâve deletili (ut aïunt expunxissent tam impium dogma. Nihil hic profectò adversum meum scriptum egit, sed tantummodo chartas opplevit, mihi detrahens Fabri defensor, quod ita paucis aperio. Sic in commentario capitis quarti epist. ad Romanos „inter alia scripsit Jacobus. Ante Christi „adventum neque peccata perfectè delebantur, neque perfectè quisquam ad vi„tam æternam suscipiendam justificaba„tur, sed solùm præcedebant quædam „præparativa, hæc sanguis Christi & re„surrectio in veritate operata sunt. Nec mirandum quòd ita hîc sapuerit, quando in commentario capite secundo ad Colos. sic ejus habet littera. Cùm satisfa„ctionis Christi sumus participes, dimissa „sunt nobis peccata nostra: non quòd sa„tisfecerimus aut satisfacere potuerimus, sed ipse satisfecit. Unde constat illum putare, quòd non omnis pœna inflicta erat sanctis patribus remissa. De priore autem assertionis hujus parte sic pronuncio. Hæc propositio veritati scripturarum juxtà & perspicuæ rationi contraria est: quòd in confutatione xxij. puto mediis variis irrefragabiliter ostendisse. Ad secundam autem conversus Jacobum compellans, inter cætera aïo. Dicas itaque jam nobis quis tete docuit in quibusvis (quòd Christi præcesserunt adventum) sanctis peccata non fuisse perfectè deleta, scilicet quantùm ad culpam & quantùm ad omnem per eos priùs debitam pœnam, sed solùm in his quædam fuisse præparativa ad vitæ æternæ susceptionem : Respondes & ais bæc videlicet perfectam peccatorum deletionem & necessariam ad vitam æternam suscipiendam justificationem sanguis Cbristi & resurrectio in veritate operata sunt : sic habet mea littera, cujus ut manifestè patet non est sensum assecutus meus corrector: cui ob id (sicut dixi Jacobo bis erras) dico ter erras, primò quoniam pronomen demonstrativum hæc, in ipsa mea littera casus accusandi est rectus ab huc quod est operata sunt: quamquam totum istud, bæc sanguis Christi &c. utcumque materialiter ibi capitur rectum à participio dicens, quemadmodum in sacro missæ officio à vocabulo ultimo præfationis scilicet dicentes, hoc totum *Sanctus sanctus*, &c. in accusativo regi videtur, tu autem capis ut ipsum pronomen hæc, regatur à participio dicens: Erras deinde quia cùm in mea littera ut legenti rectis oculis palam est, pronomen ipsum hæc, demonstret quæ nunc expressi, scilicet perfectam peccatorum deletionem & justificationem : tu capis secundùm quòd hoc totum demonstrat, sanguis Christi &c. Erras denique quantùm ad hanc hujus meæ litteræ intelligentiam, quoniam loco ejusdem pronominis hæc, & eorum quæ per ipsum demonstravi, tuo jure, id est, injuria non levi in me istud scribis. Nostram salutem. Scripta mea manent & illa quibus me reprehendendo miserè traducis, perpendant litterati viri, mecum ne hîc justo fuerit actum judicio: & utrum in confutatione legitimis documentis Fabri dogma minùs rectum esse monstraverim. Quibusdam autem videtur, ut audivi, hic scrupulus unus esse, videlicet quomodo beatorum Abel, Hieremiæ, cæterorumque qui à mundo creato pro Domino & justitia ejus martyrium

rium

rlum sunt passi, aliorumque Sanctorum usque ad Baptistam Joannem, & Beati Joseph viri Mariæ (quorum in eadem nostra confutatione mentionem fecimus) peccata dici possint perfectè fuisse ante Christi adventum deleta, perfectamque illos justificarionem fuisse consequutos: nam si ita est (uti assero) cur captivi quasi debitores retinebantur in inferioribus terræ partibus? Quare omni pro eorum peccatis persoluto per eos debito, illicò in regnum sibi debitum non introducebantur? Quomodo irem tantùm illis prodesse potuit passio Christi solùm prævisa, quantùm illam sequentibus exhibita? Respondeo, scrupulosis ad ultimum trium hîc petitorum in confutatione præsenti, factum satis est certis scripturæ sacræ testimoniis: ad reliqua priora duo dicimus, gloriosos legis naturæ & scriptæ per Moysem, martyres, cæterosque omnes justos, quorum animæ in sinu Abrahæ (sicuti de B. Lazari mendici anima dixit Abraham) consolabantur, non illic quasi pro debito proprio & per eos exolvendo fuisse reclusos, propter rationes quas in confutatione produximus: verùm quoniam pœnæ quas in peccatorum satisfactionem animo bono sibi imposuerant, aut sustinuerant, sui virtutem valoris fortiebantur à merito sui capitis Regis & domini futuri Christi, de quo ab æterno definitum à Deo erat quod futurus esset, sicut Colossensibus scribit Paulus: ᵃ *Primogenitus ex mortuis*, & Corinthiis: ᵇ *Primitiæ dormientium*. hoc est quòd omnium primus à mortuis resurgeret, quamquàm nullus quantumlibet sanctus perditæ felicitati etiam, secundùm animam, restitueretur, donec statutum ipse reipsâ Deo patri exhibuisset moriendo precium: necesse idcircò fuit sanctas omnes illas animas prædolari tempus præscriptum, sed interim quæ nihil pro suis peccatis pœnæ debebant animæ ipsæ optimè pro statu suo habebantur: neque uti piè potest existimari tædii quicquam ex dilarione aut molestiæ patiebantur. Quamvis enim magno & naturali & voluntario liberarionem inde cuperent desiderio, quemadmodùm nunc sanctorum in cælo animæ alteram desiderant stolam: sub rationis tamen freno & pro divino beneplacito omnia in eis moderata erant. Hinc spes earum dilata nihil illas affligebat, quia (ut dico) conformes erant animæ illæ felices spe certâ in omnibus, voluntati Domini, scientes sese illi charissimas, & ipsius justitiæ secundùm legem quam posuit satisfecisse, plenèque ab omni per se debito absolutas. Et similia prorsùs in civilibus crebrò videmus: multorum enim differtur realis apprehensio & perceptio jurium illis qui talium verum habent dominium: neque oportet eos quicquam ulteriùs ob hæc expendere, sed duntaxat opportunum expectare tempus: ita mihi pro nunc idcircò dicendum videtur sub præmissis protestationibus, quòd non videam animas beatorum, ut Joannis Baptistæ, innocentium Martyrum & aliorum quæ in limbo in Abrahæ sinu, amœno & gratioso illis luco ac opulento dùm Christus in cruce spiritum emisit quicquam potuisse agere, quo perfectiùs illis remitterentur peccata completiùsque justificarentur: mundæ si quidem omni ex parte erant. Neque ut omninò certum & necessariò tenendum (quod nonnulli dicunt) puto animas illas felices, etiam tunc, pœnâ damni plexas; quemadmodùm illâ solâ puniri dicuntur animæ parvulorum cum originali solo decedentium: quandoquidem in illis parvulorum animabus est, & in æternum erit, culpa ipsa naturæ; in animabus autem sanctorum nulla erat prorsùs culpa (ut diximus) neque debita ab illis pœna. Quòd igitur tunc non fruerentur Deo intuitivè viso, sed solâ fide, non erat illis pœna aut punitio, plusquam erat beatæ Virgini Mariæ dùm in mundo adhuc viveret, quæ, ut illæ animæ, omni ex parte innocens erat: quoniam pro eo statu non illis adesse debebat clara Dei visio propter præfatum decretum. Si autem quisquam Doctorum aliter de hac damni pœna sensisse visus sit, non sum illius obstrictus verbo. Estque id de nomine concertatio; & re ipsâ ideo mihi modus iste dicendi probabilior videtur, quòd quamvis dicatur pro illis & toto hominum genere tunc adhuc solvendum non per eos, sed per Christum aliquid fuisse, cùm parvuli in originali decedentes solâ damni pœnâ puniri dicantur, non æquum videtur eâdem pœnâ punitas fuisse sanctas Martyrum & aliorum justorum animas, quæ ut dictum est, pro se nihil divinæ debebant justitiæ, neque pro originali, neque pro alio quovis peccato; alioqui eâdem omnino pœnâ peccatores parvuli & justissimi plectebantur; quod durum esset dicere.

a Coloss. 1.
b 1. Cor. 15.

ARTICULUS QUARTUS.

ARticulus in libello, quarto signatus loco, sic habet. Scripturæ dissonum hoc est, justi nonnulli morte corporali exempti sunt Enoch & Helias; & hunc scripsisse me articulum fol. annotationum xlij. pag. j. linea xlij. dicit reprehensor, non tamen ita est, cæterùm cùm viderem JACOBUM non pauca erronea & pugnantia secum super capite quinto Epistolæ ad Romanos de naturalis mortis debito & peccato originali scripsisse, inter quæ dicit paucos à mortuis obligatione exemptos esse Christum unicum per naturam, reliquos per gratiam, alios majorem, alios minorem, ut ENOCH, HELIAM, Virginem Deiparam, & dilectum discipulum; dicta sic perperam, corripiens fol. xxiiij. paginâ primâ, ita inter multa scripsi ad litteram. Tertium JACOBI dictum scripturæ dissonum hoc est; Justi nonnulli morte corporali exempti sunt, ut ENOCH, HELIAS, & dilectus discipulus. Quo quidem JACOBI asserto (quod tamen aliis etiam suis tradidit scriptis) quid stultius? Dilectus discipulus mortuus est; morientur ad mundi finem ENOCH & HELIAS, quemadmodùm in hujus dicti refutatione plurimis convici scripturis; & nemo super hoc purè Catholicus inter Theologos ambigit; neque jam movere quemquam debet disceptatio illa quæ olim inter nonnullos ecclesiæ Doctores extitit propter illud Apostoli verbum, [b] *deinde nos qui vivimus qui residui sumus simul rapiemur*, &c. existimantibus nonnullis eos quorum hîc meminit Paulus absque morte ad beatitudinem transituros; aliis contrarium ut scripturis aliis convenientius tenentibus, quoniam secundam hanc sententiam longè probabiliorem esse, immò uti certam & conformem eloquiis divinis modo tenendam putamus in confutatione monstrasse; salvo tamen alterius opinionis jure si quod sit; & ejusmodi controversia, in nullo ENOCH & HELIAM contingere videtur; omnes enim Doctores in hoc consentiunt quod morientur, qui autem moritorus est quomodo à morte corporali exemptus dici potest? Si profectò (quia nondum sunt mortui, sed à Deo pugnaturi adversùs Antichristum reservantur, modis illi cognitis) dici possint ab obligatione mortis exempti ENOCH & HELIAS; exemptus est etiam bonus iste FABRI defensor quandiu vivit. Agit autem hîc mecum quasi negaverim ipsos ENOCH & HELIAM adhuc vivere, & ocio multo fruens scripturas in quibus utinam ita sano abundaret intellectu sicut textu, profert & quorumdam dicta Sanctorum probaturus illos adhuc vivere; qua in re impensum penitùs laborem perdit, probationes depromens ad rem quam inficiatur nullus peritorum: egregiam certè hîc navavit reprehensor meus operam.

ARTICULUS QUINTUS.

ARticulo quinto sic ille scripsit. Nec de sacra quidem Dei matre asserere quis præsumpsit aliquando quòd resurrexerit ad gloriam; cui nihil aliud dicere hîc oportet nisi quòd hæc ejus verba scilicet quod resurrexerit ad gloriam meis adjecta sunt, glossema textum planè corrumpens. Nam folio *nostrarum annotationum xxxij.* non semel oppositum hujus assero. Unde foliò illo pag. ij. ad verbum loco perversi glossematis hujus verbis expressis dico: quamvis de fidei pietate jam ita tenet Ecclesia, quòd scilicet ad gloriam resurrexerit mundi Domina. Quid autem iniquius esse potest quam pro his meis verbis, quamvis de fidei pietate jam tenet Eclesia, quòd scilicet Virgo ad gloriam surrexerit, scripsisse mundo, dixisse me quòd de Dei matre nemo præsumpsit asserere quòd resurrexerit ad gloriam? Si hoc non est falsi crimen, nescio ubi esse poterit. Totus autem meus quantum ad hoc contextus ad verbum iste est. Si profectò verum prædicat, scilicet Jacobus Faber dicens Apostolum in his verbis [c] *quæ sub viro est mulier vivente viro alligata est legi*, per parabolam voluisse Moysem in carne gloriosa resurrexisse cum Christo, hoc scilicet Moyses resurrexit in carne gloriosa cum Christo fidei est articulus, hoc est catholica veritas, quia ut dictum est, sensus per Apostolum in parabola intentus ad JACOBI votum is est, scilicet Moyses in carne gloriosa surrexit, quòd ne de sacra quidem Dei matre asserere quis præsumpsit aliquando, videlicet quod propositio ista. *Sacra Dei mater in carne gloriosa surrexit*, fidei est articulus, hoc est catholica veritas; quod puto ego verissimum. Fidei enim articulus ut hoc in loco vocabulo illo utor assertio est, seu veritas in scripturis divinis comprehensa, aut quæ ex illic contentis evidenter potest haberi. Hinc Theologicæ scholæ magistri, Thomas, Ricardus, de Lyra, & alii de hoc loquentes,

b 1. Ad Thess. 4.

c Rom. 7.

quod ego pronunciavi, uno animo asserunt. Constat aurem quod de Dominæ nostræ Christiferæ transitu & resurrectione nihil prorsùs in scripturis sanctis commemoràtum est. De his ergo fidei esse non potest articulus; hoc est non est de fide, sed ut in confutatione dico, istud de fidei pietate tenet Ecclesia, & ego ut tale firmiter credo & prædico. Quod si secus ego aut quivis alter saperet pertinaciter, illam scilicet negando resurrexisse in corpore, omnino hæreticorum pœnâ essem plectendus. Eadem enim commerentur supplicia, qui cum pertinacia errant in his quæ fidei sunt, & quæ ad eam pertinent, vel quæ de illius pietate esse universa docet Ecclesia. Qui profecto prædicaret, verbi gratiâ, sanctnm Nicolaum aur Martinum non esse ab Ecclesia venerandos; aut servanda quadragesimæ & temporum quatuor non esse jejunia; quamquam non sint hæc in scripruris tradita, puniretur ut hæreticus. Nihil enim inter negantem cum pertinacia quæ fidei sunt, & de ejus pietate quantum ad imponendam pœnam jurium decernunt textus. Discat itaque prius meus reprehensor quid inter sese differant, propositionem unam esse de fide, ac de fidei pietate, id est ad fidem pertinere, quam nos audeat super talibus expostulare; quoniam ita scribens prodidit palàm falcem se in alienam misisse messem, cùm non parva charitatis fraternæ jactura & pusillorum scandalo. Quid autem tales maneat Christus non tacuit, sed palàm docuit dicens.[d] *Qui autem scandalizaveris unum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris.*

SEXTUS ARTICULUS.

SExtus articulus iste est; *Inter nostram carnem & Christi nulla celebratur unio ex Altaris Sacramenti usu: quamquam omnis quæ inter fideles & Christum unio in Ecclesia traditur secundùm spiritum attenditur*, &folio sequenti nobis scribens, *carni Christi unitur caro nostra quoties sacrosanctum ejus corpus sumimus & caro carni unitur.* Mera profecto sunt hujusmodi nugamenta; & lineâ iiij. Ad spiritualem verò (ut diximus) unionem de se prorsùs nihil conducit realis sacramenti susceptio, & nihil penitus à carne procedir. Caro enim infirma non prodest quicquam. Ita me scripsisse fateor in confutatione hujus propositionis quâ scilicet super cap. viij. ad Romanos Jacobus Faber dixit carni Christi unitur caro nostra quoties sacrosanctum ejus corpus sumimus, caro carni & spiritus spiritui nostro unitur, ut unum corpus & unus spiritus in eo simus. Cæterum non sic per se posui primam articuli partem, neque secundam; dico enim ita: alibi autem quod hîc volumus, videlicet quod nostram inter carnem & Christi nulla celebratur unio ex Altaris Sacramenti usu, quamquam omnis quæ inter fideles & Christum unio in Ecclesia traditur secundùm spiritum (in quo imago est Trinitatis) solùm attenditur, manifestè docet de hoc sacramento loquens ipse Chistus Dominus. Spiritus inquit, est qui vivificat; caro non prodest quicquam quibus consentaneè loquens ait super Jo. cap. vj. Hugo à sancto Victore, *Caro Christi cum fide est causa salutis, de se autem caro nihil prodest.* Guillelmus item Parisiensis de Eucharistiæ sacramento loquens in libro meo folio xvij. ita scribit quod vera Christi caro quam pro nobis assumpsit, & pro nobis crucis patibulo affigi voluit cibus mentis humanæ per seipsam esse non possit, manifestum est; non enim ipsa propter se & secundùm se unibilis est nobis unione corporali aut spirituali; & eodem modo de sanguine ejus mareriali, & paulo post, quod ergo dicirur. *Caro mea verè est cibus*, hoc est, iudubitanrer est refectiva, licet non suâ nâturâ, sed divinâ virtute: quemadmodùm aqua baptismalis verè est aqua regenerans, unda purificans non naturâ sua, sed virture divinâ. Et rursum post aliquanta, quod Joan. vj. dicitur. *Spiritus est qui vivificat, caro non prodest quicquam.* Perindè est ac si diceret, Spiritus est qui vivificam refectionem infundit dignè sumentibus ipsam carnem & sanguinem: caro autem non prodest quicquam propriâ scilicet naturâ atque virtute, sic Guillelmus. Thomas vero Jo. vj. Caro (inquit) Christi in se considerata nullum habet effectum magis quàm alia caro. Sic autem isti loquentes Apostoli sunt formam secuti qui roman. cap. ij. aït, *Circumcisio quidem prodest si legem observes: Si autem prævaricator legis sis, circumcisio sua præputium facta est.* Et beati Petri cap. iij. primæ suæ epistolæ dicentis, *Vos nunc similis formæ salvos facit baptisma, non carnis depositio sordium sed conscientiæ bonæ interrogatio.* Ubi ordinaria expositio, hoc est inquit, non illud baptisma salvat ubi tamen caro exteriùs abluitur. Sunt autem complura in scriptura & Doctoribus his astipulantia quæ prætereo. Qui autem me dixisse, carnem nostram carni Christi uniri, carnem scilicet acci-

d Mat. 18.

piendo pro altera parte humanæ naturæ, sicut spiritus unitur spiritui nugamentum esse, miraotur: cùm verè id sit Fabrilis meditatio, quia hujusmodi sermone non intendit Jacobus tamen dicere quod Christi caro quæ verè sub sacramento continetur per indistantiam carni sumentis sacramentum quamdiu species manent adest quod nemo nisi infidelis negat, sed aliud quod nec ipsum puto posse verbis consequi demirentur quæ citavimus ex catholicis Doctoribus HUGONE, GUILLELMO, & THOMA, & maximè quod GUILLELMUS scribit dicens quod caro ipsa Christi propter se & secundùm se, non est unibilis nobis neque unione corporali, neque spirituali. In calce verò confutationis sic concludens scribo. Perpendat igitur JACOBUS quidnam voluerit novi dicere nobis scribens, carni Christi unitur caro nostra &c. In Jacobi autem assertione præsenti duo me offenderunt, unum & prius est, quia aït quoddum sacramentum suminus, caro nostra carni Christi unitur & spiritus spiritui. Alterum & posterius est quod ex carne Christi & nostra tunc unum sit corpus, seu quod caro nostra & caro Christi unum sint corpus sicut noster spiritus & spiritus ejus unus sunt spiritus. Adversùs primum assero omnem (quæ in Ecclesia inter fideles & Christum traditur) unionem attendi secundùm spiritum quæ est imago Trinitatis: & istud quidem per fidem, spem, & charitatem: quarum officiis anima illas habens unus spiritus fit cum Deo: non sicut forsan putat JACOBUS, sed secundùm affectionem: quia scilicet idem uterque vult spiritus, sicut cap iiij. in Actibus dicit. *Multitudinis autem credentium erat cor unum & anima una*. Et quod hoc verissimum sit monstro, quoniam parvuli quibus in baptismi susceptione confert Deus potissimum virtutes illas tres, per eas fiunt Christi corporis quod est Ecclesia, membra viva, & Deo atque capiti Christo uniuntur, cum tamen carni Christi in sacramento aut alioqui minimè eorum jungatur caro. Propter secundùm scilicet quod caro accipientis sacramentum, & Christi caro fiunt corpus unum. Dico quod fideles dum ritè sacramentum suscipiunt, & quandiu suam servant innocentiam, id est virtutes illas fidem, spem, & charitatem, uniti manent, non carni Christi per suam carnem: quia Christi caro in sacramento non est alteri carni unibilis, aliter quam Angelus qui incorporeus est, sed secundùm spiritum Christo, ut corporis illius viventia membra: quod scripsi ipsum Dominum dum de his loqueretur expressisse dicentem. *Spiritus est qui vivificat, caro autem non prodest quicquam.* Et rursum. *Verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt:* id est accipere debetis ea spiritualiter, ut vitam animæ per usum sacramenti hujus (quæ aliud non est formaliter nisi prædictæ tres virtutes) foveri, conservari, ac augeri intelligatis. Caro autem alio, scilicet corporali alimento tria illa habet. Iste est meus intellectus quantum ad hæc: quem sanum, probabiliter existimavi, & (nisi peritiores me docuerint secus loquendum) non variabo.

Ex collectis tamen in articulo per defensorem duo me asserit tenuisse, & quidem falsò, quæ ego semper, ut hæretica manifestè judicavi & judico: primùm quod velim veram & realem corporis Christi & sanguinis existentiam, id est gloriosam ejus humanitatem sacramentum ipsum non continere, sed quod eadem beata humanitas ibi solùm significativè sit, seu in signo: & ita hæresim, inquit iste homo, Berengarii restauro cum SWINGLIO & OECOLANPADIO pestilentibus in Germania scriptoribus. Verum quâ frunte mihi tam immane scelus ascribit bonus iste vir cùm in mea littera oppositum non semel significem, ubi sic ad verbum scriptum reliqui: Quid hoc est, caro nostra Christi carni unitur, quoties corporis & sanguinis suscipimus sacramentum? Cùm enim de unione altera etiam hic loquatur JACOBUS, scilicet spirituum, ipsum de materiali & physica, seu naturali corporum unione loqui necesse est, quemadmodum uniri dicuntur, id est ad se accedere & adjungi, & unum facere vel simpliciter ut rivi duo, vel aggregatione ut in cæteris rebus &c. & paulo post: Cæterùm quid ad fidei pietatem usumve spiritualem conducit hæc corporis Christi, & corporis illius qui sub sacramento eidem sancto per loci indistantiam unitur corpori vicina accessio? Nihil prorsùs quidem intelligo, sicuti post pauca dico, seclusâ per fidem, spem & charitatem unione spirituali: aut ubi quis nesciens jungeretur realiter sacramento, ut puta si quis comederet consecratas hostias, ut communem cibum, credens invincibiliter eas non esse consecraras, quantumlibet enim talis fide, spe, & charitate abundaret, nihil tamen tunc spiritualis doni in nullum gratiarum illarum consequeretur augmentum ex hujusmodi carnis suæ reali & physicâ, impropriè tamen (quia solùm est per indistantiam) unione cum Christi carne.

ne. Sed reverà hîc profiteor me nonnihil deliquisse, quia scilicet brevitati studendo non satis meam explicui intelligentiam, quoniam supponebam nullum unquam scriptum meum invenrurum lectorem qui secus me intelligere suspicaretur, sed ex his quæ implicitè ad hoc expresseram, statim meam quemque percepturum mentem, quam nullu etiam negocio viderunt quicumque sincero ea lectitaverunt animo. In quo beati Hieronymi verum experior dictum illud in epistola quadam ad PAMACHIUM. *Aliter amici audiunt, aliter inimici*: quia qui inimicus est nodum etiam in scyrpo quærit. Amicus prava quoque recta judicat. Præterea nonne sufficienter trado corpus Domini verè & realiter esse in sacramento, & non tantum figurativè vel ut in signo, subjungens, quod si ex carne sumentis actu sacramentum, & Christi carne propter conjunctionem unius ad alteram, scilicet per indistantiam, quia scilicet nihil revera inter utramque mediat quamquam non se propriè tangant, quia Domini benedicta caro non ibi est modo quanritativo: id est partem illic habens exrra partem, etiam Judæ prodiroris, & ejusdem Christi caro dum de Christi manu cum cæteris undecim sacramentum accepit, & quando illum est osculatus in horto, una caro aut corpus facta sunt. Per verba hæc mea mihi videor aperrè satis tradidisse: oppositum execrandi erroris hujus mihi per JACOBI defensorem impacti.

Alterum dogma planè hæreticum quod itidem mihi quasi illud renuerim attribuit, istud est: Eucharistiæ sacramentum non confert ex opere operato gratiam, & asseverat illud confici ex hoc nostro asserto: Ad spiritualem, ut diximus unionem de se nihil prorsùs conducit realis sacramenti susceptio. Fateor hîc ingenuè quod illam si non posuissem parenthesim, ut diximus, nec adjecissem quicquam unde posset utcumque mens mea trahi, justam habuisset causam & iste meus reprehensor reprehendendi & amicissimus mihi quisquam à me exigendi, vellem ne dicendo ad spiritualem scilicet cum Christo & ejus corpore unionem de se nihil prorsùs conducit sacramenti susceptio, innuere aut asserere quoquo modo venerandum hoc Eucharistiæ sacramentum ex virture à Christo ejus institutore determinata: quod mea sententia aptissimè dicitur ex opere operato, in suapte ratione (præter suscipientis meritoperfonali debitam) non conferre ritè accedenti gratiam, id est, fidei, spei & charitaris augmentum, cui dubio procul, confestim respondissem. Absit, nec me sinat Deus meus desipere tam insanè. Si ira profecto sentirem non ita quotidie (seclusâ ægritudine) alrare sanctum, utinam non indignè, accederem, sicuti factitare me quibuscum vivo noscunt omnes. Novit autem sacramenti hujus & omnium institutor Christus, quanto studio dedi quondam operam ut pro meis & omnium piorum domum hanc acuti montis incolenrium profectibus in æde sacra, Apostolico beneficio semper haberemus in hoc sacramento dominici corporis præsentiam: quod ejus gratiâ cooperante, ut cernitur, factum est. Nihil hîc fingo, cotam ipso Christo loquor: cujus misericordiâ rectè (quicquid scripserint homines isti) spero, ut hactenus sapui, ita in omne tempus sapiam. Coëgerunt autem me amici isti mei, Fabri propugnatores ut hæc dicerem. Sed ad causam revertor, & dico quia cum illi meæ assertioni interseruerim, ut diximus, per quod dicendo, ad spiritualem unionem, scilicet cum Christo de se nihil prorsùs conducit realis sacramenti susceprio, intelligebam seclusâ eâ quæ per actus fidei, spei, & chariratis fit unione, quod utcumque aperio subnectens continenter. Sumunt si quidem boni, sumunt & mali: sortis autem differentia à spiritu, & nihil à carne de se procedit: caro enim infirma non prodest quicquam. Opinabar namque per ista quæ meus suppressit correptor, expressisse competenter quid vellem, scilicet quod realis ipsa carnis Christi ad nostram unio (de qua Faber locutus est,) seu conjunctio vel adproximatio quæ in usu sacramenti per indistantiam (ut prædixi) fit, non efficit de se, id est, se solâ (hoc enim intellexi per hoc quod est de se) spiritualem, nec illam auget. Si enim per se id faceret, eâ positâ idem semper sequeretur effectus, cujus contrarium tenendum esse docet Apostolus dicens: *a*[*Qui enim manducat & bibit indignè, judicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini*.] Et iterum. *Quicumque manducaverit panem & biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis & sanguinis Domini*. Non itaque consequens est ut quicunque per sacramenti usum Christi carni unitur per indistantiam scilicet, spiritualiter eidem uniatur. Et hoc sanè solum voloi verbis meis significare. Quod si forsan instare quisquis pergens dicat: hæc ô Beda tua asserrio: ad spiritualem verò, ut diximus, unionem de se nihil prorsùs conducit realis sacramenti susceptio: ad-

a 1. Ad Corinth. 10.

versatur huic quæ est catholica: Eucharistiæ susceprio de se ex opere operato confert suscipienti gratiam: quod est ad spiritualem unionem omnino conducere. Protestatione solitâ respondens, dico imprimis propositionem meam non obviare isti alteri, propter particulam (ut diximus) interpositam, à qua trabenda est assertionis meæ intelligentia, quæ antea utcunque explicata est amplius ex sequentibus dum addo. Sumunt siquidem boni &c. Nam ut dixi non aliud prætendi nisi quud realis, seu exterior sacramenti susceprio se solâ nibil, proficit. Alia autem proposirio convenientem non excludit, sed supponit in sumente dispositionem. Dico insuper propositionem istam: Eucharistiæ susceptio de se illam ex opere operato non confert suscipienti gratiam omnino esse cum sua interpretatione recipiendam. Non enim realis ipsa susceptio quæ est morio quædam aut aliud quod voles, collationis gratiæ vim babet effectivam: gratia nempe illa à solu Deo produci & conferri potest. Dico subinde ad propositionem ipsam ad hunc sensum acceptam quod in susceptione &c. Christus gratiam donat, hoc adjectivum scilicet debita aut congrua vel pia, per dicta beatorum Petri & Pauli ac Sanctorum paulò ante memorata subintelligitur: & sic est sensus, Eucharistiæ debita aut pia susceptio de se confert &c. Id est ea sic posita, Deus gratiam præstat, scilicet fidei, spei, & charitatis augmentum. Non enim hujus sacramenti usus primam confert vitam; est enim jam viventium per præfatas sæpius virtutes spem, fidem, & chariratem. Fateor tamen nonnibil occasionis dedisse me æmulis veritaris (qui Lutheranorum dogmatum oblique tamen fautores sunt) dicendo ad spiritualem vero, ut diximus, scilicet unionem de se nibil prorsùs conducit realis sacramenti susceprio: quia etsi antea & post illum scripserim quæ hîc resumpta sunt unde satis haberi ab æquis lectoribus nostra intelligentia porerat: propositio nihilominus in se sola ponderata facile trahi potuit ad impium, sed non meum sensum: & doleo quod sic non dixerim ad spiritualem verò, ut diximus unionem de se nihil prorsùs conducit realis, seu exterior de se Chisti carnis ad carnem assumentis sacramentum unio seu conjunctio: hoc est se solâ non sufficit. Quod tamen non omni sumenti vitam spiritus auget, hoc non ex sacramenri provenit inefficacia, sed qnia in sumente convenientem præsupponit dispositionem, quâ non positâ obest illius abusus sumenti: quoniam cum id intenderem secundùm præmissam per nos explicationem convenientius illud aperuissem & minor patuisset veritatis adversariis fenestra: in utroque tamen dicendi modo idem sensus habetur junctis illis quem adjecimus. Cur autem tantum sudaverit Fabri propugnator ut per scripturas Sanctorumque documenta & aliter convinceret quod in sacramento hoc divinissimo vere est domioicum corpus, quodque ex opere operato gratiam confert, quæ semper credidi, tenui, & docui secundùm præmissos intellectus, ipse viderit: ita enim agens sicuri & aliis libelli locis compluribus probans quod inficiebatur nemo, facibus (ut dicitur) solem nisus est illustrare.

ARTICULUS SEPTIMUS.

In articulo septimo sic ipse scripsit. *Et quod duæ non sint Ecclesiæ asserere, & schismaticum pronuncio & in fide erroneum.* Et pagina sequenti lineâ xxv. *Rectè igitur decernimus schismaticum omnino esse assertum* Jacobi, *quo scribere præsumpsit duas non esse Ecclesias.* & fol. c. *Confundatur proinde ad salutem, & erubescat Jacobus qui simpliciter docuit non esse credendum duas esse Ecclesias.*

Littera correctoris nostri non rectè folia annotation. nostrarum unde bæc carpsit designat. Sunt enim duæ primæ articuli partes fol. xcix. Contenta autem hoc in articulo mea esse recognosco, & ut verissima sustineo secundùm declarationem in hujus propositionis Jacobi Fabri (Non credas duas esse Ecclesias, eorum qui in cælo & in rerra: non sunt duæ, sed una) confutatione positam: quod divinorum eloquiorum, ac Sanctorum Doctorum autoritatibus invictissimis & rationibus quæ dissolvi non possunt commonstravi. Jacobi autem defensorem, quatenus illâ falsâ suâ reprehensione hîc prætendit, schismaticum pronuncio, ac in fide errantem: damnatatum quoque olim per Ecclesiam hæresum impium defensorem. Quis enim Catholicorum Doctorum, quin & fidelium simplicium non credit unam esse in terris militantem Ecclesiam & aliam in cælis triumphanrem: Et propterea non est mihi pro articuli bujus elucidatione opus verbis pluribus. Non enim discutere singula mei reprehensoris illo in libello perversè conscripta constitui: verùm articulos taxatos explicare, & in sensibus quibus à me positi fuere eos tueri. Quæ autem hîc pupugit correptor, ita ut dico

in confutatione propositionis JACOBI FABRI quæ in nostrarum annotationum libro cxxvij. tenet locum certissimis firmavi testimoniis, ut adversùs illa nulla adversariorum virtus quicquam momenti possit habere. Quod vero mihi imponit reprehensor negare me unam posse Ecclesiam ex militante & triumphanre dici, quam sit inique confictum, inde conficitur; quia sic ad verbum in confutationis exordio scripsi inter alia. Quod si ex utraque scilicet militanre Ecclesiâ & triumphante una tota dici debeat aut possit, non multum vellem super huc conteodere: quia piè, & non citra probabilitatem hoc reor posse sustineri, quamvis forsan raræ sint in scripturis sententiæ quæ hoc velinr. Hæc ego illic & nullo interposito scribo, quæ in articuli prima parte habentur sic dicens. *At quia duæ non sint asserere & schismaticum pronuncio* &c. Circa quæ mea verba cum pro expleriva conjunctione (at) de industria meus scripserit reprehensor copulativam (&) ubi vero solum dixi. Ar quod duæ non sint asserere, quod ex conjunctionis ipsius (at) ratione sententiam ex præscriptis pendere monstrabat, adjecit ille id Ecclesiæ, & sciens omisit illa quibus assero unam totam Ecclesiam dici posse ex duabus constare. Item & quod non minus falsò quam perperam mihi ascribit, quod negarim ego fol. annotationum mearum xxix. Christum caput esse Ecclesiæ quando tamen illic expressis sic dico verbis: nec obviat scilicet promissis, ibidem per me quod Christus caput Ecclesiæ dicitur & verè est uti ad Ephesios docet Apostolus, & sæpius alibi: & paulo post, Caput est dico ut homo, Ecclesiæ & ejus sponsus ut Deus. His inquam tam impudenter & veritate reclamante mihi impositis, palam satis monstravit utrum pro veritate digladietur FABRI defensor, an verò illam opprimere contendat.

ARTICULUS OCTAVUS.

OCtavus articulus iste est, In eodemque quod subdit Jacobus neminem sua virtutem iracula facere: sed Deum, sed divinum donum divinamque virtutem, proprium continuat errorem. Mea sunt ista quibus circa medium addo quod pro fine prætenso tacendum censuit corrector: exponens de quo velim errore loqui & sic dico: quo centies asseverat ardua quæ in homine sunt opera non ab homine, sed à Deo soln fieri. Quibus meis verbis evidenter aperioid in quo Jacobum arguo videlicet, quia dicens nemo suâ virtute miracula facit, perindè apud eum & asseclas ejus est atque diceret. Nemo facit miracula, sed solus Deus: quod ex hoc palam constat, quia sic aït JACOBUS super cap. primum epist. ad Philippenses. *Cùm aliquid boni volumus maximè quod divinum & spirituale est & operamur: Deus est qui voluntatem illam & actum effectumque in nobis operatur.* Et paulo post. *Deus ut actus est meus: nostra ut materia: cui igitur motionem & motionis actionem tribuemus:* sequitur. Et humanæ « & divinæ Philosophiæ est ignarus qui « non actui, sed porentiæ tribuit operari. Su- « per Matthæum vero cap. xxij. ita scribit. « Opus quod in homine non est Dei solius « solum humanum est inane & frigidum, « & quod non nisi à carne probari potest, « à spiritu autem rejicitur. Per hæc & alia plurima quæ loquitur alibi JACOBUS in eandem sententiam liquet ipsum negare in arduis quæ in nobis sunt operibus nostræ concursum voluntatis: & renere quia pure passive sese habet: & per hoc in illis dici non potest homo operari: quod suis locis ostendi erroneum in Philosophia esse & in fide hæreticum. Ex illo etiam conficitur, falsam hanc esse assertionem *Rex Christianissimus morbum scrophularum curat quod asserere læsæ majestatis crimen judicaretur.* Hunc ergo errorem super concursu animæ hominis ad opera quantumvis divina quæ in ea sunt hîc dico JACOBUM continuare dum aït. Nemo suâ virtute miracula facit. Ubi fateor magis reprehendere me hominis mentem, quod mea quæ subjunxi, innuunt verba, quam propositionem illam simpliciter. Porro in confuratione Deum solum posse miracula se solo facere, hominem autem minime, sed Deo primo & præcipue operante: ego per scripturas monstro & per bearum Gregorinm quod quandoque sancti imperativè faciunt miracula, [a] *hoc est ad eorun preces Deus illa efficit, ipsis nullam ab oratione aliam actionem circa illa ponentibus: quandoque vero ex eorum potestate quam tamen ipsis tribuit Deus duntaxat.* Hîc igitur adversùs Jacobum potissimum firmare simpliciter volo hanc esse veram & carholicam; Sancti verè miracula faciunt. Quod idcirco sum enixus non ex verbis illis provocatus. Nemo suâ virtute miracula facit quæ sensum unum habet pium. Sed propter præscriptam rationem, & quoniam sciebam JACOBUM ut antea docui, Sanctorum honori & prærogativis à Deo eisdem concessis pro viribus dero.

a Lib. 2. dial. c. 30.

gare. Si autem *Jacobi* propugnator qui pro suis votis me exercet, Catholicus verè est, de fide & Sanctorum veneratione cum Ecclesia pie sentiens & non impiè ac schismatice, justoque ardens zelo: cur saltem ut in me non hic in FABRUM corripuit litteraria arma, quem in assertiune cujus pars postrema ea est ob quam in me hic egit, scilicet nemo suâ virtute facit miracula, ista quæ jam sunt in præcedentibus descripta ad litteram posuisse verba videbat, scilicet Deus solus est invocandus, colendus, & adorandus. Audiant proindè illius defensures quid pro talibus ait Duminus: [a] *Non habebis*, inquit, *in facculo diversa pondera*. Et rursum. *Pondus & pondus, mensura & mensura utrumque abominatio Domino.* Longè quidem alio pondere mea appendunt humines isti, aliâque metiuntur mensurâ quam FABRI asserta. Viderint an ipsos eam ob rem tangat Christi verbum quo ait. [b] *Vhæ vobis qui decimatis mentam & anethum & cyminum, & reliquistis quæ graviora sunt, excolantes culicem, camelum autem glutientes.*

ARTICULUS NONUS.

NOno loco taxatus articulus iste est. *Quod verò ait Erasmus diem illum novissimum etiam Deo patris filio incognitum esse, in fide erroneum est.*

Pugiles qui hucusque pro articulis octo de ccclij. ut eorum judicio infirmioribus ad pugnam delectis, in quibus me adversùs Jacobum Fabrum agentem in fide aberrasse sunt opinati, fervore vehementi suis concertaverunt armis: pro reliquis autem quatuor libello illorum contentis, & ex. cxcviij. in paraphrasibus Erasmi à me reprehensis mecum dimicant non propriis, sed ejusdem Erasmi machinis. Videntes enim isti Fabro & Erasmo addictissimi viri ipsius Erasmi scripta quæ superius nominata sunt, in quibus artibus sibi peculiaribus studuit singula quæ ego in dictis paraphrasibus taxaveram excusare ac defendere, ex omnibus, articulos illos quatuor elegerunt: in quibus uti existimo gloriosiorem de me prosternendo, & magis certam victoriam speraverunt: quam rectis autem id egerint consiliis facile poterit ex brevissimis, quæ disserendo subjungemus deprehendi. Articulum itaque hunc meum agnosco & verissimum esse nemo pure Theologus diffitebitur. Assertio si quidem hæc, *dies judicii incognitus est filio Dei*: vel hæc, *diem judicii non cognoscit Christus*, & quæcumque alia propositio quæ idem signet secundùm sensum quem primum facit, in fide erronea est quod evidenter monstravi in illius articuli censura, sive intelligatur secundùm divinam naturam, [c] sive assumptam humanam: cui datus est spiritus, non ad mensuram, & quantum ad animæ ejus benedictissimæ potentiam intellectivam secundùm omnem illius virtutem naturalem, & quantum ad voluntatem. Alioquin non omnes thesauri sapientiæ & scientiæ in ipsa essent absconditi, contra Apostoli documentum qui Culossensibus id asserit. [d] Si profectò futurum quodcumque vel opus, vel negocium, aut effectum quempiam, vel diem aut horam secundùm omnem circumstantiam Christus incugnitum & incognitam haberet, hoc est nesciret, non esset animæ illius quantum ad vim cognitivam, absque mensura datus spiritus, sapientiæ scilicet intellectus, consilii & scientiæ: cujus oppositum prædixit haud dubie futurum Esaias Propheta. [e] Quin igitur quemvis hominem asserere diem novissimum incognitum esse Dei filio est in fide eum errare, quid deliqui sic dicendo. Quod ait Erasmus diem illum novissimum etiam Deo patris filio incognitum esse, in fide erroneum est: Atqui inquit Erasmus, illud quod erroneum dico, textus est evangelii cujus expositionem, aut sensum aperire non sinebat paraphrasis ratio. Cui respondeo: id quod hic carpsi, non in evangelio aut paraphrasi scripsisti, ut constat, sed in epistola ad Cæsarem quæ paraphrasi in Matthæum præponitur: ubi sic ad verbum inter alia Erasmus scripsit. Sunt « rursùs in evangelio scilicet, loca quædam « meâ sententiâ prorsus inexplicabilia, quo- « rum est de peccato in Spiritum Sanctum « non remittendo, de die supremo quem so- « lus pater norit, etiam filio incognitum «. Non est hic evangelicus textus, sed Erasmi de evangelii sensibus male theologicus sermo. Si autem ad verbum litteram usurpasset scripturæ Erasmus, sed non sensum, locum haberet, id quod præmissum est de hac, Deus creat mala, ubi verò tantum dixisset diem judicii solus pater novit, recipienda erat (fateor) sententia, quoniam adjectivum solus in ordine ad enunciata, quæ Deo ratione essentiæ conveniunt non excludit quamquam divinarum personarum, sed duntaxat creaturas, & ita illud Christi in Matthæo [f] *de* die

a Proverb. 22. & 20. cap.
b Matth. 23.
c Jo. cap. 3.
d Ad Col. cap. 2.
e Esayas cap. 11.
f Matth. 24.

die autem illa & hora nemo ſcit, neque Angeli Cælorum niſi ſolus pater, abſque alia interpretatione aut declaratione, veriſſimum ad litteram intelligitur: ſat eſt dicere pro eliciendo Domini ſenſu: hîc nomen ſolus non excludit filii aut Spiritus Sancti perſonas, & ſic ut ſonat littera iſtud, Solus pater novit diem judicii propriâ locutione verum eſt, quod autem illic pro ipſo Chriſti verbo in paraphraſi poſuit Eraſmus dicens. Cæterùm exactè diem illum aut horam quâ filius ſit adventurus non eſt veſtrum inquirere quando nec Angelis Cælorum hæc ſcire datum eſt. Atque adeo nec filius hominis novit: hæc ſibi ſoli ſervavit pater, ſenſum ſimpliciter reddit obſcurum, erroneum & manifeſtè textui ſic planè intellecto obviantem: quoniam expreſſè à diei illius cognitione filium excludit, quem textus includebat. Et proinde illud ſuper Matthæum ad lectorum cautelam non celavimus: quam autem eamdem de diei ipſius ultimæ notitia ſententiam locutione non propriâ, beatus Evangeliſta Marcus expreſſit dicens. *De die autem illa, vel hora nemo ſcit, neque Angeli in Cælo, neque filius, niſi pater.* Statim animadverterunt patres & populi Dei magiſtri ſenſum illum grammaticalem, quia primò ſe in vocibus offert, hoc eſt filius Dei patris neſcit diem aut horam judicii noviſſimi, falſum & aliis diſſentaneum eſſe ſcripturis quemadmodum ſunt hæc ſecundùm grammaticalem ſenſum: [a] *niſi manducaveritis carnem filii hominis & biberitis ejus ſanguinem* &c. [b] *Si oculus tuus dexter ſcandalizat te, erue eum* &c. [c] *Tu autem cum jejunas, unge caput tuum, & faciem tuam lava.* [d] *Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes* &c. [e] *Qui voluerit animam ſuam ſalvam facere, perdet eam* &c. [f] *Sunt qui ſe caſtraverunt propter regnum Cælorum*, & ſimilia non pauca continet Scriptura ſacra. Et propterea alium qui verus foret & pius mente humili ſcrutati ſunt & non unicum modo compererunt, ſed multiplicem quem paucis nos obtulimus noſtra lecturis: quiquidem vere litteralis ſeu hiſtoricus, & per Chriſtum ejuſdemque ſcribam Marcum, intentus eſt: unde & poſt nos, agens nunc in nos Eraſmus illum probe quidem explicuit aſſeverans etiam dum ſcriberet paraphraſes ſeſe in promptu cum habuiſſe, ſi verum loquitur. Cur ergo vel ſuper Marcum ubi locutionis improprietas id neceſſario poſtulabat, non explicuit illum, aut ſaltem innuere ipſum non curavit, ſatis eſt mirum, quoniam illic tantummodo ita pro contextu Marci reddidit vobis: Ne verò curæ ſit ut certò ſciatis diem illum ſupremum, quando nec Angelis datum eſt hoc ſcire nec ipſi filio. Sed quoniam pater ſic intelligebat expedire ſaluti veſtræ, ſibi uni ſervavit hoc arcanum ſic ille. Per hanc autem Eraſmi paraphraſim, quam expoſitionis cujuſdam loco evulgat & recipiendam cenſet, lectores non levat ſed gravat, haud modice dum pro litterali ſacri textus intelligentia quæ eſt filius Dei diem vel horam judicii, ut homo neſcit ex ſe, ſed Deo revelante vel neſcit ad publicandum, & duo iſti ſenſus magis mihi placent, vel ut quidam volunt in ſui corporis membris illud neſcit: ſenſum lectoribus offert Eraſmus grammaticalem & non evangelicum dicens: nec ipſi Chriſto datum eſt ſcire diem vel horam judicii poſtremi. Quiquidem ſenſus omnino hæreticus eſt: & iſtud volui in Eraſmo Paraphraſte reprehendere: cujus hîc meditatis non eam debemus reverentiam quam beati Marci dictis & cuique ſcripturæ, præſertim cum ex omnibus Paraphraſibus ejus non indicet ſeſe alium hac in cauſa ſenſum capere. Quicquid nunc redargutus loquatur, quam erroneum & grammaticalem. Cæterum hoc purgare contendens, inquit Paraphraſten ſuâ ratione obnoxium eſſe litteræ quam eo explanationis genere dilucidat ſua non adjungere, ſed ſolum explanandum textum planiori, ſeu magis pervio ſermone & elegantiore ſtilo ac gratiore lectoribus reddere, litteramque exponendam opinionum narratione non deſerere. In commentariis autem ſecus cum aliis pluribus quem in ſcopum hunc profert: ſolerti cujus inventioni dicendum, quod ſi vere Paraphraſtæ officium deſcribit Eraſmus, quæ examinavimus ejus ſcripta minime Paraphraſes dici merentur: quod ex eo inevitabiliter colligitur, quamvis in littera illius quam paraphraſim nuncupat in Matthæum vel Marcum aut Lucam vel Joannem (quàvis illarum ſeorſum captâ) amplior continetur & prolixior ſcriptura quam ſit in toto novi Teſtamenti corpore: immò auſim affirmare ego ſuper uno aliquo evangelii Lucæ capite plura effudiſſe Eraſmum verba quam totum complectatur ipſum Lucæ evangelium & omnia quæ ſub paraphraſum nomine in novum Teſtamentum edidit, multo ſuâ longitudine totum ſu-

a) Joan. cap 6.
b Matth. 5.
c Matth. 6.
d Luc. 12.
e Matth. 16.
f Matth. 19.

perant Bibliæ volumen ſacrum. Non eſt igitur ut hac in parte vel ad contegendam ignorantiam, aut palliandam noxiam explicationis omiſſionem nobis obtendat paraphraſis quæ brevis eſſe debet, conditionem, veriſſimum ſane in his aliiſque plurimis, & ubique fere comperio, quod ſæpiusà ſtudioſis & prudentibus de Eraſmo pronunciari audivi, ſcilicet quod in morem Protei cujuſdam fabuloſi ſeſe norit ipſe in omnes commutare figuras, & dum juſte comprehenſus putatur, ut anguis ſuâ verborum lubricitate ab incautis evaſiſſe creditur: quoſdam aiunt prudentes, ſibi receſſus ſuà (quâ præ cæteris eum pollere opinor) rhetoricâ & eloquentià fecit Eraſmus, ad quorum unum vel alterum ſemper effugium ſperat. De talibus autem, aït Auguſtinus:[a] „Sapientia ſine eloquentia parum civita„tibus prodeſt: Eloquentia verò ſine ſa„pientia nimium plerumque obeſt, pro„deſt vero nunquam. Alios audivi qui dicerent, Coloret Eraſmus ſua ſcripta quantumlibet, variet, attenuet, nihil aſſerendo dixiſſe, nbi ſeſe captum videt, proteſtetur: dicat utinam ſic vel ſic fieret; aliàs forſan, aliàs non definio, moneo tamen, aliàs pro Apoſtolorum tempore loquor: aliàs non eſt ſermo meus, ſed Evangeliſtæ, aut Apoſtoli ſenſus, omnia fingat ſeſe, transferat & poſſibilia quæquæ diſſimulet; aut tamen Lutherizat Eraſmus, aut Eraſmizat Lutherus: quæ dico non ſolus, ſcio: norunt pene illa jam periti omnes: quibus reſpondens Eraſmus, Qnomodo (inquit) in ſenſu mihi convenire poteſt & Luthero? Adversùs cujus dogma in arenam deſcendi: primò meâ diatribâ, id eſt, libro non aſſertorio, ſed diſceptativo de libero arbitrio; & poſtmodnm hyperaſpiſte, id eſt, libello præfatæ diatribæ defenſorio.

Quid ſit autem reſponſio hæc legitima norunt, qui opuſculum *Eraſmi* utrumque viderunt vel ab liminibus. In illis ſi quidem ſcripſit Eraſmus Lutheri ſcripta annos plus quinque legiſſe nec improbaſſe: at compulſus tandem (ut aït) Eccleſiæ procerum & monarcharum monitis & hortatibns, qnibus *Eraſmo* ſignificabant, niſi in Lutherum ſcriberet, factionis illius eſſe ab omnibus exiſtimaretur. Argumentum ſibi delegit & ſtilum quo ſic ageret in Lutherum: ut illo quam minimum offenſo Eccleſiæ cauſa in nullo inde defenſa videretur aut firmior.

Porrò illis in libellis adversùs ipſum *Lutherum* inquirendum ſibi propoſuit, an in homine liberum ſit arbitrinm: & utrum omnia merâ neceſſitate obveniant: utrumve Deus omnia in nobis ſolus operetur & bona & mala. De his tribus argumentis cum Luthero diſceptavit *Eraſmus*, conferendo tamen & citra aſſertionem: quibus certe ſtudiis non egebat Eccleſia. Minimè ſi quidem inde torquebatur, quia in ejuſmodi documentis Luthero tantummodo viri credebant ſtolidi: apud eos autem quibus adhuc communis erae ſenſus maximè; ridendum præbuit ſeſe *Lutherus* & ſpernendum, ſcribendo non eſſe in homine arbitrium liberum omniaque neceſſario evenire? & quia nihil agie homo, id eſt nec peccat, nec recte operatur.

Occurrere illi debebat in aliis argumentis *Eraſmus*, ſi ex animo eſſe & videri à prudentibus cupiebat catholicus: utpote de Eccleſiæ ſacramentis & ritibus, de cultu Sanctorum, votis monaſticis, hierarchico Eccleſiæ ordine, jure Pontificio, deque ſimilibus non paucis quæ viribus improbare Luther molitus eſt. Cæterum quid opus eſt hæc commemorare ut monſtretur Eraſmus Lutherizaſſe, & contra, hoc eſt quia in plurimis rerum capitibus perverſe conſenſerunt ſcribendo: *Luther* & *Eraſmus* quando mutuis laudibus & præconiis, ceu profitetur in hyperaſpite. *Eraſmus* propria alterutrius exrulit, alteruter ſcripta: nnde *Eraſmus* ad finem diatribæ de libero arbitrio: ita de Lutberi quibuſdam ſenſibus ad verbum Eccleſiæ ſcripſit: Lutherus pie quidem, ac Chriſtiane diſſeruit de abjicienda fiducia meritorum operum, & virium noſtrarum, de tota fiducia transferenda in Deum & ejus promiſſa. Atqui de abjicienda fiducia operum & meritorum impie & hæretice diſſeruiſſe Lutherum nemo neſcit: *Eraſmus* autem quam ſyncerus ſit Theologus ſuis hìc verbis palam fecit. Pie inquit, & Chriſtiane Lutherus diſſeruit &c. Quomodo aurem valeret ipſe in univerſum de rebus Theologicis æquum & ſcientem agere judicem, qui in epiſtola quadam ad *Joannem Eckium* Theologum peritiſſimum, ac fidei adversùs *Lutherum* & ſimiles peſtes fortem & invictum defenſorem, ita ad litteram ſcripſit, quia ſcholaſticæ tribus plus in Theologiæ peritia tribuerint *Auguſtino* quam *Hieronymo*, aut *Ambroſio* partim in cauſa fuit, quia is crebrius abducatur ab iis ſcriptoribus qui in ſcholis occuparunt tyrannidem, vel quia hunc magis intelligebant quam illos: & poſt hæc in me certe (aït *Eraſmus*) comperio quid dicam: plus me

[a] Lib. 4. de doctrina chriſt. cap.

docet Christianæ Philosophiæ unica *Origenis* pagina quam decem Augustini. Atqui *Origenis* pene scripta cum autore Ecclesia rejicienda decrevit, ut quæ absurdissimis scateant erroribus, etiam *Augustino* post *Epiphanium* veridico teste: [a] scripta autem *Augustini* à Catholicis & Sanctis Doctoribus qui illum sunt secuti summis efferuntur laudum titulis. Non sapiunt illa *Erasmo*, qui politiâ regali suam Theologiæ scholam regens sese habet, Doctores autem scholastici gymnasia sua pro *Erasmi* decretu per tyrannidem continent. Rexest indivinis doctrinis *Erasmus*, *Petrus Lombardus* & qui in illius scriptis versati sunt, tyranni. Egregius (si Deo placet) est censor *Desiderius*. Vere hîc quemadmodum & alibi crebro quam rectè de Christiana Philosophia ipse sentiat mundo demonstravit: sed de his satis.

ARTICULUS DECIMUS.

„IN decimò articulo sic dicitur. Illud „doceo vos (aït *Erasmus*) pro quamlibet atrucibus injuriis nullam omnino „vindictam esse reposcendam: necdam„num damno, nec injuriam injuriâ reta„liandam. *Bedæ* censura, Et hanc in fide „& moribus esse erroneam propositiunem „xxvj. *Fabri* super Matthæum perspicue „monstravimus.

Ita me folio annotationum nostrarum clxxxix. scripsisse profiteor, & quia id jure bono egerim, inique verò istud excusare moliatur Erasmus dicens de vindicandi animo loquor &c. Ego brevissimo sermone ostendo quod *Faber* & *Erasmus* eodem, ut videtur, spiritu ad differendam Theologiam excitati in quamplurimis consentiunt erroribus, & præsertim quantum ad evangelica consilia Matthæi capitibus quinto & sexto descripta, quorum unum istud est. *Audistis quia dictum est: oculum pro oculo, & dentem pro dente: Ego autem dico vobis non resistere malo: Sed si quis te percusserit in dextram maxillam, præbe ei & alteram: & ei qui vult tecum in judicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium* &c. Hæc autem Christi verba ita ad litteram cepit *Faber*, cepit & *Erasmus*, ac si forent omnino præceptive posita, quemadmodum istud. [b] *Non furtum facies, & sabbata sanctifices*: sic quia sub evangelica lege nulli sit licitum litem in judicio agendam movere pro quocumque accepto gravamine: neque cuipiam fas esse vim vi repellere: quæ ego adversùs *Fabrum* agens certissimis monstravi documentis esse erronea in fide, & politiæ Christianæ perniciosissima; & secundùm intentionem hanc corripui hîc assertum præsens *Erasmi* quo aït: Illud doceo vos &c. quod ipse dicendo hîc verum asserere conatur. Si autem ostenderim ego *Erasmum* in hoc Christi consilio erroneè sapuisse cum *Fabro*, nonne justitiâ exigente decerni ipse debet sensum hîc habuisse hæreticum, aut in fide erroneum? debet utique. Ut autem omittam complura ad istud indubie cunvincendum idonea illiùs asserta quale est quod in annotationum suarum editione quartâ (ut mihi vir doctus & fidelis asseveravit) scribit non esse licitum bellare, aut nescire se an liceat. Ignoranti autem an sit licitum omnino illicitum esse censetur.

Brevitati serviens produco duntaxat unum aut alterum. Porrò paraphrasi in Lucam cap. xxij. ita ad verbum ejus habet littera. Quem scilicet Petrum nisi castigasset evidenter Christus dicens scilicet. *Sinite usque huc* &c. Existimassemus nobis licere adversùs impiorum violentiam armis nos defendere, ac vim vi repellere: nunc cum Petrus reprehensus sit quod adversùs impios & sceleratos pro innocentissimo Domino strinxerit ferrum. quæ porest esse causa posthac ut homo Christianus injuriam injuriâ repellat? Sic *Erasmus*, quasi dicat, nulla subesse causa potest ut vim vi liceat repellere. Ubi sit obiter istud admonitum errare *Erasmum* abusu termini *injuria*, dum aït *injuriam injuria* &c. Vis etenim qua repellitur injuria, injuria minime dici debet, sed legitima defensio, ab omni comprobata jure. Joannis item cap. xviij. sic scripsit Erasmus. *Passus est Dominus futurum Ecclesiæ suæ principem, scilicet Petrum in hunc errorem quo f. Malchi auriculam amputavit magistrum defendendo pio quidem affectu cadere quo rectiùs & efficacius in posterum eximeret omnem ulciscendi libidinem ac jus armorum in totum excuteret, posteaquam & illum objurgasset qui nondum accepto interdictoputum Dominum pio affectu adversùs impios tueri pararet*, sic Erasmus. Ecce duabus hæc Erasmi (qui nusquam sese in Theologia aberrasse prætendere videtur) citatis assertionibus, clarius meridianâ luce constat illum sapuisse, illicitum prorsùs esse vim vi repellere: quod probavi esse in fide erroneum. Unde conficitur evidenter quod etiam hîc tacere non permisit eum Deus, videlicet quia Christus omne armorum jus in sua lege damnavir: quo possent agnoscere Reges & Principes

a Parte operum xj. lib. de heref. cap. 43.
b Exod. xx.

omnes Chistiani quorum tam studiosè favores venatur singulorumque gratias operum suorum dedicationibus ita dispertitis, ut nullus abeat indonatus, sibi conciliare satagit, quidnam de eorum regimine ac statu mente gerat *Erasmus*: Nempe si rectè in his scripsit periere Dei judicio invictissimi Reges Franciæ, Cæsares, cæterique Principes universi Christiani; omnes enim jure armorum, quod à Christo hîc asseverat reprobatum utuntur; & ita faciunt, quod pro *Erasmi* dogmate Dei decreto non licet. Mirantur ob hoc qui fideles sunt Principibus suis viri docti & qui sanis pollent doctrinâ & consiliis, & demiror ego vehementer unde acciderit homines istos *Fabrum* dico & *Erasmum* tantum nactos fuisse opinionis cum editis suis scriptis Principum gesta non pauca inique taxent ac delirando reprobent. Videant quorum interest quid horum duorum hominum scripta in re Theologica rei Christianæ detrimentorum contulerint, factâ collatione status sæculi nostri qui tunc erat dum scribere in libros sacros aut de illis sunt exorsi, id est, circiter annum 1512. ad eum qui mense hoc Novembri 1528. cernitur in Ecclesia: & rebus maturè perpensis, quod animarum saluti expedire judicaverint agant. Si Dei cupiunt evitare judicia; videntur enim hactenus ad ista sepulti fuisse somno: sed de hoc satis.

ARTICULUS UNDECIMUS.

Undecimus articulus sic habet. *Quamquam frequenter Christus oraret*, aït Erasmus, *tamen suos discipulos docuit paucis & clam orandum*. Bedæ censura. Quod hîc scribit de oratione Paraphrastes, scripturæ veritati adversum est, schismaticum & cleri moribus perniciosum.

Mea sunt ista, verum non eo quo in nostra habentur littera transcripta fuere. Propositio lxiv. à me in Erasmi paraphrasibus reprehensa sic habet. *Quamquam Christus frequenter oraret, tamen suos docuit paucis & clam esse orandum, nec ullum exegit jejunium*. Ubi à bono Erasmo inprimis rogo cur recalcitrans hucusque veritati non transcripsit integrum articulum, sed quod de jejunio perperam ab eo dictum est suppressit. Responsio est; quoniam non valuit sufficientes fucos invenire ad invertendam & divariandam assertam per ipsum falsitatem, reticet. Nihil enim hic habuit quo fuerit ausus istud defendere: Christus nullum exegit jejunium: de quo ejus dogmate in censura dixi idem quod & de priore propositionis parte, videlicet quia scripturæ veritati adversum sit schismaticum & cleri moribus perniciosissimum; quod verissimum est. Quid enim magis Lutheranum esse potest quam mundo universo *Erasmum* scripsisse Christum nullum in lege sua Evangelica exegisse jejunium, & innuere non esse orandum prolixè, aut multis & publicè, quod reipsâ suis hic prætendit verbis. Nam & qui ejus æmulantur dogmata cum cæteris Lutheranis publicas spernunt Ecclesiæ preces, horas canonicas, vel omittunt, vel fastidiunt: hymnos, prosas, benedictiones, cæteraque Patrum cantica divinis coaptata laudibus ut indigna expuunt, rident: Unde & *Jacobus Faber* in commentario quarti capitis Evangelii beati Joannis ita scriptum Ecclesiæ reliquit, *Cibus Christi non carnalis, sed spiritualis erat, quæ erat doctrina spiritualis voluntatis*: sequitur. Proinde nullus alius cibus ad verum Dei cultum quam Dei verbum (quod per filium à Deo patre est mandatum) recipiendus, quod si cupimus, Solum sequamur Evangelium sanctasque Scripturas. Sic *Faber*. Hinc etiam salutarionem Angelicam *Ave Maria* &c. exibilare horum scriptorum Discipuli præsumpsere. Dicunt enim rogatus à suis Discipulis Christus ut eos orare doceret, non dixit orantes dicite *Ave Maria* &c. *Angele qui meus es custos* &c. *Ave maris stella*. *Lætabundus exultet fidelis chorus* &c. *Veni sancte Spiritus* &c. *Jam lucis orto sidere, Conditor Alme siderum*, & consimilia: aut dicite factitias horas canonicas prolixissimas, vel alia ejus generis, sed solùm præcipiens ait illis: [a] *Sic ergo vos orabitis, Pater noster qui es in cælis* &c. Eia perpende quam solerter & pie moralia ex Christi verbis eliciunt documenta, duo isti viri qui sibi Christianitatem totam edocendi usurparunt officium. Dominus Apostolis sibi dicentibus ad puteum Jacob præsente Samaritana: [b] *Rabbi manduca*. Respondit. *Ego cibum habeo manducare quem vos nescitis*. Et paulo post. *Meus cibus est ut faciam voluntatem ejus qui misit me*. Inde Jacobus colligit, nihil in Ecclesiæ officiis recipiendum nisi quod in Biblia est expressè descriptum: suum in hoc præferens sensum Sanctorum Ecclesiæ Doctorum, *Basilii*, *Ambrosii*, *Hilarii*, *Augustini*, *Leonis*, *Gregorii*, sapientiæ, & aliorum innumerabilium beatorum & doctissimorum virorum, qui & prosâ &

[a] Matth. 6.
[b] Joan. cap. 4.

carmine

carmine plurima condiderunt, ut illis Ecclesia in Dei laudibus uteretur: quæ cum gratiarum actione ut pia ipsa recipit: nihili horum Christi vicariorum prudentiam duxit Faber etiam in illis ubi omnes consentiunt Ecclesiæ: sed neque ipse neque *Erasmus* universalis Ecclesiæ tenenda existimarunt esse constituta. Et apud fideles quosque probatam animo uno consuetudinem: quoniam nescio quo delusi spiritu putaverunt pro novis suis traditionibus scripturas se habere sacras qnibus omnis cedere debet humana inventio; quasi ratam scripturæ intelligentiam Deus istis reservarit, in qua præfati omnes cæcutientes fuerunt Patres. O infausta & execranda cogitatio! Faber ergo ait, Christus dicens, *Meus cibus est ut faciam voluntatem ejus qui misit me*, reprobat omnem aliam à sacro canone scripturam, & à suis rejicit laudibus. Nec advertit quod ore proprio sua damnabat scripta. Erasmus verò Christus (inquit) dicens: [a] *Tu cum oraveris, intra cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito.* Et rursum. [b] *Orantes autem nolite multum loqui*: docet paucis & clam esse orandum. Quamvis autem non planè dicat Erasmus Christum improbare simpliciter publicas aut longas orationes, sibi suo more unum ex suis ad effugium si urgeatur recessum parans: hoc tamen suâ empbasi non frigidè innuit. Quid quæso est dicere, quamvis Christus frequenter oraret tamen suos docuit scilicet verbo, paucis & clam esse orandum; nisi illius obediendum sermoni? Non enim discipulis licet contra præceptoris Christi præscripta facere, non autem ejus imitandum hac in re factum. Si procul dubio Dominus dixisset quod *Erasmus*, scilicet paucis & clam orandum est, vim obligandi locutio ita videretur habere ut palam aut multis orare non liceret: perinde enim esset ac si diceretur, Oratio fieri debet clam & paucis: quod vult non Christus, sed Erasmus. Nam in epistola quæ præmittitur Paraphrasi in Joannem, canonicas suggillans horas eas vocat preculas & ab earum usu ita (oblique tamen, ut solet) dehortatur: ut ejus discipuli præceptoris animum facile capiant: & pro adversantibus illius male sanis dogmatibus, arcem suâ dicendi formâ struat quò refugiat accusatus. Hoc itaque Erasmi verbum, Christus suos docuit paucis & clam esse orandum quatenus publicis Ecclesiæ & longioribus detrahit precibus, argui: quod manifestè mea monstrat hoc in articulo censura, ubi inter alia ita scripsi: Christus (ait Erasmus) suos docuit paucis, & clam esse orandum. At nos contra sic asseveramus, suos Christus multis & palam ac assiduè docuit orare. Non modo sub evangelica lege verum etiam ut Deus sub veteri; quod legitimis monstro scripturæ S. documentis, de quibus sic subjicitur, hæc debuit Erasmus perpendere priusquam mundo nunciaret dicens Christus paucis & clam suos orare docuit: ut in unam doceret fideles veritatem conspirare quamcumque scripturæ partem; non enim defensionis scripturæ autor Deus est. Volebam itaque Erasmum ex illo Christi quod Lucas refert, [c] *Oportet semper orare & non deficere*, & quod de omnibus Christi discipulis idem Lucas refert dicens. [d] *Et erant semper in templo laudantes & benedicentes Deum*, aliisque per me illic citatis divinis eloquiis debuisse animadvertere. ipsum Christum dicendo, *Tu cum oraveris intra cubiculum tuum: & orantes nolite multum loqui*: non docuisse, quod simpliciter fabricavit & quidem perniciosè & contra scripturæ mentem dicens, Christus docuit suos paucis & clam esse orandum: sed aliud, quod à sacris Doctoribus debuerat Erasmus didicisse, distant si quidem hæc à sese non parum. *Tu cum oraveris intra cubiculum tuum* &c. ubi particularem alloquitur Dominus personam pro privatis orationibus, aut uti in suo sermone satis exprimit, ut non palam ad aucupandam hominum laudem fiant, & istud, [d] *orantes nolite multum loqui, sicut Ethnici faciunt, putant enim quod in multiloquio suo exaudiantur.* Et dicere per hominem non super hoc textu sacro aut ejus loco, sed alibi pro scribentis voto, Christus suos docuit paucis & clam esse orandum. Si ita docuit agendum esse, cur non Doctori credentes ita agunt? Illius quippe documento (si sic Christus docuit) planè illi repugnarunt qui erant semper in templo in omnibus canonicis horis, laudantes & benedicentes Deum. Sic enim neque paucis, neque clam orabant, sed multis &c. Super his autem judicium ferant viri periti, utrum debuerim istud Erasmi dogma meo laudare silentio; Christus suos docuit paucis & clam esse orandum, nec ullum exegit jejunium, an ad cautelam taxare.

ARTICULUS DUODECIMUS.

Duodecimo & ultimo loco, articulus reprehensus sic habet.

a Matth. 6. cap.
b Luc. xj
c Luc. cap. xviij.
d Luc. cap. 18.

Quisquis in se præsidia salutis collocarit, peribit: quisquis omnibus suis præsidiis diffisus se totum in me conjecerit, salvus erit. Hæc propositio eandem hæresim super meritorum inefficacia respicit.

Si propositionis hujus meam probe considerasset censoram Erasmus, non in ea comperisset causam quâ juste posset conqueri, quantumlibet ejus fuisset mens recta & verus intellectus. Puto autem non intellexisse eum quid sibi bæc mea verba velint: hæc propositio eandem hæresim super meritorum inefficacia respicit: aut intellexisse dissimulat: quod ut fiat perspicuum, noverit hæc lecturus: in censura propositionis illius quam ante præsentem nulla media in Erasmum taxaveram, scilicet filii Israël sunt quicumque non meritorum suorum commendatione sibi postulant aperiri regnum cælorum, sed evangelicæ fiduciæ violentiâ conantur irrumpere: me ita dixisse ad hæresim quâ meritis detraxerunt Luther & Faber hæc attinet assertio: hinc de præsente, scilicet quisquis in se præsidia salutis &c. ad præcedentem referens censuram scripsi. Et hæc propositio eamdem hæresim super meritorum inefficacia respicit: quæ autem sit hæresis quâ Luther & Faber detraxerunt meritis, notum plus satis est. Quis enim studiosorum modo nescit Lutherum & Fabrum variis suorum scriptorum locis asseverasse hominem per opera haud justificari, operibus quantumlibet perfectis nihil mercedis respondere: neque illis gloriam beatæ vitæ deberi, sed à Deo illam mere gratis & liberaliter conferri, non operum ipsorum intuitu, sed fidei solius: quæ omnia bæretica esse monstravimus. Quod autem hanc hæresim teneat & doceat Erasmus inde conficitur, quod ipse paraphrasi capitis xix. beati Matthæi sic scripsit. *Nullum est opus hominis ita bonum ut mereatur præmium æternæ vitæ.* Capitis verò beati Lucæ primi sic. *Non jam per opera legis, sed per fidem gratis donatur æterna felicitas.* Et cap. viij. ejusdem Lucæ ait. *Sola credulitas via est ad immortalitatem.* In paraphrasi quoque epist. ad Gal. Beneficium Christo (inquit Erasmus) soli fidei datur non meritis. Et quodam loco super epistolas canonicas ita rursus ait. *Nihil moratur Deus nostra merita, tantum fiduciam erga se requirit.* Aliis item locis pluribus eandem babet Erasmus sententiam: quæ cum sit (ut dico) hæretica, ubique tamen suâ dicendi arte palliare illam molitur & probare, nusquam in re theologa culpam professus, nisi forsan quâdam inadvertentiâ: non tamen in dogmate, sed vel in numero alium pro alio quâdam præcipitatione legendo, vel oblivione aliud pro alio referendo. Cum itaque cernerem tres istos alioquin acerrimo præditos ingenio & studiosissimos viros, Fabrum, Erasmum, Lutherum uno animo in opera meritoria conspirasse: nihil prorsùs illis tribuentes, sed totum salutis pondus in sola fide & fiducia collocantes: quorum occasione dogmatum mille hominum millia seducta virtutum opera Cardinalium (quoniam reverà circa arduum & difficile ut plurimum versantur) quamquam citrà illa Dei & Ecclesiæ mandata nequeunt adimpleri, paulatim negligere cœperunt & tandem omnia fere omiserunt: præsertim quibus adversùs carnem Christus & Apostoli verbis & exemplis militandum esse docuerunt: sibi blandiendo dicentes. Cur quadragesimam & alios dies statos cruciando corpus jejunarem? Quem in finem feriis sextis & aliis quibusdam à carnium usu abstinerem, & semper à Venere cum Doctoribus Fabro, Erasmo, & Luthero viris adeo in omni disciplina eruditis, ut redarguere publicis scriptis sint ausi non modo Theologos omnes quos scholasticos Sophistas nuncupant, verum etiam scripturæ sacræ libros corrigere & emendare? Ejuscemodi opera Deus non præmiat, nec sunt aliquâ apud illum digna mercede, solamque fidem cum fiducia in se requirit. Perpendens inquam ego in hac meritorum causa perniciosissimam dæmonis fallaciam, quam in Ecclesiam bis usus scriptoribus invexit, occurri quantum valui, damnans ut hæretica quæ talia simpliciter erant; reliqua verò quæ ad errorem trahi poterant, aut de illius favore suspecta videbantur, vel ad eundem pertinentia errorem, pro assertionum qualitate taxavi. Hinc de ista propositione, *filii Israel sunt quicumque non meritorum suorum commendatione* &c. Dixi ad hæresim quâ meritis detraxit Luther & Faber hæc attinet assertio. Hanc autem quisquis in se præsidia salutis collocarit &c. eandem scripsi hæresim super meritorum inefficacia respicere, hoc est illi favere aut eam fovere, vel potius illam promovere quam divertere ab eadem. Ista debuit Erasmus in nostra intellexisse censura quæ quod non ab re fine à me posita, & ob id ea patienti animo ferre debuerit Erasmus, neque inde querimoniam facere: sic ostendo. Ad hominis salutem spes Theologa virtus post fidem necessaria omnino est: quæ pro sanctorum traditione expectatio certa est futuræ beatitudinis ex gratia Dei & meritis

proveniens. Quisquis ergo adultus putat quantamcumque habeat fidem & per Lutheranos recens fabricatam fiduciam, citrà propria merita sese salvandum, is non sperat sed præsumit. Falsum igitur existimari debet omnino & decerni; salvum fieri quemcumque oportere suis omnibus præsidiis, id est his quæ potest pro sua salute cum Dei adjutorio per naturæ quæ habet dona facere, diffidentem. Falsum item simpliciter erit quod præmittitur, illicitum scilicet esse salutis præsidia in se, hoc est in operibus suis, ut in necessariis mediis collocare. Porro in Deum primò debet Christianus omnis salutis suæ præsidia conferre, ut in ejusdem autorem salutis & collatorem; & à quo cætera omnia salutis præsidia proveniunt, deinde in mediis cunctis quæ ad id præstitit Deus ut necessaria, loco secundo salutis præsidia collocare oportet; & pro certo tenere quia nisi Ecclesiæ sacramentis homo utatur, ejus obtemperans præscriptis, & faciat opera virtutum quæ ut propria præsidia in sua semper potestate habet, quoniam unicuique in promptu adest si velit Dei auxilium, quantàlibet fide & fiducià Lutheranorum quæ (ut prædixi) præsumptio potius dici debet, salvari non poterit. Ex istis quæ rata censeri debent, satis puto constare de Erasmi propositione pro hoc ultimo articulo posita, scilicet quisquis in se præsidia salutis &c. non injustè me censuisse, dicendo quia hæresim super meritorum inefficacia respicit. Qui dubio procul diffidit se juvari spiritualiter posse ad salutem promerendam suis præsidiis in omnibus operibus bonis quæ Deo adjuvante potest si velit efficere: temissis ad operandum redditur, quod cernimus evidenter contigisse uti paulo ante diximus, innumerabilibus hominum turmis, qui carni placentia sequi malentes facile crediderunt Fabro, Luthero, & Erasmo asserentibus nihil fidendum operibus esse, illaque Deum in retributione minimè attendere, sed solam fidem cum fiducia ad salutem sufficere: cui malo ne majora semper ad animarum perditionem incrementa sumat, utinam ad quos spectat obviare studeant: perspiciantque sintne in Ecclesiæ politia hominum istorum tolerandi libri, qui tantis tamque pestiferis referti sunt erroribus. Id concedat Ecclesiæ & fidei catholicæ pius & misericors protector Deus, Amen.

Excerpta è scriptis adversus Natalem Bedam in Jacobi Fabri, & Desiderii Erasmi gratiam quæ scrupulo non carent subjiciuntur, ut de illis ferant judicium æqui lectores perpensis, quæ ubi opus esse visum est, adjecta sunt, notulis.

In libello contra Bedam latinè edito scrupulosa quæ proximè sequuntur comperta fuerunt ultra duodecim articulos capitales in præcedentibus explicatos.

DOGMA PRIMUM.

Sancti in cælis gloriam omnem & honorem Deo, soli impendunt & exolvunt assiduè.

In confutatione Articuli primi.

Notula in hoc dogma.

Cùm naturali dictamine gradus inferioris homines, aut virtutis honorem & reverentiam suis Majoribus debeant, perpende lector, utrum gloria naturam in cælo tollat sic (verbi gratia) ut matri Dei nullus Sanctorum illic venerationis quicquam impendat, & quomodo illud Christi verum sit: [a] *Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum pater meus qui in cælis est.* Et illud. [b] *Quicumque honorificaverit me, glorificabo eum.* Quamvis autem propositio ista sensum unum possit habere pium, captis scilicet his dictionibus gloriam & honorem strictim pro latria sola; quoniam tamen assumitur in defensionem impii assertionis hujus intellectus, Christum solum decet omnis honor &c. tanquam diceret Fabri propugnator in Ecclesia triumphante nulli creaturæ impenditur ab alia honor & gloria sed soli Deo: in militante igitur sic est fidelibus agendum verè ergo enunciavit Faber dicens Christum duntaxat decet &c. manifestum est, quod erroneo sensu impiam circa Sanctorum venerationem Fabri sententiam tueri contendit libelli hujus autor.

DOGMA SECUNDUM.

Sanguis Christi salutem illius operatur qui hac in luce fidei existens confitetur eandem passionem suam operatam fuisse salutem,

a Joan. xij.
b Reg. ij.

In confutatione tertii Articuli.

Notula in hoc dogma.

Perpende lector an cujuscumque qui confitetur Christi passionem suam operatam esse salutem, illam cum effectu operetur salvus fiat; & an sic loqui Lutheranum sit necne. Certum enim est Lutheranos illud fide saltem acquisitâ confiteri, tu videris utrum sanguis Christi salutem eorum efficaciter operetur.

DOGMA TERTIUM.

Illud Christi Joan. vj. *Caro non prodest quicquam accipi non potest de carne Christi:* quia ipsa caro Christi, ut ait, dat vitam mundo.

In confutatione Articuli sexti.

Notula in hoc dogma.

Perpende lector quæ in littera Beati Joan. præcedunt illud, *Caro non prodest quicquam*, & quæ sequuntur, cum Sanctorum expositionibus; & cognosces, dixeritne Christus de propria carne quia non prodest quicquam; sicut alibi [a] *Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma:* & rectè senserit Augustinus dicens, [b] *Non enim Christi caro per seipsam mundat, sed per verbum à quo suscepta est*, Christus dixit. [c] *Panis verus est qui de cælo descendit, & dat vitam mundo.* Ubi autem id de carne sua dixerit quia scilicet det mundo vitam, doceat scriptor iste, sicubi autem dictum simile inveniatur, caro pro ipso composito ex carne & spiritu, non pro carne sola capitur. Ego autem in Fabrum agens carnem sumo pro materia sicut ille qui ait, caro carni jungitur & spiritus spiritui. In superioribus autem rei hujus ex Doctoribus Hugone à Sancto Victore, Guillelmo Parisiense & beato Thoma ad divinas consonè scripturas rectam posuimus intelligentiam. Unde liquet evidenter illud Christi verbum, caro non prodest quicquam de ejus propria carne esse accipiendum. Videat itaque bonus iste meus corrector ubi comperit quod hîc proposuit; non esse videlicet de Christi carne intelligendum quod ille de ea ait, caro non prodest quicquam & se ex hoc doceri patiatur & corripi.

DOGMA QUARTUM.

Christus si suis discipulis respondisset. Scio quidem judicii diem, sed nolo vobis indicare quia non expedit, magis accendisset in illis cognoscendi studium & contristasset animos imbecillium adhuc & rudium.

[a] Matth. xxvj. & Marc. xiv.
[b] Lib. x. de civit. cap. xxiv.
[c] Joan. vj.

DOGMA QUINTUM.

Nunc clementissimus Dominus respondit, *Nec angelos nec filium scire diem illum*, ut æquo animo desisterent ab inquirendi studio; passusque est illos ad tempus errare ut crederent ipsum sic ignorare diem, quemadmodum ignorant homines.

DOGMA SEXTUM.

Itaque si Paraphrasis sic fecisset Christum loquentem: *Scio quidem, sed vobis nescio aut nescirem nisi Deus revelasset, aut scio quidem in me ipso, sed in Ecclesia corpore meo nescio:* nec consolatus fuisset animos suorum, nec sciscitandi studium compescuisset, hæc causa compulit me relinquere quod erat in Evangelio.

Hæc Erasmus in confutatione Articuli noni.

Notula in hæc tria dogmata.

Perpende lector an divinator iste rectè hîc & piè de Christi intentione conjectet ad hoc adigens nos ut secum credamus quod Christus Dominus nequiverit curiosum discipulorum studium inquirendi de die judicii ultimi aliter & facilius compescere quam dando illis pro responsis unde eos pateretur credere diem illum, ita sese ignorare quemadmodum ignorant homines; quod est Christum discipulis verba ex animo fecisse unde certò colligerent illum non esse Deum? Credere enim Christum aliquid ignorare ut ignorant homines, est illum non Deum esse omnino credere; cujus oppositum jam non semel fuerant contestati per Petrum ipsi discipuli. [d] Et vide, te quæso quid sit quod ait iste scriptor; Si Paraphrasis sic fecisset &c. quasi ad Apostolos ipsos adhuc mortales suam dirigeret nomine Christi Paraphrasim, ipse nobis loquitur: & ita nos omnino stupidos censet, utpotè qui nesciamus ullas artium ejus quibus fallit incautos deprehendere, demiror autem quomodo vir tam vafer non vel hîc animadvertit quantâ temeritate mens ejus delusione quum mundo scriberet ita, Si Paraphrasis, id est Erasmus, nunc Christi usurpans loquendo personam, sic dixisset (textus scilicet sensum, sicut omnino agere oportuit reddendo) *Scio quidem, sed vobis nescio* &c. nec consolatus fuisset animos suorum, nec sciscitandi &c. Si hîc profectò non recessit à seipso Desiderius Letheo sepultus

[d] Matth. xxvj. & Joan. vj.

somno

somno, nescio ubi poterit amentia comperiri. Quid enim confert Apostolis quorum animæ cælum feliciter intrarunt ante annos quadringentos supra mille, Erasmica Paraphrasis: aut quicquid ipse comminisci potest. Atqui palam hîc fecit Erasmus Deo permittente quàm justis rationibus suos defendat lapsus.

DOGMA SEPTIMUM.

Qui jubet benefacere malefacientibus, multo magis opinor abstineri vult à regerendo malu. Erasmus.

In confutatione Articuli decimi.

Notula in hoc dogma.

Perpende lectur an hîc errorem suum prosequatur Erasmus, quo credidit & scripsit mundo prohibuisse Christum simpliciter vim omnem vi repellere: & ita jus armorum in totum excussisse.

DOGMA OCTAVUM.

Littera veteris legis cum jubet diligi proximum, hoc est cognatum, aut benemeritum (sic enim Dominus interpretatur in Evangelio) tacitè permittere videtur odium inimici. Alioquin dixisset: Diliges omnem hominem, neque quemquam habebis odio, certè allophilorum odium præcipit lex. Ibidem Erasmus.

Notula in hoc dogma.

Perpende lector etiam hic, [a] utrum in hoc negotio dilectionis proximi quæ malum nescit operari, & in diffiniendo quisnam sit proximus: & utrum quocumque modo esse posse licitum proximi odium catholicè sapuerit & docuerit orbem Erasmus: Cum enim sit certissimum omnem hominem peccare si alium quantumvis sibi hostem damnari cum diabolo cupiat, & non potius velit eum & unumquemque Deo reddere, quod illi debet & proximo, ut denique salvus fiat, quod est verè diligere, vide an in his planè deliret.

In Libello Gallico sermone clam edito in articulis 13. capitalibus inibi adversum me taxatis sequentes proximè habentur, qui alii sunt aut differentes ab 12. latinis superius per nos explicatis: cæteri verò non hîc descripti iidem sunt cum quibusdam eorum & in illis expositi atque defensi.

Articulus in libello secundus.

UT justificationem videamus Dei donum esse non debitum: in his profectò si non sprevisset Faber alios Doctores faciliè animadvertere poterat nobiscum sophismatis dæmonici vim occultari.

Notula in articulum hunc.

Perpende lector ex paucis quæ subjungam, an corde simplici & veritatis zelo meus hîc reprehensor mecum agat, & an perperam imponat lectoribus. En Jacobus Faber super cap. 4. epistolæ ad Romanos inter varios errores etiam hunc posuit. *Non dicamus nos ex operibus justificari, sed dicamus ex fide quemcumque justificari, ut justificationem videamus Dei donum esse*: quod quidem assertum nostrarum annotationum propositione in epist. beati Pauli xx. corripui ego & confutavi ceu ex præcedentibus liquet. De dictis enim per me illîc vellicavit latini libelli autor suum secundum articulum scilicet. Scribit quemcumque ex fide justificari &c. Bonus autem vir iste qui Gallicâ linguâ me impetivit (quo fine, ipse viderit) omnia per me illîc dicta sciens reticet, excepta sententiæ unius medietate. Nempe sic habet post multa ad verbum mea littera. Neque se justificabit scilicet Faber de erroneo assertis in prioribus præfati articuli partibus, quia quasi pro Dei gloria plus cæteris zelaret ad id quod scripsit, dicamus quemcumque ex fide, supplendum pro mente autoris sola, justificari, adjicit dicens, ut justificationem videamus Dei donum esse & gratiam non debitum: mea sunt hæc quorum portiunculam corrector amputavit & quod addo de duobus primis totius articuli erroribus, scilicet non dicamus nos &c. &, sed dicamus ex fide scilicet sola &c. cum subortis inde quæ ibidem describo scandalis dicens, in his profectò si non sprevit &c. in me contorquet homo iste quasi foret dictum pro clausula finali scilicet ut justificationem &c. Ego centies assevero libro annotationum, justificationem omnem Dei donum esse & gratiam. At pro adultis quod adjungit Faber, scilicet non debitum demonstro falsum. Peccatori enim facienti quod in se est ut justificetur ex divino promisso gratia justificans de congruo debetur: nec illâ unquam fraudatur. Perpende quâ lance mea trutinant correctores mei.

Articulus in libello sextus.

IDeò bene aït Christus: ut omnium commodis subserviam adeò ut nec vitam graver impendere qno jacturâ unius animæ multas redimam.

Censura Bedæ. Propositio hæc in eo quod dicitur jacturâ unius animæ multas

[a] Ad Rom. cap. 13.

redimam falsò & ignoranter est asserta.

Notula in articulum hunc.

Perpende Lector quam sint correctionis impatientes isti theologizantes. Rationem dicti mei in censura evidentem produco dicens, in summa nomen hoc anima in oratione hac quo jactura unius animæ, id est meæ (Christus enim loquens introducitur) multas redimam animas, scilicet omnium electorum, capi oportere, non pro vita corporali aut animali, vel pro anima quantum ad potentias sensitivas, cujus duntaxat jacturam fecit Christus: Verùm pro ipso spiritu, qui in Christo neque per assumpta mala pœnarum, neque vitillata corpori ejus, quicquam jacturæ unquam fecit: sed secundùm ipsum in omnibus commodum etiam moriendo retulit. Propterea dixi falsò & ignoranter illud esse assertum, nec multum esse à blasphemia diversum: blasphemia profectò esset dicere Christum secundùm spiritum quo beatus erat & impassibilis, jacturam quamlibet fecisse. Dicere ergo debuit *Erasmus*, quo jacturâ vitæ meæ corporalis animas multorum redimam, aut aliter expressisse quod volebat: & correctores cum patientia sustinere, quia si nomen, anima, aliter, ut jam reprehensus loquitur, acceperit quam in censura ego, ipse viderit.

Articulus in libello septimus.

NOn jam per opera legis, sed per fidem datur æterna felicitas. Censura Bedæ. Delicatorum militum, hoc est Lutheranæ factionis assertio ista est quæ in superioribus decies fuit agitata & per scripturas & sanctorum dicta Doctorum hæretica comprobata.

Notula in articulum hunc.

Perpende Lector quam sit hic iniquum falsi crimen in me commissum, porro in *Erasmi* littera Paraphrasi in caput primum beati Lucæ sic legitur. *Non jam per opera legis, sed per fidem gratis datur plena felicitas.* Perperam itaque suppressit homo iste adverbium *gratis*, in quo præcipua erroris vis jacet & injustissimè ascribit mihi de propositione quam tacendo id *gratis*, evulgavit censuram illam edidisse. Causas autem censuræ legitimas, & non semel in annotationibus descripsi, & cur dicere quod æternum præmium gratis detur, in ratione fidei solius, nec est justitiæ laboribus, & bonis operibus debita ut eis respondens merces, Lutheranum sit: quas sanè causas firmant solidissimè Christi verba quibus Matthæo referente ait [a] *Non omnis qui dicit mihi Domine Domine intrabit in Regnum Cælorum, sed qui facit voluntatem Patris mei qui in Cælis est, intrabit in Regnum Cælorum.* Et paulo post. *Omnis ergo qui audit verbum meum & facit illud, assimilabitur viro sapienti qui ædificavit suam domum supra petram.* Et rursum paulo post. *Et omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, assimilabitur viro stulto qui ædificavit domum suam super arenam* &c. Ecce per hos Christi sermones evidenter assertiones *Fabri, Lutheri & Erasmi* damnantur, quibus toties garriunt fidem solam cum fiducia Deum requirere, quòd per eam & non per opera datur æterna felicitas, quia sola fide justificamur, & consimilia hac de re per eos asserta Porro Christus hic palam docet horum oppositum: dicere si quidem Domine Domine & audire verba Christi fidei est, seu habentium fidem, quos tamen negat intraturos regnum Christus, sed eos solùm qui operati fuerint, quod est Dei voluntatem signi quæ scilicet per mandata Dei innotescit homini facere. Nihil profectò apertius pro hac causa adversùs istos scriptores dici poterat & efficacius: quorum oculos ita hostis nostræ salutis excæcavit, ut nec ea animadvertere hactenus potuerint, aut dominante superbiâ ejusmodi attendere cum suis hic defensoribus fuerint dedignati.

Articulus in libello octavus.

Sanctè facit qui donum offert ad altare, sed prophanum est donum quod offertur irreconciliato proximo. Censura *Bedæ* fol. ccxj. callidissimâ arte factionis Lutheranæ fovet verè servilem libertatem.

Notula in articulum hunc.

Perpende Lector quid hîc commemuerit & apud Deum & apud homines homo qui hæc in me scripsit & emisit in orbem, quoniam de illo huc citato scilicet, sanctè facit, nihil prorsùs locutus sum, tantùm abest ut illud carpserim. Sic enim ad verbum mea littera fol. signato f. ccxj. habet callidissimâ dicendi arte istis sex assertionibus factionis Lutheranæ fovet *Erasmus* verè servilem libertatem quantùm ad dierum festorum observationem, canonica jejunia, religionis vota, formas vestium, ac ciborum delectum & satis comiter sibi jus dicens favore non minimo se justificat, quia ipse qui olim beati Augustini regularium Canonico-

[a] Matth. cap. 7.

rum Ordinem fuerat solemni voto professus in conventu probè regularo, claustro valefecit, omnemque Ordinis & disciplinam rejecit & habitum. Recte (inquit scilicet *Erasmus*) negligitur color, aut forma vestis &c. Bonum certè fuerat (si non me fallit opinio) non irrita facere verba quæ de ipsius labils processerant: & Ecclesiam iis qui ex officio & statu tenebantur, sermonibus ac scriptis instruendam relinquere, quia non solutis debitis, ad quæ non tenebatur officiis se totum dedere. Non placet (aït *Bernardus*) Deo quidquid obtuleris neglecto eo ad quod teneris. Existimo autem quod si suum observandn votum sub obedientia manens pro acceptis talentis (quæ verè multa illi & naturæ & eruditionis Dominus dedit) scripsisset, non permisisset ipsum tam perniciosa puerorum moribus in nescio quibus colloquiis familiaribus tradidisse. Sic ego ad verbum cum reliquis quæ illic sequuntur. Cùm autem septem sine illic propositiones *Erasmi* per me transcriptæ, quam tamen vidi illam quæ quinta est in ordine suo. Sanctè facit qui donum &c. perparum erroris habere, id scilicet quia non explicat qualis sacrificaturo sit necessaria reconciliatio, quæ sæpe in voto sufficit, signanter dixi, callidissimâ dicendi arte istis sex assertionibus factionis &c. & ut ostendam, de quanta me nihil dicere exprimo apertè quæ displicent, uti liquet ex mea littera. Quæ autem hîc de *Erasmi* apostasia amici illius me compulerunt iterare, constabunt si forsan mihi non omnes credant, per unam ejus epistolam inferius adscribendam: quam puto sibi parcens cum aliis suis ferè, ut dicitur, infinitis epistolis non edidit: sed ad nos manibus fidis dudùm pervenit: & voluit Deus ut usque ad opportunam occasionem illam reservaremus. Non poterit sanè *Erasmus* eam non agnoscere, quoniam phrasis ipsum autorem ejus manifestum facit & rei argumentum. Quòd autem hîc utcumque de eo videor forsitan nonnullis dixisse asperiùs: id quæso donent charitati fraternæ quæ me coëgit ob oculos *Erasmi* objicere salutis ejus pericula cui non sat est sacrum religionis ordinem moribus suis reprobasse, nisi cum *Luthero* & sequacibus scriptis cæteros ad consimilia attentanda statui religionis derogans animaret ac armaret: quod vel in propositionibus hîc per me taxatis efficere, uti earum lecturâ constare potest, non omisit. Et verè in illo completum video quod de ejusmodi desertoribus olim litteris mandavit beatus pater *Augustinus*, ita si quidem aït: [a] *Homo qui non perseveraverit in religione*, scilicet implere quod vovit, *fit desertor tam sancti propositi & reus voti non redditi: Jam vero cùm indè exierit fit & ipse vituperator & maledicus*, & dicit ea sola quæ quasi se pati non potuisse asseverat, & aliquando vera, sed vera mala malorum toleranda sunt propter societatem bonorum. Dicit illi Scriptura, [b] *Væ his qui perdiderunt sustinentiam*, & quod est amplius, ructat indignationes malorum odorum, unde absterreat intraturos, quia ipse cum intrasset perdurare non potuit: hæc *Augustinus*. Quæ rogo ponderent viri boni, qui *Erasmo* assident & illum mecum fraternè moneant, ut chartis & calamis è suis manibus projectis revertatur ad patres suos, habitum resumat Ordinis & ante actæ vitæ pœnitentiam agens, quod dudum illum monueram, scripta sua omnia examinet & bonorum virorum consiliis perperam edita more patris sui, velit nolit, *Augustini* planè retracter. Alioquin nescio quid Domino sit in die mortis suæ responsurus. Si ego solus monuissem illum, scripta ejus multa insana continere, pro nihilo fortè ducere illud præter culpam potuisset. Quando autem (quantùm novimus) *Leeus*, *Lathomus*, *Stunica*, *Sutor*, & fortassis complures alii viri docti id de *Erasmo* scripserunt quod & ego, merito illi non parum formidandum existimo, nec minus bonis istis viris pro illo & *Fabro* adversùs veritatem pugnantibus dolis & artibus quas ex eorum scriptis jam palam facimus Nostrum omnium misereatur clementissimus Dominus. Amen.

Articulus in libello nonus.

APostoli undecim denunciabant omnibus ut pœnitentiam agerent anteactorum malorum, neque quisquam fideret suis factis, sed tantùm promissis evangelicis.

Censura *Bedæ*. Assertio hæc quantùm ad postremam partem, ut Lutherana ex sæpe antehàc productis linquitur rejecta.

Notula in articulum hunc.

Perpende Lector an de hac assertione, *Nullus fidat suis factis, sed tantùm promissis evangelicis*, quâ omnino ad bene operandum redduntur frigidiores qui audiunt, fidem solam & in promissis evangelicis fiduciam ad salutem, sicut docuit *Lutherus*, *Faber & Erasmus* sufficere, dicere meritò potuerim ipsam ut Lutheranam jam sæpius esse rejectam: Et vide num usque in Evagelio habeatur quia Apostoli (sicut

[a] Super Psalm. 99. [b] Eccle. 2.

dicit hîc *Erasmus*) prædicaodo dicerent nihil fidendum his quæ poteſt adjuvante Dei gratiâ homo facere: cùm enim nullus adultus ſalvus eſſe poſſit, niſi qui per facta propria decalogi mandata, & cætera Dei & Eccleſiæ juſſa adimpleverit, cur in illa (ut jam aotea dictum eſt) tanquam in media quædam noo debeat quiſquis fidere non apparet.

Articulus in libello decimus.

SI fas eſt negligere cærimonias à Domino proſcriptas qnoties id ſuadet proximi charitas, quanto minus convenit ob humanas conſtitutiones violare Dei præcepta? Cenſura *Bedæ*. Et ſi callidiſſimâ arte ſint hæc contexta fovent tameo Lutherana ſchiſmata: quantum ad humana jura.

Notula in articulum hunc.

Perpende Lector & hîc apertum in me falſi crimen: ſo: namque annotatioonum noſtrarum ccxij. de paraphraſi *Eraſmi* ſuper cap. vij. Evangelii beati Marci quatuor excerpſi propoſitiones: in quibus humanis detrahit conſtitutionibus, ita tamen ut ſibi effugium ſi expoſtuletur ſuâ dicendi præparet formâ: de omnibus autem ſimul uoâ cenſurâ dixi. Et ſi callidiſſimâ arte &c. qnod non parvâ iniquitate libelli ſcriptor torquet in me ut cooſtat ex ejus litrera quaſi dixerim illud de tranſcripto per eum cæteris ſuppreſſis verbo ſcilicet ſi fas eſt. Cur autem eam ſolam quæ inter quatuor ultima eſt, aſſertionem propoſuit defenſor & non primam quæ ſic habet, quemadmodum Phariſæi & Scribæ vivont ſic alios inſtituunt docentes humanas conſtitutiunculas quæ neminem commendant Deo: aut ſecundam quæ eſt: Quantum intereſt inter hominem & Deum tantum intereſſe debet inter hominom conſtitutiones & præcepta Dei. Tu lector videris.

Articulus in libello undecimus.

FIlii Iſraël ſunt quicumque non meritorum ſuorum commeodatione ſibi poſtulant aperiri Regnum Cælorum, ſed evangelicæ fidnciæ violentiâ conantur irrumpere. Ceoſura *Bedæ*. Ad hæteſim quâ meritis detraxit *Lutherus* & *Faber* hæc attinet aſſertio.

Notula in articulum hunc.

Perpende Lector ex dictis ſuperins per nos, pro articulo duodecimo libelli latini, quid ſit de hoc judicandum: illic enim ſatis fuit etiam ſuper eo diſceptatum.

IN eodem libello propter articulos capitales ibidem reprehenſos ab autore dogmata proximè ſeqoentia, quæ ſcrupulu oon carent habentur.

DOGMA PRIMUM.

Le Pſalmiſte inſpiré de Dieu dit, que Dieu ſeul fait des miracles.

Notula in hoc dogma.

Perpende Lector an ſcriptor iſte verbi Pſalmiſtæ ſenſum hîc teneat, an ſuum quo Sanctorum venerationi detrahit: ſcilicet quia Sancti non faciuot miracula, & ſi talis omnino ſit dicendus hæreticus cum palam & locis plotimis ſcripturæ teſtentur non modo ſanctos homines, ſed etiam malos crebro feciſſe miracula.

DOGMA SECUNDUM.

Berquin dit que la foi ſeule nous juſtifie, & qu'il ne nous faut point confier en nos œuvres.

Notula in hoc dogma.

Perſpice Lector anne aſſertum iſtud quantum ad priorem partem clare adverſetur verbo Apoſtoli Pauli. [a] *Si habuero omnem fidem* &c. *charitatem autem non habuero, nihil ſum*. Et dictis B. Jacobi qui ait. [b] *Abraham pater noſter nonne ex operibus juſtificatus eſt?* Et rurſum: *Videtis quoniam ex operibus juſtificatur homo & non ex fide tantum*, juxta illud, *Non omnis qui dicit Domine, Domine* &c. Secunda verò pars, anne rationi ſpei obviet qoæ merita quantum ad actum neceſſariò includit, & huic Chriſti verbo: [c] *Reddet Deus unicuique ſecundùm opera ejus*. Aliiſque ejuſdem ſententiæ ſcripturis, & propterea ſit manifeſtè hæreticum dogma iſtud.

DOGMA TERTIUM.

Berquin dit que toute la puiſſance infernale ne peut rien contre celui qui a foi & confiance en Dien.

Notula in hoc dogma.

Perpende Lector an conformia ſiot hæc geſtis per dæmooes cum ſanctis *Antonio* & *Martino* necoon cum *Margareta* & *Juſtina* Martyribus & Virginibus, ac conſimilibus. [d] Quin & ſcripturis quam teſtantur Sathanam *Adam* & *Evam* in Deum credentes & ſperantes appetiiſſe & ſuperaſſe: & admiranda in ſanctum Job [e] fide & fiducia in Deum plenum non

[a] 1. ad Corinth. 13. [b] Jac. 2. [c] Matth. 16. & ad Rom. 2. [d] Gen. 3. [e] Job. cap. 1.

modo

modo potuisse, sed reverâ exercuisse, & in Apostolum qui Thessalonicensibus sic aït. [a] *Ego quidem Paulus volui & semel & iterum venire ad vos, sed impedivit nos Sathanas.* Et Corintbiis.. [b] *Datus est mihi angelus Sathanæ qui me colaphizet*, immo & in Christum Dominum quem de pœnitentiæ loco, [c] deserto scilicet, ad templi portavit pinnaculum & illinc in montem excelsum &c.

DOGMA QUARTUM.

« Ce n'est point bien jeusner de manger « en un repas que en deux. Dugma istud scripsit *Berquin* inter cætera ut excusaret alium suum errorem quo ita scripserat. *Le vrai jeusne est de ne bailler, ne permettre au corps plus de nourissement qu'il lui en est besoin pour conserver la santé.*

Notula in utrumque horum dogmatum.

Perpende Lector quid præcipuè ex hoc dogmate prætendit assertor, quia ut videtur nihil aliud nisi omnia Ecclesiæ jejunia tollere. Si enim verè jejunar, qui solam carnis incolumitatem respicit, temperatè cibo & potu utendo, idque convenientiùs assequetur quisquis bis aut pluries in die naturali & promiscuè carnibus & quibuscunque vescendu quam tantum semel: Aliis non erit opus jejuniis, & sic duntaxat temperantiâ gentilium Philosopborum, qui non carnis mortificationi studebant, sed valetudini. Perpende præterea an alterum sic in genere positum verum sit, cum videantur rectè posse jejunare agricolæ & cæteri qui ter aut quater communibus diebus cibum solent capere etiam tantum in prandio nutrimenti sumentes quantum in duabus aliis horis sibi consuetis, & an ista dogmata derogent potiùs observarioni jejuniorum Ecclesiæ quam ad illam cohortentur, vide.

DOGMA QUINTUM.

Ex hoc Esaïæ verbo [d] *gratis venuudati estis & gratis redimemini*: & aliis consimilibus scripturis concluditur quod æterna feliciras per fidem gratis datur, & non propter opera quibus legem servamus.

Notula in hoc dogma.

Perpende Lector an eo quia Dominus gratis prædestinavit, vocavit & Christus, redemit quod volunt istæ scripturæ, colligi possit quia præmium felicitatis æternæ non correspondeat meritis: & si non correspondet illis, sed graris confertur, cur non æqualiter omnes illud [e] participant sed differenter sicut stella à stella in claritate differt: suntque illic mansiones multæ.

DOGMA SEXTUM.

Notre Seigneur disant, *Regnum Cælorum vim patitur & violenti rapiunt illud:* d'autre violence n'entend sinon que la foi.

Notula in hoc dogma.

Perpende Lector an modus iste loquendi sit scripturis istis & similibus conformis? [f] *Fortis est ut mors dilectio, plenitudo ergò legis est dilectio. Charitas omnia suffert, omnia sustinet. Si vis perfectus esse vade & vende omnia quæ habes & da pauperibus & veni sequere me*: & cum hominis intellectus in quo fides est, virtus non sit imperativa, quomodo illi competere potest facere vim.

DOGMA SEPTIMUM.

En la parole evangelique notre Sei- «
gneur rememoire les œuvres de chari- «
te. *J'ai eu faim, vous m'avez donné à manger. J'ai eu soif, vous m'avez donné à boire*,
&c. Mais ceux qui les avoient fait, ne «
sçavoient qu'ils les eussent fait. «

Notula in hoc dogma.

Perpende Lector justam ne habuerit causam scriptor iste ita desipiendi ut bonis operibus derogando ex eo quòd Christus introduxit electos respondendo illi dicere, Domine quando te vidimus esurientem, & pavimus te: sitientem, & dedimus tibi potum &c. arbitraretur beatos bonorum, quæ cum Dei gratia in hoc mundo gesserunt, nullam in gloria retinere memoriam, eum dives qui erat in tormentis, [g] Abrabæ loquendo memor probè fuerit se in mundo fratres quinque reliquisse, & eorum quæ cum illis actitare solitus erat. Si sunt sancti rectè à se in mundo boc gestorum immemures, ergo & eorum quæ passi sunt: nescit ergo Joannes Baptista decollatum se pro justitia fuisse & Stephanus se pertulisse lapides, & ita de cæteris: quod asserere quàm sit absurdum videris Lector: non enim gloria naturam tollit sed perficit. Porro forma hæc loquendi, Domine quando te vidimus esurientem &c. non est quæstio ex ignorantia procedens: Alioquin judicis Christi qui summa veritas est autoritati detrahentes peccarent, non credentes scilicet verbo ejus quo est protestatus dicens illis assertivè: *Esurivi & dedistis mihi manducare. Sitivi & dedistis mihi bibere* &c. quod absit. Unde super verbo hoc

[a] 1. Ad Th. cap. 2. [b] 11. ep ad Cor, cap. 12. [c] Matth. 4. [d] Isaie 52. [e] 1. Ad Cor. 1. cap. 15. Joan. cap. 14.

[f] Cant. cap. 8. & ad Rom. 13. 1. Cor. 3. Matth. 19. [g] Luc. 6.

ita glossema unum babet. Hnmilitatis ergò causâ, laude beneficiorum suorum indignos se proclamant, non obliti eorum quæ fecerunt. En sententiam hîc ex diametro assertioni Erasmicæ, adversantem habemus: non obliti, inquit, eorum quæ fecerunt &c. quod verò ubi etiam aliis nescirent per oblivionem (quod absit) Cbristi tamen sermonibus firmiter sint adhæsuri qui ad Cbristi tunc dexteram erunt, docens Rabanus hoc quidem (ait) dicunt non diffidentes de verbis Domini, sed stupent de tanta sublimatione & de majestatis suæ magnitudine: vel qui videbitur eis parvum esse bonum quod egerunt secundùm illud Apostoli, [a] *Non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis.* Quibus congruit quod homilia una quæ feriâ secundâ bebdomadæ primæ quadragesimæ in Ecclesia his legitur verbis. Ista quæ scilicet electi sunt dicturi, Domine quando te vidimus &c. sancti respondebunt stupentes ad immensam & ineffabilem majestatem regis Christi: & quia omne bonnm quodcumque fecerunt quamvis fuerit maximum tunc illis minimum & brevissimum videbitur, sive præ magnitudine admirationis quæ tunc erit, sive præ abundantia inæstimabilis retributionis bæc ibi. Unde compertum satis babetur quàm sint scripturæ veritati dissonæ horum omnium theologizantium meditatiunes, quibus sese & cæteros seducentes ut (operibus justitiæ depressis) frigidos redderent homines & molles ad operandum quæ Deus per se & suos jubet vicarios, somniarunt & scripserunt orbi electos in ultimo judicio non esse quorumcumque benefactorum per se in mundo Dei gratiâ mediante memores? quod rationi gloriæ omnino contrarium est. Porro quemadmodum dixerunt Sancti, & tenet Tbeologorum schola, idcircò nondum augmenti terminum accidentaria Arii pœna suscepit, quia pravis illius vitæ exemplis & pestiferis scriptis adhuc contingit quotidie nonnullos infici & depravari, quod Ario in pœnæ cumulum vertitur. Et boc quidem incrementum suppliciorum, quod sibi prævidebat imminere damnata divitis mali anima eam movit, rogare Abraham [b] ut mitteret felicem Lazari spiritum in domum patris sui quinque fratribus suis contestaturum ne & ipsi venirent in illum tormentorum locum. Jure consimili beatorum adventitia crescit gloria, exempli causâ, sanctorum *Helisei, Joannis Baptistæ, Basilii*, Eremicolarum *Pauli, Antonii, Joannis, Hilarionis, Hieronymi, Augustini, Benedicti, Bernardi, Francisci*, & aliorum hujusmodi sanctæ conversationis sectatorum, dum posteri legentes eorum præclara cùm scripta tùm opera inde provocantur & trahuntur ad ardua virtutum officia, spretis omnibus quod caro, mundus, & dæmon amplexanda suggerunt, id est sensuum delectatione divitiis & gloriâ. Hoc autem accidentale in cælo gaudium non possent consequi, si illius ignorarent causam, hoc est propria sua bene cùm scripta, tùm in corpore gesta: sese enim necessariò consequuntur, & unius cognitio alterius nescientiam non compatitur, præmium & meritum. Qui ergò mercede fruuntur necesse est ut opera quibus illam demeriti fuere unà certò noscant: quod non obscurè Christus docuit respondens vigilibus operariis quorum duos ipse pro omnibus loquentes introducit. Primo enim dicenti Christo regi: [c] *Domine quinque talenta tradidisti mihi, ecce alia quinque superlucratus sum*: quo planè contra *Erasmi, Fabri & Lutheri* dogma mercedem sibi esse debitam asseverat (quod eum quis justè lucratus est suum efficit) respondit ille: *Euge serve bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudium Domini tui*: & alteri qui duo se accepisse talenta cognoscit & in eis non segniter se fuisse operatum profatur, simile dat Dominus responsum. Qui autem solam reservans fidem (fides enim unum est Domini talentum) opera neglexit, damnatus in tenebras dejici jubetur exteriores, ubi (teste Domino) *est fletus & stridor dentium.* Hæc profectò Christi doctrina & aliæ non paucæ lineâ rectâ obviant novis hominum istorum placitis super negotio fidei, operum bonorum seu meritorum, & respondentium illis ac debitorum præmiorum. Sileant hanc ob rem, consulo illis ex hoc & manns mittant in opus, id est, Dei & Ecclesiæ mandatis obtemperando jejuniis & abstinentiis corpus cum Apostolo castigent: [d] scientes nihil sese à Christo juxta ejus decretum accepturos finaliter nisi quod fideliter operando fuerint superlucrati.

IN scriptis per *Erasmum* in Elencho contra nostras in eum censuras præter articulos capitales quos ibidem conservare contendit, sequentes inventæ sunt assertiones, vide Lector an sanam contineant doctrinam, an dum satagit suos veteres contegere lapsus, novos errores

[a] Rom. 8. [b] Luc. 16.

[c] Matth. cap. 25. [d] 1. Ad Cor. cap. 9.

ferere dici mereatur.

ASSERTIO PRIMA.

Hæresis est dicere quia homo suis operibus mereatur vitam æternam de condigno: de congruo non sum locutus, aït *Erasmus* fol. 3. pag. 1.

Notula in assertionem hanc.

Perpende Lector an ut lapsum suum fuco palliet, dignum *Erasmo* sit, scholasticorum (quibus passim distrabit) distinctione hîc uti, quâ scribunt dupliciter meretur homo, scilicet de condigoo & de congruo: dein vide an verum ille dicat. In propositione namque pro quâ eum hîc redargui super Matthæum cap. xx. ita ad verbum ipse loquitur: *nullum est opus hominis ita bonum ut mereatur præmium vitæ æternæ.* Absoluta locutio est, certum est autem quia cùm recipitur, quia homo gratiæ gratum facientis, id est, charitatis augmentum mereri possit de condigno: & de eadem coodignitate illi gratiæ correspondentem meretur gloriam, vide hanc ob rem anne erroneum est dicere quia homo vitam æternam suis operibus de condigno non meretur: cùm dicat scriptura de justis: [a] *Deus tentavit eos & invenit illos dignos* &c. & Baptista Joanoes, [b] *Facite*, dicebat, *dignos fructus pœnitentiæ*, quod non juberet, nisi id possent quibus loquebatur. Christus verò aït [c] *qui digni habebuntur sæculo illo & resurrectione ex mortuis, neque nubent, neque ducent uxores.* In Apocalypsi etiam dicit de quibusdam Dominus, [d] *Ambulabunt mecum in albis, quoniam digni sunt.* In Dei eloquiis consimilia sunt multa quæ prætereo, quia hæc satis cuivis esse debent, ut sciat *Erasmum* hîc minus rectè sapere.

ASSERTIO SECUNDA.

Propositio hæc non jam per opera legis, sed per fidem gratis donatur æterna felicitas, non est vox Lutherana, sed *Pauli*, quam eo sensu protuli quo protulit ille, aït *Erasmus* fol. iij. pag. ij.

Notula in assertionem hanc.

Perpende Lector an consentiat istud verbis ejusdem beati Pauli toties in superioribus per nos citatis: [e] *Reposita est mihi corona justitiæ quam reddet mihi Dominus in illa die justus judex:* aliisque scripturis quibus docemur æternam felicitatem unicuique dandam esse pro operum justornm ratione quæ gessit & non gratis. Vox autem Pauli propositio ista non potest esse, utpote quam nusquam scripsit, sed *Erasmus* in paraphrasi capitis primi evangelii beati Lucæ, & non in Paulum. Dein perpende anoe sibi dissidet ex diametro *Erasmus*, qui loco uno admittit quia homo de congruo vitam æteroam meretur, hîc autem dicit quia, illâ gratis donatur.

ASSERTIO TERTIA.

Qood affert *Beda* de humilitate Virginis quia scilicet per illam meruerit Dei matrem fieri, nugamentum est aït *Erasmus* fol. iij. pag. ij.

Notula in assertionem hanc.

In paraphrasi capitis primi beati Lucæ dixit *Erasmus* non esse meriti beatæ Virgiois quia fieret Dei mater, quod reprehendens ego inter cætera sic ad verbum scripsi: quod *Erasmus* Virginem compellans, addit oon meriti tui est; quia scilicet mater Dei sis facta: divino spiritui adversatur qui eandem dominam inter alia dicere compulit, quia respexit Dominus humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Humilitatis nimirum virtutumque cæterarum officiis (quemadmodum sacri docent Ecclesiæ Magistri) meruit præ cunctis Dei mater illa fieri: quod agnoscens universa Ecclesia in ejus laudum præconio compellat pro temporis congruitate eamdem dicens: *Regina Cæli lætare alleluia, quia quem meruisti portare* &c. Atqui non gratis omninò in ea hoc fecit Dominus, nam taoto beneficio semetipsam (præveniente tamen & cooperante, uti semper docuimus, gratiâ Dei) meritis, propriis in mulieribus sola dignificavit. Sic ego. Perpende Lector an hæc piè potuerit *Erasmus* nugamenta sentire & mundo citra scandalum istud scribere.

ASSERTIO QUARTA.

An tempore infantiæ Christi Virgini matri ejus perfectè revelatum fuerit eum esse Deum & hominem, mihi non liquet, aït *Erasmus* fol. 4. pag. 1.

Notula in assertionem hanc.

Perpende Lector quam piâ intelligentiâ Dei eloquia lectitet *Erasmus*: Gabriel Mariæ revelavit apertis verbis, dicens: [f] *Ecce concipies in utero & paries filium* &c. *Hic erit magnus* &c. & tandem quisnam esset futurus ejus filius, *quod nascetur*, in-

a Sap. cap. 3. b 2. Ad Tit. cap. 14. c Luc. 3. d Luc 20. e Apoc. 3. f Luc 1.

quit, *ex te ſanctum vocabitur filius Dei*: quod autem ex illis verbis Domina certè myſterium intelligeret monſtravit cùm reſponderet dicens: *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum.* Item ſpiritus Dei per Eliſaberh ſanctæ matri planè idem revelavit dicens (ut alia omittam) *Unde hoc mihi ut veniat mater Domini mei ad me?* Quibus perpenſis ſancta mater eodem afflata ſpiritu gratiam ulterius celare non valens *Magnificat* (inquit) *anima mea Dominum* &c. ſequitur, *Ex hoc beatam me dicent omnes generationes.* Cur precor ita eructat Virgo ſancta, niſi quia omnes generationes crediture erant eam theotocon fuiſſe, id eſt Dei matrem & hominis? hinc adjecit: *Suſcepit Iſraël puerum ſuum, recordatus* &c. Quid rurſum aliud revelabat Spiritus Sanctus per Joannis Bapriſtæ patrem ſanctum Zachariam Mariæ matri & mundo dicentem: [a] *Benedictus Dominus Deus Iſraël, quia viſitavit* &c. Sed & Angeli verba ad paſtores: *Natus eſt vobis hodie Salvator qui eſt Chriſtus Dominus Deus.* Facta item Regum, de quibus dicitur: [b] *Invenerunt puerum cum Maria matre ejus, & procidentes adoraverunt eum, & apertis theſauris ſuis, obtulerunt ei muneræ, aurum, thus & myrrham.* Verba etiam hæc Symeonis: [c] *Nunc dimittis ſervum tuum Domine ſecundùm verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei ſalutare tuum.* Quid revelant Mariæ & mundo, niſi quod nondum ſibi liquere profitetur *Eraſmus*? Omitto prophetias quas piè credimus Dominam mundi perlegiſſe & quidem accuratiſſimè ac intellexiſſe: quibus manifeſtè dicebatur quia *filius ex Virgine naſciturus foret Emmanuel, Deus fortis, Princeps pacis*, [d] *& quod hoc eſt nomen quod vocabunt eum Dominus juſtus noſter.* Neque his obviat quia referente Luca[e] de hoc Chriſti ad matrem ſuam & nutricium Joſeph ſermone: [e] *neſciebatis quia in his quæ patris mei ſunt oportet me eſſe*, dicitur: [f] *Et ipſi non intellexerunt verbum quod locutus eſt ad illos*: quam manifeſtum eſt innumera in ſcripturis eſſe adeo obſcurè poſita ut vix à ſummis intelligantur ingeniis & ſanctis Doctoribus qui tamen certò agnoſcunt eorum autorem eſſe: non refert autem ſive Deus quod amphibologicum eſt ſcripto tradat ſive verbo: colierent itaque ſibi duo hæc ut notum eſt: facta Dei mater firmâ credit fide filium ſuum Deum eſſe ac hominem: & nonnulla quæ ei loquitur ad tempus non intelligit: quod autem ipſe reſpondens dixerat: *in his quæ patris mei ſunt, oportet me eſſe*: dictio erat & eſt verè multiplex & ambigua, & ut volunt Sancti talia non conſueverant ab ipſo Domino audire mater & vir ejus, idcirco tunc non intellexerunt plenè quidnam per ejuſmodi verbum prætenderet, quamquam Deum illum eſſe minimè ambigeret ipſa mater ſacratiſſima.

ASSERTIO QUINTA.

Si Chriſtus ſuam mortem vulgari more lugeri voluit cur bajulans crucem reprebendit filias Hieruſalem, aït *Eraſmus* fol. v. pag. 1.

Notula in aſſertionem hanc.

Perpende Lector an juſtè defendat *Eraſmus* per aſſertionem hanc id quod in Paraphraſi cap. 22. beati Lucæ in eum taxaveramus, hanc ſcilicet propoſitionem: *Jeſus ſuam mortem non lugubrem, ſed glorioſam eſſe voluit, nec deplorari ſed adorari. Non enim deflenda eſt mors innocentis.* Et ſi ad dogma novum iſtud *Eraſmi* Eccleſia ritus & officia quibus utitur hebdomadæ quadrageſimæ ultima, & præſertim ritus diei Paraſceves rejicere debeat & canere: [g] *Gaudeamus omnes in Domino* &c. & quomodo Chriſto conregnabimus in Cælis, ſi ei dum in terris agimus, non compatiamur? Et denique vide anne ita ſapere & Chriſtianos docere delicati ſit militis apertè Lutheranam factionem in hoc confirmantis: & cui ſat eſt quia Chriſtus crucem ſemel pro omnibus protulerit, cùm tamen ille noſtris proclamet auribus dicens, [h] *Qui non accipit crucem ſuam & ſequitur me non eſt me dignus.* Et alibi, [i] *quàm anguſta porta & arcta via quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt qui inveniunt eam* &c.

ASSERTIO SEXTA.

Hiſtoria incerta eſt an quinque legitimos habuerit viros Samaritana an non, fol 2. pag. 1.

Notula in aſſertionem hanc.

Parapbraſi in Joan. cap. 4. hoc *Eraſmi* dictum carpſi Chriſtus mulieris Samaritanæ vitam comiter arguens, *rectè* (inquit) *dixiſti tibi non eſſe virum: etenim cùm quinque viros habueris ad libidinem, nullum tamen habuiſti legitimum*: monſtravique iſtud eſſe apertè contrarium Chriſti verbo, quo fœminæ quæ dixerat Domine non habeo virum, quaſi diceret legitimum pro nunc, reſpondit: *Bene dixiſti: non habeo virum*

a Luc. 1. b Matth. 2. c Luc. 2. d Iſaie 7. & 9. e Jerem. 23. f Luc. 2. g Ad Rom. cap. 8. h Matth. 10. i Matth. 7.

ſcilicet

scilicet legitimum: quinque enim viros habuisti, & nunc quem habes non est tuus vir. Perpende Lector an errorem pristinum defendendo verè & piè, id est ad litteram beati Joannis consentaneè scripserit hîc *Erasmus*. Historia incerta est &c. Quid certius esse potest quam verbum Christi, quo aït, *quinque viros habuisti*, scilicet legitimos, *nunc quem habes non est tuus*.

ASSERTIO SEPTIMA.

Eos qui recipiuntur ad evangelium (opinor aït *Erasmus*) *sola fides purificat, non opera legis aut pagana religio*, fol 7. pag. 1.

Notula in assertionem hanc.

Perpende Lector an per æquitatem hîc tueatur *Erasmus* quod super eo capite quarto in illum argueram: istud scilicet fides sola purificat corda, redditque idonea quibus credantur Philosophiæ cælestis arcana. Et an verum sit quod hîc repetit, Sola fides purificat cùm tantum dicat scriptura [a] *fide purificans corda eorum* quod verissimum est, at non dicit sola, sicut *Erasmus* cum Lutheranis planè Christi contradicens decreto quo aït [b] *Non omnis qui dicit mihi Domine Domine*, quod fidei est, *intrabit in Regnum Cælorum: sed qui facit voluntatem patris mei qui est in Cælis, per bona opera*, scilicet Dei mandata, servando: ad quod non sufficit, sola fides, *ipse intrabit in Regnum Cælorum*. Quid te quæso Lector dici poterat manifestiùs adversùs hoc *Erasmi, Fabri & Lutheri* dogma pestiferum, quo fidem solam & in Deum quam statuunt fiduciam ad justificationem & salutem sat esse prædicant? cujus quidem causâ dogmatis ipsi cum suis opera spreverunt virtutum, cum hîc Christus dicat, *Soli qui operati fuerint quæ Deus jubet salvabuntur.*

ASSERTIO OCTAVA.

Certè apud homines patris testimonium esse poterat sine filii testimonio: nam Judæi veteres solum patrem noverant, fol. 7. pag. 2.

Notula in assertionem hanc.

Perpende lector quam piè & eruditè de operibus Dei, & personarum divinarum proprietatibus hîc nos docet *Erasmus*. Deum si quidem hominibus testificari quodlibet illi competit secundùm suam essentiam. Sunt enim Trinitatis inseparabilia opera ad extra ut dicitur. Impossibile itaque est patris testimonium esse apud homines absque Filii & Spiritus sancti testimonio. Pugnat item vel Deum vel creaturam, ut patrem cognoscere & & filium cujus pater est nescire: vide autem an catholicè potius sit dicendum Patriarchas, Prophetas, aliosque multos apud Judæos perfectiores Trinitatis mysterium intellexisse, inferioris autem sortis, id est simplices, Deum unum solo Deitatis nomine & non ut trinum credidisse: quia ut dico, qui Deum ut patrem novit, novit & filium.

[a] Act. 15. [b] Matth. 7.

ASSERTIO NONA.

Si liber est qui metu cogitur, vicit *Beda*: Si liber est qui non potest nisi quod permittit Deus, erat Pilato liberum absque Dei permissu occidere Jesum, fol. 8. pag. 2.

Notula in assertionem hanc.

Perpende Lector qualem hîc nos Theologiam docet *Erasmus*: hunc alium suum defendens errorem quo super Joan. cap. 19. scripsit Pilato non fuisse liberum absolvere scilicet Christum: cùm illius potestas servire cogeretur furori Judæorum: sit etenim ex illius hic assertis, inprimis Pilatum condemnando Christum innocentem cognitum, non peccasse: peccatum namque adeo liberum est juxta omnium Doctorum post Augustinum sententiam, ut si non sit liberum non sit peccatum: & teste Hieronymo cum eodem Augustino. *Nemo peccat in eo quod vitare non potest.* Si ergo: non liberè Pilatus judicium tulit non peccavit; cogitur etiam ex hac *Erasmi* doctrina quia nullus peccando liberè agit: porrò quicumque peccat id agit quod solum permittit Deus; falsum autem omnino est, & ad priora non consequens Pilatum potuisse Jesum occidere absque Dei permissu, nemo etenim peccat nisi Dei permissu. Demùm perpende si hîc saltem vicit *Beda* quandoquidem metus quo Pilatus ad iniquum ferendum judicium inductus est contra naturæ & humanas leges cùm injustus esset, penitùs non abstulit à Pilato libertatem. Alioquin non ille peccasset ut dictum est, quod asserere, est in fide erroneum.

ASSERTIO DECIMA.

Si Deus præmium intelligitur, error est. Sin aliud à Deo pia Theologorum sententia est, quam damnat *Beda*: aït *Erasmus*, fol. 11. pag. 1.

Notula in assertionem hanc.

De hac *Erasmi* propositione in paraphrasi cap. 8. epistolæ ad Romanos quâ

ait. Qui præmii causâ certat non certaturus nisi sciat dandum præmium is seipsum præmio frustratur : hoc tantummodò in censura dixi, Lutherana planè est hæc assertio; in superiuribus plus satis refutata ad quæ pro respunso aliud non scribit hîc *Erasmus* nisi quod est in assertione hac decima transcriptum, scilicet, Si Deus præmium intelligitur error est &c. Perpende Lector an istud assertum planè adversetur illi Dei dicto ad Abraham [a] *Ego protector tuus sum & merces tua magna nimis :* & illi quo Christus Petro petenti : [b] *Ecce nos reliquimus omnia* &c. *Quid ergo erit nobis?* præmii scilicet : respondit inter cætera dicens: *& omnis qui reliquerit domum, vel fratres aut sorores, propter nomen meum, centuplum accipiet & vitam æternam possidebit*, id est, Deum qui se & omnia dat electis ad fruendum, [c] de Christo sanè canit Ecclesia quia se nascens dedit „socium, convescens in edulium, se moriens „in pretium, se regnans dat in præmium. Si autem *Erasmus* per hæc sua verba: Si Deus præmium intelligitur, an quæ revera obscura sunt fateatur esse errorem Deum non esse præmium asserere, quod hîc probamus, bene quidem. At quod subjungit. *Sin aliud à Deo præmium scilicet esse intelligitur* &c. pia est Theologorum sententia quâ videlicet ipse dixit qui præmii causâ certat non certaturus &c. qui me dicit damnare suu judicio iniquè, vide an ipse æquus sit censor & verus sermo ejus, quo aït illud esse Theologorum sententiam, quia præmio se fraudat qui pro præmio alio à Deo certat: illud certò sibi daodum sperans alioquin non certaturus: manifestum est enim licitum esse, verbi causâ, Theologis certare spiritualibus armis & pro temporali præmio, illud tamen in Deum ut in ultimum finem referendo. Est enim operarius, Domino dicente, dignus mercede suâ, & pro gloria æterna formali, hoc est Dei visione & fruitione beatitudinis loco cæterisque acceptis creatis donis, quæ aliud à Deu præmium esse manifestum est.

ASSERTIO UNDECIMA.

Hominum causâ Deus omnia creavit : ipse enim non eget Angelis. Et paulo post an Angelus sit simpliciter homine perfectior nescio, ait *Erasmus*. Fulio 13. pag. 1.

Notula in assertionem hanc.

Perpende Lector ao justum sit & rationi fidei junctæ coosooum dicere Angelos fuisse propter hominem creatos : & si nescire an Angelus sit perfectior homine, scilicet secundùm naturam, culpabile non sit in viro qui scriptis ionuit se summum esse Theologorum cùm de Joanne Baptista [d] quo inter natos mulierum non surrexit major, Christus dixerit, *Qui minor est in Regno Cælorum, major est illo.*

ASSERTIO DUODECIMA.

Christus non solùm non docuit, sed dedocuit ciborum delectum, solio 16. pag. 1.

Notula in assertionem hanc.

Perpende Lector quam piè & catholicè sapiat hîc *Erasmus* de canonicis Ecclesiæ, & sacrorum Ordinum *Augustini, Benedicti* & aliorum jejuniis & abstinentiis diebus certis à carnibus, credens Christum dedocuisse, id est dissuasisse, ac dehortatum fuisse, ne obirent ejusmodi sacras pœoitentiæ partes: & an hoc sit planè Lutheranum & Christianissimo perniciosissimum. Si ita est, cur adeo Christus vitæ austeritatem in victu & omni corporis cultu *Joannis Baptistæ*, & toties laudavit & commendavit? Nihil certè dedocere potuit Christus, nisi quòd quis malè didicisset : & idcirco malum. Malum ergo erat cum Christo jejunare & abstinere. Attende an eo ipso quia Christus discipulos suos non urgeret tam crebro jejunare, ut *Joannes* suos, causam super hoc mirantibus reddeos & dicens : [e] *Numquid possunt filii sponsi jejunare* (supplendum ultra id quod lex jubebat illi supererogando ex divinu consilio oon mandato) *quamdiu cùm illis est sponsus? Venient autem dies cùm auferetur ab eis sponsus : & tunc jejunabunt*, scilicet plusquam Pharisæi & *Joannis* discipuli modo jejunent : jejunium & ciborum delectum dedocuisse illum colligere debuerit *Erasmus*: An qui non compellit evangelica servare consilia, eadem tenere & sequi dehortetur? Et vide utrum corde puro & conscientiâ bonâ ex ejusmodi Christi verbis & consimilibus scripturis, arbitratus sit ipse *Erasmus* & scripserit Christiaois paraphrasi cap. 8. prioris epistolæ ad Corinthios quæ illic sunt à nobis reprehensa : hîc suo adhærens pertinaciter errori defensare molitur: ita quidem illic loquitur : Christus nullum ciborum discrimen docuit; proinde temeritatis est, si quis homunculus cooetur quemquam hujusmodi constitutionibus onerare. Pro suo quisquis corporis affectu vescatur quibus velit, modo sobriè parcèque, super om-

[a] Gen. 15. [b] Matth. 19. [c] 1. Tim. 6.

[d] Matth. 11. [e] Matth. 9.

nibus gratias agens Deo. An potius pseudologa sint hæc *Erasmi* dogmata & merè Lutherana, quibus reprobat quod sancti Patres Ecclesiæ quos hîc homunculos vocitat super jejuniis & abstinentiis constitutiones ediderunt, quasdam pro Christianorum universitate, alias verò pro sacra piorum Ordinum inhabitantibus claustra; quæ ipse suâ desertione violavit; & utrum aliquid magis schismaticum & perniciosum moribus, cum Luthero dici poterat exactius perpende.

ASSERTIO DECIMA-TERTIA.

Si gentibus venientibus ad Baptismum imputatur quia per ignorantiam coluerint idola, novum audio dogma, sed mirè repugnans Paulinæ doctrinæ, aït *Erasmus*, folio 16. pag. 2.

Notula in assertionem hanc.

Perpende Lector an Theologicum sit dicere idololatriam non esse mortale crimen; capitale procul dubio quodcumque peccatum suo autori ad æternam damnationem imputat Deus, imputat & Ecclesia; & reus est illius omnis idololatra donec per pœnitentiam de ea sit remissionem & veniam consecutus. Utrum autem id sit novum dogma & Paulinæ doctrinæ repugnans animadvertendum. [a] In actibus idololatris prædicans Athenis Paulus ut ad baptismum traheret illos, idololatriam eorum ubi damnandam omnino esse probaverat sic inter alia dixit: & tempora quidem hujus ignorantiæ despiciens Deus nunc annuntiat hominibus, ut omnes ubique pœnitentiam agant, eò quòd statuit diem in quo judicaturus est orbem in æquitate &c. Perpende si non imputat hîc Paulus in universum omnibus paganis gentibus idololatriam illorum ad facinus grande: de qua generaliter aït, Deus ignorantiæ hujus tempora despiciens nunc annunciat hominibus, ut omnes ubique pœnitentiam agant &c.

ASSERTIO DECIMA-QUARTA.

Paulus non putat eos habere malam conscientiam qui peccant humanâ imbecillitate, & peccatum suum agnoscunt, fol. 19. pag. 1.

Notula in assertionem hanc.

Perpende Lector quantâ audaciâ pronuntiat *Erasmus* hîc de Pauli mente, & an rectè: homo namque omnis malam habere conscientiam ab Apostolo putatur, qui ipsam conscientiam mortiferis habet peccatis infectam, quibus scilicet Dei inimicus efficitur & filius pro tunc gehennæ ac dæmonis membrum; genus autem unum criminum & quidem innumera complectens vocatur, & verè est, peccatum per impotentiam, id est imbecillitatem vel infirmitatem admissum, quando scilicet homo peccat ob fragilitatem cedens passioni: quo sanè peccati genere peccavit hominum primus Adam: non enim malitiâ aut ignorantiâ transgressus est: eum tamen non putavit *Paulus* conscientiam non habuisse malam, propter primum illud peccatum: de eo item loquitur Christus ubi parabolam de semine quod super petram cecidit explicando aït. [b] *Nam quod super petram, qui cùm audierint cum gaudio suscipiunt verbum: & hi radices non habent*, quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt, scilicet propter suam imbecillitatem superati ab ea. [c] Apostolus verò de peccato ibidem per impotentiam perpetrato loquens aït, *Fratres, etsi praeoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui spirituales estis, instruite hujusmodi in spiritu lenitatis considerans teipsum ne & tu tenteris.* Innumeri procul dubio sunt homines qui se in peccatis, carnis præsertim, volutari cognoscunt à quibus frequenter se exemptos esse cupiunt, dum scilicet conscientia stimulat, nec tamen continent: talium an putet Paulus conscientiam non esse malam, vide.

ASSERTIO DECIMA-QUINTA.
& ultima de Elencho hîc agitata.

Hodiè apud Græcos, Sacerdotes ducunt uxores etiam post susceptum Ordinem. Fol. 19. pag. 2.

Notula in assertionem hanc.

Perpende Lector an huic *Erasmi* assertioni sit potius credendum quâ (licet obliquè) Sacerdotum favet incontinentiæ quam Catholicorum Doctorum & communi sententiæ scholæ quâ dicitur apud Græcos ad sacros admitti Ordines viros, qui cum uxoribus quas virgines duxerunt versantur, quibus mortuis ad secundas transire nuptias nequaquam sinuntur: neque ullis in Sacerdotes ordinatis contrahere permittitur.

IN libro Supputationum *Erasmi* adversùm nostras in eum censuras edito, præter articulos capitales per me reprehensos, quos eo in libello omnes ad unum salvare studet unâ vel aliâ arte, consequentes habentur assertiones, perpende Lector an in eis novi sint ad veteres ad-

[a] Act. 17.

[b] Luc. 8. [c] Ad Gal. cap 6.

jecti errores necne.

ASSERTIO PRIMA.

Ego (aït *Erasmus*) nullum arbitror schismatis periculum si faterer me de epistolæ ad Hebræos autore dubitare, præsertim cùm nullum extet evidens hac de re decretum Ecclesiæ. Fol. 37. pag. 1.

Notula in assertionem hanc.

Perpende Lector quantâ pertinaciâ scriptor iste suos mordicùs retineat ac tueatur errores, loco uno sic scripsit: de. » autore epistolæ quæ dicitur Pauli ad He- » bræos semper dubitatum est: alio verò sic. Quæ fertur ad Hebræos scilicet epi- » stola præterquam quia multis argumen- » tis conjici potest non esse Pauli cum stilo » rhetorico verius quam Apostolico sit » scripta, non perinde multum habet diffi- » cultatis &c. Hîc autem aït. Ego nullum » arbitror schismatis periculum &c. quid quæso potest magis esse schismaticum quam universalium conciliorum Ecclesiæ quæ (uti docuimus post Patres) epistolam illam ut verè Paulinam recipiendam decreverunt, sententiis & unanimi Ecclesiarum omnium consensui atque approbationi dissentire, quod omnes pro certo tenent Ecclesiæ dubium scribere: cum singulæ palam legant dicentes de illius epistolæ partibus: lectio epistolæ beati Pauli Apostoli ad Hebræos.

ASSERTIO SECUNDA.

Libros sacros in omnium linguas esse vertendos primus asseruit Christus dicens: *Ite in orbem terrarum prædicate evangelium omni creaturæ*, qui prædicat omni linguâ vult & omnium linguis legi. Fol. 52. pag. 1.

Notula in assertionem hanc.

Perpende Lector an rectè ex hoc Christi ad Apostolos verbo: [a] *Prædicate evangelium omni creaturæ*, conficiat quod hîc prætendit; cùm ex eo quòd est fidei inferri omninò dubium ratio non sinat: & si id intendisset Christus quomodo potuisset illud fieri Ecclesia prohibere: quod tamen factum esse docuimus. Porro non idem est prædicare evangelium omni creaturæ, & illud cuivis creaturæ in lingua vulgari legendum exhibere, quemadmodum non idem censetur parvulis integrum offerre ut reficiantur panem, & frustatim: sacra etenim Scriptura quocumque descripta idiomate panis est infractus, qui non potest à parvulis, id est simplicibus ad salutarem digeri nutritionem: Prædicatores verò ministri sunt Christi, quorum est officium hujusmodi animæ panem frangere. Unde verbum hoc Jeremiæ, *parvuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis*: in interlineari explicans Magister. Panem, inquit, verbi Dei petierunt scilicet qui exponeret: integrum enim parvuli non comedunt [b] Divus autem Greg de eodem loquens, Parvuli petierunt (aït) panem &c. id est infirmi quique Scripturæ sacræ valentiores sententias petierunt exponendo comminui, sed qui exponere debeat non valet inveniri.

ASSERTIO TERTIA.

An proditum scripto sit symbolum ab Apostolis dubito. Quamquam id ab Apostolicis viris factum non dubito, & tamen ita dubito ut cupiam esse probatum; aït *Erasmus*, fol. 53. pag. 2.

Notula in assertionem hanc.

Perpende Lector quam sit homo iste pronus Ecclesiæ traditionibus derogare, earumque infirmare autoritatem. Non credit Epistolam ad Hebræos Paulum habuisse autorem, non credit symbolum quod Apostolorum dicitur ipsos Apostolos conscripsisse: & cupit illud esse sibi comprobatum, quasi certius probationis genus possit dari quam sit universalis Ecclesiæ unanimis assertio. Quomodo Apostolorum verè diceretur symbolum si illud non prodiderunt memoriæ? Quid profuisset illius inter sese verbo enuntiasse sententias, si pro Ecclesiæ usibus idipsum non dedissent litterarum monimentis? Si non scripsissent suum symbolum Apostoli, qui alii id scribere ausi fuissent, aut quâ viâ potuissent non Apostoli, Apostolorum nomine symbolum edere scriptis, conjecta.

ASSERTIO QUARTA.

An infidelis sim, aït *Erasmus*, si dubitem hoc credere *Augustino*, scilicet quia Apostoli symbolum scripserint. Erat ille vir bonus & ut est Christiana simplicitas impensè credulus, ac ni fallor, nec hoc serio credidit, sed abusus est vulgi non impiâ opinione ad plenius enarrandum. Fol. 54. pag. 2.

Notulæ in assertionem hanc.

Perpende Lector, quam sit frater *Erasmus* beato suo Patriarchæ *Augustino* devotus. Erat (inquit) impensè credulus, id

[a] Marc. cap. ultimo.

[b] lib. mor. cap. 31.

„ id est citò credens, & ira levis corde; in „ cathedra veritatis populum Dei docens „ asserit (ut hìc loquitur sed certè non parvâ in patrem suum impietate *Erasmus*) „ quod corde seriò non credebat. Mentiebatur ergo vulgi opinione abusus Doctoribus omnibus amplius laboravit *Augustinus* ut per Scripturas convinceret mendacium quodcumque peccatum esse; „ nulli in prudentia naturali, & acquisita „ secundus ille fuit, in judicio cautissimus, „ Deum ante oculos ex quo plenè ad eum „ conversus est admirando studio semper „ habuit: quod manifestè ejus omnia scripta commonstrant. Nemo certè fidelium „ scriptorum de *Augustino* judicavit aut suspicatus est quod iste Ordinis illius sacri desertor judex iniquus.

ASSERTIO QUINTA.

Scylla est dicere, nullum esse bonum opus hominis, fateor; sed Charibdis est docere viribus humanis fretos homines pervenire ad æternam felicitatem: qui medium cursum tenet incolumis est, sed si deflectendum est, tutiùs est in Scyllam incidere Lutheranicam, quam in *Bedæ* Charybdim. Fol 71. pag. a.

Notula in assertionem hanc.

Perpende Lector an Charybdis debeat dici hominibus contestari quia ad æternam felicitatem nemo adultus perveniet, nisi per opera justitiæ quæ humanis suis viribus Dei gratiâ adjutis ipse fecerit. Hoc indubiè clamant Scripturæ omnes veteris & novi Testamenti; ut norunt quique periti. Non est igitur Charybdis docere viribus humanis Dei gratiâ (ut semper dixi & dico) præventis & adjutis fretos pervenire ad felicitatem æternam: porrò qui citra ejusmodi media, id est, virium humanarum bona opera putat se huc perventurum in *Erasmi* & *Lutheri* Scyllam proruit, quâ ducent nihil idcircò omninò operibus fidendum, quia illis non correspondet præmium æternum nec merces eis redditur, contra planam Apostoli sententiam; [b] *Reposita est mihi corona justitiæ quam reddet mihi Dominus in illa die justus Judex*; & alias complures in eundem sensum scripturas per nos adversùs homines istos non semel productas.

ASSERTIO SEXTA.

[f] Multæ rationes sunt quæ vix ferunt videri probabile constitutionem Romanæ Sedis (quâ scilicet decernit facto propter fornicationem quoad thorum divorrio adhuc sic remanere conjugii vinculum quamdiu partes vivunt, ut alteri nequeant matrimonialiter copulari) congruere cum æquitate naturali. Fol xxvij. pag. 1.

ASSERTIO SEPTIMA.

Excipit Christus fornicationem, neque quicquam præterea & tamen Romana Sedes ob alias causas concedit iteratum matrimonium in aliis causis à Christo non exceptis.

ASSERTIO OCTAVA.

Cùm Judæi aliud non nossent divortium nisi per quod liceret utrique jungi cui vellet dato libello repudii, non video quomodo nos interpretemur de separatione thori. Ibidem.

ASSERTIO NONA.

Præterea cur Christus exceperit unam (id est solam) fornicationem, cùm sint alia magis execrabilia: non est admodum facilè expedire. Ibidem.

Notula in has quatuor assertiones.

Perpende Lector an hìc animi sui motum innuerit quantum satis est *Erasmus* super eo quòd in Paraphrasi cap. quinti beati Matthæi dixerat, *Jam uxor esse desiit mulier quæ se miscuerit alteri viro*: & alibi addit, *etiamsi non repudietur à viro*, vult enim causâ fornicationis interveniente liberum esse parti quæ non peccavit transire ad alia vota; redargutus autem à me tergiversatur, nec auder planè quod sapit edicere: fingit se non hoc intendere, sed solum quia dissolvitur quantum ad thorum connubium quod vult Ecclesia. At per assertiones istas quatuor; quidnam prætendat, non est difficile videre. In primis ipse unus Ecclesiæ Romanæ constitutionem naturali æquitati adversari rationibus quæ eum movent opinatur; & non videt ipse constitutionem illam non esse humanam, sed divinam per Apostolum qui Corinthiis ait [c] *Qui matrimonio juncti sunt præcipio non ego, sed Dominus, uxorem à viro non discedere, quod si discesserit* (supplendum causâ fornicationis quantum ad thorum) *manere innuptam, aut viro suo scilicet adultero reconciliari*: & post nonnulla, *Mulier alligata est legi quanto tempore vir ejus vivit: quia si dormierit vir ejus, liberata est*. Romanis verò: [d] *quia sub viro est* (inquit) *mulier vivente viro alligata est legi. Si autem mortuus fuerit vir ejus liberata est à lege viri ut*

a Eccle. 19. b 2. ad Timoth. 4. c 1. ad Cor. cap. 7. d Ad Rom. cap. 7.

non sit adultera si fuerit cum alio viro. Sacra hæc dogmata catholici omnes Doctores post universalium Conciliorum decreta, in eo quem expressimus sensu interpretantur. Non sapit *Erasmo* intelligentia talis, rationes (inquit) multæ vix ferunt » videri probabile constitutionem Romanæ Sedis congruere cnm æquitate natu» rali. Debebat ergo Dens hominem istum cui non æqua videntur ejus per Apostolum & Romanam Ecclesiam decreta ad consilium convocare, ut pro carne cujus causam bîc agit patrocinaretur. Putat enim se hâc vincere quâ utitur ratione. Excipit duntaxat Cbristus fornicationem à lege scilicet quâ inseparabiliter sibi adhærere debeant conjuges. Sed Romana Sedes ob alias causas concedit iteratum matrimonium in aliis causis à Christo non exceptis &c. quasi diceret contra æquitatem igitur naturalem negat iteratum matrimonium parti quæ fidem conjugii servavit &c. vide Lector quam miserè præsumptor iste deludatur quamque cæteris perniciosè imponat. [a] Apostolus Corinthiis consilium dederat pro suo tempore, unum videlicet quia si pars altera conjugum Christi susciperet legem & non reliqua, maneret cum infideli fidelis si spem haberet, quia non indè sibi religionis immineret jactura: his verbis. *Cæteris ego dico non Dominus*, id est consulo quia Deus id non præciplt: Si quis frater, id est baptizatus, uxorem habet infidelem, & hæc consentit babitare cum illo, cunsentiens scilicet quia legem servet Christi professam, non dimittat illam, & tantumdem de uxore conversa quantum ad virum nondum resipiscentem consulit *Paulus*: & sui reddens rationem consilil, aït *Sanctificatus est enim vir infidelis per mulierem fidelem, & sanctificata est mulier infidelis per virum fidelem*. Hoc enim jam fuerat expertus *Paulus*, quia scilicet pars cui non adeo erat odiosa lex evangelica Christi, licet adhuc nondum eam subiret, quia nollet consortem thori illam sequi, crebrò ex quotidiano convictu à fideli ad salutis trahebatur portum. Videns autem Ecclesia adversùs Christianismum eatenus firmatam infidelium malitiam, ut crebrius perverterentur conversi quam contra, quod Apostolus pro suo tempore consuluerat bis verbis. *Dico ego non Dominus* &c. omnlno reprobavit prohibens ne pars conversa ad Christianam legem cum parte non conversa cohabitaret, sed eâ relictâ alteri si cælebs nollet permanere secundùm Ecclesiæ ritum copularetur. Ecce undè in Ecclesiam arma fabricavit *Erasmus*. Non illi placet quia Apostolica Sedes quin & Ecclesia universa permittat alteri parti infidelium conjugum baptizaræ cum alia fideli (relictâ paganâ aut Judæâ) contrahere: & non advertit ille qui nihil, uti videtur prætendere, non advertit, cum etiam his in rebus Ecclesiam totam carpere non detrectet: istud Ecclesiam, non lege bumanâ suâ statuisse: verum litteram ejusdem Apostoli Pauli ad illius contra errantes pium sensum interpretari, ubi post præmissa sic aït, *quia si infidelis discedit, discedat*. Non enim servituti scilicet ejusmodi qui in infidelitate perdurat, subjectus est frater Jesu conversus aut soror in hujusmodi. Unde enim scis mulier si virum salvum facies &c. Ex his quæ certa sunt appende Lector utrum merum & impium reduleat schisma quod subnectit *Erasmus* dicens, cùm Judæi non nossent aliud divortium, nisi per quod liceret utrique jungi, cui vellet dato libello repudii, non video quomodo nos interpretemur de separatione thori. Hîc nimirum (uti prius dixi) animi sui motum Deo permittente manifestè satis aperuit: reprehensus tamen nulli cedit, neque universalibus Conciliis, neque Pontificis summi decretis, neque quibusvis Theologorum scholis: quando ergo audiret admonentem *Bedam*! Cæterum perpende Lector (quæso) quod spiret istud ejus ultimum de hac re verbum. Cur Cbristus exceperit solam fornicationem à lege scilicet thori, cum sint alia magis execrabilia. Non est admodum facile expedire. Prætendere si quidem videtur *Erasmus* non sibi placere quod statuit super divortio Christus, quia scilicet ubi potiorem autumat causam esse divortii vel consimilem, non dederit ille judicium: si ita ceu omnino ex littera videtur, sapuerit *Erasmus*, quid ampllus blasphemum, ac superbum potest homo infelix cogitare?

ASSERTIO DECIMA.

Si Christo placuit jusjurandum inter Christianos incassum dixit illa verba. *Ego autem dico vobis non jurare omnino*. Fol. 81. pag. 1.

ASSERTIO UNDECIMA:

Cùm Dominus in Evangelio nibil præcipiat diligentiùs quam ne quo pacto juremus, quid volebat *Beda* dicere Paraphrasten. Ibidem.

[a] 1. ad Cor. cap. 7.

ASSERTIO DUODECIMA.

Cùm Christus dicat se non venisse ad destruendum, sed ad consummandam legem, si Christianis commodum & utile est jurare quid ipse docuit, quid addidit Dominus legi Mosaycæ quæ ut ipsa perjurium, ita prohibet etiam ne nomen Dei assumamus in vanum. Ibidem pag. 2.

Notula in assertiones istas tres.

Perpende Lector quantâ pertinaciâ errorem suum defendat *Erasmus* [a] quo docuit nullo in casu esse Christiano licitum juramento uti: quod si verum est quis Pontificum, Regum, Judicum, Officiariorum, testium omninoque ferè hominum salvus erit? Omnes enim penè jurant: quin & in casu ad jurandum quivis hominum tenetur. Neque ex eo formant conscientiam aut scrupulum, neque veniam petunt à Deo. Deterius autem desipere hîc *Erasmus* videtur quam aliis nonnullis in locis, ubi scilicet artibus suis declinare videbatur, ut correctiones effugeret, absolutam sententiam hoc est non palam dicebat se omne juramentum damnare: hîc autem quid ejus velint sermones appende, cui tamen dici meritò potest. Aliter agis, aliter doces: crebro enim non modo simplici scribendo utitur jurejurando sed & absque necessitate execrationibus: dicendo verbi causâ, dispeream si sic vel sic, aut nisi sic vel sic: quod sanè legens totus horreo, Deus illum & me servet ne pereamus.

ASSERTIO DECIMA-TERTIA.

Quod dictum est: Esaü odio habui, magis pertinet ad prosperitatem rerum temporalium, quam ad salutem æternam. Fol. 83. pag. 1.

Notula in assertionem hanc.

Perpende Lector an conformia sint hæc variis scripturæ locis libri Geneseos. Porrò Esaü benedicens pater Isaac dixit: [b] *In pinguedine terræ & rore Cæli desuper erit benedictio tua*: qui certè obviam suo fratri Jacob [c] cum viris quadringentis venit; quamobrem vehementer formidavit ipse Jacob. Majori prosperitate rerum temporalium florebat quam Jacob; unde & cùm illi ad conciliandam gratiam ejus munera offerret, respondit Esaü: *Habeo plurima frater mi, sint tua tibi.* Nam & Rex terræ Idumeæ fuit Esaü, & in ea post patrem dominati sunt filii ejus: Longè ergo prosperiore fortunâ mundi potius est Esaü quàm Jacob frater ejus, qui fere semper non parvis fuit adversitatibus & molestiis contusus atque probatus. Verbum autem illud [d] Malachiæ Prophetæ *Esaü odio habui*, interpretatur Apostolus Romanis loquens de electione, seu de prædestinatione ad salutem æternam non mundi gloriam: dum ait [e] *Cùm enim nondum nati fuissent*, scilicet Jacob & Esaü, *aut aliquid boni egissent aut mali*, ut secundùm electionem propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei, scilicet Rebeccæ matri: [f] *quia major scilicet populus qui ex te prodibit, serviet minori populo*, sicut scriptum est *Jacob dilexi*: quia autem Idumea populus major in diebus Regis David minori servivit in tributo magis obviat dicto *Erasmi*. Neque respicit verbum *Esaü odio habui*, historiam illam; sed quod diximus &c.

ASSERTIO DECIMA-QUARTA.

Hæc verba *odio habebis*, *scilicet inimicum tuum*, non sunt vel prædicentis, vel præcipientis sed permittentis: quale est illud, *irascimini & nolite peccare*. Fol. 83. pag. 1.

ASSERTIO DECIMA-QUINTA.

Quibus lex permittit repudium ob quamlibet causam videtur & uxoris odium indulgere. Ibidem

ASSERTIO DECIMA-SEXTA.

Probabile est istud, scilicet odio habebis inimicum tuum in lege fuisse scriptum. Ibidem pag. 2.

ASSERTIO DECIMA-SEPTIMA.

Non pugnat lex sibi dicens, [g] *Odio habebis inimicum tuum: & si esurierit inimicus tuus cibum dato illi.* Hoc enim præcipit perfectis: illud (ut dixi) concedit imperfectis. Ibidem.

Notula in assertiones istas quatuor.

Perpende Lector in quot hîc prolabitur male sana dogmata scriptor, ut hunc salvet suum errorem quem super cap. 5. beati Matthæi taxavi, scilicet lex dixit: *Diliges proximum tuum sicut te ipsum, & odio habebis inimicum tuum*, & permittit malè velle iis qui nos lædunt. Principio vide an sit patens error dicere quia eâdem permissione dictum sit, *odio habebis inimicum tuum*, *& irascimini & nolite peccare*: cùm odium de quo hîc agitur quod

[a] Lib. 2. de doct. chr. cap. 8. [b] Gen. 27. [c] Gen. 32.

[d] Malach. cap. 1. [e] Ad Rom. 9. [f] Gen. 25. [g] Prov. cap. 25.

est personarum, vitiosum & peccatum sit de se, quia charitati rectâ lineâ contrarium. Ira verò de qua loquitur David, [a] pars est justitiæ punitivæ, quæ io Prælatis maximè necessaria est. Item quia repudianti uxorem Deus odium illius indulgeat quod est, impune concedat, hæreticum planè est; nollum si quidem peccatum Deus impunitum derelinquit, sed pœnâ plectit. Præterea quomodo *Erasmo* Theologorum summo probabile potuit esse quia in lege scriptum sit, *odio habebis inimicum tuum?* Non enim in hujusmodi quæ per experientiam evidenter cugnusci possunt, locum habet opinio, quæ de probabilibus est & certum oportet esse de quavis assertione, si in lege est; sin minus, & omnino certum ibi non esse illod necesse est. Probatio hac de re incumbebat *Erasmo*, quæ alia esse non potest nisi librum & caput monstrando ubi id de quo protervè certat, legatur. Christus dixit: [b] *Audistis quia dictum est: diliges proximum tuum sicut teipsum, & odio habebis inimicum tuum:* non ait quod Paraphrastes, lex dicit: Odio habebis inimicum tuum. Si enim ita diceretur in lege scriptum est, præceptum esset, omnes ad odium inimicorum arctans, ut illud est: Diliges proximum tuum sicut teipsum cum eodem tenore, ut ceu hîc sed falsò, expressit *Erasmus*, Lex dicit, diliges proximum tuum & odio habebis inimicum tuum. Quoddenique hîc dicitur non pugoat lex sibi dicens, odio habebis inimicum tuum: & si esurierit inimicus tuus, cibum dato illi, quia hoc præcipit perfectis, illud imperfectis concedit, vide an omnino sit falsum. Non est sanè præceptum simpliciter si esurierit inimicus &c. sed secluso necessitatis articulo consilium datum tam perfectis, quàm imperfectis, quamvis consulenti Deo ut plurimum quod perfectiores sunt hîc audiant & raro imperfecti. Ubi autem inimicum dura urget necessitas præceptum censetur & perfectos & quoscumque obligans, per vim hujus, non occides: quia dictum est [c] Pasce fame morientem, quisquis enim pascendo hominem servare poteris si non paveris occidisti: quod verò dicitur imperfectis odium inimici concessom. Si impunè velit *Erasmus* quemadmodum ejus prætendere videtur littera, ita concessum ut non peccet, quia inimicum odio prosequitur, hæreticum omnino est. Si autem intelligeret sic concessum, qoia odium interius per legem pœnâ exteriori non

a Psalm. 4. b Matth. 4. c Exod. 20. Ambros. liv. offi. & 1. gratiâ disti. 86. cap. Pasce.

punitur, verum id est, at non in imperfectis modo, sed quibuslibet hominibus. Perpende itaque quia pulchrè in bis theologizet iste scriptor dum priores suos errores tueri contendit.

ASSERTIO DECIMA-OCTAVA.

Gratia quidem Dei omnibus præsto est ad consequendam salutem: an præsto sit omnibus ad continentiam *Beda* viderit; certè Paulo non erat præsto ter Dominum roganti ut liberaretur à sathana colaphizante. Fol. xcv. pag. ij.

Notula in assertionem hanc.

Perpende Lector an de Dei bonitate hîc religiosè sentiat *Erasmus*, quam ambigit an paratus ille sit cuicumque volenti continenter vivere, hoc est omnem Venerem fugere (de solutis luquendo) suam quâ id efficere valeat gratiam impertiri. Cùm autem desiderium continendi nullus concipere possit, nisi ipsius Domini gratiâ mooente & præveniente, consulatque per Apostolum omnibus non conjugibus perpetuam servare castitatem dicens. [d] *Solutus es ab uxore, noli quærere uxorem:* &, *volo vos omnes esse sicut meipsum. Item dico autem non nuptis & viduis, bonum est illis si sic permanserint sicut & ego:* & apertiùs. *De Virginibus autem præceptum Domini non habeo, consilium autem do.* Christus verò pro se Discipulis dicentibus: *non expedit nubere*, respondens [e] *non omnes*, inquit *capiunt verbum istud, qui potest capere capiat.* Sunt enim eunuchi qui se castraverunt, id est, qui continentiam ipsam quam consulo non præcipio amplexantur propter regnum cælorum. Quomodo non esset præsto gratiâ Dei de se cuique soluto, ut eum ad servandam contioeotiam adjuvaret, cum singulis ut id agant Deus consulat? Jam quod inficiatur scriptor iste gratiam Dei ad hujusmodi tenendam continentiam præsto affuisse Apostolo Paulo, arbitratus eo ipso comprobatum, quod impiè detractat, vide an hæreticum sit; cùm enim Apostolus testificatur sibi roganti fuisse dictum, [f] *sufficit tibi gratia mea, quia virtus in infirmitate perficitur:* quasi dixisset continentiæ tuæ perpetuæ virtutem meâ gratiâ perfectiorem eò consequeris: quò ne magnitudo revelationum tibi per me factarum te extollat graviores sustines carnis procurante dæmone stimulos. In infirmitate enim perficitur virtus. Rogato Lector *Erasmum*, Paulusne colaphizaoti sathanæ cesserit passione victus, & ita in

d 1. ad Cor. cap. 7. e Matth. 19. f 2. Cor. 12.

fornicationem

fornicationem prolapsus sit, at non. Dicet (opinor) veritate adactus aut pudore. Absit à Paulo illud, restitit enim fortiter & dæmonem vicit & carnem, de utroque triumphans. Probe quidem: at quibus id egit Paulus auxiliis confortatus; nisi illis quæ uno comprehendit Dominus verbo: [a] *sufficit tibi gratia mea, quæ in te est non vacua.* Jam vide quam piè quamquè solerter Paulinam gustet *Erasmus* sapientiam, qui nobis scripsit gratia Dei non erat præsto Paulo &c. quem tamen ex scriptura cernit per assistentem illi Dei gratiam, continentiam illibatè tenuisse & reportasse de Sathana & carne victoriam nun ingloriam.

ASSERTIO DECIMA-NONA.

Objicit (aït *Erasmus*) nobis *Beda*, Augustinum qui videtur optare, ut omnes castè vivant: citiùs enim sic implendam cælestem civitatem. Ad hoc respondeo Augustinum fuisse bonum virum, etsi verum est quod dicit me idem optare quod optat, quamquam non satis intelligo, quid sibi velit hoc votum Augustini, nisi fortè conjugatis non patet cælum. Fol. 96. pag. 2.

ASSERTIO VIGESIMA

Beda mihi objicit Paulum qui videtur optare ut omnes essent qualis ipse erat, sed Paulus creditur habuisse uxorem cùm hæc scriberet. Fol. 97. pag. 1.

Notula in assertiones istas.

Paraphrasi capitis Matthæi xix. de illis Christi verbis: *non omnes capiunt verbum istud* &c. disserens *Erasmus* ita scripsit, ut quasi continentiam dissuasisset Christus & præcepisset omnibus matrimonium: cui ego occurrens inter multa beatum Paulum & patrem ejus divum objeci Augustinum ita libro de bono conjugali dicentem. Novi quosdam qui mur-
„ murent, quid si (inquiunt) omnes velint
„ ab omni concubitu abstinere: unde sub-
„ sistet genus humanum? Utinam omnes
„ hoc vellent duntaxat in charitate de cor-
„ de puro & conscientia bona & fide non
„ ficta, multo citiùs Dei civitas comple-
„ retur & accelerearetur terminus sæculi.
„ Quid enim aliud hortari apparet Apostu-
„ lum ubi aït cùm inde loqueretur, *Vellem omnes esse sicut meipsum*; & iterum: *hoc autem dico fratres, tempus breve est, reliquum est ut qui habent uxores tanquam non habentes sint: præterit enim figura hujus mundi. Volo autem vos sine sollicitudine esse. Qui sine uxore est, sollicitus est quæ Domini sunt, quomodo placeat Deo: qui autem cum uxore est, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori, & divisus est.* Hæc Augustinus. Perpende Lector vel hìc qualem gerat *Erasmus* mentem quantum ad Christi per se & Apostolum de servanda continentia consilium. Inde enim evidenter potes illam colligere; aït nempe; Paulus "
creditur uxorem habuisse dum scriberet: "
& optat omnes esse qualis ipse erat: om- "
nes ergo & virgines, & sacras viduas, E- "
piscopos, & Sacerdotes cupiebat Paulus "
matrimonialiter copulari." O verbum insanum, Paulus matrimonio copulatus, optat, ut omnes essent qualis ipse erat hoc est conjuges omnes? O impudentem & verbis Apostoli præscriptis planè adversantem *Erasmi* sententiam & in fide erroneam? Vide Lector qualem consiliorum Christi præconem in homine isto habet Ecclesia, & cujus se patronum exhibet, dæmonis scilicet, carnis & mundi, an Christi & spiritùs. Ego autem propria sancti Augustini volui verba hìc referre quò planè intelligere possis quam perversè cùm patris sui Augustini tùm Apostoli Pauli sensa floccifaciat. *Respondeo*, inquit, *Augustinum fuisse bonum virum.* Non aït Doctorum Aquilam, meum Patriarcham, vitæ monasticæ patronum & cultorem integerrimum ac provectorem divinarum scripturarum sapientissimum interpretem, ac providissimum sensuum qui videntur in cortice dissentire conciliatorem. Non hæc aït frater *Erasmus* ut nimirum debebat & verè poterat: sed tantummodò fatetur *Augustinum fuisse bonum virum*: à quo postula Lector, quomodo virum bonum illum pronuntias quem censes summis de rebus injustas depromere sententias, non intelligo, inquiens, satis quid sibi velit hoc votum Augustini, nisi fortè conjugatis non patet cælum; tanquam diceret frater *Erasmus* (sic verè meretur vocari ubicumque vel sancto derogat patri suo Augustino, vel religioni quam irreligiosè abjecit) si conjugatis cælum patet, id est, possit salus esse his qui in matrimonio degunt, planè errat optans Augustinus ut omnes contineant & non attendit idipsum post Apostolum Paulum præmissis per illum verbis Augustinum cupivisse: qui libro illo de bono conjugali adversùs hæreticus agens, nuptiarum laudes & quæ inde commoda Ecclesiæ proveniunt egregiè describit; statui tamen conjugatorum cum Christo & Apostolis statum præfert continentium. Hoc ægrè ferre videtur *Erasmus*, quàm æquâ lance videris Lector.

[a] 1. Cor. 15.

ASSERTIO VIGESIMA PRIMA.

Probabilius est Augustinum librum de bono conjugali adversùs Hieronymum edidisse: licet nomini pepercerit, quam scilicet adversùs Jovinianum. Fol. 98. pag. a.

ASSERTIO VIGESIMA SECUNDA.

Probabilius est quia si novisset Hieronymus borum temporum tam inquinatum cælibatum: si vidisset inter tot continentiæ professores tam raros esse qui præstarent continenriam, si novisset matrimonium unum esse de septem Ecclesiæ sacramentis, parcius extulisset virginitatem, ac reverentius fuisset locutus de matrimonio. Ibidem.

Notula in duas istas assertiones.

Perpende Lector quàm sibi scriptoris hujus consenriant meditata quæ edidit: assertione 19. in beatum patrem suum Augustinum agebat obliquè illum taxans quia conjugatorum statui detraheret, plus æquo cælibatui favens: bîe autem illum pro nuptiis adversùs sanctum Hieronymum qui libris contra Jovinianum bæreticum miris præconiis virginum propositum extulerat, certasse dicit libro de bono conjugali: sic sibi constat bomo qui carnis tueri causam pulcbrum ducit. Utri autem de Augustini animo credendum potius autumas an ipsi Augustino, an buic qui arte divinatoriâ usus aït. Probabilius est Augustinum librum de bono conjugali adversùs Hieronymum edidisse: Augustinus verò libros suos jam senex recognoscens, & quæ in eis junior scribendo minus rectè ediderat novis libris (quia evulgatos habere ut corrigeret illus nequibat) editis rerractando (quod de suis volebam agere *Erasmum*) de ipso libro super conjugali bono ita ad verbum loquitur:[a] „Joviniana bæresis sacrarum virginum meritum æquando pudicitiæ conjugali tantum valuit in urbe Roma, ut nonnullas etiam sanctimoniales, de quarum pudicitia suspicio nulla præcesserat dejecisse in nuptias diceretur; hoc maximè argumento cùm eas urgeret dicens: *Tu ergo melior quàm Sara, melior quàm Susanna sive Anna* &c. & paulo post. Huic monstro sancta Ecclesia quæ ibi est, fidelissimè ac fortissimè restitit. Remanserant autem istæ disputationes ejus in quorumdam sermunculis ac susurriis quas palàm suadere nullus audebat, sed etiam occultè venenis repentibus facultate quam donabat Dominos occurrendum fuit, maximè quoniam jactabatur Joviniano responderi non posse cum laude; sed cum vituperatione nuptiarum: propter hoc librum edidi cujus inscriptio est *de bono conjugali*." Sic Augustinus. Vide Lector quàm sinistrâ cogitatione virginitati sacræ derogans concepit *Erasmus* Augustinum librum illum non contra Jovinianam hæresim cum Hieronymo (cujus puto nondum libros in hæreticum illum viderat) conscripsisse, sed adversùs eundem Hieronymum, quod si egisset re ipsâ, utcunque favere fuisset visus perniciosissimæ hæresi quam hoc nostro sæculo impudentissimè restauravit *Lutherus*, infelix nimium: quem Joviniano in multis persimilem fuisse fateberis modò audieris, quæ post *Philastrum* de illo Augustinus ipse litteris mandavit, quæ hujusmodi sunt.[b] Jovinianistas quoque apud istum scilicet *Philastrum* reperi, quos jam noveram à Joviniano quodam Monacho qui tamen statu suo relicto tandem communem cleri vitam secutus est, bæresis ista orta est nostrâ ætate cùm adbuc juvenes essemus. Hic omnia peccata sicut Stoïci pbilosupbi paria esse dicebat, nec aliquid prodesse jejunia, vel à cibis aliquibus abstinentiam: virginitatem sanctimonialium & continentiam sexus virilis in Sanctis eligentibus cælibem vitam conjugiorum castorum atque fidelium meritis adæquabat, bæc ad verbum eum aliis quæ prætereo scripsit de Joviniano Augustinus. Unde facilè potest colligi, in quibus errorum pestiferis articulis similis fuerit Joviniano *Lutherus*. Uterqne monacbus fuit & uterque apostata, uterque continentiæ hostis ac jejuniorum, & unà derelicti ab eis sacri religionis status impugnator, commerciique carnalis patronus, quibus in rebus quantum ad bæresiarchas *Jovinianum* & *Lutherum* accedant, aut eorum dogmatibus faveant *Erasmus* & *Faber* perpende Lector: & bîc denique considera quæ sit in *Erasmi* judiciis super eruditione patrum de quorum fere nullo non pronuntiat, constantiæ stabilitas. Variis nempe scriptorum suorum locis Hieronymum cæteris quibuscunque scriptoribus Catholicis (ut de Etbnicis taceam) anteponit: adeò ut ad illum quem latuisse nihil penè asseverat, alii omnes Neophiti & infantes esse videantur. Alicubi tamen eidem Hieronymo, vel æquat, vel præfert beatum Cyprianum martyrem ponicum. Nonnunquam verò *Erasmi* calculo ad ipsius Origenem, Hieronymus quasi nihil est: quid

a L. 2. Retr. cap. 22.

b L. de hæres. cap. 83. part. op. 11.

autem hîc de eo censeat oh oculos habes. Nescivit (inquit Hieronymus) matrimonium unum esse de seprem Ecclesiæ sacramentis, in virginitatis commendatione imprudens excessit, conjugium seu matrimonii sortem iniquè læsit, de ea irreverentius justo locutus, hæc nimirum prætendit in præscriptis assertionis 22. verhis *Erasmus*, quàm modestè videris Lector.

ASSERTIO VIGESIMA-TERTIA.

Veteres orthodoxi quid sine litteris Græcis valituri fuerint in re Theologa non video, aït *Erasmus*. Fol. 99. pag. 1.

Notula in assertionem hanc.

Perpeode Lector quàm favorabilirer *Erasmus* sese, *Fabrum* & *Lutheranos* ferè scriptores (penè enim omnes ut audio linguis loquuntur pluribus, sed reverà hi omnes infelicissimè) supra Doctores omnes merè latinos efferat. In re Theologa parum valuerunt (ut vult *Erasmus*) beati *Leones* primus & secundus Romæ Pontifices, *Gregorius* primus, *Isidorus*, *Alcuinus*, *Rabanus*, *Haymo*, *Strabus*, *Anselmus*, *Bernardus*, *Hugo*, & *Richardus à sancto Victore*, *Petrus* item *Lombardus*, *Guillielmus* Altisiodorensis, *Thomas ab Aquino*, *Bonaventura*, *Alexander ab Halles*, & consimiles. Hi in Theologia quid (aït *Erasmus*) valuere potuerunt Græcâ destituti grammaticâ. Quasi diceret nihil penè : & non videt quia licet alia sit Græcis grammatica ars, alia Hebræis, & non nobis alia, una tamen omnium est & eadem omnino Theologia. Quæ omnis, quantum spiritui Dei expediens visum est, in Latinum eloquium fuit transfusa & quidem fidelissimè aut latinè scripta. Putas donet beato Gregorio magnitudinis nomen *Erasmus*? haud quaquam. Illi enim non sapiunt Gregorii ipsius moralia, seu in sanctum Job Homiliæ, in Ezechielem & complures Evangeliorum lectiones, scripta de cura pastorali, & aliæ illius beati patris vigiliæ; in gustu *Erasmi*, aut fatua sunt aut insulsa, Gregorü verè magni litteraria monimenta. Quid poterat (aït *Erasmus*) in re Theologa absque linguæ Græcæ peritia (quâ & Hebraïcâ præter Latinam instructus sum) Gregorius aut alii quilibet Latini Scriptores aut Doctores. Cui dici debet: Si nemini hac de re credis, crede vel operibus, quæ de Theologia ediderunt dissferentes purè Latini Doctores; crede amplissimis fructibus qui ex litterarum seminibus in Ecclesiæ Latinæ agro positis provenêre. Et appende quid bonæ frugis suis linguis *Faber*, *Lutherus*, *Oecolampadius*, *Melanthon* & bilingues, aut homines trilingues cæteris linguis variis gloriantes nunc à decennio ex quo plus quàm anteà eruere cœpit linguarum studium in ipsam involverint sanctam Ecclesiam. Tua *Erasme* dubio procul & præfatorum Scriptorum edita opera certa, sed verè plangenda super his dedere testimonia. Omnia quippe errorihus replevistis quibus (proh dolor) non plenè unquam area Christi repurgabitur donec ut aliàs dixI vasa quæ continent illos extiterint, id est pestiferi libri vestri. De hoc argumento dudum egit cum *Erasmo* suppresso tamen nomine *Jacobus Lathomus* : nunc Lovanieosis Doctor Theologus, olim verò in hoc acuto monte Philosophiam edoctus. Hæc autem scrihentes ab *Erasmo* hîc provocati linguarum non detrahimus (quod certè minimè licere contestamur) peritiæ; verùm eam hahentium & se oh id suprà cæteros vanè extollentium abusum, quem videmus ad oculum, & quos spargunt errores, damnamus.

ASSERTIO VIGESIMA-QUARTA:

Quid de puritate Conceptionis & vitæ matris Dei Ecclesia definierit, aut quomodo definierit mihi non satis liquet, verùm amoto decreto, Thomæ opinio, meâ sententiâ, longè probabilior est & ad Christi gloriam magis conducens. Folio 103. pag. 2.

Notula in assertionem hanc.

Paraphrasi cap. 3. heati Matthæi sic scripsit *Erasmus*. Christus solus omnium « nullâ peccati lahe contactus fuit. cap. verò « ejusdem Evangelii 14. Ita Christus solus « omnium, à peccatorum maculis fuit « immunis : & Lucæ 2. Christus solus ab « omni peccati contagio immunis fuit : « propter quæ reprehendens eum sic equidem scripsi. Cùm sessione 36. sacrum Basileense Concilium consentaneè ad cultum Ecclesiasticum definierit beatam Christi Genitricem nullâ unquam peccati labe contactam fuisse, nullique de cætero licirum esse in contrarium prædicare seu docere: constat unamquamque harum trium assertionum schismaticam esse, quas assertor *Luthero* in hoc dextras dans, contra honorem immaculatæ Virginis, impiè concepit & perniciosè edidit. Lucæ 1°. Iterum ita scribit *Erasmus* ad Sanctarum Sanctam Virginem loquens ; ubi lihido « intercedit in coïtu, ibi quod nascitur im- « mundum nascitur & peccato obnoxium. «

Quod arguens sic dixi. Quoniam neque hic à regula communi demit *Erasmus* sanctam Dei Matrem, de hac dico propositione sicuti de prioribus. Hæc autem excusare contendens nunc ait: quid de Conceptionis puritate & vitæ Matris Dei &c. Perpende Lector an sit ista ejus recipienda defensio; an potius pertinax & impia censeri debeat in errore progressio? Nescire se, inquit, quid de puritate Conceptionis & vitæ matris Dei Ecclesia definierit, aut quomodo: quis unquam à damnato heresiarcha *Elvidio* & prius à *Symmacho* impurissimo de puritate vitæ matris Dei sanctæ dubitavit? De conceptu diu disceptatum extitit, de vita minimè. Mihi, inquit *Erasmus*, verè in hoc *Elvidii* æmulator & Antidicomarites, de puritate vitæ matris Dei, quid definierit Ecclesia, aut quomodo definierit non satis liquet. Et meâ sententiâ ait, opinio asserens illam in originali peccato fuisse conceptam probabilior est & ad Christi gloriam magis conducens. Addit autem amoto decreto, quod tamen nullum esse novit. Sic sic ut Christi favere gloriæ videantur *Lutherani* & *Faber* sicut hic *Erasmus*, & beatæ matri ejus & Sanctis impiissimè derogant.

ASSERTIO VIGESIMA-QUINTA.

Probabilius est, nec in Concilio Niceno, nec in Carthaginensi quicquam agitatum fuisse de authore epistolæ quæ Pauli ad Hebræos dicitur sed de authoritate. Fol. 106. pag. 1.

ASSERTIO VIGESIMA-SEXTA.

Arbitror omnibus sæculis fuisse Doctos qui de hujus epistolæ autore dubitarunt, & ipse ut ingenuè fatear adhuc dubito, dubitaturus donec expressum Ecclesiæ judicium super hac re videro. Neque enim Nicenum Concilium, aut Carthaginense ex sese obligabat universalem Ecclesiam. Ibidem.

Notula in assertiones istas.

Perpende Lector quidnam sit homini huic faciendum ut animum inclinet cum Ecclesia sentire de autore, seu scriptore epistolæ quæ dicitur Pauli ad Hebræos: decreta Conciliorum Ecclesiæ universalis plura & pro ultimo illud quod sub Gelasio Romæ celebratum est tradunt epistolæ illius autorem fuisse Paulum. Hoc Augustinus qui tertio Carthaginensi Concilio (ubi consentaneè ad Nicenum, ut Apostoli Pauli epistola hæc recepta est) interfuit testatur: universalis Ecclesiæ usus atque consensus itidem asseverat. *Erasmo* non satis hæc sunt; dubitat adhuc toto prudentior orbe. Anne verò intolerabilis sit error & execrandum schismatis fomentum quod subnectit, scilicet non potuisse Nicenum Concilium, aut Carthaginense, universalem obligare Ecclesiam, tu Lector videris, quandoquidem de Niceno ita scribit beatus Gregorius: [a] Sicut sancti Evangelii quatuor libros, sic quatuor Concilia suscipere & venerari me fateor, scilicet Nicenum &c.

ASSERTIO VIGESIMA-SEPTIMA.

Quod Virgini dicit Ecclesia, *quia quem meruisti portare*: hoc est contigit tibi. Fol. 112. pag. 2.

ASSERTIO VIGESIMA-OCTAVA.

Durum est (ait Erasmus) quòd subnectit *Beda* scilicet quia Maria sola tanto beneficio propriis meritis seipsam dignificavit: quid est seipsam dignificavit, nisi Deus eam non dignificavit? Quid est propriis meritis nisi sine gratia Dei? Quid est tanto beneficio, nisi merita propria virginis paria erant magnitudini beneficii? Ibidem.

Notula in assertiones istas.

Perpende lector. Admittenda ne sint hæc *Erasmi* egregia interpretamenta. Fateor ego quia si forent digna quæ reciperentur, durissimum esse quòd me dixisse super hac re superiùs commemoravi. Sed absit ut commenta hujusmodi admittantur. Sic equidem uti jam præmisimus expressis diximus hac de re verbis. Si tantum dixisset *Erasmus* divini favoris fuisse quia beatæ oblatum est virgini, cum evangelio loqueretur, gratiam enim Dei quis inficiaretur principem eo in negotio tenuisse locum? Quod autem addit non meriti tui est &c. & paulo mox tanto beneficio semetipsam præveniente tamen & cooperante, uti semper diximus, gratia Dei, meritis propriis in mulieribus sola dignificavit: vide precor an (istis meis verbis suppressis) tam sinistra confingere *Erasmus* commenta debuerit. Utrum verò magnitudini beneficii tanti quo scilicet Mater Dei facta est benedicta virgo paria dici possint propria ejus merita, quòd non dixi ego, nihil ad me pertinet: Reor tamen proportione secundùm legem quam posuit Deus quæ meriti ad præmium ab orthodoxis ponitur

[a] Lib. 1. registri Epistola. 14. & hoc refert gr. dist. 14. cap. sicut.

non

non absurdè posse dici, ratio siquidem distributivæ justitiæ in ejusmodi, omni excluso errore semper servatur.

ASSERTIO VIGESIMA NONA.

An Simeon ad plenum intellexerit utramque naturam in Christo & plenissimum ab ipso statim conceptu divinitatis influxum in hominem, non ausim affirmare, cùm mater & pater dicantur admirari super his quæ dicebantur de illo. Fol. 117. pag. 2.

Notula in assertionem hanc.

[a] Simeon, referente Luca, responsum acceperat à Spiritu sancto qui erat in eo, non visurum se mortem nisi prius videret Christum Domini: quem cùm in ulnas accepisset, Deum benedixit dicens: *Nunc dimittis servum tuum Domine, secundùm verbum tuum* (ad me factum) *in pace*: *Quia viderunt oculi mei salutare tuum &c.* Quid est viderunt oculi mei salutare tuum, nisi quòd Angelus sancto Joseph putativo patri dum adhuc mysterium non satis ipse nosset, explicuit dicens. *Vocabis nomen ejus Jesum ipse enim salvum faciet populum suum à peccatis eorum.* Quis autem à peccatis suum potest populum facere salvum, nisi Jesus solus Deus? Hæc plena fide Prophetico spiritu Simeon intellexit.[b] Intelligentiâ enim opus est in visione: Deum ergo Spiritu cognovit quem salutare, id est salvatorem Professus est Simeon & hominem quem senex in ulnis suis tenuit portans, scilicet eum a quo portabatur. Quod denique ait hic *Erasmus*, divinitatis influxum in hominem &c. nisi locutionis abusu excuses quia scilicet hominem pro humanitate dixerit, extrema est blasphemia. Nomen enim homo signat Dei verbum quòd eadem divinitas est cum patre & Spiritu Sancto, in quod nihil influere potest, sed in assumptam naturam (quæ homo non erat sed humanitas) influebat tota trinitas non aliter verbum assumens quàm pater & Spiritus Sanctus.

ASSERTIO TRIGESIMA.

Probabile est Joseph & virginem tanquam parentes crebro benedixisse puero Jesu, quemadmodum Patriarchæ suis filiis benedixerunt. Fol. cxvij pag. ij.

Notula in assertionem hanc.

Perpende lector, an ut salvet Erasmus hanc suam propositionem (Simeon senex puero Jesu bene precatus est) per nos in paraphrasi Lucæ ij. taxatam, pie sentire & scribere potuerit quod hic cernimus. Porrò filiis suis benedicentes patriarchæ illis, ut pure hominibus timebant, ne naturæ donis abutentes Deum creatorem suum offenderent & ita divinis sese indignos redderent promissis: hinc Dei bonitatem obsecrabant, vellet sua pignora in bono conservare & præservare præsertim à malis culpæ, illisque in omnibus ad recte vivendum adesse & cooperari: Temporalia insuper bona unde illi servirent conferre. Hæc & consimilia dona suis nimirum liberis benedicendo patriarchæ conprecabantur à Domino Deo suo erogari. Vide ergo an beata Virgo & Joseph quibus, ceu jam docuimus, plane fuerat revelatum puerum natum Deum esse: à quo solo illis erat salus pro se & cæteris petenda & speranda, quique pati quicquam in assumpta carne nequiret nisi quòd ipse vellet, pro ratione redemptionis eorum & hominum omnium, illum ut sibi propitius foret (quemadmodum Petrus[c] semel ob quòd Sathanæ nomine vocari commeruit & durius rejici) potuerint cum ratione postulare. Absit ab eis talis infidelitas quæ nec in ipso sene Simeone esse potuit. Porrò Christum Dominum amplexatus non illi, sicut hic deliravit *Erasmus* benedixit, sed illum: parentibus verò ejus plane benedixit, beato Luca[d] super his fidele testimonium perhibente.

ASSERTIO TRIGESIMA PRIMA.

An beata Virgo dum filio suo annos duodecim nato dixit: *Fili quid fecisti nobis sic*, evidenter cognoverit filium esse Deum & hominem, mihi (ait *Erasmus*) parum liquet: cum Pauló ante dicti sint admirari de iis quæ dicebantur de puero. Fol. cxxij. pag. j.

ASSERTIO TRIGESIMA SECUNDA

Vehemens amor etiam tuta timet, quòd Mariæ quoad filium scilicet potuit accidere, nec loquor de malis animi, sed de corporis incommodis. Ibidem.

ASSERTIO TRIGESIMA TERTIA.

Meo judicio pium est credere beatam Virginem maternâ sollcitudine curasse filium quoad corporis necessitatem attinet, quasi purum hominem, ignaram quando

[a] Luc. 2. [b] Dan. 10.

[c] Matth. 16. [d] Luc. 2.

illi placeret suam prodere divinitatem. Ibidem.

ASSERTIO XXXIV.

Si Maria & Joseph sciebant puerum Jesum Deum esse neque quicquam passurum quam oportuit, quid est dolebant metuentes ne parentes suos relinqueret? ibidem.

Notula in assertiones istas quatuor.

Perpende Lector, quantâ pervicaciâ in semel concepta impietate perstet scriptor iste. Pendent etenim hæc omnia ab hoc uno errore ejus quo perperam credidit dominam nostram non cognovisse sub infantia filii sui fuisse illum Deum & hominem: & quia eum curaverit, ut hominem purum divinitatis illius ignorantiâ. In superioribus autem per scripturas & alia media Virgini mysterium ipsum plene fuisse notificatum monstratum est. Patriarchæ complures & Prophetæ prout orthodoxi, docent patres & arcanum divinarum personarum Deo illis aperiente cognoverunt, & messiam futurum Deum & verè Filium David: quòd ut cæteros pro nunc taceam compendii gratiâ, de Daniele a manifestum est qui ait, *Aspiciebam donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit*, ecce patris personam, & Paulo post. *Thronus ejus flammæ ignis millia millium ministrabant ei, & decies centena millia assistebant ei.* Ecce potestatis majestatem, & rursum post. *Aspiciebam ergo in visione noctis, & ecce cum nubibus cæli, quasi filius hominis veniebat*, ecce incarnationis opus futurum: *& usque ad antiquum dierum pervenit*; ecce æqualitatem filii cum patre: *& dedit ei potestatem & honorem, & regnum, & omnes populi, tribus, & linguæ, ipsi servient. Potestas ejus potestas æterna quæ non auferetur: & regnum ejus quod non corrumpetur.* Num putas quia domina mundi ista non legerat? Nun ei venerunt in mentem dum illi diceret Gabriel, *dabit ei*, scilicet tuo futuro filio, *Dominus sedem David patris ejus, & regnabit in domo Jacob in æternum, & regni ejus non erit finis*: Nonne istud est quòd præviderat & monumentis litterarum Daniel commiserat? Omnino idem esse credit quicumque syncerus theologus est. Sunt in scripturis loci plurimi ubi hujusmodi aperiuntur mysteria quæ (uti præmissum est) futura, benedicta in mulieribus Domino id volente & eidem cooperante intrnspexerat: non tamen ista Erasmo sapiunt de cujus pietate in Dei matrem & magnalia circa eam divinitus celebrata ex his aliisque multis facile est quanta sit, conjicere, quicquid ad velamen, verbo dum premitur, dicat.

a Dan. 7.

ASSERTIO TRIGESIMA QUINTA.

Putabam Christum obediisse parentibus juxta naturam humanam non ex præcepto, quo non tenebatur præsertim in negocio paterno: nec absurdum putabam, si idem juxta divinam naturam diceretur obediens patri citra jacturam æqualitatis. Fol cxxij. pag. ij.

Notula in assertionem hanc.

Perpende lector, an quod putavit *Erasmus* absurdum non esse, filium scilicet secundùm divinam naturam patri debere obedientiam & præstitisse, revocare sit per indirectum saltem, blasphemiam Arii post Origenem ejusdem fontem: eadem est enim & simplicissima deitas unus solus Deus: quomodo ergo obedentia in divina essentia excogitari potest quæ non nisi inferioris ad superiorem esse potest? Quod autem dicit *Erasmus* citra jacturam æqualitatis, est omnino rejiciendum cum sit impossibilis conditio. Origenes dixit filium patri ministrum in mundi creatione fuisse & semper utrique Spiritum Sanctum: & ita quamquam, & Filius, & Spiritus ille Dei Deus in scripturis nominetur ait Origenes, non tamen naturâ sicut pater: & hæc venena idcirco secutus est Arius quia tantâ admiratione suspiciebat Origenis ingenium & sensuum altitudinem tanti faciebat, ac subtilitatem quia illum errasse in theologiæ præcipuis apicibus credere non poterat: à quo judicio non multum abesse videtur *Erasmus*. Porrò locis variis magis Arium excusat quam damnet, quod quam sit impium quis non facile intueatur? Absit igitur admittatur in divinis obedientia: nam quod filius missus est in mundum hoc est nostram absumpsit naturam opus fuit non solius patris, sed totius trinitatis, licet sola filii persona sit incarnata. Dictis autem quorumdam sanctorum quæ huc citavit *Erasmus* ut suo faventia errori non jam uti licet nisi ad sanum reductis intellectum, nec finit theologiæ disciplina ita nunc quempiam loqui.

ASSERTIO TRIGESIMA SEXTA.

Quod Christus obsecutus est matri, dis-

pensationis erat quia obediens est patri, scilicet secundùm divinam naturam naturæ est, nam ut ipse naturâ gignens est author filii scilicet, ita filius nascens naturâ obediens est gignenti. Fol. cxxv. pag. j.

Notula in assertionem hanc.

Perpende lector ex proxime dictis de Origene & Ario quidnam de hac sit judicandum assertione. Minime etenim admittendum quicquam uni divinarum competere personarum (relationum rationibus demptis) quod alteri non conveniat. Manifestum est autem quia obedire non est relativum, aut opus ad intra. Alioquin Spiritum Sanctum Patris & filii Ministrum statuimus: quod est Origenis & Arii perversitas. Neque recipiendum, sed rejiciendum prorsus est quia pater sit filii author vel causa, sed principium. *Erasmo* autem qui ait nomen author convenientius præsenti intentioni esse quam nomen principium, dicito non posse id ipsum quod ait nosse, proinde loquendum ei esse cum Patribus Ecclesiæ. Si vero ipse rursum alterve dicat, Id volo nomine, author vel causa, & intendo quod tu nominibus principium, gignens, ingenitus, pater. Respondendum, tene sensum & corrige linguam, sic te dicere jam non licet.

ASSERTIO TRIGESIMA SEPTIMA

Religio pietas est, quid aliud igitur sonat factitia religio quam fucatam & commentitiam: quales erant religiones gentium ab hominibus excogitatæ? Fol. cxxxij. pag. ij.

ASSERTIO TRIGESIMA OCTAVA.

Cùm sit una Christianorum omnium religio, dicere religiones varias non multum abest à blasphemia: & hoc est vere scindere Christi tunicam inconsutilem. Ibidem.

ASSERTIO TRIGESIMA NONA.

Nunc dicunt qui scilicet religiosi vocantur: nos religiosi, & si quis percontetur de eo qui monachismum Professus non sit, est ne religiosus? Non est, inquiunt, hic contumeliosi in proximum, illic sibi arrogantes. Ibidem.

Notulæ in assertiones istas.

Perpende lector quam irreligiosâ, impudentiâ, & ore vere blasphemo sacros patrum, *Basilii*, *Hieronymi*, *Augustini*, *Benedicti*, *Francisci*, immo & Ecclesiæ Catholicæ ordines Paganorum impiis idololatriis æquet & conferat Frater *Erasmus*. Statuum siquidem horum unusquisque (ut vult) fucatus est & commentitius, quales erant Paganorum religiones: quibus scilicet sacra exolvebant *Baccho*, seu libero patri, *Dianæ*, *Cybeli*, *Vestæ*, *Isidi*. Bonæ deæ, *Jovi*, *Herculi*, *Junoni*, *Serapi*, *Belo*, & cæteris superstitionum præsidibus, o viri mentem deméntissimam. Vere de hujusmodi desertoribus & recte Augustinus sicut supra commemoravimus, enunciavit: quia status quem semel deseruerunt vituperatores fiunt & maledici &c. Cujus profecto sit ad sinceram pietatem animi palam hic fecit Frater *Erasmus*: nec sibi reliquum fecit unde criminationem impiam quam facit, valeat declinare dum pro eodem ducit sub regula Augustini, Benedicti, aut Francisci vivere, & in paganismo sacrificare deæ Vestæ aut Priapo, vel infandis id genus & ementitis numinibus: quodque beati sacrorum ordinum sub Deo institutores Christi vestem inconsutilem conciderunt. Sed de his pro quibus, prælatis & fidei inquisitoribus è vinculis respondere deberet ore proprio scriptor & non calamo, plus satis non semel diximus.

ASSERTIO QUADRAGESIMA.

Si affectu quo cruciatum cujuslibet commiseramur, Christi mors deploranda est, cur igitur Ecclesia tantis gaudiis celebrat natalitia martyrum, qui tamen non caruere peccatis? Hic potius erat plorandum. Fol. cxxxv. pag. j.

ASSERTIO XLI.

Si Christus voluit hoc pacto mortem suam deplorari, cur compescuit fletum mulierularum? Ibidem.

ASSERTIO XLII.

Si tempore passionis plorandum erat ob præsentem cruciatum, quoniam Christus qui revixit jam non moritur, non est illius mors nobis deploranda, sed applaudendum victoriæ. Ibidem. pag. ij.

ASSERTIO XLIII.

Quid esset piaculi si homines accederent ad Christi mortem celebrandam læti & alacres. Fol. cxxxvij. pag. j.

Notula in assertiones istas.

Perpende lector eorum quæ præmissa per nos his de rebus fuere, non obli-

tus quid possit universalis Ecclesia viri hujus insanæ & schismaticæ temeritati respondere : qui unus os in cælum superbissime ponens reprobat quod Sancti omnes, quod prælati & rectores gregis Christi in utraque politia laudant, adiurant, promovent. Adversus quippe hominem talem rationibus agere non est, sed juris aliis remediis : quoniam in his & proxime præcedentibus assertionibus, non tantum Lutheranus est, sed vesanus Luciani sectator, sacrariores in Ecclesia gradus & ritus subsannans, pervertere & extremâ insaniâ destruere molitur.

ASSERTIO XLIV.

Si opera quæ prædixit Christus sese in futuro judicio commemoraturum dicens Matthæi XXV. *Esurivi, & dedistis mihi manducare &c.* sine fide nihil sunt, si fides in his principatum obrinet : congruenrius est dicere Deum judicare nos, ex fide quàm ex operibus. Fol. cxxxix. pag. ij.

ASSERTIO XLV.

Hujusmodi benefacta à Christo commemoranda in judicio adeo non sibi imputant benedicti scilicet qui fecerunt, ut nesciant se illa fecisse. Ibidem.

Notula in assertiones istas.

Perpende lector an sint hæc adversa his Apostoli verbis [a] : *Si habuero omnem fidem & distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas : & si tradidero corpus meum ita ut ardeam, charitatem autem non habuero nihil mihi prodest:* Et rursum. *Nunc autem manent fides, spes, charitas, tria hæc, major autem horum est charitas:* principarum indubiè in virtutibus charitas obtinet & fides fundamentum, seu initium earum est. Si præterea congruentius est dicere &c. Reprehendat Erasmus Spiritum Sanctum quo monente *David* [b] contestatus est dicens Domino : *Tibi Domine misericordia quia tu reddis unicuique juxta opera sua* Et Apostolus eodem agente Spiritu Romanis dixit [c] *Qui scilicet Deus reddet unicuique secundùm opera ejus.* Reprehendet & Christum qui
„ prædixit, Filius Hominis venturus est in
„ gloria patris sui cum Angelis suis : & tunc
reddet unicuique secundùm opera ejus
“ Et per Joan in Apocalypsi : [d] *Ecce venio citò & merces mea mecum est. Reddere unicuique secundùm opera sua.* An rectè aurem sapuerit *Erasmus* dicens hujusmodi benefacta à Christo commemoranda &c. ex superioribus satis liquet.

[a] 1. Cor. 13. [b] Psal. 61. [c] Ad Rom. 1. [d] Apoc. 22.

ASSERTIO XLVI.

Judæorum & gentium ad baptismum venientium corda purificabat fides utique sola. Fol. clij. pag. j.

ASSERTIO XLVII.

Si dixissem (ait *Erasmus*) à baptismo, id est post baptismum nos justificari solâ fide, poterat habere pium sensum : solum enim dicitur quod est præcipuum. Ibidem.

Notula in assertiones istas.

Perpende lector an jam crebrius quantum sat esse debet monstraverimus fidem in justificarione peccatoris, seu cordis purificatione non præcipuum locum habere, sed charitatem : fidem verò ordine naturæ primum. Manifestum est autem quoniam & natura, & gratia à minus perfectis ad perfectiora progreditur : quomodo autem pium sensum assertio hæc habere posset post baptismum, nos solâ fide justificamur cum sit contraria litteræ & sensui Beati Jacobi qui ait : [e] *Videtis quoniam ex operibus justificatur homo & non ex fide tantum :* & ideo est apertè hæretica.

ASSERTIO XLVIII.

Si hæc propositio est impia : [h] duo sunt pater & filius, impia erit & hæc, tres sunt, Parer, & Filius, & Spirirûs Sanctûs. Fol. cliij. pag. ij.

Notula in assertionem hanc.

Perpende lector, an rectè inferat theologus iste : cùm enim in enunciationibus de divinis non tam attendarur vocabulorum ratio, seu proprietas quàm modus quo sunt patres locuti. Nam & Augustinus de his agens : [f] liberis, inquit, loquuntur verbis philosophi. Nec in rebus ad intelligendum difficillimis offensionem religiosarum aurium perrimescunt : nobis autem qui scilicet de divinis disserimus & docemus quæ sunt fidei, ad certam regulam loqui fas est, ne verborum licentia etiam de rebus quæ his significantur impiam gignat opinionem : non sunt admittendæ in his locutiones quibus non sunt patres usi, aut quas theologorum rejicit schola. Quoniam itaque Christus asserit dicens. [g] *Ego & pater unum sumus :* non

[e] Jac. 2. [f] Lib. 10. de Civit. cap. 23. [g] Ioan. cap. 10. [h] 1. Joan. 5.

debet

»debet homo uti hac propositione, duo »sunt pater & filius: & licet ad aliquem »pium trahi possit intellectum, quia ra»men errori potius videtur favere Arii, »rejicitur. Ista autem assertio *tres sunt, Pater & Filius, & Spiritus Sanctus*, quoniam sequitur ex hac quæ est in sacra Scriptura. [a] *Tres sunt qui testimonium dant in cælo, Pater verbum, & Spiritus Sanctus* omnino est admittenda.

ASSERTIO XLIX.

Si hæc propositio est hæretica. Filius & Pater sunt duo testes, hæreticum erit quod scripsit Joannes, Tres sunt qui testificantur in cælo. Fol. cliij. pag. ij.

Notula in assertionem hanc.

Perpende lector an in scholis hæc debuerit ut discipulus edoceri prius *Erasmus* quam magistrum agere in tam arduo negotio. Discat proinde vel nunc senex quia licet pie dicatur, tres sunt qui testimonium dant in cælo, unus tamen testis & non plures sunt, Pater & Filius & Spiritûs Sanctûs. Dixit enim David, *testis est*, scilicet *in cælo fidelis* & Apostolus toties, [b] *Testis (ait) mihi Deus est*, & alibi. [c] *Ego autem Deum testem, invoco* [d]: non ait testes patrem & filium & Spiritum Sanctum invoco, sed Deum: Deus nimirum testis unus est non plures: quemadmodum tres divinæ Personæ creant, regunt & adjuvant creaturas suas: & pater creat, regit & adjuvat, & similiter filius & Spiritus Sanctus, non tamen dicitur quia tres sunt creantes, regentes & adjuvantes; sed unus creans, regens, & adjuvans: quemadmodum enim omnipotens est Pater, omnipotens Filius, omnipotens Spiritus Sanctus, non tamen tres omnipotentes, sed unus omnipotens, ita nec tres sunt creatores, rectores & adjutores, sed unicus creator rector mundi & adjutor. Nec obviat bis quia pater & filius duo dicuntur spirantes, unicâ tamen spiratione: quia spirare in his notionale est & non essentiale. Hæretica igitur ista est assertio, Filius & Pater sunt duo testes, quoniam quæ Trinitati in ordine ad creaturas competunt nequaquam pluralitatem admittunt: catholica verò hæc est, *Tres sunt* scilicet personæ, *Pater & Filius & Spiritus Sanctus* qui testimonium dant in cælo, unico tamen testimonio, & ut ita dicam unicissimo sermone. Vide item an sit tolerabile, quia pro nostro textu: [e] *Tres sunt qui testimonium dant in cælo*: suo utitur *Erasmus* dicens, [f] Tres sunt qui testificantur in cælo & asserit Joannem ita scripsisse.

[a] 1. Joan. 5. [b] Ps. 88. [c] R. 3. [d] Cor. 2. [f] Joan. 5. [g] Matth. 15. [h] Gen. 3.

ASSERTIO QUINQUAGESIMA.

Christus non solum nihil præcepit de cibo potuve, aut de veste, ut pene diversum pronunciaverit: [g] quod intrat in os non coinquinat hominem. Fol. clxix. pag. j.

Notula in assertionem hanc.

Perpende lector quam firma sint scriptoris hujus paradoxa, in superioribus audacter universalem pronunciavit sententiam dicens Christum dedocuisse ciborum delectum quod est improbasse & ab illo potius docendo avertisse aut revocasse homines: quòd prorsus erroneum est & Lutheranum. Hic autem sibi vel in modico hominum judicia reformidans stilo suam attenuat insaniam dicens, non solum nihil præcepit de cibo & potu Christus ut pene in diversum pronunciaverit. Hæc non cohærent, absolute dedocuit & pene diversum pronunciavit. Vide item quam perperam ex illo Christi verbo *quod intrat in os non coinquinat hominem*, colligit abstinentias & jejunia pene fuisse à Christo dissuasa, quasi voluerit Christus non peccare hominem ullo tempore per cibi & potus usum: Sciscitare ab *Erasmo*, si quod intrat in os, comedentem nullo tempore coinquinat ad literam sicuti ipse hostis pœnitentiæ & Epicureus hic accipere contendit: cur Deus tam dirâ ultione esum pomi unius in Adam patre omnium punivit? [h] Pomum in os primi parentis intravit: si inde non est coinquinatus, non peccavit. Si non peccavit, quare inde morimur omnes? Ad hæc respondeat iste patronus licentiæ carnalis: aut ex hoc digitum imponat ori suo inverecundo, ne quid in posterum super mortificatione carnis tam impudenter evomat, quicquid enim astutiâ rhetoricæ suæ depromere potuerit causam dans cur Adæ primo nostro parenti pomi comestionem, ad crimen tam dispendiosum imputaverit Deus (opinor enim *Erasmum* non dicturum ipso esu Adam non peccasse, etiam si animo secus sentiret) eandem proportione servatâ militare videbis rationem adversus quemcumque Christianum & monachum qui cibum capit prohibitum, hoc est, inobedientiæ malum. Fatendum quidem est, esus de se res est indifferens, & propterea comedere suâ

pte naturâ peccatum non est, & ideò non coinquinat per se comedentem, quod voluit Christus. Verùm non inde conficiet Epicureus iste, malum non esse quibuscumque & quocumque tèmpore escis uti. Porrò qui comedit quod est illi prohibitum aut quando, Deum qui id per vicarios suos fieri prohibuit inobediendo sicut Adam, offendit.

ASSERTIO LI.

In Evangelica parabola (quæ scilicet de extremo judicio Matthæi XXV. refertur) narrantur opera charitatis, verum est scilicet: sed hi qui fecerant nesciebant se fecisse, qui commemorabant sua benefacta, hos non agnovit Christus. Fol. clxxviij. pag. j.

Notula in assertionem hanc.

Perpende lector quam scite vir iste rationem scripturarum perspicit, parabolam vocans veram à Christo prædictam de futuro prophetiam. Non est certe parabola quod dicit Christus. *Cùm venerit Filius Hominis in majestate sua & omnes Angeli cum eo, tunc sedebit super sedem majestatis suæ, & congregabuntur ante eum omnes gentes* &c. verum prophetica de futuro judicio prænunciatio. Parabolas loco illo Matthæi Christus, clauserat dicens, *inutilem servum ejicite in tenebras exteriores: illic erit fletus & stridor dentium.* Sequitur, *Cùm autem venerit Filius Hominis* &c. Deinde (omissis quæ hic repetit quia jam non semel attigimus ea) vide num in littera beati Matthæi comperies qui sua benefacta commemorando jactitent: non certè illo in judicio ubi erunt omnino aperti libri locus erit jactantiæ: qui nempe dicturi sunt respondendo Domine *quando te vidimus esurientem, aut sitientem, aut hospitem, aut nudum aut infirmum, aut in carcere, & non ministravimus tibi*? Non benefacta sua commemorant ut ex litera constat. Non enim prætendunt, immo ministravimus, conscientiâ refragante ob judicis & omnium Angelorum atque electorum præsentiam: quod enim dicunt *Domine quando te vidimus* &c. Quæstio non est ex ignorantia procedens, sed ex sibi præparatorum admiratione suppliciorum. Si quid autem usquam legatur à quovis Doctore dictum quod huic intelligentiæ videatur non cohærere illud debet ad pium reduci sensum, quia hæc trita sunt.

ASSERTIO LII.

Si verum est quod hic ad Roma VI. dicit Apostolus.[a] *Non enim sub lege estis* & alibi *Justis non est lex posita.* [b] Et Galat. *Si spiritu ducimini non estis sub lege*: quomodo verum est quod dicit Beda, Omnes obnoxios esse legi. Fol. xcvij. pag. ij.

Notula in assertionem hanc.

Perpende lector quemadmodum ubi suis artibus palliare, aut fucis operire priores satagit errores homo iste, assiduò in deteriores prolabitur. Super cap. 6. epistolæ ad Rom. dixerat sic. Jam ad „ benefaciendum non cogimur præscripto, „ id est, præcepto legis, sed meritis & amo- „ re provocamur: quod ut debui reprehendi, hic autem beguardos superat delirans quantum ad articulum istum & Beguinas in Concilio Viennens. damnatas. Porrò ita de hæreticis illis immundis Concilii decretum habet. [c] Tertio tenent & asserunt scilicet Beguardi & Be- „ guinæ quia illi qui sunt in prædicto „ perfectionis gradu, quo scilicet (ut stul- „ tissime somniant) homo impeccabilis est, „ quicquid agat, nec in gratia potest ultra „ proficere: & spiritu libertatis non sunt „ humanæ subjecti obedientiæ, nec ad ali- „ qua præcepta ecclesiæ obligantur, quia „ (ut asserunt) ubi spiritus Domini ibi li- „ bertas. Ecce infelices isti ob eam quam ponebant perfectionem non dicebant assecutum illam eximi, nisi ab hominum obedientia & Ecclesiæ præceptis: de naturæ autem & divina lege silebant. At *Erasmus* verum inquit non est quod ait Beda omnes obnoxios esse legi scilicet Dei: quod delusione sathanæ seductus se putat probare per illas quas citat scripturas. Qui autem negat omnes homines decalogo & aliis divinis obnoxios esse mandatis, quando fatetur eos Ecclesiæ jussionibus & hominum obedientiæ teneri devinctos? An non vides lector in damnatam hæresim Beguardorum non tantum lapsum esse scriptorem hunc, dum veritati monstratæ pervicaciter resistit, verùm illam insaniendo longe vincere dum credit & docet falsum quod dixi omnes obnoxios esse legi Dei: & non videt miser à Dei & proximi dilectione neminem omnium lege stante posse excipi, quia lex vetus jubet. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, ex tota anima tua, & ex tota fortitudine*

[a] 1. Tim. 1. [b] Ad Gal. cap. 6. [c] In clement. de hæreticis, cap. ad nostrum. [d] 2. Cor. 3. [e] Deuter. 6.

tua: Christus autem rogatus quod esset mandatum magnum dixit in lege [a], *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua hoc est maximum & primum mandatum. Secundùm autem simile est huic*, [b] *Diliges proximum tuum sicut teipsum.* [c] *In his duobus mandatis universa lex pendet & Prophetæ*, id est, qui hæc illibate servat nullum legis aut prophetarum præterit mandatum. An ergo dicens Apostolus: *Non enim sub lege estis: & justis non est lex posita*, voluerit quod hæretice cogitaverunt Beguardi, quos ut dixi delictio hic supergreditur *Erasmus*, cùm [d] Galatis contestetur Christum ipsum factum sub lege: & Romanis, *nemini* inquit, *quicquam debeatis nisi ut invicem diligatis: qui enim diligit proximum, legem implevit. Nam non adulterabis, non occides, non furaberis, & si quod est aliud mandatum, in hoc verbo instauratur. Diliges proximum tuum sicut teipsum, dilectio proximi malum non operatur.* Discat itaque *Erasmus* quid inter sese habeant hæc discriminis esse sub lege, esse in lege, & esse sine lege, & supra legem: quod post divum Augustinum & Doctores cæteros non semel docuimus, & ab errore quo ratus est non esse omnes legi Dei (addo autem nunc & Ecclesiæ ac Prælatorum mandatis) obnoxios resipiscat, nisi cum Beguardis (quod absit) perire velit.

ASSERTIO LIII.

Quod dixi (ait *Erasmus*) nos jam non cogi ad benefaciendum præscripto, id est precepto legis, non loquor de quibusvis baptizatis: sed de his qui perseverant in gratiâ semel hausti spiritus. Fol. cxcviij. pag. j.

Notula in assertionem hanc.

Perpende lector hunc unum è cuniculis quos plurimos sibi ad effugium ne unquam in dogmate sese errasse fateatur scriptor iste concinnavit, non loquor ait de quibusvis &c. Ecce sic ad verbum habet paraphrasi cap. vj. epistolæ ad Ro-
„ma. littera illius. Neque vero periculum
„est ne peccatum vos dolentes in pristi-
„nam retrahat servitutem. Quandoqui-
„dem jam non estis obnoxii legi, quæ cu-
„piditates irritabat potius quam coërce-
„bat, sed gratiæ Dei Et Paulo post. Hoc
„magis abstinendum est à peccatis, quia
„jam ad benefaciendum non cogimur
„præscripto sed meritis & amore provocamur, hæc *Erasmus*: Circa quæ supplens quod indiligenter scribendo in eum censuras egisse me confiteor, Dico istud esse plane hæreticum. Jam non estis obnoxii legi, quæ cupiditates irritabat: quandoquidem lex illa teste Apostolo, ista in genere est. [a] *Non concupisces*, cui obnoxius est quivis hominum tam Judæus, quàm paganus, aut Christianus, tam perfectus quàm peccator. Jam vide quo imponar hic lectoribus cuniculo: absoluta est ejus locutio: jam, inquit ad benefaciendum non cogimur præscripto, nisi forsan se tamen monstret hoc pronomine nos seque existimet quales sunt de quibus modo dicit se fuisse locutum, qui scilicet perseverant in gratiâ semel hausti spiritus. At quomodo in illo perseverasse dici potest ordinis sui sacri desertor: quod utinam recogitet cum fructu.

ASSERTIO LIV.

Si æternum præmium simpliciter debetur, quod asseverat Beda, mentitus est Paulus qui dixit, *gratia Dei vita æterna.* Fol. cxcviij. pag. j.

Notula in assertionem hanc.

Perpende lector & hic artium *Erasmi* unam, Paraphrasi siquidem cap. VI. ad „
Romanos inter alia sic ille scripsit: his qui „
Deo serviunt pro sua virili non ut merces „
debita, sed ut beneficium à propitio patre reponitur immortalitas: quam ego assertionem reprobans ita censuram propositionis. cxlvij. in eandem protuli. Assertio hæc Lutherana in superioribus frequenter reprobata fuit: sic ego tantum, quoniam autem transcribendo *Erasmi* dictum omiseram id pro sua virili, mihi illud hic vertit calumniandi artificio. Et revera si particulam ipsam pro sua virili, sciens & ex industria reliqui (quod penitus ignoro) meæ potius id adscribi debet simplicitati; seu ingenii penuriæ: quandoquidem adjectio illa non attenuat, aut minuit scriptoris culpam, sed non parum aggravat: liquet enim jure valentiori præmium deberi servientibus pro sua virili, quod erronee inficiatur, quam duntaxat mediis, aut non totis viribus. Ista ergo una est de calumniis trecentis & decem, quas lectoribus asseverat *Erasmus* sese in meis adversus ipsum brevissimis comperisse censuris, exceptis mendaciis, etiam numero ingenti & blasphemiis quadraginta septem: pro quibus mihi impositis cri-

[a] Matt. 22. [b] Marc. 12. [c] Luc 10. [d] Galat. 4.

[a] A Rom. 7.

minibus nihil illi respondere uti jam sum contestatus propositum mihi constat. Ignoscat nobis Dominus, qui tamen testis mihi est: Si usquam vel semel sum in hac *Erasmi*, aut Fabri causa mentitus: falli ut homo nonnunquam potui & falsum pronunciare: mentiri autem jam olim ex Dei beneficio etiam quantumlibet parvis in rebus à me cessatum est. Sed omissis his quæ obiter nactus occasionem propter falsò ascriptam mihi calumniam dicta volui, ad causam recurrens dico: artium hic unà suarum usum fuisse *Erasmum*: ille quidem simpliciter
» asseruit dicens, his qui Deo serviunt pro
» sua virili, non ut merces debita, sed ut
» beneficium à propitio patre reponitur
» immortalitas. Quod verò me hic scripsisse testatur, falsum est: non enim hoc in loco dixi quod asseverat, scilicet æternum præmium simpliciter debetur, dixi tantum modò *Erasmi* assertionem Lutheraoam esse: verissimum ramen est æternum ipsum præmium simpliciter deberi, hoc est absolutè pro meritis tradi, quemadmodum locis variis contra Jacobum Fabrum plus satis monstravi: præsertim propositione xx. ubi ille dixit. Dei bonitas tanta est ut nihil debere possit, sed
» solum dare, & propositione lxv. quæ sic
» habet. Pugnat quidpiam debitum dici
» & gratiam, ut donum & non donum.
» Quibus in erroribus omnino convenit cum Fabro *Erasmus*. Ecce quam veridicus ille est mecum hic agens: cui vide lector an vicissim dicere possim. Si his qui Deo pro sua virili serviunt, non ut merces debita, sed ut beneficium à propitio patre reponitur immortalitas, quod asseverat *Erasmus*, Mentitus est Paulus qui dixit: *Bonum certamen certavi cursum consummavi, fidem servavi, in reliquo reposita est mihi corona justitiæ quam reddet mihi Dominus, in illa die justus judex. Non solum autem mihi, sed & his qui diligunt adventum ejus*, hæc connexiò nimium firma est: illatum autem quia, scilicet mentitus sit Paulus scribendo, impossibile. Assertio igitur *Erasmi* in fide error est: antecedens autem illationis quam hic in me torsit, id est, si æternum præmium simpliciter debetur, esse catholicum ego probavi. Illatum verò per arguentem omnino falsum, scilicet mentitus est Apostolus dicens [a] *Gratia Dei vita æterna*: quomodo autem & gratia sit vita æterna & præmium bonis operibus debitum, docet Augustinus cap. viij. libri de gratia & libero arbitrio cujus argumentum, seu summa ista est. [b] Quomodò possit gratia esse vita æter- »
na, quæ per opera meritoria acquiritur »
non sola fidè. Alibi autem sic scriptum »
reliquit. Veruntamen quia & ipsa vita »
æterna quam certum est bonis operibus »
debitam reddi, ab Apostolo gratia Dei »
dicitur, cum gratia non operibus reddatur »
sed gratis detur: sine ulla dubita- »
tione confitendum est, ideo gratiam vi- »
tam æternam vocari, quia his meritis »
redditur quæ gratia contulit homini. Rectè quippe ipsa intelligitur quæ gratia in Evangelio legitur, [c] *gratia pro gratia*, id est pro his meritis quæ contulit gratia. Ecce verum est quia æterna felicitas simpliciter debetur à justo judice Deo bonis operibus quæ Dei gratiâ cooperante fecit homo: & falsum esse nequit, quod ait Apostolus: *gratia autem vita æterna*. Sese igitur in his fallit *Erasmus* & lectores perniciosè trahit in errorem. Quod denique ait, felicitatem à propitio patre reponi, scripturarum loquendi modo noo consentit. Non enim Dei filius cui pater [d] *dedit potestatem judicium facere*, quia Filius Hominis est, electis præmia dispertiet cum Patre & Spiritu Sancto ut propitius pater, [e] *sed ut justus judex. Judicabit enim orbem terræ in æquitate & populos in veritate*. Et Apostolus ait Timotheo. [f] *Testificor coram Deo & Jesu Christo qui judicaturus est vivos & mortuos per adventum ipsius &c.* Per David etiam ait Dominus. [g] *Cùm accepero tempus ego justitias judicabo*. Quomodò autem ut Propitius pater tunc introduci posset qui & per ipsum David se vocari fecit ultorem. [h] *Deus*, inquit, *ultionum*, dicens *Deus ultionum libere egit*. Et ita verum est quia qui in adventu primo judicandus venit, in secundo judicaturus revertetur: de quo sic loquitur [i] Augustinus. Cui redderet coronam justus judex si »
non donasset gratiam misericors pater? »
Et quomodo esset ista corona justitiæ, ni- »
si præcessisset gratia quæ justificat im- »
pium? Quomodò ista debita redderen- »
tur, nisi prius illa gratuita donaretur? »
Hæc Augustinus: propter quæ & alia plurima quæ adversus prava Fabri & *Erasmi* dogmata super rationibus meritorum, & eis respondentium præmiorum protuli, facile videre potes studiosè lector an veritati cedere debuerit *Erasmus* & potius defensoribus illius congratulari, & Deo gratias agere quam immensis eos lacerare criminationibus & conviciis. Sed ad reliqua quæ pauca restant, pergendum.

[a] Ad Rom. 6 [b] L. de correptione & gratia, cap. 13. part. operum octava. [c] Joan. 1. [d] Joan. 5.

[e] Ps. 95. [f] 1. Tim. 4. [g] Ps. 74. [h] P. 93. [i] Lib. de gratia & lib. arb. c. 6.

ASSERTIO

ASSERTIO LV.

Meæ quidem aures abhorrent (ait *Erasmus*) ab hoc ſermone ut nunc quoque dicamus Chriſtum in cælis Angelis inferiorem, juxtà naturæ eſſentiam. Fol. ccj. pag. ij.

Notula in aſſertionem hanc.

Agedum hîc non oportet oſcitantes eſſe lectores, grande etenim aliquid præter unam artium ſuarum innuit *Eraſmus*, Adeo ut id ejus abhorreant aures: una hæc eſt (ſi velit Deus) de quadraginta ſeptem blaſphemiis, quas mundo ſcripſit ſeſe in meis cenſuris contra ſua ſcripta reperiſſe, delicatiſſimæ ſcriptoris hujus aures non abhorrent dum proprium os ejus intonat orbi (ut ſolùm quæ Paulò ante commemorata ſunt recenſeam) Eccleſiam univerſalem errare in publicis legendo choris, Lectio epiſtolæ beati Pauli Apoſtoli ad Hebræos; cum *Eraſmi* calculo non ſit Apoſtolico, ſed potius cujuſdam rhetorico deſcripta ſtilo quia Apoſtoli non ediderunt ſcripto ſymbolum quod eccleſia ipſa univerſa aſſerit Apoſtolos ſcripto ſibi reliquiſſe: quia Romanæ Eccleſiæ conſtitutiones ſuper matrimonio quibus decernit vinculum conjugale quamdiu vivunt partes ſubſiſtere, etiam facto quantum ad thorum divortio, quia jusjurandum quodcunque illicitum eſt: quia licet inimicum odio perſequi, & male velle his qui nos lædunt, quia Dei gratia non aderat Paulo adjuvans illum ad vincendum urgentes Sathanæ tentationes, cum tamen eumdem Apoſtolum Deus proclamare fecerit dicentem: *a fidelis eſt Deus qui non permittet vos tentari ultra id quod poteſtis: ſed faciet cum tentatione proventum, ut poſſitis reſiſtere.* Quia ſancta Dei Mater in originali culpa, ut cæteri homines omnes concepta eſt. Quia immunda fuit & peccato obnoxia. Quia non meruit Dei mater fieri propriis virtutum officiis. Quia filio infanti ut homini puro miniſtravit, divinitatis illius ignara. Quia filius Dei ſecundùm divinam naturam patri ſubjectus obedientiam debet, & præſtat. Quia ordines ſanctorum Hieronymi, Auguſtini, Benedicti & Franciſci ſimiles ſunt Paganorum idololatriis Chriſti Eccleſiam impie ſcindentes. Quia abuſus eſt Paſſionis Chriſti & Mortis, ab Eccleſia univerſali, ſeptimana quadrageſimæ, ultimâ etiam die paraſceves luctuosè commemorationem agere, & Sanctorum martyrum gaudiosè. Quia homo operibus quamtumlibet perfectis præmium non meretur æternum. Non abhorret inquam hos ſuos ſermones *Eraſmus*. Tu autem lector videris an abhorrendi verè ſint & in fide, aut moribus intolerabiles errores. Abhorret verò quod reprobans ego aſſertum illius quo Paraphraſi cap. viij. Epiſtolæ ad Rom. inter alia ſcripſit, Angelos non in aliud conditos niſi ut hominum neceſſitatibus inſerviant ſic inter cætera dixerim. Porrò conſtat; *b hominem etiam Chriſtum propter formam ſervi minutum paulò minus ab Angelis fuiſſe*, hoc eſt naturam humanam ſuâ eſſentiâ ipſis Angelis inferiorem eſſe: quo pacto ergo à creatore Deo ſtatueretur homo Angelorum finis? Hæc mea ſunt verba, è quibus liquet me tantum de aſſumpta noſtra à Chriſto natura fuiſſe locutum: ſuarum tamen unâ uſus technarum id non retulit *Eraſmus*, ſed ſic Chriſtianitati ſcripſit, Meæ quidem aures abhorrent ab hoc ſermone, ut nunc quoque dicamus Chriſtum in cælis Angelis inferiorem eſſe, juxtà naturæ eſſentiam; donemus tamen illi quia dicere voluerit juxtà naturæ aſſumptæ eſſentiam, ſed adjectivum aſſumptæ, caſu & non ſcientiâ omiſſum, alioquin manifeſtum falſi in me etiam hîc crimen admiſiſſet: & ſciſcitemur ab eo cur abhorreant aures ejus audiendo dicentem Bedam: conſtat hominem etiam Chriſtum propter formam ſervi, minutum paulò minus ab Angelis fuiſſe, hoc eſt naturam humanam ſuâ eſſentiâ ipſis Angelis inferiorem eſſe, cum in diſceptatis per eum adversùs Jacobum Fabrum, qui dudum ſcripſerat legendum eſſe ſecundùm Hebraïcam veritatem de Chriſto: minuiſti eum paulò minus à Deo: ipſe conſtanter docuerit tenendum eſſe & dicendum ſicut ſacer bibliæ noſtræ textus habet *Minuiſti eum*, ſcilicet *Chriſtum, paulò minus ab Angelis:* id que neceſſariò intelligendum de aſſumpto homine qui ſecundùm illum non modo ab Angelis paulò minus minutus eſt, ſed etiam infra quoſcunque abjectiſſimos homines. Ecce contra Fabrum agens *Eraſmus*, nomine tamen, *homine*, pro humanitate abutens ſapuit, ſcripſit & pro viribus defendit, ut catholicum quod nos in eum nuper protulimus: naturam ſcilicet humanam Angelis inferiorem eſſe: quare ergo illud cum ſit veriſſimum, tunc abhorreat; ipſe viderit. Porrò natura Angelica ſuapte conditione in univerſum humanæ præfertur, ut immortalis corruptibili. Quantum ad gratias autem naturæ ſuper additas & à creatore

a 1. Cor. 10.

b Pſal. 8. & ad Heb. cap. 2.

Deo collatas, non modo Christi benedicta humanitas longe cunctis præstat Angelis, verum & sancta ejus mater. Abhorreat igitur consulimus, iste homo ab his quæ mox dixisse illum memoravimus, cum vere sint horrenda: & hæc quæ rata & recta sunt, non respuat.

ASSERTIO LVI.

Si blasphemus est qui desiderat copiosiorem explanationem in scripturis: ego (ait *Erasmus*) nusquam fere non sum blasphemus: prorsus hoc votum in me sentio. Fol. ccix. pag. j.

Notula in assertionem hanc.

In Epistola ad Dominum episcopum Leodiensem quam Paraphrasi Epistolarum beati Pauli ad Corinthios præmisit, ita inter multa scripsit *Erasmus*. Utinam » quæ Paulus in Epistolis ad Corinthios » attigit, & veluti per transennam osten» dit, de ritibus Ecclesiæ aliquanto co»piosius & explanatius tradidisset. Et pau» lo post. Quam circuncise meminit Apo» stolus, de Eucharistia sive synaxi: veri» tus ne quid de tanto mysterio secus » diceret quam oportet: Et rursum post » nonnulla. Utinam illud saltem aperuis» set Paulus, à quibus, quo tempore, » quo cultu, quo ritu, quibus verbis, » consecrari soleat panis ille mysticus & » sacro sanctum dominici sanguinis pocu» lum. Hæc ego carpens, inter alia dixi, impiam illa olere præsumptionem, præsumptuosamque impietatem ac blasphemiam, quia fide certâ tenerem beatum Paulum non fuisse Epistolarum per eum scriptarum primum & præcipuum authorem, sed Spiritum Sanctum: qui quantum nobis, quomodo, & quibus verbis expedire novit per suum scribam Paulum litteris Ecclesiæ suæ fecit describi. *Erasmus* autem præmissis verbis loquitur, perinde atque sensu humano & non satis providu ac prudenti pro lectorum commodis omnia egisset Apostolus: quem revera suis sermonibus non modice hic taxat, quia scilicet non fecerit scribendo quod oportebat, quod equidem non parvam judicavi esse in Spiritum Sanctum Pauli epistolarum magistrum & authorem blasphemiam. An posco, potuerit exoptare mente piâ quia Paulus aperuisset, à quibus, quomodo, & quibus verbis sit consecrandum &c. Quasi fide certissimâ hæc non teneat quivis fidelium theologorum: desiderium haud dubie hujusmodi nisi meram respiret infidelitatem non video quid poterit circa ritum sacramentorum Ecclesiæ infidelitas esse: quis quæso impune nunc posset, aut ratione conqueri quia mundi creator Deus non tam bene, omnia in elementis ac cæteris inde productis corporibus tamque accommode ac compendiosè operatus est quam poterat, qui diceret utinam terram non sic duram, petrosam, montuosam, ad colendum tam difficilem aërem tam nubilosum, varium, rigorosum: & de cæteris modo consimili: quæ imperfectis qui talium artificis Dei non attendunt sapientiam videntur crebro dispendiose ordinata: an sic ex humana stultitia de Dei operibus conquerens ferendus esset, & non potius ut infidelitate quâdam de conditore rerum ac rectore Deo perverse sentiens pœnâ sicut blasphemus in Deum plectendus. Tu lector utrum hic consimile in divinis librorum structuris egerit *Erasmus* perpende: nec non & artem quâ hic est usus quæ perperam scripserat defendere satagens. Non enim repetit quæ in eo reprehendimus. Illa omnino reticet, quoniam nunquam in dogmate culpam agnoscit: cæterum quasi in his gratis & calumniose (ut ait) illum corripuissem ait, si blasphemus est, &c. Quo lectores putent me id ei crimini dedisse quia optaret ipsarum sanctarum scripturarum uberiores expositiones quàm habeantur videre, & non de ipsis divinorum librorum primis authoribus eum fuisse locutum: super quibus vide lector quibus mecum agit artibus quæ illi proh dolor uni in retributione oberunt.

ASSERTIO LVII.

Apostolorum tempore adeo non erat præscriptus delectus ciborum ut Judaicas etiam præscriptiones sustulerint. Fol. ccxj. pag. j.

Notula in assertionem hanc.

Perpende lector quàm validâ argutiâ suum errorem confirmat *Erasmus*, quo prætendit Ecclesiam aut religionum sacrarum, id est ordinum specialium in Christiana omnibus communi religione institutores Augustinum, Benedictum, Franciscum, quos ob hoc antehac homunculos vocitavit libertati, quam ipse cum Luthero evangelicam ducit, cum sit licentia vere servilis, per tyrannidem addidisse canonica jejunia & diebus certis alias abstinentias, cum (ut ait sed profecto impie) Christus potius id dedocuerit & Apostoli tempore suo inquit Judaicas ciborum sustulerint præscriptio-

nes ; quod certum ex actibus Apostulicis [a] de nonnullis habetur. Nullas ergo ut *Erasmus* infert, cunversis ad doctrinam Christi toleraverunt Apostoli de ciborum delectu traditiones, Quod assumpsit verum est & de fide, nonnullas scilicet Judaïcas quoad ciborum delectum præscriptiones Apostolos sustulisse. Quod autem inde colligitur, tempore scilicet Apostolorum nullum conversis fuisse ciborum delectum, omnino est scripturis sicuti centies monstratum est, dissentaneum. Portò in libro ipso Actuum de jejuniis mentio crebro fit, & Timotheu Paulus scribit dicens. [b] *Noli adhuc aquam bibere, sed modico vino utere propter stomachum tuum & frequentes tuas infirmitates.* Quid ad istud effugii sibi preparavit *Erasmus* concupiscentiæ carnalis patronus non video : sanus Timotheus puram ad potum aquam habebat : quo Doctore quove id monstrante ? Putas novæ Christi militiæ duces Petrum, Paulum & coapostolos vinum sanus bibisse & tyrones ut erat Timotheus aquam ? [c] *Cœpit* (ait scriptura) *Christus Rex primùm facere & docere* : qui nimirum illius primipilares secus adversus dæmonem carnem & mundum militando egisse credit seipsum plane fallit. Quando ergo delectum in potu tenuerunt Apostoli & item agendum suis consuluerunt discipulis, quod multo austerius esse putatur, aquâ scilicet uti quàm carnibus abstinere, quis non id de cibis eos observasse præter *Erasmum* potuit somniasse ? Qui sane Apostolos delectum ciborum tenuisse non piè credit & docuisse, Lutheranizat & impiè à veritate & intentione sacrorum eloquiorum dissentit. Quia si nondum bis cedit præco iste Evangelicus, audiat Apostolum de se mundo testantem. [d] *Castigo corpus meum & in servitutem redigo, ne fortè cum aliis prædicaverim*, ita scilicet agendum, *ipse reprobus efficiar.* Hîc audis doctrinam per exemplum. Per verbum deinde id cape. [e] *Bonum est* (Inquit Apostolus) *non manducare carnem & non bibere vinum.* His perpensis vide lector quâm impudenter audet frater *Erasmus* scribere Apostolos suo tempore nullum scivisse delectum ciborum.

ASSERTIO LVIII.

Pia fuit vafrities quâ Paulus Christi divinitatem dissimulavit apud Athenienses, quâ titulum Aræ dæmonibus inscriptæ torsit ad argumentum Evangelii. Fol. ccxij. pag. Ij

Notula in assertionem hanc.

Epistola ad Dominum Episcopum Leodiensem, cujus paulò ante meminimus, ita cum cæteris scripsit *Erasmus*. Apostolus ubique vafer est ac lubricus, & paulo post. Ipse alicubi cordatum ac sobrium agit virum, alibi sumit sibi stulti parumque sobrii personam. Quæ reprebendens ego taxavi ut debui : Defendere autem quia vafer Apostolus fuerit boc in loco nititur *Erasmus* : quod, ut grammatici aiunt, est prætendere ipsum Apostolum callidum, astutum & versipellem fuisse cum omnia hæc nomina vitium designent, nec ipso nomine, vafer, utantur litteræ sacræ & Doctores catholici nisi forsan in malum. Illud ergo tribuere Apostolo pium esse nequit. Cæterum videndum quam probè doceat nos iste scriptor, vafritie in bonum, Apostolum fuisse usum : Vafrities, inquit, pia fuit quâ Paulus divinitatem Christi apud Athenienses dissimulavit : quid est Christi divinitatem apud Athenienses dissimulasse Paulum, nisi illam celasse, & ipsis eam non aperuisse ? At quomodo istud ? Porrò & Christum Deum esse contestatus est illis & hominem dicens : [f] *namque præteriens enim & videns simulacra vestra inveni & Aram in qua scriptum erat* Ignotu Deo : *quod ergo ignorantes colitis hoc ego annuntio vobis, Christum Deum esse manifestat.* Perinde siquidem est ac si diceret, Christum qui Deus vere est, sed vobis hactenus ignotus, vobis annuntio : hominem verò illum esse asseruit eisdem dum subjunxit post nonnulla : *Deus statuit diem in quo judicaturus est orbem in æquitate in viro in quo statuit fidem præbens omnibus, suscitans eum à mortuis.* Nullâ in his vafritie est usus Apostolus, dissimulavit nihil, sed plane loquens dixit *Deum vobis ignotum quem tamen colitis*, & ita non usquequaque ignotum (colit enim aut veneratur nemo quod omnino ignorat.) *Ignotum ergo in particulari annuntio vobis Deum*, ut scilicet quæ de eo nondum audistis per me vobis innotescant. Jam te quæso lector numquid pius est sermo iste, Paulus titulum Aræ dæmonibus inscriptæ torsit ad argumentum Evangelii ? Si profectò id egit Paulus, fateor vafer fuit & non omninò verax, quod absit : nihil prorsus torsit, finxit omninò nihil : verùm narratione sincerâ quod in re erat protulit Si nempe quod hoc in articulo putat *Erasmus* verum est, perit sicut Hieronymo scrip-

[a] Act. 15. [b] 1 ad Timoth. 5. [c] Act. 1. [d] Cor. 9. [e] Rom. 14.

[f] Act. 17.

sit Augustinus scripturæ omnis authoritas: videlicet si admittitur quia usquam io ea asseratur quod falsum est. Quid autem putaverit *Erasmus* audito, Beatus Hieronymus adhuc juvenis, aut ætate mediâ, ut constat ex illius dictis libro de viris illustribus & in scripris ejus adversus Ruffinum commentarios in epistolam ad Titum seribens cap. primo narrat quod » forsan in quapiam historia quam pro » tunc veridicam, uti ipse erat, putavit, » invenerat, sic dicens: Inscriptio Aræ ita » erat, diis Asiæ & Europæ & Africæ, » diis ignotis & peregrinis. Verum quia » Paulus non pluribus Diis indigebat igno» tis, sed uno tantum ignoto Deo, singula» ri verbo usus est, ut doceret illum suum » esse Deum, quem Athenienses in Aræ ti» tulu prænotassent. Hæc Hieronymus, si ramen verum chartæ nobis referunt quod vix crediderim: quæ offendens *Erasmus* quia curiosa viderentur, & vere essent, illis adhæsit divinæ scripturæ & catholicæ Ecclesiæ rejectâ authorirate. Propterea jam nobis inde probare contendit vafritie Paulum fuisse usum, titulum Aræ dæmonibus inscriptæ turquentem ad argumentum Evangelii, id est Dei unius, scilicet Christi Atheniensibus particulariter & singulariter ignoti. Et non animadvertit ipse, vel nunquam divinum Hieronymum id scripsisse, Inscriptio Aræ ita erat Diis Asiæ & Europæ &c. Vel si scripserit peregrinâ aliquâ ut dixi, falsum fuisse historiâ, ubi id legerat, proinde factus tandem perpensis omnibus seipso circumspectior, stultam hujusmodi respuit narrationem in certitudine requiescens scripturæ per eumdem finaliter ad suæ originis veritatem restitutæ: quæ habet ut tenet Ecclesia dixisse Paulum: [a] *inveni & Aram in qua scriptum erat ignoto Deo*, & ita hîc nulla fuit in eo vafrities. Si autem his non cedit *Erasmus* sic est premendus: verum est, aut non est verum quod beatus Lucas Apostolorum actuum conscriptor nobis tradidit: dixisse videlicet Paulum Atheniensibus, *inveni Aram in qua scriptum erat ignoto Deo*, & an ita fuit ut dixisse Paulum scribit ipse Lucas, id est, Paulum vere Aram unam invenisse, in qua scriptum erat ignoto Deo: & non Diis Asiæ & Europæ &c. Non est unde possit *Erasmus* bicornutum istud argumentum evitare. Si verum fatetur Lucam scripsisse, quod est verum esse quod nostræ bibliæ textus habet: probè quidem, firma etenim sic manet scripturæ authoritas, sive verum dixerit Paulus sive non, hoc est sive Aram invenerit inscriptam, titulo, ignoto Deo, sive secus. Si vero non invenit, sed erat inscriptio, ut dicitur tradidisse Hieronymus, Diis Asiæ, &c. Mentitus est Paulus prædicando Christi legem quasi medium aliud non habens ad promuvendum Evangelii negotium, & Deus Pauli egeret mendacio: quæ cum credere hic se monstret *Erasmus*, vide in quanram blasphemiarum confusionem præcipitem sese committat, scilicet falsum erit quod Christus dixit Apostolis. [b] *Vos non estis qui loquimini, sed Spiritus patris vestri qui loquitur in vobis*, & quod scripsit ipse Apostolus. [c] *An experimentum quæritis illius qui in me loquitur Christus?* Neque enim in eo potuit Christus, aut spiritus ejus, id est Deus asserere, *vidi Aram in qua scriptum erat ignoto Deo*, si id non erat verum. Quid item nos urgebit (si hic prædicans Paulus, est ut vafer mentitus) illi credere dicenti, [d] *Non enim sumus* (sicût plurimi) *adulterantes verbum Dei, sed ex sinceritate sicut ex Deo coram Deo in Christo loquimur*, quinimmò unde sciri poterit quia hîc loquens verum dicit, illic secus? Nulla quidem prorsus authoritas Paulinæ relinquitur doctrinæ, si cum *Erasmo* recipimus quia prædicando falsum est loqoutus: quæ omnia extremæ sunt & blasphemiæ & impietates. Cæterum finge ex admisso semel officioso in Apostolo mendacio, hoc est ob causam piam qualis est proximi salus, prædicta non consequi mala, & appende. An potuerit hoc in casu locum habere quam dicit *Erasmus* vafrities. Si in Areopago ingenti virorum doctissimorum & plebis multitudine dixisset Paulus, *præteriens & videns simulachra vestra inveni Aram in qua scriptum erat ignoto Deo*, numquid omnes, si non erar ita, consurrexissent in seminiverbium illum, & ut dicebant novorum annunciatorem dæmoniurum, dicentes mentiris, omnium nostrarum inscriptiones novimus Ararum, nulli illarum titulus est, *ignoto Deo*, hoc indubiè dixissent & mendacem abjecissent virum audiri indignum, utpote qui quasi mentiendi attem non haberet, quæ facillimè ab omnibus deprehendi poterant falsa mentiendo loqueretur, hoc quippe minimè ageret homo vafer, unde & narratio illa, Hieronymo (ut puto) falsè tributa, seipsam (si advertas) conficit & exibilandam deprimit: dum ait Inscriptio Aræ ita erat: Diis Asiæ &c. Sequitur verum, quia Paulus non pluribus Diis

[a] Act. 17.

[b] Matth. 10. [c] 2 Cor. 13. [d] 2 Cor. 2.

ignotis indigebat, sed uno tamen ignoto Deo, singulari verbo usus est, ut doceret illum snum esse Deum quem Athenienses in Aræ titulo prænotassent. Ecce uno Deo ignoto indigebat Paulus quem Aræ titulo prænotassent. Erant igitur hæc verba Aræ titulus, *ignoto Deo*, sicut verissime Paulus asseruit & fideliter retulit Lucas. Non hîc igitur vafer aut usquam extitit, quemadmodum illi tribuit *Erasmus* cumprimis vafer.

ASSERTIO LIX.

Cur aliqui codices latini habeant hoc loco, tradetur, fieri potest ut id acciderit vitio scribarum, aut studio piorum hominum qui voluerunt offendiculum adimere infirmis. Fol. ccxvij pag. j.

Notula in assertionem hanc.

Paraphrasi capitis xj. Epistolæ primæ ad Corinthios Christum *Erasmus* loquentem ita inter alia facit, *Sumite, edite, hoc est meum Corpus, quod pro vobis frangitur, omnibus impertiendum*, In quo redargui quod dixit frangitur, monstrans per scripturas, paucis tamen, ita non esse dicendum: sed sicut habet sacer nostræ bibliæ textus & docet Ecclesia, scilicet, tradetur: Perpende lector an sit in hujusmodi divinorum verborum commutationibus ferendus *Erasmus*, sitque legitimum quod hîc veritati obnitens profert: cur aliqui vel aliquot codices latini habeant, tradetur: quasi diceret, pauci sunt id habentes, reliqui omnes, frangitur, habent: quod falsissimum censeri debet, & siqui ita habeant mendosi sunt & castigandi: quod vel satis ad hominem monstrat *Erasmi* sermo quamvis falsus, quo nesciens ait studio piorum hominum sublatum fuisse verbum, frangitur, de libris & illius loco positum, tradetur, ut offendiculum adimeretur infirmis. Quando enim Spiritus Sanctus tam sacris in rebus scribi per Paulum fecisset quòd infirmis præberet offendiculum? Et præsertim cùm non cohæreat rei gestæ veritatis verbum, frangitur: non enim Christi corpus etiam in passione & morte fractum est, sed traditum in redemptionem. Nunc verò ut in censura dixi nulla rei, jam corporis Christi fit scissura, signi tamen jam visibilium specierum quæ sacramenrum sunt fit fractura: quâ nec status nec statura signati minuitur. In fine autem censuræ adjeci opinor, hæc verissima nobiscum fatetur *Erasmus*, quia scilicet nequaquam fractum fuerit Christi corpus.[a] Juxta prophetiam per agnum typicum: *os non comminuetis ex eo.*[b] In eo tamen redarguendus meritò venit quia his plane repugnantia inclamat suis litteris mundo in Christi persona dicens, *Hoc est meum Corpus quod pro vobis frangitur.*

ASSERTIO LX.

Sed dicet (Beda scilicet aut alius) cur tu *Erasme* non vitasti offendiculum? Partim quia mihi non placet tanti fieri paucorum infirmitatem ut horum in gratiam mutemus aliquid in sacris libris, deinde mea paraphrasis non legit nisi privatim, ut hinc non possit esse periculum. Fol. cxvij. pag. ij.

Notula in assertionem hanc.

Perpende lector quantâ inconsideratione nobis hic proponit iste ut suum fucet lapsum: quæ in satisfactionem non acceptarent etiam pueruli. Esto enim Apostolus scripsisset, frangitur, cum tamen Ecclesia, legat, tradetur, & ita libri puto omnes fere habeant an in paraphrasi scribendo cum Ecclesia tradetur mutasset aliquid in facris libris? Numquid sunt *Erasmi* paraphrases libri sacri quas certum est innumera continere sacris libris repugnantia & dissenranea? Sed quàm conveniens est fucus iste quis non videat? Non placet inquit mihi tanti facere paucorum infirmitatem ut horum gratiam mutemus aliquid in sacris libris, demiror quâ fronte, aut impudentiâ sic orbi potuerit loqui homo iste. Alioquin (ut dicunt fere omnes) scribendo indicibili utens astutiâ & calliditate, seu artificiis, ubi suos excusat errores. Ecce nusquam pene ceu liquet universis in sacris libris omnia non mutat *Erasmus*: eorum nempe gravitatem quæ in simplicitate fundatur sermonis, in rhetorum & oratorum indecentem permutavit levitatem: humilitatem contexturæ sanctorum librorum in vanorum & loquacium hominum, superborumque stilum suo jure commutavit: cur ita quem similis eorum est, de quibus ita olim scripsit Hieronymus,[c] » Taceo de mei similibus qui si » forte ad scripturas sanctas post seculares litteras venerint & sermone composito aures populi mulserint, quicquid » dixerint, hoc legem Dei purant: nec » scire dignantur quid prophetæ, quid » Apostoli senserint, sed ad sensum suum » incongrua aptant testimonia, quasi » grande sit & non vitiosissimum dicen- »

[a] Exod. 12.

[b] Joan 19. [c] Epistola ad Paulinum de omnibus divinæ historiæ libris, cap. 6.

R

» di genus depravare sententias & ad vo» luntatem suam sacram scripturam trahere repugnantem «. Hæc Hieronymus: quæ an *Erasmo* maxime congruant, nesciunt nisi qui omnia nesciunt. Hic autem quasi innocens omnino sit circa præsumptam divinas scripturas quas habet & tenet Ecclesia, taxandi superioribus annis audaciam, dicit se noluisse aliquid in libris sacris mutare. Resultavi equidem dicens omnia ferme quæ in novo suo instrumento illum demutasse.

At quia istud generaliter est dictum quamvis periti complures id certo norint, præstat ex pœnè infinitis nonnulla speciatim producere per eum in sacris mutata libris, non quantum ad stilum modò, quòd impiè fecit ubique, verùm quantum ad sensus. Primò ita in scholiis operum Hieronymi quodam loco scripsit: Non continuò periclitatura est religio Christiana, si quis Evangelium Marci, Petri titulo legere malit: aut Pauli ad Hebræos epistolam, Clementi malit asserere. En nihil in divinis libris mutat *Erasmus*, quia decernit non inconvenire, si quis pro eo quòd Ecclesia legit, Lectio sancti Evangelii secundùm Marcum, dicat secundùm Petrum: & loco hujus, Lectio Epistolæ beati Pauli ad Hebræos, dicat beati Clementis. An sic agere nihil sit in sacris libris mutare, videris lector. Ibi rursus, Multa Paulus torquet nonnihil adversus Judæorum pertinaciam cum aliud nonnunquam sentiat quam eloquatur, verùm tempori servit. En divinis in libris nihil mutare vult bonus iste vir qui hoc uno suo asserto mutat quæcumque Paulus scripsit dicens, quia aliud non nunquam sentiat quàm eloquatur: hoc est rectè sapit & non rectè prædicat, aut scribit Paulus: quo asserto nihil ille potest insanius. Libro item quodam quem methodum, seu de ratione studii theologici vocavit, ita ait *Erasmus*. Quòd Matthæi decimo sexto dicitur Petro, *Tibi dabo claves regni cælorum*: ad universum populi Christiani Corpus pertinet: Non ergo ad caput. Quod num sit verum perpende. Rursus ibidem sic *Erasmus*. Apud me certè plus habet ponderis Esaïas quàm Judith, aut Hester: plus Evangelium Matthæi quàm Apocalypsis inscripta Joanni, quasi, dicat, non tamen Joan. est. Plus Epistolæ Pauli ad Romanos & Corinthios quàm epistola scripta ad Hebræos. Ecce in superioribus de authore solùm Epistolæ ad Hebræos ambigere sese dicebat iste theologus: hic verò & illius authoritatem non æquat libris sacris ad Romanos & Corinthios. Itidem de Apocalypsi, & libro Hester, nihil tamen alia in causa ut non cogatur proprium confiteri in fide errorem, vult (ait) mutare de sacris libris.

Alibi quoque scribit *Erasmus* partem illam capitis ultimi Evangelii beati Marci videlicet. *Novissimè autem recumbentibus illis* &c. Quæ in die sancta ascensionis Christi in cælum ad missæ officium ab universa legitur Ecclesia, non esse de Evangelio, sed ad illud adjecta ex apocripho quopiam. Vides quàm hic sobriè & conscientià timoratà de sacra hac Evangelii Beati Marci portiuncula quam eadem reverentià suscipit catholica Ecclesia quà & alias Evangeliorum quaslibet, pronunciat Erasmus: qui quod in se est nobis imponens protestatur se nihil velle mutare sacris in libris.

Præfatione insuper quam operibus Beati Hilarii præmisit ita loquitur: Audemus Spiritum Sanctum appellare Deum » quod veteres ausi non sunt. « Quod sit autem istud dictum falsum & blasphemum quis non videat? quoniam quasi nobis vitio vertere videtur quod audeamus nunc Spiritum Sanctum Deum vocare, quod non sunt veteres ausi. Noone hoc est omnem scripturam non tantùm mutare, sed relegare & potius Arianorum favere impietati? Quod certè non hic tantùm *Erasmo* contigit, quandoquidem in scriptis ejus super operibus beati Hieronymi uno loco sic ait: Arianorum error, factio schismaque verius erat quam hæresis, quia adversarii numero prope pares erant, eloquentià doctrinàque superiores. Ecce si verum hic scribit Erasmus, dogma Arii quo dicebat Christum & Spiritum sanctum non esse unam & eamdem prorsus divinitatem cum patre, non erat hæreticum, quo asserto quid nunc dici potest magis impium & hæreticum? Quid præterea impudentius dicere posset infidelis, hoc sermone quo ait Arianos, quos schismaticos & factiosos confitetur, sed non hæreticos: eloquentià & doctrinà superiores fuisse Catholicis, cum peritis fidelibus purè universis notissimum exiştat Arium & factionis illius magistros Doctrinæ Theologicæ verè fuisse expertes, ac in morali Philosophia imprudentissimos quamquam enim eorum plurimi eloquentià non parum valerent, quod omnibus fere proprium hæresiarchis semper fuit, scripturasque in promp-

tu ad oppugnandam miris calliditatibus & versutiis veritatem tenerent: insipientissimi tamen erant & verâ vacui doctrinâ. Quomodo enim doctrinâ & prudentiâ instructi probè dici possint homines aut dæmones qui ita judicio & affectu corrupti sunt, ut quod verum, pium, justum, ac honestum est, & Deo gratissimum omnino aversentur dicentes bonum, malum, & tenebras lucem? Item in scholiis dialogi Divi Hieronymi adversus Luciferianos exponens istud verbum, Deum verum, *Erasmus* sic ait, » Deum verum, hoc est à nullo creatum, cùm Filius sit à Patre creatus, » juxta Arianos, & Spiritus sanctus sit » creatus à creato Filio. « Perpende lector quidnam de mente viri hujus & scriptis possit judicari. Præmisit errorem Arii, schisma factionemque verius esse quàm hæresim: qualis autem præcipuus fuerit Arii error hic expressit scilicet, quia Filius Dei sit non verus Deus nec Spiritus sanctus, quia ille à Patre creatus est, & hic à creato Filio etiam creatus. Dum autem ejusmodi errorem citat pro authoritate exponendo Hieronymi verbum, verum Deum, neque reprobat omnino, probare ipsum videtur: quod omnem superat insaniam, det illi Filius Dei & Spiritus sanctus quos hic juxta Arianos dicit non esse unum cum Patre Deum, sed creaturas: ex nunc magis sobriè loqui, & perperam edita pœnitendo corde toto retractare. Amen.

NATALIS B.
Lectori. S.

Constitueram, lector, candide, Apologiæ nostræ apponere 5. *Erasmi* epistolas unam ad venerabilem patrem ejus *Servatium*: & quatuor ad me datas. Primam ut liquidò constaret, illum regularem vitam sub Canone Divi Augustini professum, sed calvis excusatiunculis illi vale dixisse, verùm quia id omnibus notum est & ratiunculæ ejus quantumvis frivolæ possint ægrotos & malè affectos animos in errorem pertrahere, duxi primam nondum emittere. Reliquas ad me scriptas cum responsis meis ideo apponam ut noris, me non temerè in illius errata scripsisse. Ut autem facilius valeas cognoscere, quam ob causam inductus fuerit Erasmus primùm ad me scribere, hæc annotato. Anno Christianæ salutis. M. DXXIII. mense Januario ad supputationem Parisiensem, perlata fuêre Lutetiam diligentiâ, cujusdam *Conradi* Germani bibliopolæ, aliquot exempla Paraphrasum *Erasmi* in beati Lucæ evangelium Basileæ excusa. Ipse autem *Conradus* cupiens opus illud dare imprimendum Parisiis cum privilegio, ut dicitur, favore viri bonæ memoriæ Francisci *Deloini*, uti constituit, ut illius operâ & quâ plurimùm potuit autoritate, supremi Senatus decretum ad id obtineret. Vir autem prudens *Deloinus*, sciens Senatus ejusdem supremi emittendis in Theologia libris novis constitutiones, quibus ad evitanda quæ ex Lutheranorum scriptis quotidie suboriebantur in fide errata, prohibuerat edictis publicis, sub pœnis gravissimis ne Parisiis imprimerentur libri concernentes fidem Christianam, aut sacræ Scripturæ expositionem, nisi prius per Collegium Theologorum aut ab eo commissos fuissent discussi, & judicati utiles Ecclesiæ: ad me pro ea quâ erga me afficiebatur charitate, librum Paraphrasum Erasmi in Lucam misit petens instantius illum perlegerem, ut primùm commodè possem: & siquid pias aures offenderet, signarem ipsique indicarem: neque tamen tum mihi aperuit cur id deposceret. Librum igitur illum percurri quàm potui ocyssimè: & excerptas propositiones circiter quinquaginta ut vel planè erroneas vel multùm de errore suspectas, ad Dominum *Deloinum* cum ipso libro mox remisi, ignorans omnino (ut jam dixi) quiduam prætenderet. Cæterum paulo post sentiens Conradus me non respondisse suis votis neque se assecuturum eo saltem medio, quod volebat (Nam quod ut privata persona Domino *Deloino* morem gerens egeram, fidem Senatui facere non poterat) curat ut cœtui ipsorum Theologorum Paraphrasum liber examinandus præsentetur. Quo facto committuntur ad id Doctores aliquot, qui perlecto accuratè libro, retulerunt Collegio Magistrorum perniciosa complura in Paraphrasi illa contineri, quæ & palam fuêre perlecta. Quibus perpensis ex omnium Doctorum sententia decretum fuit, librum illum non esse imprimendum: quo agnito Conradus à prosecutione sua, ne forte majorem incenderet flammam, destitit. Post decursum aut plus minusve anni unius, devenit ad Erasmi manus, operâ & accuratione (ut ipse ait) præfati Domini Deloini, exemplum & diploma illorum quinquaginta articulorum à me in paraphrasim super Lucam annotatorum, & interea rescivit non placuisse Theologis Pari-

sientibus ut paraphrases illæ suæ, Lutetiæ venderentur: quod quidem ægerrimè tulit: sed timens ne quid in se ederem, quod tamen facere nunquam mihi in mentem venerat, me suâ præoccupat epistolâ, quæ proximè adducetur, & simul deffensionem ad Magistrum Nicolaum Beraldum virum doctum mittit edendam, si forsan articuli illi fuissent me auctore evulgati. Quibus compertis, & lectis Erasmi litteris, demiratus sum quomodo per præfatum Dominum Deloinum cui uni illos credideram, quique tribus aut pluribus mensibus antea obierat, bujusmodi articulos habuisset Erasmus. Cæterum utcumque id contigisset, nactus occasionem tam opportunam juxta zelum quem ad illius salutem babebam, statuo respondendo eum fraternè monere: quod etiam Deo adjutore effectum est. Prætereà circiter dies illos accesserunt ad me viri quidam religiosi & venerabiles ordinis Carthusiani percontantes quidnam de *Erasmi* scriptis judicarem: quibus non aliud quam ipsi Erasmo auctori responsum dedi. Constans enim sicut decuit, fuit verbum meum: omnia tamen fiebant non palam sed clanculum. Neque prius sciveram virum piæ recordationis & Theologum insignemGuillelmumà *quercu* meo responso subscripsisse quam illud *Erasmus* huc remiserat, cum suis divinationibus: ad quem uti conjecturâ quàdam consequor, per aliquem ipsi addictum de ordine supradicto fuerunt quæ responderam transmissa, ipse illa quæ sub silentio pressa ego tenebam divulgavit. Neque potuit nomen aptius suo scripto dare quam ut pro divinationibus somnia diceret: ita enim proh dolor timet reprehendi palam in iis quæ publicavit, ut somniarit etiam me velle, quod nondum animo conceperam, efficere. Proinde quartâ meâ ad eum epistolâ quæ paulo post suo loco ponetur, conqueror quod ille mihi imposuerit divulgasse me hic articulos illos, quorum ne Theologorum quidem cœtui, verbum ullum recitaveram aut mentionem feceram. Quamvis autem studiosè Paraphrases Erasmi perlegissem & adnotassem quæ displicebant assertiones, quemadmodum feceram de Jacobi Fabri commentariis, hoc certè egeram motus plurimorum clamoribus dicentium, duorum istorum scripta perniciosa esse rei Christianæ & animarum saluti, & eo fine, ut si Patres Ecclesiæ aut Reipublicæ rectores juberent istiusmodi libros examinari; jam esset non nihil ad id præparatum, & statim ostendi posset, quam necesse foret illud fieri, nisi auctores ipsi (quod vehementer cupiebam & suadebam pro viribus) perperam scripta & edita retractarent. Quid autem me tandem permoverit in bujusmodi excerptos errores, ego sincerè in operis præfatione prolocutus sum. Ut verò quid mutuis inter nos epistolis actum sit, cognoscas: constitui earum diplomata fideli transcriptione hisce subjicere.

Sequitur prima Erasmi ad Bedam epistola.
Eximio M. N. Bedæ. S. P.

Accepi per Franciscum *Deloinum* fœlicis memoriæ loca per te subnotata ex Parapbrasi nostra in Lucam, quâ quidem diligentiâ tuâ adeò non sum offensus, ut vehementer optem te idèm facere in reliquas Paraphrases, sed præcipuè in annotationes meas. Nihil enim malim quam è libris meis tolli quicquid inest vel erroris vel offendiculi. Quumadornarem secundam editionem novi Testamenti suppliciter & obnixè rogaram piæ recordationis, Joannem *Atensem* Lovaniensis Academiæ Cancellarium, ut admoneret siquid offenderet, pollicitus est, perlectum opus citra exceptionem comprobavit ut pium & eruditum. Quum responderem me moneri malle quàm laudari, nam id esse utilius, etiam atque etiam confirmabat suam approbationem. Idem rogavi *Latomum*, qui nunc lacerat quòd tunc poterat corrigere siquid offendebat. Idem Ludovicum *Berum* Episcopum Roffensem, aliosque permultos, tamen laudarunt. Ego tamen ex opere tantorum virorum calculis approbato, multa sustuli, multa correxi, pluraque reddidi mitiora. Nunc apparo quartam editionem. Quod si non gravaberis indicare quod meritò possit offendere Doctos ac bonos, apud me sanè magnam inieris gratiam, idque scriptis etiam testatum efficiam, mibi tuum officium fuisse gratissimum. In quo si te candidum præstabis & integrum, exosculabor sinceritatem Christiano Theologo dignam. Sin asperius & inimicius id feceris, tamen boni consulam Ea moderatio conducibilior est etiam nomini theologico, quod nunc apud plerosque malè audit, ob quorumdam odiosam morositatem, & omnia carpendi petulantiam. Quid enim dicturi sunt cor-dati

dati doctique viri, cùm legerint Petri Sutoris libellum, quondam Sorbonici Theologi, nunc Monachi Cartusiani? Quantùm ibi maledicentiæ, quantùm fastûs, quanrùm stuporis & inscitiæ? Nibil toto opere crepat nisi theologastros rbetorculos, sciolos, asellos, tralaristas, insanias, temeritares, errores, scandala, hæreses, blaspbemias. Et inrerim tractat argumentum, in quo nihil intelligit, plaoè vetus proverbium nobis referens: *Ne Sutor ultra crepidam.* Assumit partim manifestè falsa, partim controversa. Hanc translationem novi Testamenti esse Hieronymi, banc esse proditam afflatu sancti Spiritûs, hanc ut talem ab Ecclesia receptam esse. Assumit me in hoc vertisse, ut mea translatio cum autoritate legeretur exclusâ veteri. Ex his hypothesibus seu comperrissimis, colligit omnes translationes recentiores, esse scandalosas, hæreticas & blasphemas. At non videt hanc contumeliam recidere in *Thomam*, *Bedam*, & *Lyranum*: qui frequenter citant diversam lectionem, nec reprobant, sed interpretantur. Etenim quod in toto blasphemum est, blasphemum & in parte sit oporter. Nec sentit se dum ista loquitur, blasphemum esse in Pontificem qui nostrum laborem suo diplomate comprobavit. Ne quid dicam de Adriano VI. qui adeò non damnavit meam industriam, ut adhortatus sit ut idem facerem in veteri testamento, quod fecissem in novo. Idem de Episcopo *Roffensi*, qui mihi non semel gratias egit, testificans se plurimum fructûs ex hoc opere meo cœpisse. De *Tonstallo* Episcopo Londinensi, deque aliis innumeris virtute pariter ac doctrinâ præstantibus viris. Planè sentio Surori nostra non esse lecta. Quid antem impudentius, quam sic debaccbari in alienas lucubrariones, nec legisse quod proscinditur conviciis? Exigit ut proferam vel unum Doctorem, qui legerit in principio erat sermo. Atqui in apologia istuc dilucidè expedivi. Flagitat ut proferam unum locum in quo lapsus sir doctor aliquis ob interpretis solecismos. At ego in annotationibus meis multos tales iodicavi. Sunt innumerabiles ubique qui nou oderunt *Erasmum*: Nec desunt sana sobriaque judicia: Quid isti dicturi sunt obsecro cùm legent tales libellos è Sorbona profectos? Quos equidem non ignoro vestrùm doctissimo cuique non placere, sed interim ob paucorum stultitiam vocantur in contemptum & odium boni theologi. Edidit & in Brabantia libellum Dominicanus quidam, sed tam indoctum ac stupidum ut nullus sus possit indoctius: adeò manifestis conviciis scatentem, ut nullus scurra possit impudentius. Ad ista connivent Tbeologi, nec inrerim perpendunt, quos risus, quantum odium sibi concilient. Quod ad annotationes tuas respondi, misi Nicolao *Beraldo*, ut tibi copiam faciat. Bene vale. Basileæ quarto Caled. Maias anno M.D. XXV.

Erasmus Rot. meâ manu subscripsi.

Epistola Natalis *Bedæ* quâ ad procedentem *Erasmi* respondet, & quâ eum amicè ut resipiscat, hortatur.

Erasmo Rotherodamo Natalis Bedæ. S.

MUlta de tuis scriptis amantissimè in Cbristo frater & ordine compresbyter à viris doctis referri & variè annis superioribus audiens, legere ego nonnulla tandem per otium statui & effeci: propter quæ fateor, animæ tuæ non parum timui quam ex operibus tam præclaris, naturæ dotibus cernebam esse donatam, & proinde crebro in gravi confessu me dixisse memini. *Erasmus* divinum babet ingenium & raram ad enunciandum quæ vult peritiam, quâm rarissimam verò sermonis elegantiam. Comperi siquidem tua studia in compluribus, quantùm sub Dei timore conjicere licebac malè solida ex *Origene* & aliis quibusdam providentiâ Dei, uti existimo, minus publicatis scriptoribus sequi dogmata, relictis firmis & per Ecclesiam Catholicam probatis Doctoribus: quorum sententias, quia adhuc explanationibus pro concordia & intelligentia faciliori opus haberent, *Gratianus Lombardus* & nostri quos scholasticos vocamus, & qui revera Ecclesiæ senescentis necessarii erant ætati, digesserunt. Nec id existimare casu factum quis debet, quod novo & humiliori stilo fuerint usi, quasi boc turpi tribuens, Dei sane spiritus qui non unifariàm, pro quolibet tempore suam dirigit Ecclesiam, ita factum voluir. Dolui itaque pro te super bis frater mi. Si enim à placitis *Ambrosii*, *Hieronymi*, *Augustini*, *Gregorii*, & subsequentium Sanctorum Doctorum quæ (certò tene) inconcussè sunt secuti Guillelmus Altisiod. Halen. Tbomas, Bonaventura & cæteri probati scholæ bujus Magistri in illis quæ proximius Divinum jus attingunt tuus non dissensisset intellectus,

nimirum omnibus stilus placuisset, nec obstat quod prædicti Doctores scholastici in quibusdam nondum resolutis, & nequaquam ut citra formidinem etiam nunc cognoscantur necessariis diffident. Quando autem, ut dicitur, jacta est alea, nesciatque vox missa reverti, per immensam Dei bonitatem te frater precor pauperis Bedæ consilium eo accipe spiritu quo posteaquam ita ut ad me prior scriberes permisit Dominus, spero rescribere: eo equidem animæ tuæ, cujus toto corde salutem cupio, quod sentio dicam liberius, quo testaris te velle per omnem modum informari, & de libris tuis auferri, quicquid inest vel erroris, vel offendiculi: adesseque semper tibi libros edituro Bedam, &c. In Domino nostro confido, è re tua factum esse, quæ ut urgente Supremo Senatu, in paraphrasi Evangelii Lucæ signaverant, quia me moverent hæc levius, illa magis, ad te me inscio fuêre transmissa. Me igitur audias, Domine frater, quæso & Deo, te mecum humilia. Primùm non vacat periculi suspicione quia continuè aliorum, ut putas, incumbis utilitati novos sine intermissione libros scribendo Ecclesiæ non necessarios: vix certè, ut conjecturo, tibi cedit per tui spiritûs recollectionem temet edocere, hoc est internis meditationibus sæculi hujus vanitatem perpendere, & futuri jucundam delibare stabilitatem. Attendendum quippe est quod docet Apostolus inquiens. *Si linguis hominum loquar, &c. & si habuero omnem scientiam, &c. & qui alios doces te ipsum non doces* Dominus verò docturos docens, qui, inquit solverit unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, &c. scripsit proinde Beatus Augustinus quæstio iij ad dulci. mihi. ca. parte operum, viij, dicens. » Ego quod confitendum est charitati » tuæ, plus amo discere quam docere. » Nam hoc admonemur dicente etiam » Apostolo Jacobo. *Sit autem omnibus ho-* » *mo velox ad audiendum, tardus au-* » *tem ad loquendum.* Ut ergo discamus, » invitare nos debet suavitas veritatis: » ut autem doceamus cogere necessitas charitatis. Ubi potius orandum est ut transeat ista necessitas quâ hominem docet aliquid homo. Hæc ille: quorum sensum alibi non semel repetit. Consultò hanc ob rem à novorum quiescas librorum editione ut te tibi reddere valeas, & Dei judiciis quæ & tibi & mihi per ætatem proximè instant, præpares. Sat superque de mundi gloria es assecutus, postremam æternæ repones (si me audias) ætatem: non prius enim inoffensè theologa disseres quam multa fueris dedoctus, & ante Domini oculos humiliaveris animam tuam de tuo diffisus sensu. Hi autem qui secus tibi moliuntur suadere viderint cujus aguntur spiritu verbi Esaïæ memores. *Erunt qui beatificant populum istum seducentes, & qui beatificantur præcipitati. Et rursum, Populo meus qui te beatum dicunt ipsi te decipiunt.* Dein animæ tuæ & Ecclesiæ (nisi me fallit humanum aliquid) non modicum tribueres si tam multorum & variorum tuorum scriptorum à prioribus exorsus examen (instar patris tui Beati Augustini) exactius tecum pertractares: & quæcumque aut fidei, aut moribus minus consentanea (doctrice experientiâ per aliorum reprehensiones) inveneris planè rejiceres & damnares. Ad quod (ut animi fortitudinem tibi compares) exequendum lege, posco, ejusdem patris tui Augustini epistolam ad Marcellinum quæ est ordine vij. nec enim me judice & amicè monente ut fidas quia viri cum sapientiâ tum virtute præstantes in universum opera tua (ut scribis) probaverunt, & quod plus multò videtur, diplomatibus summi Pontificis. Non enim ignoras aliud esse simpliciter amici scripta legere ad aliquem etiam honestum finem, aliud peritum ut judicem examinando accuratius quæ legit perpendere. Non enim, teste Hieronymo, æque inimici audiunt ut amici: qui inimicus est nodum in scirpo » quærit: amicus prava quoque recta » judicat: quod vel, te Doctore, liquet. » Dicis nempe te ex opere tantorum virorum (qui scilicet tuas legerant annotationes) calculis approbato, multa sustulisse, correxisse multa, pluraque reddidisse mitiora. Dico itaque zelo quo ad tuam salutem concitor disseruisse te plurima perniciosè & in grave populi Christiani scandalum, ut pote de cleri cœlibatu, Votis Monachorum, de jejuniis & interdicto esu carnium, de festorum dierum observantia, de consiliis Evangelicis, de scripturis sacris in vulgare transferendis, de legibus humanis & horis canonicis, de fidelium divortio, de symbolis Ecclesiæ, aliisque similibus non paucis, unde tibi vehementer timeo: & præsertim quia cum viri quidam non indocti, neque stupidi aut elingues complura tuorum redarguerint assertorum, *Leus & Stunica*,

& non est simile vero quòd ubique gratis sint locuti, verùm in multis (vel non capio) justè & ad rem: nusquam tamen quod viderim, fateris te dormitasse, aut non assecutum quod oportebat, quòd quàm sit de culpa suspectum sacræ non silent litteræ. Itidem & de illis articulis propter quos hæc jam causa scribendi provenit, displicet mihi frater amantissime eos qui tecum agunt me quoque si quando accidit, te etiam & quoslibet, in rebus maximè sacris asperius scribere, arroganter, animosè spretè aut conviciis, quæ ad rem non faciunt, verùm potius inficiunt, quòd alioquin gratius saperet: quoniam tamen qui sic disceptant veritatis defensionem sibi purè, ut opinantur, statuunt, & falsitatis odio sese moveri putant in oculis Domini, forsan quod præter modestiam irruunt, facilè veniam habebit. Quod autem poscis ut quod in Lucæ Paraphrasim actum est, in aliis consimili studio efficiam, & præsertim in annotationibus, & amico nobis communi Domino *Beraldo*, cujus curâ ad me quæ scripsit tua charitas pervenêre, significas magis premenda esse, quæ fere quasi ad incerta respondens misisti. Si nihil visis per te adjectum per me foret, omni voto vellem daret Dominus, ut mutuo frui possemus colloquio: spero enim tibi id profuturum: annotavi, tuæ charitati confiteor, aliqua in Paraphrasibus Matthæi, Joannis, & epistolarum Apostolicarum habitâ occasione quam dedit per piæ memoriæ *Deloini* Præsidis operam Senatus Parisiensis quæ non probo. In annotationibus verò nihil, quòd alios per eas transisse viderem. Cæterum in ipsa per me signata nihil prorsus scripsi, sed apud me pressa manent. In schedulis nuda. hoc est nihil in confutationem penitus scripsi, sed neque id aggredi mihi huc usque fuerat constitutum. Tamen excerpsi per articulos quæ movebant, quos ad te nunc transmittere infructuosum foret omnino. Cæterum si posthac ejusdem Domini *Beraldi*, & amicorum consilio mihi compertum fuerit expedire fidei negotio, ut nonnullas adjiciam probationes, & ad hoc adjuverit Dominus, facere potero. Quòd si Divina concedat pietas eam propono servare modestiam quæ senem decet sacerdotem qui Dei reformidat judicia, & operam dabo quod in me fuerit, ut prius tu judicium feras quam emittantur. Si tamen nostris credens consiliis tu ipse minus rectè scripta retractares maximopere tibi congratularemur, & Deo nostro gratias, quia nos illo per te fasce levasset, ageremus. Quo autem nostris facilius adhibeas dictis fidem, & certò scias quia non rectè scripsisti in multis: legas velim sermonem qui xxviij est inter eos quos Beatus Pater Augustinus de verbis Apostoli scripsit. Item epistolam ejusdem cliij quæ est ad publicolam, unà cum ejus responsione ad quartam Hylarii quæstionem parte operum undecimâ. Et denique per gratianum collecta xxij quæstione primâ: & planè intelliges quod inconsultè cum Luthero & Fabro Origenem sequutus es, qui homiliâ super Matthæum ultimâ mihi folio lxxxij B. scripsit omne juramentum per Christum velut illicitum prohibitum fuisse, quod est manifestè erroneum, & propterea in Constantiensi Concilio damnatum. Falsus etiam planè fuisti pietatis prætextu existimans perutile esse Ecclesiæ omnes sacras Scripturas etiam Cantica Canticorum, & Ezecb. verti in vulgare, &c. Quod toties & tam instanter suadere fategisti, non advertens quanta sæpius eam ob rem Ecclesia animarum pericula, & turbationum pertulerit incommoda: propter quæ ne id fieret non semel prohibuit. Jam, tuæ charitati dico, suis damnis experitur modo Dominus Episcopus Meldensis] quidnam fructus plebs illiterata suæ Diœcesis ex Jacobi Fabri sudoribus in eo negotio collegerit. Si verò in Germania rusticis viris & mulierculis religionis incrementum in eam traductæ linguam scripturæ contulerint, vos certius nobis nosse potestis: qua de re quid variis locis expertissimus Doctor de *Gersono* scriptum reliquerit utinam legere tibi complacuisset, loca sunt parte 1a. operum de scriptoribns Ecclesiisticis xj consideratione, eàdem parte de communione laïcorum sub utraque specie xvij littera M. parte tertiâ tractatu octavo super Magnificat numero lxxxvij littera Z. parte iiij numero iiij littera L. eàdem parte iiij numero xiij littera L. eàdem parte cc demum numero lxvj littera D. Frater si hunc Doctorem seu puerilem & trivialem parvi ducis vix pro meo ad tuam salutem desiderio propitium consequeris auxilium illius, dicere tibi ausim humilis Doctoris lectio præ cunctis tibi est necessaria, ut tu tibi vilescas eo solo medio, Deo placiturus. Si autem tuo stomacho, his in duobus articulis post eorum lecturam ad locorum quos remitto, ut factum satis, judices, de

cæteris puta non me gratis fuisse locutum, sed per eorum deductionem fidelia satis posse producere testimonia. Jam pro epistolæ conclusione, quod heri de nonnullis tuorum opusculorum in consessu gravissimo, propositum extitit refero. Tui nescio quis amans in gallicum traduxit eloquium, videlicet encomium matrimonii, Orationem Dominicam & Symbolum: si plures sunt jam non memini, versiones autem ipsæ ad nostram Facultatem fuerunt, ut jam Lutetiæ fit, præsentatæ, quo sciretur, expediret eas imprimi necne, ad id muneris commissi, quæ in ipsis versionibus non sana compererant palam pro more facultatis recitaverunt, quibus auditis obstupuere omnes tua certè non probantes dogmata, puto interpretem quem nonnulli suspicantur Ludovicum de *Berquin* fuisse, tibi charissime frater non multùm suo conrulisse studio: & formidandum ne futura tibi & Fabro sit communis sors cum magistris nostris quos à multis certum est malè sæpius audire. Vale dicens persevero in supplicationibus, tui Bedæ consiliis quantùm commodè poteris, audi precor & bene tibi erit. Ex acuto monte Paris. XII. Kalend. Junias M. D. XXV.

De secunda Erasmi ad Bedam Epistola Bedæ prænotamenta.

PRo intelligentia secundæ Erasmi ad me epistolæ quæ totâ illius manu propria scripta est, & meæ ad ipsum responsionis, noveris lector candide Erasmum ex primæ epistolæ meæ contextu fuisse, ut ejus indicant rescripta, vehementer commotum, & ægrè supra modum tulisse quod tam liberè ipsum commonuissem, hinc apologeticam in spiritu concitato epistolam ad me rescribere aggreditur repentè, quæ duodecies plus continet scripturæ quam secunda manu ejus scripta, utraque tamen ad me dedit. In priore tumet, stomachatur, errores tuetur suos, viros egregios etiam quam plurimos lacerat, me autem & pungit & ungit: non pauca effutit impertinentia, se extollit supra Cœli astra, ac totus demiratur quomodo tantâ ipsum corripuerim audentiâ. Ex tempore autem quo illam finivit ad dies scilicet ultimos mensis Maii ad festum usque Beati Bartholomæi Apostoli quo secundam scripsit, bilis in *Erasmo* digesta est, aut animum exulceratum dissimulavit, & longè mitiori stilo, quo fine ipse viderit, nobis respondens, magnam melioris mentis spem nostris pro ipsius salute desideriis ingessit: quod facilè ex ipsa quæ mox sequetur epistola cognosces: superbam autem & prius scriptam ob illius prolixitatem & modicam utilitatem, quæ legentibus haud parvum generaret tædium non duxi his ascribendam, ob id præsertim quia per secundam, illam retractare videtur. Quo tamen in negotio varias, uti ferè solet, agit personas.

Exemplum epistolæ Erasmi posterioris earum duarum à quibus ad præmissam BedæEpistolam respondit.

Absolutiss. M. N. Natali Bedæ Domino & amico plurimum observando, S. P.

EGregie vir, responderam epistolæ tuæ, miseramque *Argentoratum* ut illinc transmitteretur ad vos, sed cùm nullus inveniretur idoneus, rediit ad nos. Hunc nuncium privatim conduxi meâ pecuniâ, qui tuas annotationes ad me perferat. Libros Augustini quibus explicat sermonem Domini in monte habitum sciebam me legisse, quàm diligenter incertus, ubi cœpissem tuo hortatu relegere, comperi margines omnes notulis manûs meæ plenas, deinde in annotationibus meis quas scripsi in caput Matthæi quintum & sextum, frequenter hinc cito testimonia. Unde miror unde suspicatus sis mihi opus illud non fuisse lectum. Scripsit hos quidem libros eleganter & accuratè, sed tamen Presbyter, nec adhuc perinde exercitatus in sacris litteris, quamquàm feliciter jam meditatus Divinæ scripturæ tractationem. Ex hoc opere multa corrigit ipse, & resident nonnulla quæ lectorem candidum ac æquum requirunt. Unde non sum arbitratus anxiè mihi laborandum, ne nusquam ab eo dissentirem. Relegeram penè totum, nec animadverti quicquam periculosi lapsûs in meis. *Gerson* non est in mea bibliotheca, sed aut emam, aut aliunde rogabo. Vidébis me satis docilem si contingat monitor ἀνδαλής. Sunt variæ dotes hominum: nec eàdem viâ tendunt omnes ad scopum fœlicitatis. Ego me puto semper hoc egisse, quod vos agitis, licet non eâdem ratione. Et nisi hæc fatalis tempestas fuisset exorta, non prorsus infeliciter conatus eram, ut reflorescerent linguæ cum bonis litteris, simulque veteres Orthodoxi cum Divinæ scripturæ fontibus revocarentur. His temporibus

temporibus quoniam video nihil scribi posse, quud non offendat aliquos, decrevi quiescere, totus in hoc, ut quæ vulgata sunt, nec revocari possunt, repurgentur quò, quantùm fieri potest, carcant offendiculo. Ad hanc rem qui mihi dignabitur ferre suppetias, apud me summam inibit gratiam. Si parum videbitur proximâ editione mutare quæ offendebant, non gravabor esse severior judex in lucubrationes meas, quàm Augustinus fuerit in suas, tamen ne nodus quæratur in scyrpo, sed ea dumtaxat judicentur, quæ sunt alicujus momenti. Nec agam tergiversatorem in explicando aut deffendendo, nec mihi indulgebo in corrigendo. Sunt dogmata quædam controversa, quod genus est, Pontificem esse superiorem Concilio universali. Sant quædam obscura & incognita, quale erat illud de non vertendis libris sacris in linguam popularem. Sunt quædam ejusmodi ut multis scrupulis torqueant ingenium: de his non videtur impium disserere, vel ut aliquid plenius & exactius inveniatur, vel ut submotis offendiculis confirmentur quæ decreta sunt. Ad hæc consideranda est temporum ratio. Utinam non pigeret attentius legere meas lucubrationes: nec enim dubito quin id integer facturus sis. Non potui hunc onerare graviore librorum sarcinâ, tamen indicem omnium misi. Tertiæ editioni novi Testamenti addidi apologias aliquot novas, quas facilè percurres. Respondi *Stunicæ* conclusionibus & articulis. Ego me Catholicum esse puto, non tantùm ob id quia pacem habeam cum Pontifice, cum Cæsare, cum Ferdinando, cum Episcopis meis, verùm etiam quia Lutherana factio neminem magis odit quàm *Erasmum*. Quod si id est in fatis meis ut utrinque lapider, tamen adnitar, ut Christo prober, in cujus diem me paro toto pectore. Is te servet incolumen Domine & Frater honorande. *Basileæ*, Natali sancti Bartholomæi. Anno. M. D. XXV.

Erasmus Rot. manu propriâ

EPISTOLA SECUNDA N. BEDÆ. ad *Erasmum*, quâ paucis respondet duabus simul a b *Erasmo* acceptis.

Eruditissimo viro ac amantissimo Domino. D. Erasmo *Rotherodamo à me plurimùm observando. S. P.*

DIvinâ puto factum providentiâ amantissime ac eruditissime frater & Domine, ut prior tua epistola propitium non inveniret nuncium, qui eam cùm velles ad nos defferret. Si enim sola venisset, ne ullum quidem verbum responderemus pro rescriptis judicantes meum fat fore silentium: tam variis equidem argumenris, ac ferè innumeris quæ in ea complexus es, non sum qui possim respondere, cùm autem frustra illa per te quantùm ad plurima, ni fallor, elaborata secum advexerit alteram quâ mihi ad non pauca in priori contenta tibimet respondisse per me videris, in Domino sperans brevissimam hanc decrevi reddere tibi pro responso. Noveris itaque frater, me tuis excitatum litteris aut provocatum, alioquin nunquam facturum, scripsisse libertate Christianâ quæ judicavi tuæ saluti conductura. Et utinam dedisset Dominus, ut mutuo colloquio conferre licuisset, experientiâ opinor, nosses quod tuæ cupirem felicitati. Deo gratias, qui tibi ut leniori spiritu in secundis tuâ scriptis manu litteris loquereris id beneficii donaverit. Domine frater, si Ludovicus *Berus* & bis lectam, ut ais, ad Dominum Basileensem epistolam de interdicto esu carnium, &c. probaverit, non dico fallor aut ille infeliciter egit, sed pro constanti veritatis confessione assero ipsum & quemlibet qui ejusmodi fuerit judicii miserrimè à recto delirasse, ac tibi haud parum imposuisse. Super quo ut per M. N. *Gervasium*, cui tuas dixi salures, moneatur curabo; neque salutem utique tuam neque pacem aut integrum numen prudenter æmulantur qui abs te consulti talia tibi reddunt consilia: pravum, dicitur, cunsilium consultori pessimum. Utinam à te jam sene non prodiisset scriptum illud, quod quam scribendo fueris Catholicus, id est cum sanctis Ecclesiæ consentiens traditionibus ac ritu, quamque pro Christianorum moribus perniciosè locutus meridianâ luce clariùs prodit: doleo & quidem vehementer te Lutheranæ factioni per illa & alia ejus generis nonnulla dogmata id tribuisse unde hæc tibi objiciant per tuos te constrictum, quia nobiscum in plurimis sentias, tenemus libros. Vide precor quo modo inde te vindices, & orbem ædifica Deo & proximis quod debes reddens.

Te puto fefellit meæ lectio epistolæ, quia scribis meo hortatu ad scriptum Beati Augustini de sermone Domini in monte recurrisse. Scio enim nihil operis illius, quod quale ipsum describis non ignora-

vi, meminisse me: locutus sum de sermone xxviij de verbis Apostoli & aliis quibusdam ejusdem Augustini, vel libris, vel epistolis quæ in divinis egregiè jam instructus excudit. Fateor autem epistolam ipsam meam & præcipitanter nimiùm per me dictatam & per notarium, cujus aut alterius cujusvis arte nihil spero hic ex actis inter nos orietur tragediarum ob tabellarii instantiam transcriptam.

Ecce Dei in nomine ad te mitto annotata per me in nonnullis tuorum scriptorum è quibus alia fidei concernunt dogmata, alia omnium mores, alia tuos, utpote quatenus de cæterorum scriptis scribendo & tuis, non servasti modum: mitto inquam non ut inde te exasperem, aut irritem, verum quo tuum pro meo modulo juvem studium quod secundâ mihi exprimis epistolâ eorum lectione videbis ubinam & de Ezechiele vertendo, & Canticis, &c. scripseris: neque tibi expedit Domine charissime, ut me in te judices plus æquo severiorem, &c. Siquidem in fidei causis aut eam contingentibus quam nulli parcam, aut non dissimulanter agam ubi prodesse me sentio, expertus est *Judocus Clichthoveus* modo mihi usque adeo fidens & familiaris, ut nihil emittat opusculorum quod non prius meam, qualisqualis est, censuram pertulerit. Nec hoc nescit *Petrus Sutor*: tu verò hoc nescire potes. At si permittat Dominus ut evulgentur quæ pro sanctorum *Hieronymi* & *Gelasii* decretorum tutela adversus Origenis defensores ad cujusdam vestratis Christiani Massei Dialogos adjeci, illa argumento rei huic erunt. Causæ autem hujus me coegit ratio, ut neque tibi parcerem, quamquam, sicut novit Dominus Deus noster, non nisi invitus id subierim muneris. Negotium quod hic te tangit, istud est, respondens *Lathomo* in quadam apologia, *Adamantio* quod non meruit meâ opinione tribuisti, & *Hieronymo* atque *Augustino* Ecclesiæ luminaribus detraxisti nonnihil quod illis debitum esse confitetur Ecclesia: & quoniam meo scopo *Erasmi* in Domino mihi dilectissimi adversari præconia *Origenis* visa sunt, illa ut potui diluere studui brevi quidem sermone, hoc est unius papiri folii scripturâ, servatâ quantùm valui modestiâ: si prodibunt ad te pervenire facilè poterunt. Sin minus, quoniam hoc adhoc jam à triennio Senatûs pendet arbitrio, liceat quod purè Divinæ committo providentiæ: hinc potes tuum animum utcunque lenire, quia Lutetiæ *Erasmi* non facilè cudi sinantur Paraphrases, aut alia scripta. Si videre cupias, & ex me petas eâdem charitate quâ tibi in aliis gero morem transmittam & illa: facito Domine frater, obsecro te per Christum, quæ manu tuâ facturum spondes, & appende te obtestor quale rixarum & sine modo contentionum in tua priore epistola mihi offers fomentum, pro fraterna quâ te in charitate monitum volui correctione. Consulo proinde ut quando ex hoc contingeт quemque vel tibi scribere, vel in te, si præter justam causam id agat stulto nihil respondeas. Si verò non improbabiliter, & pro tua salute ac purgatione lucubrationum tuarum, quæ plurimùm videbis limâ egere, si uti mihi loqueris integer nostras legeris annotationes, idipsum quasi à Domino ad te demissum accipe, & paucis ubi opus pro civilitate fuerit respondeas. Nihil, ait ad *Eugenium* piissimus *Bernardus* libro primo de advocatis agens, ita absque labore manifestam facit veritatem sicut pura & brevis narratio: utinam frater & Domine quanto te cupiam animo videre pro te cerneres: me non opinor modo, sed certò scio pro amico haberes, qui tua faciliùs quàm mea video pericula, ex paucis quæ legi de tuis ad hoc tantùm publicis excitatus clamoribus. Neque enim annotationes tuas habui, aut legi aliquando, sed dumtaxat ea vidi, quorum in articulis per me excerptis mentio fit. Si autem illæ annotatiunculæ parum momenti tibi videantur habere, quia nullatenus velle debeo, ut meâ movearis contra sapientum sententiam opinione, mitte illas ad Dominum *Roffensem*, quem Theologum præstantissimum existimo, aut aliis id genus viris eas communica, & sincerè dicito eis. En amicus quidam Christianè me exhortans ad me hos misit articulos de meis excerptos libris, asserens eos quàmplurimis non esse probandos. Ego autem meo in facto, seu homines alii, cæcutio precor, &c. Si egeris ita, bonam de te spem in Domino concipiam, non velim antem dicere singulos quos mitto articulos omnino damnandos esse: multa enim forsan facilè possunt excusari, sat mihi est quia ad te eos lego, ut sapienti data sit occasio eos, cum viris doctis & bonis considerandi: non pauca tamen continent quæ nullâ debent causâ tolerari, *omnia* ait scriptura *probate*, & *quod bonum est tenete*. Vale ô Domine & frater studio-

fissime, ac fideli corde charissime. Ex nostra cella Montis Acuti Septembris xij an. M. D. XXV.

Tuus apud Deum Orator & Amicus N. Beda.

SEQUITUR epistola præter apologeticam tertia *Erasmi* ad *Bedam*, ubi quoniam jam tenebat articulos omnes è suis Paraphrasibus excerptos, & obnixè per eum ab ipso Beda postulatos audaciùs loquitur, & cùm certum sit debuisse illum sequi consilium, quo secundâ epistolâ erat monitus de hujusmodi ad eum missis articulis per *Bedam* agere pro sententia Domini *Roffensis* Episcopi, aut aliorum peritorum, ac Deum timentium virorum: insinuat tamen paratiorem sese ad defensionem omnium scriptorum suorum esse, quàm ut vel in minimo palinodiam canat. Non sic autem in secunda epistola, ut lectori potest constare, locutus est. Ferè tamen semper & lenit & exasperat, comminatur & applaudit.

Absolutissimo Theologo D. Natali Bedæ, *Domino ac fratri plurimùm observando.* *S. P.*

SAnè gaudeo & ipse, non redditam epistolam illam prolixam, sine altera, quandoquidem videtur offendisse animum tuum. Eam uni tibi scripseram, tantùmque de humanitate tua mihi persuaseram, ut te crederem nostram libertatem aut si mavis licentiam, boni consulturum. Est quidem præcipuum officium amicitiæ monere, cùm res poscit, amicum; verum oportet hoc officium inter amicos esse mutuum. Etsi tua singularis eruditio me non eget monitore, tamen sæpe etiam est olitor valde opportuna locutus. Denique qui sedulò monet, etiamsi frustra moneat, tamen hoc nomine collaudandus etiam est quia prodesse voluit. Gratissimæ sunt annotationes quas mittere dignatus es. Utinam misisses & illa quæ tantoperè offendunt in epistola ad Episcopum Basileensem, simulque librum cujus editionem moliris. Nuncius erat certissimus, mihique propriè sat æquâ mercede in hoc conductus. Quandoquidem & quod huic *Conrado* Bibliopolæ commiseris tutò ad me perveniet: præstat tamen ut quæ mittis obvoluta tunicâ & funiculis obligata obsignes. Pauxillulum est laboris. Ægrè lego manum amanuensis tui, sed tamen lego: minus esset negotii si tamen ea notares quæ pertinent ad negotium Doctrinæ Christianæ: quæque eredas excusari non posse. Primus articulus notat ex verbis meis elici, non omnes epistolas quæ *Paulo* inscribuntur esse sine controversia *Pauli*. Hoc non video cur debeat reprehendi, nisi fortè putas epistolas ad *Laodicenses*, & ad *Senecam* esse sine controversia, *Pauli*. Ut maximè verò detorqueamus hoc dictum meum ad Hebræos scriptam epistolam, lege apologiam quâ *Jacobo Fabro* pridem respondi, & non negabis orthodoxos multos de authore hujus epistolæ vehementer dubitasse. Nec ulla Ecclesiæ auctoritas vetat hactenus dubitare, nisi fortè quia *Pauli* titulo legitur in templis. Verùm ibi multa leguntur alia, de quibus dubitare nefas non est. Attamen si hoc quoque non pigebit annotare, mihi non erit ingratum. Quod si dignaberis tribus verbis indicare quid te moveat, existimabo conduplicatum officium. *Berus* fatetur epistolam illam postquam fuerar edita per Typographos denuò legisse, notatis aliquot locis, sed quæ nullius essent momenti, nisi accederet interpres iniquus. Oravi ut tertiò relegeret, ac promisit se facturum. De pessimo consilio scribis magno cum stomacho. Quale fuerit consilium hoc, non refert. Certè vides me non refugisse severa etiam judicia Theologorum, ubi contigit. *Beri* integritatem hinc noverunt omnes: fucum in eo suspicari, ne adhuc quidem possum: de doctrina si minus possum judicare: vos ipsi judicastis, qui illum habuistis dignum primâ laureâ. Nec video quid illa epistola suffragetur Lutheranis. Jam dogmata Lutheri regnabant. Et hic per seditiosos quosdam summo contemptu & insultatione consuetudinis Ecclesiasticæ inducebatur sarcophagia, ducebantur uxores, aliaque multa fiebant adversus Ecclesiastica instituta. Huic seditiosæ temeritati opposui illam epistolam & profeci. Eaque primùm excitavit fremitûs Lutheranorum in me, quos insanisse oportuit, si epistola pro ipsorum conatibus facit. Vehementer laudo cœlibatum, sed ut nunc se habet Sacerdotum ac Monachorum vita, præsertim apud Germanos, præstaret indulgeri remedium matrimonii. Quotusquisque est in orbe qui jejunat? Quoniam multi sunt qui vescuntur carnibus quùm libet? Et arbitror plures bene jejunaturos si jejunium persuaderetur potius quàm præciperetur. Nihil tamen horum mutari volo præter authoritatem Ecclesiæ. Nec ea mutatio damnat patrum

instituta, sed admonet pro horum temporum moribus variandum esse remedium. Id si non placet Ecclesiæ Proceribus, nihil habent Lutherani quod erigant cristas, cùm censeam nihil esse novandum, nisi interveniente Ecclesiæ autoritate. Sed desino, ne rursus molestus sim meâ copiâ. Quandoquidem solent reis plures infundi clepsydræ, quàm actoribus. Expedita res est accusare, sed multiloqua deffendere. Facilè mihi persuades ut tibi fidam, quamquam si verum est *Beri* consilium fuisse tam infelix, cui tutò fidendum est? Affirmas te non falsurum, at falli potes opinor. Ego hactenus melius sensi de Theologis Sorbonicis, arbitrans uni cuivis illorum tutò fidi non uni cuipiam. *Iodorum Clicloveum* semper amavi. Candidiùs tamen erat facturus si Dionysium asserens, cum *Valla* potissimum dimicasset, qui hujus sententiæ primus Autor extitit. Verùm non sum is qui talia non queam conquoquere. *Petro Sutori*, si is tantùm tibi tribuit, utinam persuasisses, ut aut non ederet talem librum, aut moderatiùs scriptum ederet. Nihil enim adhuc legi illo vel indoctiùs, vel furiosiùs. Respondi homini huc hortantibus amicis, nec ullius rei me magis pœnituit quàm illius operæ. Audio conspui ab omnibus Doctis ac bonis, etiam si nemo respondisset. Suades ne talibus respondeam, & utinam suasisses in tempore. Verùm illi priùs suadendum erat ne sic indecorè debaccharetur in proximum, non sine detrimento nominis Theologici, si quid mihi credis. Novam tragœdiam cæteris omnibus atrociorem nobis hic peperit *Carlostadius*: persuasit in Eucharistia nihil esse præter panem & vinum. Eam sententiam libellis aliquot editis confirmavit *Zunglius*, proximè *Oecolampadius* tanto studio totque machinis argumentorum idem agit & tantâ facundiâ, ut seduci possint etiam electi. Hæc Civitas vacillat, sed sic, ut videatur sanabilis. Cogor itaque posthabitis meis omnibus in hoc certamen descendere, quamquam impar tam arduo negotio. Si liber ad vos pervenerit, intelligetis vobis expedienda arma, nec articulis tantùm agendum, sed persuasione. Misissem librum, sed unicum dumtaxat habebam, nec hic palam venditur. Vale frater in Christo mihi semper venerabilis. Datum Basileæ sexto Non. Octobr. An. M. D. XXV.

Erasmus Rot. manu propriâ.

EPISTOLA N. BEDÆ quâ ad præcedentem respondet tristis utcumque quia in promissis sibi ab *Erasmo* per secundam epistolam super retractatione perperam scriptorum & editorum non permanet, sed potius tergiversari videtur, nullam agnoscens in se culpam.

Eruditissimo Viro ac amantissimo Domino Erasmo *Roterodamo*, *tum primis observando.*

SAlve frater & Domine ad litteras tuas carptim solùm respondendum video. Audi ergo perpaucis, sive longâ, sive brevi epistolâ scribere mihi nihil tua peritia pusset quod, adjutore Domino, contristet nisi pro te. Dein & titulus ipse epistolæ ad Episcopum Basileensem, & tria quæ in illa prosequeris argumenta nullum piè erditorum virorum meâ quidem sententiâ non offendunt, quod deprehendes faciliùs si *Clicloveum* legeris capite primo, libri tertii operis, quod *Antilutherum* nuncupavit sub numero iij. Quod enim de illâ epistola judicet, & si authoris illic haud expresserit nomen, non est tamen difficile inde conjicere: alio autem suo scripto quod speramus ante Februarii mensis calendas exiturum, rem attingit enucleatiùs, eâ tamen modestiâ quâ uti solitus est. Quòd verò scribis per me in tuis lucubrationibus annotanda esse dumtaxat quæ pertinent ad negotium Doctrinæ Christianæ, &c. Actum est, *quod scripsi scripsi*, gradum hic sisto asserens nihil in omnibus signatum per me quin aut ad tuæ pertineat salutis causam, & eo, ipsâ consideratione dignum, aut ad fidem: si tamen hâc tuorum figurâ verborum prætendis parviducenda esse quæcumque non complectitur Divinorum eloquiorum volumen, aut saluti parum cætera conducere: error est non parvus: quia hoc uno admisso innumeri prodeunt Ecclesiasticæ rei vehementer incommodantes, & quibus sese tuetur *Luther* improbus. De reliquis nihil ulterius tecum discepto, officio amici functus sum: non me puto affirmasse non falsurum: absit quia in universum tam temerè cogitarim. Ut enim certò scire possum, quia fallendi non est animus mihi, ita omnino ignotum si quempiam sim falsurus: existimo autem, quia tua non me fefellerunt scripta, utinam falsi non fuerint qui ea comprobant, & non imposuerint tibi illa plus justò efferentes.

Quid

jam de Theologis Sorbonicis ſentias, aut alias ſenſeris non magni refert: ſtabit corpus, tu autem ut ego, non longo poſt tempore viam univerſæ carnis ingreſſurus es, utinam quæ ad felicitatem ducat, & auſim dicere frater & Domine, quod niſi Theologorum cœtus quos ſorhonicos vocas, noſtro ævo obortis occuriſſet erroribus & ſimul damnatis olim, ſed jam renovatis, negotio Chriſtianæ Doctrinæ longè contigiſſet infeliciùs. Neque eoſdem movet Theologos quòd malè à nonnullis audiant, non enim Lutheranorum aut novitatum cupidorum linguas reformidant, qui viciniores ſunt ipſorum ad fidei pnritatem utcumque jam ſentiunt zelum: & bene profectò in Gallia à cunctis audiunt Catholicis. Non ſis itaque ſuper eorum anxius nomine in poſterum, ſed proſpiciens tihi perpende quàm ſeſe in fide ſuſpectum reddat, qui infenſum ſe quomodocumque monſtrat Theologis, qui pro ſui officii dehito novas ſtudent in examen trahere Doctrinas, eas per variorum articulorum cenſuras fidelibus ad cautelam quales ſint declarantes: quòd quidem ſi neſcias te id doceat Joannes à *Gerſono* parte prima, numero xiiij, A. littera V. Pro veriſſimo autem haheas velim improhè amantium cæca eſſe judicia. Non puto item ſuaviùs te auditurum ab his qui apologiam in *Sutorem* ſunt lecturi quàm ille: quia ut videri poſſet quihuſdam, aliis alirer judicantibus, arrogantiùs, & ſupra modum ſatyricè de te & *Fabro* locutus ſit. Omnibus ignoſcat pius & miſericors Dominus, illum quòd ita ſcripſerit per epiſtolam cùm primùm mihi notum factum eſt, &c. fraterne corripui. Neque quempiam movere debet quòd facultatis conſenſu opus prodierit: non enim ſolet in talihus ſcribentis ſtilum ponderare, ſed dogmata: & ſi priuſquàm in publicum prodiiſſet inviſiſſem, non omnino tale forſan exiviſſet. Denique gratum efficies ſi (quid ad epiſtolæ calcem dixiſti, obvium te præbeas ſacrilegis qui græciſſantes ſuis (quas vocatis honas) linguarum litteris eouſque veſaniæ progreſſi ſunt, ut etiam à Chriſti ſponſa Eccleſia illum ut eſt in Sacramento aufferre ſacrilegè moliantur. Pro nullo negotio benignius andire potes à Catholicis: det tibi Dominus virtutem adverſus impios. Amen. E Luteria Octohris xxj an. M. D. XXV. pro actis per te vel tecum in itinere Biſuntino nequaquam tibi locuturus eram centies expertus rumores vix conſtare: at ſi eſt verum quod audivi, ſcilicet quòd cùm gratiarum Deo actiones dicerentur, & pro more pio adjungi audires heata viſcera Mariæ Virginis, &c. Id te non hono habuiſſe animo vehementer diſplicet, quoniam illud eſt tibi exitiale nimium: à talibus precor tihi caveto.

EPISTOLA *Eraſmi* ad *Bedam* quarta, in qua ſuis utitur artificiis: quorum & ſequentis reſponſionis *Bedæ* ad illum judex æquus eſto hone lector.

Ornatiſſ. M. N. Natali Bedæ. *S. P.*

HOnorande vir in proximis litteris tuis erant quædam quæ magis ſpirabant animum ſatrapæ quam manſuetudinem Theologicam, quod genus ſunt illa quia vetas me ſollicitum eſſe de nomine Theologorum, at ego putabam mihi jam amicitiæ jure licere apud te viciſſim admonere, ſi quid ad Religionem Chriſtianam pertinere videretur. Deinde ſuggillas me quaſi malè ſentiam de Theologis Sorbonicis: imo nullos magis veneror quàm verè Theologos, neque cum quoquam bono Theologo mihi unquam vel tantillum fuit diſſidii. Siquid queror de malis & hoc nomine indignis, ad ordinis injuriam non pertinet, non magis quam ad contumeliam Populi Chriſtiani pertinent illa quæ dicuntur in uſurarios & adulteros Chriſtianos. Et ſic tua verha ſonant, quaſi cupiam extinctum Corpus Ordinis Theologici. Quoniam nomen hoc bene audit apud Gallos, Gratulor atque utinam bene audiretis apud univerſos homines: quòd quò minus fiat, non Theologia in culpa eſt, ſed quorumdam iniqua judicia ac moroſi mores, & ferè vincit improhitas paucorum. Quid minus conveniebat quàm *Sutorem Cartaſianam*, cujus manſuetudine debuerat aliorum ferocia temperari, tali libro debacchari in me? qui quod facio, ſedulò facio. Iſtum ſtilum debebat in Lutherum & ejus ſodales ſtringere non in me, quamquam me non ſemel pœnituit reſpoodiſſe. Dictionem illius nihil moror, quamquam habet apud ſe nebulonem ingratiſſimum, quem ego olim famelicum & docui & alui: cujus operâ ahutitut in expolienda phraſi. Cæterum demiror quæ ſiot iſta dogmata *Sutoris*, quæ Theologis arriſerunt. Ego puto rem inſciis Theologis per unum atque alte-

V

rum esse gestam. Sunt enim qui talibus tragœdiis oblectent animum, & alienâ fruantur insaniâ. De *Oecolampadio* sic scribis quasi linguis & bonis litteris imputandum sit, quod sic aberret à pietate: & harum studiosi nunc vocantur novarum rerum cupidi, cùm vetustissimum sit linguarum, & politiorum litterarum cognitionem, cum Theologiæ professione conjunctam esse, novum verò litteras sacras, iis argutiis *Sophistarum*, *Aristotelis*, *Averrois*, *Scoti*, qui præter Ethnicam Philosophiam suas etiam spinas invexit, tractari. Egregium verò decretum, si se reddit de hæresi suspectum, qui de quocunque Theologo queritur, unde læsus est: & quicunque delectatur linguarum, ac politioris litteraturæ cognitione. Me nunquam offendissent tuæ notationes sive æquæ sive iniquæ, si ad me misisses. Nunc cum odiosa præfatione veluti censoris illic sparsisti sine meo fructu, nisi quia casu huc delatæ sunt. Et tamen hoc quoque boni consulo. Sic enim interpretor animum tuum esse sincerum, utcunque *Scytica* est oratio: & malo amici vulnera quam inimicum blandientem. Porro quos improbos amores mihi narres, quorum cæca sunt judicia, non satis intelligo. Nam *Berum* inter vulgares amicos numero. Cæterum libellum de interdicto carnium esu, non esse tam impium quàm quidam arbitrantur: vel illud arguit quia miros Lutheranorum fremitus hic excitarit. Eum relegi: nec satis admirari possum quæ sunt illa quæ vestros animos tantopere offendant. Me non esse de illorum numero qui nihil recipiunt præter ea quæ sunt expressa in sacris voluminibus satis declarant meæ lucubrationes, si vacaret eas legere. *Berquinus* ad me misit unum atque alterum libellum versum gallicè. Excerpsit quædam è meis, & admiscuit suas additiones, quæ nihil ad me pertinent. Hic fortiter urgent opinionem *Carlostadianam* de Eucharistia. *Capito* scripsit libellum Germanicum. *Zuinglius* multis libellis rem deffendit. *Oecolampadius* jam bis ea de re scripsit. Cùm primùm prodiret *Oecolampadii* liber, Magistratus jussit premi: privatim consuluit *Berum*, *Cantiunculam*, *Bonifacium Amerbachium* & me: perlecto libello respondi quæ decent hominem Orthodoxum. Itaque liber hic non venditur, simulque Magistratus edixit nequid *Oecolampadianum* hic excudatur: ac bona spes est fore ut hæc civitas tota stet pro pietate. Ante annum cùm variaret Magistratus de conjugio Sacerdotum & Monachorum deque rebus aliis, ego consultus dedi Christianum consilium. Quoniam si hîc adesses videresque fremitus ac terrores hujus factionis, quæ potentior est quàm credas, fatereris *Erasmum* non nihil pati pro defensione Christianæ Religionis, & indignum, qui simul & à *Sutoribus* confodiar & à Lutheranis. Idque magis etiam dicas si legisses librum quem nunc scripsit in me *Lutherus*, plenum virulentiâ, dicteriis, sannis, & scurrilibus conviciis, adeò ut hactenus in neminem scripserit insaniùs: responsionis partem ad te mitto. Nam unus duntaxat codex ad me missus est ex Lypsia, sed adeò serò, ut ad legendum, respondendum & excudendum vix mihi suppetierint duodecim dies. Scio temerè factum, sed illi hoc agebant, ut his aliquot mensibus triumpharet ante nundinas autumnales. Et liber *Lutheri* vertitur in linguam Germanicam, quò concitet in me textores & agricolas. Optarem nunc esse vobiscum. Nam argumentum est scholasticum & *Lutherus* data opera pertraxit omnia ad scholasticas argutias, quia in his sciat me minus exercitatum. *Berus* occupatus est suis negotiis & alioqui desuevit his quæ versantur in scholis. Opera *Gersonis* mihi paravi, & nonnulla cœpi legere. Locum quem commonstras in libris *Clicthovei* etiam si millies legissem non judicassem ad me pertinere, adeò nihil est illic quod non longissimè absit à mea conscientia. Et quanquam hac in re mihi non es levis autor, ut qui scribenti adsis ut audio, tamen vix adducor ut credam illum talia in me torsisse: & si torsit, precor illi mentem quæ propiùs absit à sobrietate Christiana. Ego illic ne syllabam quidem ad me pertinere puto. De Eucharistia distuli coactus variis causis, & alioqui video quàm non sit tutum hoc tempore quicquam scribere. De Beatis visceribus Mariæ Virginis, sic res habet. Procurator Archidiaconi vocarat nos ad prandium. Sedimus usque ad horam tertiam; id erat molestissimum qui vix unquam sedeam ultra dimidium horæ. Actæ sunt gratiæ prolixæ, & ex variis fragmentis consarcinatæ. *Kyrie eleison. Pater noster. De profundis.* Aliâsque multis: quæ fortassis alio tempore dicerentur tempestiviùs. Ubi jam putabam finem texi caput: & cœpi salutare convivas. Hic puer addidit præter expectationem,

& beata viscera. Hic ego ridens, hoc inquam deerat: excusans me qui non expectassem, simulque notans illam rapsodiam. Cæterum istos virginis oblatratores nemo magis odit quàm ego. Atque id temporis Missa quam ad preces cujusdam feceram in laudem Virginis Lauretanæ, confirmata est ab Archiepiscopo Bisuntino. Tantum de hac re, nec quicquam amplius. Bene vale. Datum Basileæ tertio Id. Mart. An. M. D. XXVI.

Eras. Rot. tuus ex animo meâ manu subscripsi.

Sequitur jam dicta Bedæ in præmissam Responsio.

Eruditissimo Viro ac Domino Domino Erasmo Rotcrodamo mihi in Christo charissimo

SAlve, Doctissime vir, ut ex epistola tua planè colligitur, nullus erit tibi bonus Theologus, nisi qui in tua juraverit verba, ac contra tota diametro ab hujusmodi sententia ego distans non existimo ullum uspiam bonum esse Theologum, cui non ferè displicent quæ edidisti scripta: & qui erroneis in eisdem disseminatis pro viribus non sese opponit. Si me profectò non præoccupassent tuæ litteræ, non usque adeò mihi fidebam: ut te aggredi scripturis possem, vel cogitare. Non itaque tibi scripsi, sed semper rescripsi: & quod tuæ saluti conducibile judicavi non usquequaque silui, hinc satrapa sum factus & suggillator mirum sanè quàm Theologum deinde efferas mansuetudinem, de aliis loquens: opinor *Sutorem* antapologiâ quâdam, quæ sub prelo est, mundo ostensurum, quia eam tantum in lingua & calamo gestas. Si politiorem habeat ille necne me fugit. Videris autem tu quâ conscientiâ ita me per epistolam modo adieris me, inquis mihi, nunquam offendissent tuæ notationes sive æquæ, sive iniquæ, si ad me misisses, nunc cum odiosâ præfatione veluti censoris isthic sparsisti, sine meo fructu nisi quia casu huc delatæ sunt. Hæc tua sunt: sunt hæc tua. Gratissimæ sunt annotationes quas mittere dignatus es: utinam misisses & illæ quæ tantopere offendunt in epistola ad Episcopum Basileensem, sic tua manu in epistola per te Basileæ scripta xvj Nonas Octobris, anno M. D. XXV. Verissimum itaque est me ad te id impensiùs flagitantem misisse annotationes: non casu illæ in Germaniam transvolarunt. Falsissimum item est hic me illas sparsisse. Si Dominus *Beraldus* exemplum sibi retinuerit & sparserit, aut alius quisquam tuorum internunciorum, hoc nescio me omnino factum est: videas proinde quibus mecum agas verbis. Cæterum quod tu factum, aut conjecturis suspicatus es, aut falso rumore accepisti, ut futurum sit hac occasione apparo. Viri boni qui ante Dei oculos mecum tibi bene capiunt, videntes in secunda quam ad me dedisti epistola manu tuâ scripta polliceri te mihi tuorum repurgationem librorum: quódque summam tecum inire gratiam dicebas qui tibi ad hoc ferrent suppetias. Non gravabor, aiebas, esse severior judex in lucubrationes meas quàm Augustinus fuerit in suas, gaudebant pro te gratias Domino agentes, tibique congratulabantur atque mihi, qui non nihil causæ meâ adhortatione tuis præbuissem profectibus: ita enim in te futurum propter bona tua verba sperabant mecum. Hinc non destiterunt me etiam importunè urgere donec consimili oratione per epistolam commonefacerem, & *Jacobum Fabrum*: factum est tandem, & libertate Christianâ pericula viro vehementer in re Theologa ægrotanti aperui: offerens inter alia si vellet ipse sibi ipsi mederi libros commentariorum suorum in epistolas Beati *Pauli*, & Evangelia: in quorum marginibus quædam annotaram non recta, per quæ meam posset accipere mentem, ad eum transmittere, rescribens gratias non vulgares egit, non tamen meam acceptavit oblationem: sed rogavit quò rationes adjungerem propter quas loca illa notâ censerem digna: quod cernens ego aliquot dies perquam anxius substiti calamum omnino dedignatus. At postea animum colligens cœpi xiij die Junii M. D. XXV. vires consulere aliquid scriptitando, ignorans penitus quousque essem opus prosecuturus. In eo duravi cœpto, & demum annotationum libri duo absoluti sunt ad medium Februarii mensis: & excudere *Judocus Badius* inchoavit circiter Martii principium: & speratur finiturus ad diem sanctæ Pentecostes. Perpendens autem ego permulta errorum capita *Fabro* tecum esse communia, decrevi velut appendicem parvulam libris illis duobus adjicere, ad cautelam nonnullam tuorum lapsuum, cum perstrictis eorum censuris. Et hoc quidem ne forsan videar personarum in

veritatis præjudicium acceptator: si te insalutatum præterirem, ubi fermè par dicendi ratio invenitur. Ago tamen per paucis tecum. Non debet autem tibi aut *Fabro* videri iniquum: si nos stimulante conscientiâ fidei veritatem, quam multifariàm læsistis, utcumque tueri studeamus. Istud verò & tibi opus maximè fore vel inde constat, quia adhuc tibi placet epistola ad Dominum Basileensem, cùm potissimum quod illic prosequeris argumentum *Augustinus* de hæresi *Arianorum* loquens libro de hæresibus, parte operum xj monstret jam olim fuisse damnatum, quomodo autem illa epistola Lutheranorum excitasse fremitûs putanda est: quæ eorum factioni planè astipulatur? Non inde meâ sententiâ, impiorum sunt commotiones exortæ, aliis provocati fuère causis, quas ad rem vix purgabis ut foret opus nisi & quæ perperam scripsisti tu ipse retractaveris. Illi enim, quoniam sciunt aliis callidissimè imponere, non facilè retineri se verbis sinunt. Congratulor tamen plurimùm quòd adversus eos stilum converteris. Det tibi Dominus gratiam agendi unde veram promerearis gloriam, sed sat de his sit dictum. Non est novum aut immodestum si ubi causa deposcit, verborum quandoque severitate utamur: certissimum enim est tibi id non insuetum esse. Patere igitur, te obsecro, nos pro veritate eâ gaudere licentiâ; quam utinam nemo pro falsitate usurparet, & Dominum ora nobiscum ut in nostram omnia vertat salutem. Quid sit de persona *Berquin*, futurum nescimus. Nempe xxiij hujus mensis gravissimo Ecclesiæ judicio dictus est hæreticus relapsus, & Supremi Senatus potestati seu laïcæ manui redditus. Si legeris primum librum *Augustini* contra *Cresconium* grammaticum non dices ulterius, puto, aliâ quâlibet juniorem scholasticam Theologiam esse aut minus utilem: quàm qui ignorat, & de Divinis aggreditur definire periculis sese committit verèformidandis. Hac autem infelici tempestate quâ politia Christiana miris errorum offenditur nebulis, quis ejuscemodi Theologiam non videt pernecessariam? quia denique à Lutheranis te exerceri quereris, & simul à Catholicis pro causa dolendum tibi fatemur, qui in omnibus sincerè agunt. Tantummodo à perversis patiuntur, quod gloriosum sanè judicatur. Utinam tibi in bonum omnia cedant, pro transmisso Virginis Beatæ officio gratias ago: at responsionis partem per te Luthero factam neque accepi neque vidi. Vale, ex Acuto Monte, feriâ quintâ sanctæ Hebdomadæ Martii xxix. Anno M. D. X X V. Pro more Parisiano. Tuus Frater & Orator. N. BEDA.

Anno Domini 1528.

In Senonensi Concilio Parisiis habito, Annotationes aliquot errorum jam olim damnatorum, & nunc repullulantium paucis constricta.

HIs sanè Decretis, possent plura alia adjungi, verùm nimiâ hujusmodi Decretorum multiplicatione Orthodoxos Lectores gravare metuentes, haud quaquam alia in præsentia censemus adjicienda. Quia tamen plurimæ aliæ sunt hæreses, quas in editis libris, aut publicis prædicationibus, aut familiaribus etiam colloquiis minimè erubescunt homines perversi hodie promulgare, pestilentibus dogmatibus enitentes inficere Populum Christianum, generali quâdam definitione tales damnatæ doctrinæ assertiones operæ pretium est indicare, quò faciliùs vitentur.

Exploratum nempe est quod non aliâ viâ convenientiùs Hæreticorum calumniæ, hæreses atque impietates caventur, quàm ubi deteguntur, & manifestantur. Tunc enim omnibus facilè constat, quàm vana sint ac futilia, imo quàm stulta & impia eorum dogmata. At verò ut commodius tales errores discernantur, certis subnectuntur indicibus modo sequenti.

Error favens Ario.

Nusquam legitur Dei cognomen apertè tribui Christo in Apostolorum & Evangelistarum litteris, præterquàm in duobus aut tribus locis.

Error favens Macedonio.

Audemus Spiritum Sanctum appellare Deum, quod veteres ausi non sunt.

Christus suam mortem deplorari non voluit: sed adorari: ut quæ sponte pro salute totius mundi suscipiebatur: non enim deflenda est mors innocentis.

Error Joannis Hus damnatus in C. Const. sess. 15.

A Consortio Ecclesiæ resecatur quisquis admittit crimen lethale.

Ecclesia

Ecclesia non constat nisi ex bonis.

Primatus summi Pontificis non est à Christo. Non rectè aut piè ab Ecclesia canuntur istæ Orationes. *Salve Regina*, *Mater misericordiæ*, *Regina Cæli*, *Ave maris Stella*.

Novissima pars capituli ultimi Evangelii Beati Marci ex Apocrypho quopiam Evangelio ascripta apparet à lectore studioso.

Error Bohemorum.

Indecorum vel ridiculum videtur quod Idiotæ vel mulierculæ Psittaci exemplo psalmos suos & precationem Dominicam latinè murmurant, cum ipsæ quod sonent non intelligant.

Baptisati infantes, cum veniunt ad annos discretionis sunt rebaptisandi.

Infantes non sunt baptisandi.

Baptisati parvuli postquam ad pubertatis annos pervenerint ut in communibus fidei articulis fuerint instructi: interrogentur. Ratum ne habeant quod Susceptores nomine illorum polliciti sunt in Baptismo. Id si non approbent fortassis expediet illos non cogi, sed suo relinqui animo donec resipiscant, nec ad aliam interim vocari pœnam, nisi ut ab Eucharistia sumenda reliquisque Sacramentis arceantur. Cæterum nec à sacris, nec à concionibus excludantur.

Fomes peccati, etiamsi nullum adsit actuale peccatum, moratur animam ab ingressu Cœli. Justus in omni bono opere peccat.

Omne opus bonum optimè factum, est veniale. Deus obligavit hominem ad impossibile in nono & decimo Præceptis, prohibens non concupiscere: quod quis negat, pessimè facit, & qui hoc falsum esse dicit, plus quàm pessimè facit.

Hoc est mortalium mortalissimum, non credere sese damnabili & mortali peccato esse obnoxium coram Deo.

Error favens Wicleffo.

Modus celebrandi missam quo utitur Ecclesia Catholica non est conveniens.

Error Bohemorum.

Missa debet dici linguâ vulgari.

Error Arianorum & Astarothitarum.

Manifestus est error, Missam applicare, seu offerre pro peccatis, pro satisfactionibus, pro defunctis, aut quibuscumque necessitatibus suis aut aliorum.

Error Donatistarum, Ascetarum & Apostolicorum.

Non est dubium, universos hodie Sacerdotes & Monachos cum Episcopis, & omnibus suis Majoribus esse Idololatras, in statu periculosissimo agentes, ob Missæ seu Sacramenti ignorantiam, abusionem & irrisionem.

Magna est fides, cognoscere Christum corporaliter esse, ubi sacramentaliter est. Sed major est cognoscere eum absolutè, ubique corporaliter esse.

Nihil conducit ad susceptionem Eucharistiæ, se præparare per contritionem, confessionem, satisfactionem, & alia bona opera.

Non licet inducere homines ad pœnitentiam per timorem gehennæ.

Episcopus non potest, quod non possit simplex Sacerdos.

Ecclesia non potuit illegitimare aliquas personas, sic quod non possint contrahere matrimonium.

Humana instituta si observas ut humana, nihil te juvant, sin ut Divina mendacium committis.

Catharorum error & Waldensium.

Lex Evangelica, quo tutiores sint homines à perjurio, prorsus damnat omne jusjurandum, ut jam fas non sit jurare, neque per Deum, neque per Cœlum, neque per Terram.

Error Wicleffi damnatus in Concilio Const. sess. 8.

Excommunicationes non sunt timendæ, sed optandæ.

Qui venialia peccata docent esse distincta à mortalibus ad insaniam perditissimè nituntur trahere hominum conscientias.

Error favens Joviniano.

Opera nihil sunt coram Deo; aut omnia sunt æqualia, quantùm ad meritum attinet.

Meritum tribuere operibus, propemodum cum eis est sentire, qui credunt nos ex operibus justificari posse, de quo errore damnantur Judæi plurimum.

Error Beguardorum.

Illi qui habent charitatem nullis præceptis humanis sunt subjecti.

Habentes charitatem non tenentur jejunare, orare, vigilare, aut alia consimilia bona opera efficere, sed liberum est istis facere, aut omittere hujusmodi bona opera pro suo beneplacito.

Error Wicleffi.

Indulgentiæ prorsus sunt abjiciendæ.

Error favens Wicleffo.

Fundationes obituum sunt inventiones Daboli, Ecclesiastici non debent gaudere privilegiis & immunitatibus plus quam Laïci.

Non licet Ecclesiasticis habere bona immobilia.

Error Wicleffi.

Deus non vult pseudo Apostolos & Hæresiarchas extingui, sed tolerari si fortè resipiscant, & è Zizaniis vertantur in triticum, quod si non resipiscant, serventur suo judici: cui pœnas dabunt aliquando.

Decimæ sunt puræ eleemosynæ, & possunt Parochiani propter peccata suorum Prælatorum, ad libitum suum eas auferre.

Error Wicleffi dam. in con. const. sess. 8.

In Ecclesia non debent esse varia vivendi genera, quæ religiones appellantur.

Nulli licet invitis parentibus intrare Religionem.

Si proximum voco in jus, si ei damna procuro, quæ necessariò vocationem illam Prætorialem sequuntur, si etiam tanquam Ethnicum omni Sanctorum Consortio & participatione totius Ecclesiæ eum privatum iri obtineo: quomodo non facio injuriam qui injustitiam peto: Quomodo Mandatum Dei non solvo qui sanctam inter me & fratrem, dilectionis necessitudinem violo.

» In collectione Concil. Labb. tum Har» duini ibidemque decreta fidei contra » errores Lutheranorum proferuntur.

Anno Domini 1532.

Determinatio Theologicæ Facultatis Coloniensis super certis articulis nuper per Bernardum Rothmannum editis.

Decanus & Facultas Sacræ Theologiæ Universalis studii Coloniensis, omnium bonorum salute præmissâ, notum facimus universis Christi Fidelibus, ac præcipuè Clero, & devoto populo, & optimis civibus Monasteriensibus, ante paucos dies nos fide dignorum relatu, ac famâ publicâ referente, audivisse, & nedùm audivisse, sed, quod sine gravissimo animi nostri dolore meminisse vix possumus, etiam oculis nostris vidisse, & legisse varios & exitiosos articulos, vulgariter conscriptos, diversis erroribus plenos, quos, uti etiam ex eorumdem articulorum subscriptione notare, & scire potuimus, fertur composuisse ille Bernardus *Rothmannus* cum suis, qui etiam subscribuntur, complicibus, qui non Evangelii Minister (quale sibi nomen arrogat) sed potiùs adulterator est. Ob quam causam & nuper per Judices, & hæreticæ pravitatis Inquisitores, salutem animarum & conservationem fidei Catholicæ præ oculis habentes, legitimè fuerat excommunicatus, & tanquam putridum membrum à corpore Ecclesiæ gladio censurarum recisus & rejectus, à cujus oculis, quia timor Dei recessit, pernicioso humani generis hoste suggerente, pertinax effectus, & qui in sordibus est, sordescens magis, in perfidia incredulitatis & malitia suæ rebellionis persistens, nihil aliud curare deprebenditur, quàm ut vel nullâ ratione Dei, & Ecclesiæ Christi habitâ, suo virolento & pestifero afflatu ignem gehennæ excussit in Dominicum gregem, & oves Christi, ut tanquam lupus rapax in ovile Christi ingressus furet, perdat, & mactet oves quas Christus proprio sanguine vivificavit, & redemit, & Petro Apostolo, & legitimis ejus successoribus non lacerandas, non perdendas, sed pascendas commisit. Verùm hic *Rothmannus* ut oves incautas, & simplicem plebem in fauces luporum, non illorum agrestium, sed potiùs infernorum dæmonum injiceret, sequentes articulos quasi quosdam laqueos, & pedicas composuit, & per vias, quas ipse docere præsumpsit, pedibus incautè ambulantium passim substravit, dum in præfatione articulorum suorum quasi favo quodam mellis ita præludens ait.

" Brevis designatio quorumdam abu- " susum, qui ab aliquo tempore irrepserunt, " & usum obtinuerunt, quò abrogentur & " emendentur, oblata Honorato Senatui, " senioribus & Tribunis plebis Urbis Mo- " nasteriensis per Evangelii ibidem Mi- " nistrum. Ex vulgari Westphalorum idiomate quod in Autographo habet in latinum traductum.

Si evangelicus Minister esset hic *Rothmannus*, evangelicam viam doceret quæ ducit ad vitam, non quæ ducit ad mortem, quod sapiens de ipso præscripsit Prov. 16. *est via quæ videtur homini recta, & novissima ejus ducunt ad mortem*, quia vir iniquus lactat amicum suum & ducit eum per viam non bonam, per quam viam isti ambulaverunt, qui serò pœnitentes, & præ angustia pectoris gementes dixerunt intrà se. Sapien. 5. *Ergo erravimus à via veritatis, & justitiæ lumen non luxit nobis, & sol intelligentiæ non ortus est nobis. Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulavimus vias difficiles, viam autem Domini ignoravimus.* Tot etenim ambulamus vias difficiles iniquitatis, & perditionis, quot Hæreticorum falsa dogmata sequimur, sub falsis & calumniosis titulis subtecta, quorum bujus *Rothmanni* primus articulus talis est.

ARTICULUS PRIMUS.

Missa ab hominibus successu temporis contexta evertit cœnam Christi, ac est irrisio mortis ipsius.

Hic primus articulus irreverenter & imprudenter assertus, no solùm Ecclesiæ Dei, quæ teste Apostolo, *columna & firmamentum veritatis*, sed & Spiritui Sancto, à quo inspirata, & docta est, qui per universum Christianum orbem sie servari docuit injuriosus scandalosus, schismatis & seditionis in populo seminarium & ob id in comitiis Augustensibus & Ratisponensibus omnium Principum consensu reprobatus, qui est & inter cæteros articulos reprobatos ibidem ordine tertius & quartus. » Si missam Christianorum, quia à diversis composita, & diversis temporibus aucta, & perfecta, sentiunt abolendam & rejiciendam; quare non etiam suam missam (ut vocant) rejiciunt & supprimunt? quàm jam ter quater, & amplius immutarunt, cùm neque ex aliquo Scripturæ loco hanc esse extractam dicere possint.

ARTICULUS SECUNDUS.

Cœna secundùm Christi institutionem Christianis in unum convenientibus, mortemque Domini annuntiantibus celebrari sumique debet. In Missa autem contra institutionem Christi unus tantùm manducat & bibit; insuper id ipsum pro aliis præstandum potestatem sibi arrogat. Quodque omnium terribilissimum, erigit illam in Sacrificium, idque Sacrificium volunt esse Christum, qui denuò pro viventium ac mortuorum peccatis in contemptum Passionis Christi, quæ una pro mundi peccatis sufficit à Sacrificulo offertur. Præterea omnes ferè Missæ pecuniâ emuntur, quemadmodum Judæi Christum à Juda emerunt. Ex vulgari Vuesphalorum idiomate: quod in autographo habet in latinum traductum.

Articulus secundus quantum ad primam ejus partem, si generaliter & universaliter intelligatur, est ineruditè & temerariè assertus. Quantum ad secundam ejus ex priori illatam falsus est, & à Cæsarea Majestate, & statibus Imperii Augustæ, & Ratisponæ condemnatus artic. 15. Quantum verò ad tertiam hæreticus, & Arianorum & Artoliritarum hæresi ab olim condemnatæ conformis. Quoad finalem autem clausulam ejus, religiosissimis olim Imperatoribus, Regibus, Principibus, Comitatibus & personis fidelibus, qui eas pro animarum suarum salute & divini cultûs augmento ab initio nascentis Ecclesiæ usque in hæc tempora nostra devotissimè constituerunt & fundaverunt, contumeliosus, injuriosus, & infamativus, proindeque criminis lesæ Majestatis obnoxius.

ARTICULUS TERTIUS.

Ut iniquum est, unum pro multis velle sumere cœnam, sic etiam iniquum est, eum sub una panis specie velle distribuere, nam si cœna testamentum est Filii Dei, à nullo homine mutari debet. Ex vulgari ut supra.

Iste articulus est à Wiclef & Joanne Hus, ac Bohemorum hæresi, quæ dudum in Concilio Constantiensi consensu totius Ecclesiæ damnata est, assumptus, & novissimè in comitiis Imperialibus Augustæ & Ratisponæ omnium Christianorum Principum, & statuum consensu reprobatus & interdictus, estque inter reprobatos per Cæsarem errores ordine secundus.

quentes illationes, nullâ consequentiâ necessariâ, sed temerè & seditiosè infertur, ex priore, quia constat, quod de his, quæ in Ecclesia Dei fiant, pro consuetudine: quæ vim legis habere dignoscit: in lingua unâ Populus Christianus vel informatus est, aut facilè & sufficienter, vel informari potest per suos præsidentes, quos ad hoc Apostolus, Pastores & Doctores dicit in Ecclesia Dei constitutos, siquidem verba, quæ dicuntur, audirent; nihilominus Populum informari oporteret, quæ non intelligerent nisi edocti.

ARTICULUS NONUS.

Iniquum est omnes Ecclesiæ ritûs, cantûs, & quidquid nomine cultûs Divini venit, propter distributiones, aut pecuniam exercere, sive id primâ, sive secundâ intentione, hoc principaliter, sive accidentaliter fiat. Ex vulgari ut supra.

INdoctè & temerariè hic Articulus nonus assertus, contrarius est Divinæ & Apostolicæ Sententiæ, quâ dixit Apostolus, Cor. 9. *Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt, & qui altari deserviunt, cum altari participant.* Dominus in Evan. Matth. 10. *Dignus est operarius cibo suo*, & Apostolus quo supra, *quis militat suis stipendiis unquam*, Dominus enim, inquit, ordinavit, ut, qui Evangelium enuntiant de Evangelio vivant.

ARTICULUS DECIMUS.

Omnes cantilenæ in quibus alterius, quam Christi Mediatoris, Advocati, aut Liberatoris ex angustiis mentio fit, qualis est, Salve Regina, *& similes blasphemæ sunt, & à Christiano alienæ.* Ex vulgari ut supra.

ARticulus hic impiissimus in Beatissimam Virginem Mariam, & honori ejus, & reliquorum Electorum Dei maximè derogativus, contumeliosus, & in Populo Dei scandalosus, seditiosus & schismaticus, Ecclesiæ Dei sanctæ & spiritui sancto, à quo regitur, injuriosus, Scripturæ etiam divinitùs inspiratæ, quæ simul cum Christo etiam alios mediatores advocatos & cooperatores admittit, contrarius, novissimis etiam in comitiis Augustensibus & Ratisponensibus, de Principum & statuum imperii consensu per Cæsarem asseri, & prædicari prohibitus: & est inter damnatos Articulos octavus.

ARTICULUS UNDECIMUS.

Aquam lustralem, Candelas, Herbas, Imagines, Campanas, Sal, Oleum, & similia benedicere, ut ad salutem nostram conducant, infidelitas est, Ethnicum ac detestabile. Ex vulgari ut supra.

ARticulus prædictus ex officina Waldensium & Pauperum de Lugduno hæreticorum olim ab Ecclesia condemnatorum, proficiscitur, & falsus est, atque in Ecclesiæ universalis ritum, & consuetudinem contumeliosus.

ARTICULUS DUODECIMUS.

Ex alio fine infirmos oleo injungere, quàm ut membra, ac corpus reficiantur, ac roborentur, sed ideo, atque si salus animæ ex eo penderet, non est Christianum. Ex vulgari ut supra.

ARticulus hic ex eadem Officina profectus, quâ antecedens, & Jacobi Apostoli Doctrinæ juxta communem Ecclesiæ intellectum, & Doctrinam contrarius, & Sacramento sacræ Unctionis injuriosus, temerariò & falsò assertus.

ARTICULUS TREDECIMUS.

Defunctorum Sanctorum imagines invocare, venerari, aut circumferre clara & aperta idololatria est. Ex vulgari ut supra.

BERNARDUS ROHTMANNUS.
BRICTIUS JON. NOIRDEN.
JOANNES GLANDORPUIS.
HENRICUS ROLLIUS.
PETRUS VESTEMIUS.
GOLFRIDUS VEGENHANENSIS.

ARticulus decimus tertius & ultimus est hæreticus, & schismaticus in diversis Conciliis sub Zacharia, Stephano secundo, & demum sub Adriano primo condemnatus. Quæ etiam sola hæresis occasio fuit Imperii à Constantinopolitanis Imperatoribus huic errori faventibus in personam Caroli Magni, quo imperante Saxonia & Vesphalia jugo Christianæ fidei colla leguntur submisisse. Quocirca hortamur & obsecra-

mus per viscera Christi, & amore communis fidei universos, & præcipuè per Vesphaliam in Christo renatos Populos susceptæ, ac avitæ fidei ab olim constantes & strenuos propugnatores, & defensores, etiam vicinis in circuitu fidelibus, doctrinâ, famâ religiosiores, & fidei, & religionis suæ apud se ab initio usque in hæc tempora immutata uti viri fortes, atque constantes observatores tenacissimi persistant, neque patiantur sese à levibus hominibus averti. Certi quia quidquid à communi Christianorum fide discrepat, Legi Christianæ esse contrarium. Certi etiam, quòd nullus præfatorum articulorum sit, quem impii homines, ut jacet, & ab iis asseritur, in Canonicâ aut sacrâ scripturâ contineatur. Quod turpissimum est his, qui ab aliis non verentur, nisi certas, & expressas scripturas exigere.

Nos igitur attendentes temeritatem hominum articulis supradictis subscriptorum vergere in destructionem Ecclesiæ Catholicæ, in detestationem divinissimorum Sacramentorum, in Confusionem Hierarchiæ, & Ecclesiastici Ordinis, in scandalum, & confusionem omnium Christianorum, in Animarum grande periculum, quo si proh dolor, interea suâ damnatione pereunt, dum scilicet dominus non sit, qui ascendat ex adverso, & opponat murum pro domo Dei Israël. Ad nostræ professionis pertinere officium, ut requisiti tanquam fideles servi talentum nobis commissum non abscondamus. Examinantes obinde prædictos articulos nobis ut præscribuntur, præsentatos, post diligentem, & maturam præhabitam discussionem rejicimus eosdem in simplicium hominum seductionem jam præassertos. Quocirca eosdem huic nostræ scholasticæ decisioni insertos tales judicamus, asserimus, & habemus quales superiùs singulis articulis singulas censuras adjecimus.

Insuper eosdem articulos, ut præmittitur, vulgariter scriptos, & per singulos sacræ Theologiæ Doctores eâ diligentiâ, quâ debuerunt examinatos, & in scryniis ejusdem Facultatis cum nostrit censuris expositos factâ Congregatione in domo Decani facultatis Theologicæ omnium consensu reprobavimus, rejecimus, falsos hæreticos, injuriosos, seditiosos & schismaticos juxta tenorem nostrarum Censurarum singulis articulis peculiariter oppositarum censuimus, atque communi sententiâ definivimus, & decrevimus in fidem & testimonium omnium, & singulorum præmissorum præsentes nostras responsiones per Notarium ac dictæ Universitatis studii Coloniensis Bedellum infra, & supra scriptum subscribi mandavimus, sigilloque nostræ Facultatis prædictæ jussimus & fecimus subimpresso communiri.

Acta sunt hæc Coloniæ in loco præscripto. millesimo, quingentesimo, trigesimo secundo die nonâ mensis Septembris. Per me Grosvinum Notarium & Bedellum Antescript

Anno Domini 1534.

HEnricus VIII. Angliæ Rex, in Academia Oxoniensi de hac Quæstione disputari voluit. *An Romanus Episcopus habeat majorem aliquam Jurisdictionem sibi à Deo collatam in sacra Scriptura in hoc Regno Angliæ quàm alius quivis externus Episcopus.* A Liocolniensi Episcopo Universitatis Oxoniensis Cancellario convocatis Academiæ Theologis & habitâ deliberatione per plures dies, tandem in hanc sententiam descendêrunt quàm regi placere sciebant. Videlicet *Romanum Episcopum majorem aliquam jurisdictionem non habere sibi à Deo collatam in sacra Scriptura, in hoc Regno Angliæ quam alium quemvis Episcopum.*

Hoc monumentum in historia Universitatis Oxoniensis refertur paginâ 258. colon. 2. istud autem responsum Oxoniensis Academiæ crimine schismatis jam excæcatæ cum divina Scriptura apertè pugnat. Quorsum enim Christus *Simonis* nomen in *Cepham* id est *Petrum* convertit, & postea, Matth 16. 18. tum Joan. 21. 17. Quorsum inquam Petrum cæteris Apostolis præstare voluit, nisi ut hic Summus Vicarius Christi esset in terris, sicut Catholica Ecclesia profitetur.

Anno Domini 1540.

Edictum Universitatis Lovaniensis de libris Hæreticorum.

UNiversitas publico Edicto denuntiandam esse prohibitionem certorum librorum quos in plerisque sapere hæresim, fideique Christianæ ac Catholicæ omnino contravenire & contradicere deprehensum erat, quo mandetur omnibus & singulis suppositis, ut ab emptione, venditione editione & lectione ejusmodi librorum de cætero

cessent & abstineant, illosque a se rejiciant, destruant, & comburant, sub gravibus pœnis Edicto comprehensis, seu aliis arbitrariis.

Renovatum fuit hoc Edictum atque extensum quoad alios de novo editos libros, hæresim continentes, aut de ea suspectos an, 1546. mensis Augusti die 15. quorum Catalogum Facultas S. Theologiæ authoritate & jussu Caroli quinti Imperat. collegit, typis Servatii Sasseni editum: item an. 1550. ejusdem Imp. mandato ac demandatâ eâ provinciâ Decano & Facultati S. Theologiæ.

Anno Domini 1545. IX Kalend. Novembris.

Forma juramenti præstandi per inscribendos Matriculæ Universitatis Lovaniensis

UT obviaretur peregrinis & adulterinis hæreticorum hujus sæculi doctrinis, atque ad illorum declinanda consortia, quibus nisi providè occurratur, incauta juventus facilè posset damnatis istis hæresibus corrumpi.

Idcirco statuit & ordinavit Rector & Universitas ut omnes & singuli ad matriculam ejusdem Universitatis recipiendi, & priusquam eidem inscribi possint atque ad usum privilegiorum admitti, præstent juramentum hujusmodi.

Item *Juro me ex animo detestari universa dogmata Martini Lutheri, & aliorum quorumlibet hæreticorum, quatenus Doctrinis veteris & Catholicæ ac Romanæ Ecclesiæ adversantur: & sequi velle ac retinere fidem veterem Ecclesiæ præfatæ, sub obedientia unius Summi Pontificis*

Quam Universitatis ordinationem postea probavit & confirmavit Pius IV. Pont. brevi speciali, tenoris sequentis.

Dilecti Filii salutem & Apostolicam Benedictionem ad notitiam nostram pervenit, Universitatem istam quatuordecim circiter ab hinc annis, ut hæreticis novisque doctrinis, quibus juventus facilè corrumpi posset, vias omnes intercluderet, suamque fidei Catholicæ integritatem sinceram inviolatamque servaret, statuisse, ut omnes & singuli, qui studiorum causâ vel ad accipienda magisterii insignia, istuc venirent, priusquam in ipsam Universitatem, ut mos est, adscriberentur, & Doctorum insignibus ac privelegiis ornarentur, conceptis verbis jurarent, se ex animo detestari universa Martini Lutheri, & aliorum quorumlibet hæreticorum dogmata, quatenus doctrinis veteris & Catholicæ ac Romanæ Ecclesiæ adversantur: & sequi velle ac retinere veterem Ecclesiæ Romanæ fidem, sub unius Summi Pastoris Romani Pontificis obedientia. Qui vero hujusmodi jusjurandum non dedissent, eos nullo modo in Universitatem Lovaniensem nec in Doctorum numerum recipi liceret, sed omnibus privilegiis, Universitati & Doctorum Lovaniensium Collegio concessis carerent. Pium sanè, prudens & salubre consilium, ac Lovaniensi Universitate dignum: quæ constans inprimis & firma his temporibus fidei Catholicæ propugnatrix & S. Romanæ Ecclesiæ devota, & fidelis est filia Quod quidem decretum quanto præclarius & laudabilius est tantò magis id cupimus observari. Itaque motu proprio, perinde ac si ad verbum his litteris insertum fuisset, pro expresso id habentes, & si quis forsitan juris factive defectus in eo intervenerit, supplentes, Apostolicæ authoritatis robore id confirmamus decernentes ac statuentes, ut omnes & singuli qui Lovanium venerint, cuicumque disciplinarum ac litterarum Generi operam daturi, vel Doctorum insignia accepturi, illud de ejusmodi jurejurando decretum servent. Nisi ita fecerint, non modo privilegiis omnibus, Universitati Doctoribusque Lovaniensibus concessis cariturí, verùm etiam in excommunicationis latæ sententiæ pœnam incursuri. Quam eamdem Anathematis & amissionis omnium privilegiorum hujusmodi pœnam subire volumus ac statuimus omnes, quicumque de eo decreto abrogando derogandove, aut quoquo modo cujuscumque personæ respectu, violando, ullo tempore referre suadereve, aut consentire ausi fuerint. Non obstantibus constitutionibus, privilegiis, indultis quibuscumque, Universitati isti singularibusve personis propriè communiterve concessis: quibus omnibus, etiamsi ac iis mentionem fieri oporterèt, eorum tenores pro expressis habentes derogamus.

Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris, die quintâ Februarii 1661. Pontificatûs nostri anno 2.

Hæc tria monumenta exstant in libro cui titulus est *fasti Academici studii generalis Lovaniensis.* Lovanii apud Hieronymum Nempæum 1650. *p.* 360. & 362.



Anno Domini 1546.

Decretum Concilii Tridentini de peccato originali. Seff. 5.

UT fides nostra Catholica [a] sine qua impossibile est placere Deo, purgatis erroribus, in sua sinceritate integra & illibata permaneat ? & ne populus Christianus [b] omni vento doctrinæ circumferatur ; cum [c] serpens ille antiquus, humani generis perpetuus hostis, inter plurima mala, quibus Ecclesia Dei his nostris temporibus perturbatur, etiam de peccato originali, ejusque remedio non solum nova, sed vetera etiam dissidia excitaverit: sacrosancta œcumenica & generalis Tridentina Synodus in Spiritu sancto legitimè congregata, præsidentibus in ea eisdem tribus Apostolicæ Sedis Legatis, jam ad revocandos errantes, & nutantes confirmandos accedere volens, sacrarum Scripturarum & sanctorum Patrum, ac probatissimorum Consiliorum testimonia, & ipsius Ecclesiæ judicium & consensum secuta, hæc de ipso peccato originali statuit, atetur, ac declarat.

1. Si [d] quis non confitetur, primum hominem Adam, cum mandatum Dei in paradiso fuisset trangressus, statim sanctitatem & justitiam, in qua constitutus fuerat, amisisse, incurrisseque per offensam prævaricationis hujusmodi iram & indignationem Dei, atque ideo mortem, quam antea illi [e] comminatus fuerat Deus, & cum morte captivitatem sub ejus potestate qui mortis deinde habuit imperium, hoc est, diaboli, totumque Adam, per illam prævaricationis offensam, secundum corpus & animam in deterius commutatum fuisse: anathema sit.

2. [f] Si quis Adæ prævaricationem sibi soli, [g] & non ejus propagini, asserit nocuisse ; & acceptam à Deo sanctitatem, & justitiam, quam perdidit, sibi soli, & non nobis etiam eum perdidisse ; aut inquinatum illum per inobedientiæ peccarum, mortem & pœnas corporis tantum in omne genus humanum transfudisse, non autem & peccatum, quod mors est animæ, anathema sit : cum contradicat Apostolo dicenti : [h] *per unum hominem peccatum intravit in mundum : & per peccatum mors : & ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt.*

3. Si quis hoc Adæ peccatum, quod origine unum est, & propagatione, non imitatione transfusum omnibus inest unicuique proprium, vel per humanæ naturæ vires, vel per aliud remedium, asserit tolli, quàm per meritum unius mediatoris Domini nostri Jesu [i] Christi, qui nos Deo reconciliavit *in sanguine suo, factus nobis justitia, [k] sanctificatio & redemptio* ; aut negat ipsum Christi Jesu meritum per Baptismi sacramentum in forma Ecclesiæ ritè collatum, tam adultis quam parvulis applicari ; anathema sit : [l] *quia non est aliud nomen sub Cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri.* Unde illa vox. [m] *Ecce Agnus Dei, Ecce qui tollit peccata mundi.* Et illa [n] : *Quicumque baptizati estis, Christum induistis.*

4. Si quis parvulos recentes ab uteris matrum baptizandos negat, etiamsi fuerint à baptizatis parentibus orti ; aut dicit in remissionem quidem peccatorum nos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lavacro necesse sit expiari ad vitam æternam consequendam ; unde sit consequens, ut in eis forma Baptismatis in remissionem peccatorum, non vera, sed falsa intelligatur, anathema sit. Quoniam non aliter intelligendum est id quod dixit Apostolus: *per [o] unum hominem peccatum intravit in mundum & per peccatum mors pertransiit in quo omnes peccaverunt* : nisi quemadmodum Ecclesia Catholica ubique diffusa semper intellexit propter hanc enim regulam fidei ex traditione Apostolorum etiam parvuli, qui nihil peccatorum in semetipsis adhuc committere potuerunt ideo in remissionem peccatorum veraciter baptisantur, ut in eis regeneratione mundetur, quod generatione contraxerunt. [p] *Nisi enim quis renatus fuerit ex aquà, & Spiritu sancto, non potest introire in Regnum Dei.*

a Hebr. 11.
b Ephesiorum 4.
c Gen. 3.
d Cælest. 1. epist. 1. c. 4.
e Gen. 3.
f Hebr. 2. Con. arosic.
g Rom. 5. 1. Cor. 15. Con. arosic. 2. ch. 2.

h Rom. 5 C. placuit 153. regenerante & cap. quæris in fine de Conf. distin. 4.
i Tim. 2. Col. 2.
k 1. Cor. 1.
l Act. 4. 1. Joan. 1. Joan. 1.
m Gal. 3.
n Concil. Milev. cap. 2. Conc. African. cap. 77. & cap. placuit 18. de const. distinc. 4.
o Rom. 5. cap. quæris in fine & capite regen. de constit. distinc. 4.
p Joan. 3. cap. filius non dubito de const. dist 4. cap. debitum cum sequentibus de baptismo.

5. Si

5. Si quis per Jesu Christi Domini nostri gratiam, quæ in Baptismate confertur, reatum originalis peccati remitti negat; aut etiam asserit non tolli totum id, quod veram & propriam peccati rationem habet, sed [a] illud dicit tantum radi aut non imputari: anathema sit: in renatis enim nihil odit Deus: quia nihil est damnationis iis qui [b] verè consepulti sunt cum Christo per Baptisma in mortem: qui [c] non secundùm carnem ambulant, sed [d] veterem hominem exuentes, & novum, qui [e] secundum Deum creatus est, induentes: innocentes, immaculati, puri, inoxii, ac Deo dilecti effecti sunt, [f] hæredes quidem Dei, cohæredes autem Christi, ita ut nihil prorsus eos ab ingressu Cœli remoretur. Manere autem in baptizatis concupiscentiam, vel fomitem, hæc sancta Synodus fatetur, & sentit: quæ cum ad agonem relicta sit, nocere non consentientibus, sed viriliter per Christi Jesu gratiam repugnantibus non valet: quinimo, qui legitimè [g] certaverit, coronabitur. Hanc concupiscentiam, quam aliquando [h] Apostolus peccatum appellat sancta Synodus declarat, Ecclesiam Catholicam nunquam intellexisse peccatum appellari, quod verè & propriè in renatis peccatum sit, sed quia ex peccato est, & ad peccatum inclinat. Si quis autem contrarium censerit, anathema sit.

Declarat tamen hæc ipsa sancta Synodus, non esse suæ intentionis, comprehendere in hoc decreto, ubi de peccato originali agitur, beatam & immaculatam Virginem Mariam, Dei genitricem; sed observandas esse constitutiones felicis recordationis Sixti Papæ IV. sub pœnis in eis constitutionibus contentis quas innovat.

Anno Domini 1546.

BArtholomæus *Spina* sacri Palatii Magister, Schedulam Paulo III. obtulit, in qua Ambrosium *Catharinum* electum minoriensem Episcopum, de quinquaginta erroribus accusat. Defensio Ambrosii Catharini contra Schedulam F. *Bartholomæo Spina* Paulo III. oblatam in lucem edita est.

Ex quibus discimus quindecim ejus propositiones de nova distinctione duorum ordinum, qui æternam salutem adepturi sint, alterius scilicet Prædestinatorum, & alterius non Prædestinatorum, imprimis reprehensos esse.

Hac de re Jacobus *Quetif* & F. Jacobus *Echard* consulantur in libro sic inscripto: Scriptores FF. Prædicatorum recensiti pag. 128. & 147.

Anno Domini 1547.

Decretum Concilii Tridentini de justificatione, Sess. 6. Proœmium.

CUm hoc tempore, non sine multarum animarum jactura & gravi Ecclesiasticæ unitatis detrimento, erronea quædam disseminata sit de justificatione doctrina: ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, Ecclesiæ tranquillitatem, & animarum salutem, sacrosancta œcumenica & generalis Tridentina Synodus, in Spiritu sancto legitimè congregata, Præsidentibus in ea nomine Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, Domini Pauli, divinâ providentiâ Papæ III. Reverendissimis Dominis, Dominis Jo. Maria Episcopo Prædestino, de Monte, & Marcello tit. S. Crucis in Jerusalem Presbytero, sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & Apostolicis de latere Legatis exponere intendit omnibus Christi fidelibus veram sanamque doctrinam ipsius justificationis, quam Sol [i] justitiæ Christus Jesus [k] fidei nostræ auctor & consummator, docuit, Apostoli tradiderunt, & Catholica Ecclesia, Spiritu sancto suggerente, perpetuò retinuit, districtiùs inhibendo ne deinceps audeat quisquam aliter credere, prædicare, aut docere, quam præsenti decreto statuitur, ac declaratur.

Caput I.

De naturæ & legis ad justificandos homines imbecillitate.

PRimùm declarat Sancta Synodus, ad justificationis doctrinam probè & sincerè intelligendam, oportere, ut unusquisque agnoscat, & fateatur, quod

a Ex. c. 13. lib. 1. contra 2. epist. Pelag.
b Rom. 8.
c Rom. 6. &c. Proprie, de Conf. dist. 4.
d Rom. 8.
e Coloss. 3.
f Ephes. 4. c. Quomodo renovari de pœnitent. Dist. 2.
g Rom 8. Gal. 3.
h 2. Tim. 2.

i Malac. 4.
k Hebr. 12.

cum [a] omnes homines in prævaricatione Adæ innocentiam perdidissent; [b] facti immundi, & ut Apostolus inquit, [c] naturâ filii iræ, quemadmodum in decreto de peccato originali exposuit, usque adeò servi erant peccari, & [d] sub potestate diaboli ac mortis, ut non modo gentes per vim naturæ, sed ne Judæi quidem per ipsam etiam litteram legis Moysi, inde liberari, aut surgere possent; tametsi in eis liberum arbitrium minimè extinctum esset, viribus [e] licet attenuatum & inclinatum.

Caput II.

De dispensatione & mysterio adventûs Christi.

Quo factum est, ut cælestis Pater, [f] Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis, Christum Jesum, Filium suum, & ante legem, & legis tempore, multis [g] Patribus declaratum, ac promissum, cum venit beata illa [h] plenitudo temporis, ad homines miserit, ut & Judæos, qui sub lege erant redimeret; [i] & gentes quæ non sectabantur justitiam, justitiam apprehenderent, atque omnes adoptionem filiorum reciperent. Hunc [k] proposuit Deus propitiatorem per fidem in sanguine ipsius pro peccatis nostris; [l] non solum autem pro nostris, sed etiam pro totius mundi.

Caput III.

Qui per Christum justificantur.

Verùm etsi ille [m] pro omnibus mortuus est, non omnes tamen mortis ejus beneficium recipiunt, sed ii dumtaxat, quibus meritum Passionis ejus communicatur. Nam, sicut revera homines [n] nisi ex semine Adæ propagati nascerentur, non nascerentur injusti; cum eâ propagatione, per ipsum dum concipiuntur, propriam injustitiam contrahant: ita, nisi in Christo renascerentur, numquam justificarentur; cum eâ renascentiâ per meritum Passionis ejus gratia, quâ justi fiunt, illis tribuatur. Pro hoc beneficio Apostolus [o] gratias nos semper agere hortatur Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis Sanctorum in lumine, & eripuit de potestate tenebrarum, transtulitque in Regnum Filii dilectionis suæ: in quo habemus redemptionem & remissionem peccatorum.

Caput IV.

Insinuatur descriptio justificationis impii; & modus ejus in statu gratiæ.

Quibus verbis justificationis impii descriptio insinuatur, ut sit translatio ab eo statu, in quo homo nascitur filius primi Adæ, in statum gratiæ, & adoptionis filiorum Dei per secundum Adam Jesum Christum, Salvatorem nostrum, quæ quidem translatio post Evangelium promulgatum, sine lavacro regenerationis, aut ejus voto, fieri non potest, sicut scriptum est: [p] Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non potest introire in Regnum Dei.

Caput V.

De necessitate præparationis ad justificationem in adultis, & unde sit.

Declarat præterea; ipsius justificationis exordium in adultis à Dei per Christum Jesum præveniente gratiâ sumendum esse, hoc est ab ejus vocatione, quâ, nullis eorum existentibus meritis vocantur; ut, qui per peccata à Deo aversi erant, per ejus excitantem atque adjuvantem gratiam ad convertendum se ad suam ipsorum justificationem, eidem gratiæ liberè assentiendo, & cooperando, disponantur: ita ut, [q] tangente Deo cor hominis per Spiritûs sancti illuminationem, neque homo ipse nihil omnino agat inspirationem illam recipiens: quippe qui illam & [r] abjicere potest, neque tamen sine gratia Dei movere se ad justitiam coram illo liberâ suâ voluntate possit, unde in sacris litteris, cum dicitur, [s] convertimini ad me, & ego convertar ad vos; libertatis nostræ admonemur. Cum respondemus: converte nos Domine ad te,

a Cælest. 1. epist. c. 4. 1. Cor. 15, Rom. 5.
b Isa. 64.
c Ephes. 2. supra Sess. in princ.
d Rom. 3. & 6. Hebr. 2.
e Con. 2. Arau c. 25.
f 2. Cor. 1.
g Gen. 49. cum sim.
h Gal. 4.
i Rom. 9.
k Rom. 3. & 5. coloss. 2. 1. Tim. 2. & 2. Tim. 1. c. Multiplex de pœn. Dist. 1.
l 1. Joan. 2.
m 2. Cor. 5.
n Allusio ad verba Aug. epist. 89. Omnes qui renascuntur in justificationem, quæ alibi crebro inculcat, infra can. 1.

o Coloss. 1.
p Gal. 4. Tit. 3.
q Joan. 3. c. Filius & c. Non dubito de Consec. Dist. 4. c. infra Can. 3.
r Prosp. lib. 2. de voc. gentium c. 28. 29.
s Zach. à Joel. 2. Cap. Convertimini de pœnit. Dist. 1. Toren. 5. d. & cap. 31. 6.

& convertemur: Dei nos gratiâ præveniri confitemur.

Caput VI.

Modus Præparationis.

Disponuntur autem ad ipsam justitiam dum excitati divinâ gratiâ, & adjuti [a] fidem ex auditu concipientes liberè moventur in Deum credentes vera esse, quæ divinitus revelata & promissa sunt; atque illud inprimis. à Deo justificari impium per gratiam ejus [b] per redemptionem, quæ est in Christo Jesu; & dum peccatores se esse intelligentes, à divinæ justitiæ timore, quo utiliter concutiuntur, ad considerandam Dei misericordiam se convertendo, in spem eriguntur, fidentes Deum sibi propter Christum propitium fore, illumque, tanquam [c] omnis justitiæ fontem, diligere incipiunt, ac propterea moventur adversus [d] peccata per odium aliquod, & detestationem, hoc est, per eam pœnitentiam, quam ante Baptismum agi oportet: denique dum proponunt suscipere Baptismum, inchoare novam vitam, & servare divina mandata. De hac dispositione scriptum est: [e] accedentem ad Deum oportet credere quia est, & quod inquirentibus se remunerator sit. Et [f] confide Fili remittuntur tibi peccata tua. Et [g] Timor Domini expellit peccatum. Et [h] pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrûm in nomine Jesu Christi, in remissionem peccarorum vestrorum, & accipietis donum Spiritûs sancti, *& euntes ergo docete omnes gentes baptisantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritûs sancti, docentes eos servare quæcumque mandavi vobis. Denique,* [i] *præparate corda vestra Domino.*

Caput VII.

Quid sit justificatio impii, & quæ ejus causa.

Hanc dispositionem seu præparationem justificatio ipsa consequitur, quæ non est sola peccatorum remissio, sed & sanctificatio, & renovatio interioris hominis per voluntariam susceptionem gratiæ, & donorum. Unde homo ex injusto fit justus, & ex inimico amicus, ut sit [k] hæres secundùm spem vitæ æternæ. Hujus justificationis causæ sunt; finalis quidem gloria Dei, & Christi, ac vita æterna: efficiens verò misericors Deus: qui gratuitò [l] habuit, & [m] sanctificat signans, & ungens: Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ, meritoria autem, dilectissimus unigenitus suus Dominus noster Jesus Christus, cum [n] essemus inimici, propter nimiam charitatem, quâ dilexit nos suâ sanctissimâ Passione in ligno Crucis nobis, justificationem meruit, & pro nobis Deo Patri satisfecit. Instrumentalis item, sacramentum Baptismi: [p] quod est sacramenrum fidei, sine qua [q] nulli unquam contigit justificatio, demum unica formalis causa, est justitia Dei, non quâ ipse justus est, sed quâ nos justos facit: quâ videlicet ab eo donati, renovamur spiritu mentis nostræ; & non modo reputamur, sed verè justi nominamur, & sumus, justitiam in nobis recipientes unusquisque suam secundùm mensuram, quam, Spiritus sanctus partitur singulis prout vult, & secundùm propriam cujusque dispositionem, & cooperationem. Quamquam enim nemo possit esse justus, nisi cui merita Passionis Domini nostri Jesu Christi [t] communicantur id tamen in hac impii justificatione fit, dum ejusdem sanctissimæ passionis merito per Spiritum sanctum [u] charitas Dei diffunditur in cordibus eorum qui justificantur, atque ipsis inhæret, unde in ipsa justificatione cum remissione peccatorum hæc omnia simul infusa accipit homo per Jesum Christum, cui inseritur, fidem, spem & charitatem. [x] Nam fides, nisi ad eam spes accedat, & charitas, neque unit perfectè cum Christo, neque corporis ejus vivum membrum efficit. Quâ ratione verissimè dicitur, [y] fidem sine operibus mortuam & otiosam esse. Et, [z] in Christo Jesu neque circumcisionem aliquid valere, neque præputium; sed fidem, quæ per

a Rom. 10.
b Rom. 3.
c Ps. 41.
d Inf. c. 14. & sess. 14. cap. 4. de Contritione.
e Hebr. 11.
f Marc. 2. & Matth. 9.
g Eccli. 1.
h Act. 2. c. agunt. & c. Proprie de Conf. Dist. 4.
i Matth. & Marc ult c. Prima c. Si quis 79. & c. proprie de Consecrat. Dist. 4.

k 1. Reg. 7. 31
l Tit. 3.
m 1. Cor. 6.
n Tit. 3.
o Ephes. 1.
p Ephes. Rom. 5.
q Ephes. 2. Rom. 4. d.
r Nihil est de Conf. dist. 4.
s Hebr. 11.
t Cor 12. Ephes. 4.
u Philip. 3.
x Rom. 5. 1. infra cap. 10.
y Jacob. 2.
z Gal. 5. & 6. Circumcisio de Pœnit. dist. 2. c Math. 19.

charitatem operatur. Hanc fidem ante Baptismi sacramentum ex Apostolorum traditione Cathecumeni ab Ecclesia petunt, cum petunt fidem, vitam æternam præstantem; quam sine spe & charitate fides præstare non potest. Unde & statim verbum Christi audiunt: [a] Si vis ad vitam ingredi, serva mandata. Itaque veram & Christianam justitiam accipientes, eam [b] seu primam stolam pro illa quam Adam suâ inobedientiâ sibi & nobis perdidit, per Christum Jesum illis donatam, candidam, & immaculatam jubentur statim renati conservare, ut eam perferant ante Tribunal Domini nostri Jesu Christi, & habeant vitam æternam.

Caput VIII.

Quomodo intelligatur, impium per fidem & gratis justificari.

Cum verò Apostolus [c] dicit justificari hominem per fidem, & gratis; ea verba in eo sensu intelligenda sunt quem perpetuus Ecclesiæ Catholicæ consensus tenuit & expressit; ut scilicet per fidem ideo justificari dicamur, Quia fides est humanæ salutis initium, fundamentum, & radix omnis justificationis: sine qua [d] impossibile est placere Deo, & ad filiorum ejus consortium pervenire: gratis autem justificari ideo dicamur, quia nihil eorum quæ justificationem præcedunt, sive fides, sive opera, ipsam justificationis gratiam promeretur, si enim [e] gratia est, jam, non ex operibus: alioquin, ut idem Apostolus inquit, gratia jam non est gratia.

Caput IX.

Refellitur inanis Hæreticorum fiducia.

Quamvis autem necessarium sit credere, neque remitti, neque remissa unquam fuisse peccata, nisi gratis divina misericordia propter Christum: nemini tamen fiduciam & certitudinem remissionis peccatorum suorum jactanti, & in ea sola quiescenti, peccata dimitti, vel dimissa esse, dicendum est; cum apud hæreticos & schismaticos possit esse, imò nostrâ tempestate sit, & magnâ contra Ecclesiam Catholicam contentione prædicetur vana hæc & ab omni pietate remota fiducia. Sed neque illud asserendum est, oportere eos qui verè justificati sunt, absque ulla omnino dubitatione apud semetipsos statuere, se esse justificatos, neminemque à peccatis absolvi, ac justificari nisi eum, [f] qui certò credat se absolutum & justificatum esse; atque hâc solâ fide absolutionem & justificationem perfici: quasi qui hoc non credit, de Dei promissis, deque mortis & resurrectionis Christi efficacia dubitet. Nam sicut nemo pius de Dei misericordia, de Christi merito: deque Sacramentorum virtute & efficacia dubitare debet: sic quilibet, dum seipsum, suamque propriam infirmitatem & indispositionem respicit, de sua gratia formidare, & timere potest; cum nullus scire valeat certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, se gratiam Dei esse consecutum.

Caput X.

De acceptæ justificationis incremento.

Sic ergo justificati, & amici Dei, ac [g] domestici, facti [h] euntes de virtute in virtutem renovantur: ut Apostolus inquit de die in diem: hoc est, [i] mortificando membra carnis suæ & [k] exhibendo ea arma justitiæ in sanctificationem: per observationem mandatorum Dei, & Ecclesiæ, in ipsa justitia per Christi gratiam accepta, cooperante fide bonis operibus, crescunt, atque magis justificantur, sicut scriptum [l] est; qui justus est justificetur adhuc. Et iterum: Ne verearis usque ad mortem justificari. Et rursus: [m] Videtis quoniam ex operibus justificatur homo, & non ex fide tantùm. hoc verò justitiæ incrementum petit sancta Ecclesia, cum orat [n] da nobis, Domine, fidei, spei, & charitatis augmentum.

Caput XI.

De observatione Mandatorum, eamque necessariam esse, nec impossibilem.

Nemo autem, quantumvis justificatus, liberum se esse ab observatione mandatorum putare debet, nemo temerariâ illâ, & à Patribus sub anathemate prohibitâ voce uti, Dei

[a] Lucæ 13. c. Quo modo renovari. de Pœnit. Dist. 2.
[b] Rom.
[c] Hebr. 11. infra Can. 9.
[d] Rom. 11. Ephes. 2. Tit. 3.
[e] Infra Can. 12. & 13.

[f] Ephes. 2.
[g] Psal. 83. infra Can. 24. 2. Cor. 4. in fine.
[h] Coloss. 3.
[i] Rom. 6. d.
[k] Apocal. ult.
[l] Eccle. 18. c.
[m] Jac. 2. d.
[n] Dominica 13. post Pentecosten.

præcepta homini justificato ad observandum esse impossibilia. Nam [a] Deus [b] impossibilia non [c] jubet, sed [d] jubendo monet, & facere quod possis, & petere quod non possis, & adjuvat ut possis. [e] Cujus mandata gravia non sunt, cujus [f] jugum suave est, & onus leve, qui enim sunt filii Dei, Christum diligunt: [g] qui autem diligunt eum, ut ipsemet testatur servant sermones ejus, quod utique cum divino auxilio præstare possunt, licet enim in hac mortali vita quantumvis Sancti, & justi in levia saltem & quotidiana, quæ etiam venialia dicuntur, peccata quandoque cadant, non propterea desinunt esse justi, nam [h] justorum illa vox est & humilis, & verax: *Dimitte nobis debita nostra*, quo fit, ut justi ipsi eo magis se obligatos ad ambulandum in via justitiæ sentire debeant, quo liberati jam à peccato, [i] servi autem facti Deo [k] sobriè, justè, & piè viventes proficere [l] possint per Christum Jesum: [l] per quem accessum habuerunt in gratiam istam [m] Deus namque sua gratia semel justificatos non deserit, nisi ab eis priùs deseratur [n] itaque nemo sibi in sola fide blandiri debet, putans fide sola se hæredem esse constitutum, hæreditatemque consecuturum, etiam si Christo non [o] compatiatur, ut & conglorificetur. Nam & Christus ipse, ut inquit Apostolus, [p] cum esset filius Dei didicit ex iis quæ passus est obedientiam; & consummatus, factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis æternæ. Propterea Apostolus ipse monet justificatos, dicens: [q] *Nescitis quod ii qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium sic currite ut comprehendatis.* [r] *Ego igitur sic curro, non quasi in incertum, sic pugno, non quasi aerem verberans sed castigo corpus meum, & in servitutem redigo, ne fortè cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar.* Item Princeps Apostolorum Petrus; [s] *Satagite ut per bona opera certam vestram vocationem & electionem faciatis. Hæc enim facientes non peccabitis aliquando.* [t] Unde constat eos orthodoxæ religionis doctrinæ adversari, qui dicunt justum in omni bono opere saltem venialiter peccare, aut quod intolerabiliùs est, pœnas æternas mereri: atque etiam eos qui statuunt in omnibus operibus justos peccare, si in illis suam ipsorum socordiam excitando, & sese ad currendum in stadio cohortando, cum hoc, ut inprimis glorificetur Deus, mercedem quoque intuentur [u] æternam cum scriptum sit: *Inclinavi cor meum ad faciendas justificationes tuas propter retributionem*, & de Moïse dicat [x] Apostolus quod *respiciebat in remunerationem.*

Caput XII.

Prædestinationis temerariam præsumptionem cavendam esse.

NEmo quoque, quamdiu in hac mortalitate vivitur, de arcano divinæ prædestinationis mysterio usque adeò præsumere debet, ut certò statuat se omnino esse in numero prædestinatorum, quasi verum esset, quod justificatus aut ampliùs peccare non possit; aut si peccaverit, [y] certam sibi resipiscentiam promittere debeat. Nam, nisi ex speciali revelatione, sciri non potest, quos Deus sibi elegerit.

Caput XIII.

De perseverantiæ munere.

SImiliter de perseverantiæ munere, de quo scriptum est. [z] *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit:* quod quidem aliunde haberi non potest, nisi ab eo qui potens est eum [*] qui *stat*, statuere, ut perseveranter stet, & eum qui cadit, restituere, nemo sibi certi aliquid absolutâ certitudine polliceatur; tametsi in Dei auxilio firmissimam spem collocare & reponere omnes debent, Deus enim, nisi ipsi, illius gratiæ desuerint, sicut *cœpit* [*] *opus* [*] *bonum*, ita perfi-

a Ex Aug. c. 43. lib. de natura & gratia.
b 1. Joan. 5. infra Can. 18.
c Conc. Araus. 2. cap. 25.
d Hieron. in epist. ad Ctesipo.
e Joan. 5.
f Matth. 11.
g Joan. 14. Concil. africanum, c. 81. 82. & 83. Conc. Milevitanum, cap. 7. 8. & 9.
h Matth. 6. Luc 11. c. adhuc, & c. de quotidianis. de pœnit. Dist. 3. 1.
i Rom. 6.
k Tit. 2.
l Rom. 5.
m August. lib. de natura & gratia, c. 26. & Prosp. Sent. 7. ad c. Gallorum & resp. ad 7. objec. Vincen.
n Infra Can. 20.
o Rom. 8.

p Philip. 2. Hebr. 5.
q 1. Cor. 9.
r Ibid.
s 2. Petr. 1.
t Infra Can. 25.
u Infra Can. 31. Psal. 118. n.
x Hebr. 11. Infra Can. 15. & 16. c. Corripiantur, in fine 23. q. 3.
y Ezech. 18. Galat. 3.
z Matth. 10. & 24. c. Suggestum. 7. q. 1. & c. Non revertebantur de Pœnit. Dist. 2. infra Can. 16. & 22. Ezech. 33.
* Rom. 14. Philip. 1. 2Cor. 8.
* Philip. 1. & 2.

ciet operans, *velle & perficere.* Verùmtamen qui se [a] *existimant stare, videant ne cadant*; & [b] cum timore ac tremore salutem suam operentur, in laboribus, in vigiliis, in eleemosynis, in orationibus, & oblationibus, in jejuniis & castitate, formidare enim debent, scientes [c] quod in spem gloriæ, & nondum in gloriam renati sunt, de pugna quæ superest cum carne, cum mundo, cum diabolo, in qua victores esse non possunt, nisi cum Dei gratia Apostolo obtemperent, dicenti: [d] *debitores sumus non carni, ut secundùm carnem vivamus, si enim secundum carnem vixeritis, moriemini, si autem spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis.*

Caput XIV.

De lapsis, & eorum reparatione.

Qui verò ab accepta [e] justificationis gratia per peccatum exciderunt, rursus justificari poterunt, dum excitante Deo per Pœnitentiæ Sacramentum, merito Christi, amissam gratiam recuperare procuraverint, hic enim justificationis modus est lapsis reparatio, quam secundam post naufragium deperditæ gratiæ tabulam sancti [f] Patres aptè nuncuparunt. Etenim pro iis qui post Baptismum in peccata labuntur, Christus Jesus Sacramentum instituit Pœnitentiæ, cum dixit; [g] *Accipite Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt.* Unde docendum est, Christiani hominis pœnitentiam post lapsum multò aliam esse à baptismali; eàque contineri non modò cessationem à peccatis, & eorum detestationem, [h] aut cor contritum & humiliatum, verùm etiam eorumdem sacramentalem Confessionem saltem in voto, & suo tempore faciendam, & sacerdotalem Absolutionem, itemque Satisfactionem per jejunia, eleemosynas, orationes, & alia pia spiritualis vitæ exercitia; non quidem pro pœna æterna quæ vel Sacramento, vel Sacramenti voto unà cum culpa remittitur, sed pro pœna temporali; quæ, ut sacræ Litteræ docent, non tota semper, ut in [i] Baptismo fit, dimittitur illis, qui gratiæ Dei quam [k] acceperunt, ingrati Spiritum sanctum contristaverunt, & [l] Templum Dei violare non sunt veriti. De qua pœnitentia scriptum est: [m] *memor esto unde excideris: age pœnitentiam, & prima opera fac.* Et iterum: [n] *Quæ secundùm Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur.* Et rursus [o] *Pœnitentiam agite, & facite fructus dignos Pœnitentiæ.*

Caput XV.

Quolibet mortali peccato amitti gratiam, sed non fidem.

Adversus etiam hominum quorumdam callida ingenia, qui [p] per dulces sermones, & benedictiones seducunt corda innocentium, asserendum est, non modo infidelitate, per quam & ipsa fides, amittitur, sed etiam quocumque alio mortali peccato, quamvis non amittatur fides acceptam justificationis gratiam amitti, divinæ legis doctrinam defendendo: [q] quæ à Regno Dei non sòlùm infideles excludit, sed [r] & fideles quoque, fornicarios, adulteros, molles, masculorum concubitores, fures, avaros, ebriosos, maledicos, rapaces, cæterosque omnes qui lethalia committunt peccata; à quibus cum divinæ gratiæ adjumento abstinere possunt, & pro quibus à Christi gratiâ separantur.

Caput XVI.

De fructu justificationis, hoc est, de merito bonorum operum, deque ipsius meriti ratione.

Hac igitur ratione justificatis hominibus sive acceptam gratiam, perpetuò conservaverint, sive amissam recuperaverint, proponenda sunt Apostoli verba: [s] *Abundate in omni opere bono, scientes quod labor vester non est inanis in*

[a] 1. Cor. 10.
[b] Philip. 2.
[c] 1. Petr. 1. 2.
[d] Rom. 8.
[e] Infra Can. 23. & 29.
[f] Hieron. tom. 1. in Epist. ad Demet. quæ incipit *Inter omnes*, & in cap. secunda post naufragium, de Pœnit. dist. 1.
[g] Joan 20. Matth. 16. c. Ut constitueretur Dist. 50. c. Ut evidenter 1. q. 1. cum sim. Infra sess. 14. de pœnit. cap. 3.
[h] Psal. 50. c. sacrificium de pœnit. dist 1.

[i] Florent. Conc. in Decretis Eugenii.
[k] Eph. 4. g.
[l] 1. Cor. 3.
[m] Apoc. 2. c. Quia sanctitas 50. Dist. & c. Miror. de Pœnit. Dist. 1.
[n] 2. Corinth. 7.
[o] Matth. 3. & 4. Lucæ. Infra Can. 17
[p] Rom. 16.
[q] 1. Timoth. 1.
[r] 1. Cor. 6.
[s] Philip. 4. 2. Cor. 12. c. Quod dicit. Distinct. 41.
[t] 1. Cor. 13.

Domino, [a] *non enim injustus est Deus ut obliviscatur operis vestri, & dilectionis quam ostendistis in nomine ipsius. Et*, [b] *nolite amittere confidentiam vestram quæ magnam habet remunerationem.* Atque ideo bene operantibus, usque [c] in finem, & in Deo sperantibus proponenda est vita æterna, & tanquam gratia filiis Dei per Christum Jesum Misericorditer promissa: [d] & tanquam merces ex ipsius Dei promissione bonis ipsorum operibus & meritis fideliter reddenda. Hæc est enim illa [e] corona justitiæ, quam post suum certamen & cursum repositam sibi esse aiebat Apostolus, á justo judice sibi reddendam: non solùm autem sibi, *sed & omnibus qui diligunt adventum ejus.* Cum enim ille ipse Christus ejus tanquam caput in membra, & tanquam [f] vitis in palmites, in ipsos justificatos jugiter virtutem influat; quæ virtus bona eorum opera semper antecedit, & comitatur, & subsequitur, & sine qua nullo pacto Deo grata & meritoria esse possent: nihil ipsis justificatis amplius deesse credendum est, quò minus plenè illis quidem operibus, quæ in Deo sunt facta, divinæ legi pro hujus vitæ statu satisfecisse, & vitam æternam suo etiam tempore, [g] si tamen in gratia decesserint, consequendam, verè promeruisse censeantur: cùm Christus, Salvator noster, dicat: [h] *Si quis biberit ex aqua quam ego dabo ei, non sitiet in æternum; sed fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.* Ita [i] neque propria nostra justitia, tanquam ex nobis propria statuitur: neque ignoratur, aut repudiatur justitia Dei, quæ enim justitia nostra dicitur, quia per eam nobis inhærentem justificamur, illa eadem Dei est, quia à Deo nobis infunditur per Christi meritum, neque verò illud omittendum est; quòd licet bonis operibus, in sacris Litteris usque adeo tribuatur, ut etiam [k] qui uni ex minimis suis potum aquæ frigidæ dederit, promittat Christus eum non esse suâ mercede cariturum: & Apostolus [l] testetur, *id quod in præsenti est momentaneum, & leve tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternum gloriæ pondus operari in nobis.* Absit tamen, ut Christianus homo in se ipso vel confidat, [m] vel glorietur, & non in Domino, cujus tanta est erga omnes homines bonitas: ut [n] eorum velit esse merita, quæ sunt ipsius dona. Et quia [o] *in multis offendimus omnes*, unusquisque sicut misericordiam & bonitatem, ita severitatem & judicium ante oculos habere debet, neque se ipsum aliquis, [p] etiamsi *nihil sibi conscius fuerit*, judicare: quoniam omnis hominum vita non humano judicio examinanda & judicanda est, sed Dei [q] *qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit unicuique à Deo*: qui, ut scriptum est, [r] *reddet unicuique secundùm opera sua.*

Post hanc Catholicam de Justificatione Doctrinam, quam nisi quisque fideliter, firmiterque receperit, justificari non poterit; placuit sanctæ Synodo hos Canones subjungere, ut omnes sciant, non solùm quid tenere & sequi, sed etiam quid vitare & fugere debeant.

DE JUSTIFICATIONE.

CANON I.

Si quis dixerit, [s] hominem suis operibus, quæ vel per humanæ naturæ vel per legis Doctrinam fiant absque divina per Jesum Christum gratia posse justificari coram Deo, anathema sit.

CANON II.

Si quis dixerit ad hoc solùm divinam gratiam per Christum Jesum dari, ut facilius homo [t] justè vivere, ac vitam æternam promereri possit; quasi per liberum arbitrium sine gratia utrumque, sed ægrè tamen & difficulter possit, anathema sit.

CANON III.

Si quis dixerit sine præveniente [u] Spiritûs sancti inspiratione, atque ejus adjutorio, hominem credere; sperare, diligere, aut pœnitere posse sicut opor-

[a] Hebr. 6. c. Non est tam injustus de Pœnit. Dist. 2.
[b] Hebr. 10. in fine. Infra 4. Can. 26.
[c] Matth. 10.
[d] Psal. 102. Rom. 5.
[e] 2. Timoth. 4.
[f] Joan. 15.
[g] Apoc. 14.
[h] Joan. 4.
[i] Rom. 10.
[k] Matth. 10. in fine & Marc. 9. circa fin.
[l] 2. Cor. 4.

[m] 1. 2. Cor in fine, 2. Cor. 10. in fine, Gal. 6. Ser. 9.
[n] Ex Epist. Cælest. 1. c. 12.
[o] Jac. 3.
[p] 1. Cor. 4.
[q] Ibid.
[r] Matth. 16. Rom. 2.
[s] Supra cap. 1. & 3. Rom. 3. 2. Corinth. 15.
[t] Con. Afric. cap. 80. & c. ult. de Conc. Dist. 4. ex Conc. Milevit
[u] Concil. Arausi. 2. c. 6. super cap. 5. Rom. 5.

tet, ut eis justificationis gratia conferatur, anathema sit.

CANON IV.

Si quis dixerit, [a] liberum hominis arbitrium à Deo motum & excitatum, nihil cooperari assentiendo Deo excitanti atque vocanti, quo ad obtinendam justificationis gratiam se disponat, ac [b] præparet; neque posse dissentire, si velit, sed veluti inanime quoddam nihil omnino agere, mereque passive se habere, anathema sit.

CANON V.

Si quis [c] liberum hominis arbitrium post Adæ peccatum amissum & extinctum esse dixerit, aut rem esse de solo titulo, imo titulum sine re, figmentum denique à satana invectum in Ecclesia, anathema sit.

CANON VI.

Si quis dixerit [d] non esse in potestate hominis vias suas malas facere, sed mala opera, ita ut bona, Deum operari, non permissivè solùm, sed etiam propriè, & per se, adeò, ut sit proprium ejus opus non minus proditio Judæ, quàm vocatio Pauli, anathema sit.

CANON VII.

Si quis dixerit, opera omnia, quæ ante justificationem fiunt, quâcumque ratione facta sint, vere esse peccata, vel odium Dei mereri; aut, quantò vehementiùs quis nititur se disponere ad gratiam, tantò eum graviùs peccare, anathema sit.

CANON VIII.

Si quis dixerit [e] gehennæ metum, & per quem ad misericordiam Dei de peccatis dolendo confugimus, vel à peccando abstinemus, peccatum esse, aut peccatores pejores facere, anathema sit.

CANON IX.

Si quis dixerit, [f] solâ fide impium justificari, ita ut intelligat nihil aliud requiri, quod ad justificationis gratiam consequendam cooperetur, & nulla ex parte necesse esse eum suæ voluntatis motu præparari, atque disponi, anathema sit.

CANON X.

Si quis dixerit, homines [g] sine Christi justitia, per quam nobis meruit, justificari, aut per eam ipsam formaliter justos esse, anathema sit.

CANON XI.

[h] Si quis dixerit, homines justificari vel solâ imputatione justitiæ Christi, vel solâ peccatorum remissione, exclusâ gratiâ, & charitate, quæ [h] in cordibus eorum per Spiritum sanctum diffundatur, atque illis inhæreat; aut etiam gratiam, quâ justificamur, esse tantum favorem Dei, anathema sit.

CANON XII.

Si quis dixerit [i] fidem justificantem nihil aliud esse quàm fiduciam divinæ misericordiæ, peccata remittentis propter Christum; vel eam fiduciam solam esse, quâ justificamur, anathema sit.

CANON XIII.

Si quis dixerit omni homini ad remissionem peccatorum assequendam necessarium esse, ut credat certò, & absque ulla hæsitatione propriæ infirmitatis & indispositionis peccata sibi esse remissa, anathema sit.

CANON XIV.

Si quis dixerit [k] hominem à peccatis absolvi ac justificari; ex eo quod se absolvi ac justificari certò credat; aut neminem vere esse justificatum, nisi qui credat se esse justificatum, & hac solâ fide absolutionem & justificationem perfici, anathema sit.

CANON XV.

Si quis dixerit [l] hominem renatum & justificatum teneri ex fide ad credendum, se certò esse in numero Prædestinatorum, anathema sit.

CANON XVI.

[m] Si quis magnum illud usque in finem perseverantiæ donum se certò habiturum, absolutâ & infallibili certitudine dixerit; nisi hoc ex speciali revelatione didicerit, anathema sit.

[a] Arausicanum 2. cap. 3. 4. 5. 6. 9. & 25.
[b] Eccli. 15.
[c] Vide Aug. l. 1. contra 2. Epist. Pelag. cap. 2.
[d] Vide Aug. ibid. c. 3. & Prof. sentent. 14. ad cap. Gallorum, & respons. ad 10. objec. Vincent. Joan. 1. Conc. Arausican. 2. circa fin.
[e] Psal. 17. Lucæ 12. & Matth. 9. in fin.
[f] Supra c. 7. & 8.

[g] Supra cap. 7. Gal. 2. & 5. Ephes. 1. & 4.
[h] Rom. 5.
[i] Supra cap. 9.
[k] Supra cap. 9.
[l] Aug. c. 13. lib. d. Corrupt. & gratia. Supra c. 12.
[m] Aug. lib de bono persev. cap. 13. Supra c. 12. & 13. Galat. 5. Ezech. 18.

CANON

CANON XVII.

Si quis justificationis gratiam non nisi prædestinatis ad vitam contingere dixerit; reliquos verò omnes qui vocantur, vocari quidem, sed gratiam non accipere, ut pote [a] Divinâ Potestate prædestinatos, ad malum, anathema sit.

CANON XVIII.

Si quis dixerit [b] Dei præcepta homini etiam justificato, & sub gratia constituto, esse ad observandum impossibilia, anathema sit.

CANON XIX.

Si quis dixerit, [c] nihil præceptum esse in Evangelio præter fidem, cætera esse indifferentia, neque præcepta, neque prohibita, sed libera; aut decem præcepta nihil pertinere ad Christianos, anathema sit.

CANON XX.

Si quis hominem justificatum, [d] & quantumlibet, perfectum, dixerit non teneri ad observationem mandatorum Dei, & Ecclesiæ, sed tantùm ad credendum; quasi verò Evangelium sit nuda & absoluta promissio vitæ æternæ sine conditione observationis mandatorum, anathema sit.

CANON XXI.

Si quis dixerit, Christum Jesum à Deo hominibus datum fuisse ut redemptorem cui fidant; [e] non etiam ut legislatorem: cui obediant, anathema sit.

CANON XXII.

Si quis dixerit, [f] justificatum vel sine speciali auxilio Dei, in accepta justitia perseverare posse; vel cum eo non posse, anathema sit.

CANON XXIII.

Si quis hominem semel justificatum dixerit, [g] ampliùs peccare non posse, neque gratiam amittere, atque ideo eum qui labitur & peccat, nunquam verè fuisse justificatum, aut contra, posse in tota vita peccata omnia, etiam venialia vitare, nisi ex speciali Dei privilegio, quemadmodum de Beata Virgine tenet Ecclesia, anathema sit.

CANON XXIV.

Si quis dixerit [h] justitiam acceptam non conservari, atque etiam augeri coram Deo per bona opera: sed opera ipsa fructus solùm modo & signa esse justificationis adeptæ, non autem ipsius augendæ causam, anathema sit.

CANON XXV.

Si quis in quolibet bono opere justum [i] saltem venialiter peccare dixerit, aut quod intolerabiliùs est, mortaliter, atque ideo pœnas æternas mereri, tantùmque ob id non damnari, quia Deus ea opera non imputet ad damnationem, anathema sit.

CANON XXVI.

Si quis dixerit, [k] justos non debere pro bonis operibus, quæ in Deo fuerint facta, expectare & sperare æternam retributionem à Deo per ejus misericordiam, & Jesu Christi meritum, si bene agendo, & divina mandata custodiendo, usque [l] in finem perseveraverint, anathema sit.

CANON XXVII.

Si quis dixerit, [m] nullum esse mortale peccatum, nisi infidelitatis, aut nullo alio quantumvis gravi & enormi, præterquam infidelitatis, peccato, semel acceptam gratiam amitti, anathema sit

CANON XXVIII.

Si quis dixerit, amissâ per peccatum gratiâ, simul & fidem semper amitti; aut fidem, quæ remanet, non esse veram fidem, licet non sit viva; aut eum qui fidem sine charitate habet, non esse Christianum, anathema sit.

CANON XXIX.

Si quis dixerit, [n] eum, qui post Baptismum lapsus est, non posse per Dei gratiam resurgere; aut posse quidem, sed solâ fide amissam justitiam recupe-

[a] Concil. Arausc. 2. cap. 25.
[b] Supra cap. 11. Joan. 5.
[c] Clement. ad nostram. * 3. de hæret.
[d] Supra cap. 11.
[e] Isaiæ 33. de Matth. 1. 2. 6.
[f] Supra cap. 13.
[g] Supra c. 14.

[h] Supra c. 10.
[i] Supra c. 11. in fin.
[k] Supra cap. 16.
[l] Matth. 14.
[m] 1. Corinth. 6. supra cap. 15.
[n] Supra cap. 14.

rare sine sacramento Pœnitentiæ, pro ut sancta Romana, & universalis Ecclesia, à Christo Domino, & ejus Apostolis edocta huc usque professa est, servavit, & docuit, anathema sit.

CANON XXX.

Si quis post acceptam justificationis gratiam, cuilibet peccatori pœnitenti ita culpam remitti, & reatum æternæ pœnæ deleri dixerit, [a] ut nullus remaneat reatus pœnæ temporalis exsolvendæ, vel in hoc sæculo, vel in futuro in[b] Purgatorio, antequam ad regna cœlorum aditus patere possit, anathema sit.

CANON XXXI.

Si quis dixerit, justificatum peccare, [c] dum intuitu æternæ mercedis bene operatur, anathema sit.

CANON XXXII.

Si quis dixerit, hominis justificati bona opera ita esse dona Dei: ut non sint etiam bona ipsius justificati merita, aut ipsum justificatum bonis operibus, quæ ab eo per Dei gratiam, & Jesu Christi meritum, cujus vivum membrum est, fiunt, non verè mereri augmentum gratiæ, vitam æternam, & ipsius vitæ æternæ, si tamen in gratia decesserit, consecutionem, atque etiam gloriæ augmentum, anathema sit.

CANON XXXIII.

Si quis dixerit, per hanc Doctrinam Catholicam de justificatione, á sancta Synodo hoc præsenti decreto expressam, aliqua ex parte, gloriæ Dei, vel meritis Jesu Christi Domini nostri, derogari, & non potiùs veritatem fidei nostræ, Dei Denique ac Christi Jesu gloriam illustrari, anathema sit.

[a] Infra Sess. 14. cap. 8.
[b] Infra Sess. 25. in prin.
[c] Supra c. 11. in fin.



Anno Domini 1556.

Censura sacræ Facultatis Thelogiæ Universitatis Remensis.

Super sequentibus propositionibus eidem Facultati oblatis per Dominos Judices Præsidiales Ballivatus Veromanduensis in civitate Remensi Syngrapha C. Colin subsignatis, Remis habita, die 16. Martii præsentibus & idem sententibus DD. & Vener. viris Fratre Petro Drvale Provinciali Fratrum Prædicatorum & Fratre Jacobo du May ejusdem Ordinis Doctoribus Theologis.

I. PROPOSITIO.

Il ne faut pas adorer les images des Saints pour ce qu'il est ecrit *Simulachra Gentium argentum & aurum, &c.*

CENSURA.

Hæc propositio est hæretica; & versiculus Davidici Psalmi allegatus ad probationem, &c. non facit ad rem, sed potiùs confirmat mentem allegantis esse corruptam & hæreticam.

II. PROPOSITIO.

C'est tems perdu de prier les Saints.

CENSURA.

Hæc propositio est hæretica.

III. PROPOSITIO.

Il ne faut point prier pour les Trepassés.

CENSURA.

Hæc propositio planè est hæretica.

IV. PROPOSITIO.

C'est abus des Pelerinages.

CENSURA.

Hæc propositio est erronea & scandalosa.

V. PROPOSITIO.

Croyez-vous que Dieu entre en une chapelle, il n'y entre non plus qu'un chien; car depuis qu'il est monté à la dextre de son Pere, il n'en descendra jamais qu'au jour du Jugement.

CENSURA.

Responsio juncta interrogationi, hæretica est, favens hæresi negantium realem existentiam Corporis Christi in Eucharistia; & comparatio est blasphema.

VI. PROPOSITIO.

Voici un homme qui veut aller à Vêpres, comme au matin il vouloit aller adorer la Croix, si ton pere avoit été pendu à un gibet, ou tué d'un epée les voudrois-tu aller baiser?

CENSURA.

Hæc propositio conditionalis subjuncta præcedentibus verbis est scandalosa, revocans à cultu debito Cruci, quod est impium & hæreticum: comparatio autem abusiva est & blasphema.

VII. PROPOSITIO.

C'est abus de porter les Reliques des Saints.

CENSURA.

Hæc propositio indistinctè probata, falsa est, erronea, scandalosa revocans à veneratione sanctarum Reliquiarum.

VIII. PROPOSITIO.

Voyant deux Religieux, dis tous Prêtres & Moines, sont méchans & boogres, si je les tenois je leur ferois déplaisir.

CENSURA.

Hæc verba sunt contumeliosa, & atrociter injuriosa, detrahentia dignitati Sacerdotum & Ordini Religiosorum.

Acta Remis in Domo Domini Decani ejusdem Facultatis Theologiæ. Anno, die & mense prædictis.

Epinoche cum syngrapha manûs.

Anno Domini 1557.

Erasmi Roterodami Doctoris bullati Propositiones erroneæ, scandalosæ, atque hæreticæ jussu Lovaniensis Facultatis Theologiæ per Joannem *Hentenium*, ex Ordine Præd. sacræ Theologiæ Doctorem, collatæ sunt, & in Academica Bibliotheca *Lovanii* reperiuntur in peroratione illius collectionis, sic fertur.

« Annotandum, quòd Erasmus ad om« nia quæ ipsi ex Paraphrasibus aliis» que ejus lucubrationibus objiciuntur de constitutionibus humanis, ac « ceremoniis, de votis, de cœlibatu, « matrimonio potestate Pontificis, de « delectu ciborum, festis ac jejuniis, « de bello, de calumnia adversus Theo- « logos, Episcopos & Principes, ubi- « que tueatur se, nusquam agnoscens « errorem, quamvis aperta sint loca: « nunc dicens quod egerit Para- « phrastem, non commentatorem; « nunc contra, juxta quod ipsi commo- « dum est. Alibi dicit, se in persona « Christi Apostolorum, aut Evangelis- « tæ loqui, & pro illo Primitivæ Eccle- « siæ tempore, nihil suspicatum de his « temporibus exulceratis. »

In fastis Academicis Lovaniensis studii p. 85. sic habetur. Tum in Bibliotheca Belgica.

Anno Domini 1558.

Censura sacræ Facultatis Theologiæ Universitatis Remensis.

Die 18. Julii Decanus & Magistri Facultatis Theologiæ Remensis Universitatis, apud sanctum *Patricium* per juramentum legitimè congregati sub hora septima matutina sacrosancto Missæ, sacrificio celebrato super quibusdam Propositionibus per Dominum Promotorem Curiæ Remensi *Oudardum*, *Vasseum* dictæ Facultati exhibitis, maturâ deliberatione & discussione diligenti præhabitâ, suam tulerunt sententiam seu censuram in modum, qui sequitur, præsente & idem sentiente Magistro nostro Nicolao *Frizon*, Doctore Theologo Parisiensi.

Sequuntur articuli sacræ Facultati Theologicæ Universitatis Remensis. Ex parte Promotoris.

I. PROPOSITIO.

Depuis 20. & 30. ans, la verité est connuë & mieux prêchée, & depuis 30 ans commence fort à s'éclaircir.

CENSURA.

Hæc propositio est scandalosa & temerariè asserta & injuriosa Ecclesiæ, cui Dominus promisit Spiritum qui eam doceret omnem veritatem.

II. PROPOSITIO.

Il loüe Dieu qu'aucuns de ses Paroissiens commencent à entendre la verité,

& que dans peu de tems il en aura davantage.

CENSURA.

Hæc propositio est suspecta & conspirans cum præcedente.

PROPOSITIO III.

Il a prêché en doute de la veneration des Images, disant que par un Concile elles avoient été ôtées, & par un autre remises.

CENSURA.

Hæc propositio est erronea, scandalosa & injuriosa sacris Conciliis.

PROPOSITIO IV.

Il y a trop d'Images aux Eglises, & vaudroit mieux qu'il n'y en eut pas tant.

CENSURA.

Hæc propositio est scandalosa revocans Fideles à veneratione pia Imaginum.

PROPOSITIO V.

L'un desdits Conciles a failli.

CENSURA.

Hæc propositio simpliciter dicta est hæretica.

PROPOSITIO VI.

Et qu'il ne faut *adorer les Images.*

CENSURA.

Hæc propositio est hæretica & adversa determinationi Concilii Nicæni secundi.

PROPOSITIO VII.

Il ne trouve pas bon qu'on peint Dieu le Pere comme un vieil homme, ayant barbe, & qu'il ne se doit peindre, parceque c'est un esprit.

CENSURA.

Hæc propositio adversatur recepto usui Ecclesiæ, figurantis non ipsam Divinitatem, sed speciem in qua Deus Pater visus est Danieli, proindeque invalida est ejus ratio.

PROPOSITIO VIII.

L'Eglise de Lyon s'augmente fort.

CENSURA.

Hæc propositio est suspecta & conspirans cum secunda.

PROPOSITIO IX.

Par cy-devant on a abusé de l'*Ave Maria.* Prêchant aux enfans: & que n'étoit une Oraison; mais seulement une Salutation, n'étoit qu'on la voulût prendre en Oraison en ayant memoire de l'Incarnation.

CENSURA.

Hæc propositio est temeraria & erronea; & recepto usui Ecclesiæ contraria.

PROPOSITIO X.

C'est abus de prier Dieu par compte, parlant, du Chapelet, & qu'il y a de nouveaux esprits qui ont fait de nouvelles inventions en l'Eglise, qui ne valent rien, un tas de bigots, un tas de femmes ont les lêvres noires de dire des Chapelets par compte; pense-tu que Notre-Seigneur t'en sçache gré de les dire par compte.

CENSURA.

Hæc propositio est impia & simplicibus Christianis sic piè Deum & Virginem venerantibus contumeliosa.

PROPOSITIO XI.

En l'Eucharistie il y a plusieurs choses inventées du cerveau des hommes, sans declarer quelles choses.

CENSURA.

Hanc propositionem debuit Author fusiùs explicare.

PROPOSITIO. XII.

Il desire un Concile, pour réformer les abus de l'Eglise: sans déclarer quels.

CENSURA.

Author propositionis debuit latiùs explicare abusus.

PROPOSITIO XIII.

Une bonne Priere presentée à Dieu, vaut mieux que tant barboter.

CENSURA.

Hæc propositio habetur suspecta ratione decimæ propositionis.

PROPOSITIO. XVI.

Il y a des abus aux Pelerinages, sans déclarer quels, Censura

CENSURA.

Hæc propositio est suspecta atque diminuta, avocans Christi fideles à piis peregrinationibus.

PROPOSITIO XV.

Une pauvre femme ayant six blans feroit mieux les garder pour elle, que de les garder pour en faire dire une Messe.

CENSURA.

Hæc propositio est falsa, impia & scandalosa, favens his qui contendunt tollere sanctum Sacrificium Missæ.

PROPOSITIO XVI.

Il a parlé en doute du Purgatoire, disant que le principal Purgatoire est le Sang de Notre-Seigneur, & de l'autre n'en trouvoit rien aux Ecritures, sinon que saint Augustin a ordonné prieres être faites pour Monique sa Mere; & qu'il en étoit écrit quelque chose aux livres des Macchabées qui ne sont reçus.

CENSURA.

Hic Articulus continet duas propositiones Lutheranas quarum scilicet, de l'autre n'en trouveriés aux Ecritures, *declarat ignorantiam Prædicantis, & satis insinuat nullos locos extare in Scriptura de Purgatorio, quod falsum est & hæreticum; posterior verò quæ est*, les Livres des Maccbabées ne sont reçus: *est Lutherana & hæretica.*

PROPOSITIO XVII.

Parlant de la verité connuë depuis 30. ans a dit: plusieurs disent: je veux vivre comme mes Peres & Meres. Viens-çà, s'ils ont été bêtes & abusés, & ont mal vécu, veux-tu vivre comme eux?

CENSURA.

Hæc propositio conspirat cum primo & secundo Articulo & Patres quos imitari debemus, conviciis videtur afficere.

PROPOSITIO XVIII.

Parlant des Images & autres choses que dessus, a plusieurs fois appellé ses Paroissiens des Hypocrites & Idolâtres, sans déclarer pourquoi, dont se sont fort scandalisés.

CENSURA.

Hæc assertio est temeraria, & in suos Parochianos & in venerabiles Imagines injuriosa conspirans cum tertia propositione.

PROPOSITIO XIX.

Parlant desdites Images a dit que ce Commandement, *non facies tibi sculptile*, avoit été long-tems caché, sans le déclarer en François, & seroit bon de l'ajouter aux Commandemens qui ont eté imprimés en François.

CENSURA.

Hæc propositio, ce Commandement, &c. *Non facies tibi, &c.* a été long-tems, &c. *Falsa est, & quantùm ad id quod sequitur*, il seroit bon l'ajouter, &c. *est præsumptuosa recedens à communi usu Ecclesiæ.*

PROPOSITIO XX.

Un enfant abortif, peut être sauvé *in fide parentum.*

CENSURA.

Hæc propositio sic prounciata est contraria verbo expresso Christi, Joan. 3. Nisi quis renatus fuerit, &c. *Ac proinde est hæretica.*

PROPOSITIO XXI.

Plusieurs disent, *Salve Regina misericordiæ*, il n'y a qu'un Roi, la Vierge Marie est Reine par participation.

(Deest Censura istius propositionis.)

PROPOSITIO XXII.

Parlant des Saints, il ne veut pas faire d'eux Dieux.

CENSURA.

Hæc propositio est suspecta, & videtur insinuare in cultu Sanctorum esse idololatriam.

PROPOSITIO XXIII.

Il ne faut adresser ses prieres aux Saints, & depuis a prêché qu'il étoit bon d'avoir Avocat.

CENSURA.

Hæc propositio quantùm ad priorem partem est erronea & impia, contra Catholicum Ecclesiæ ritum, Conciliique Generalis decisionem.

PROPOSITIO XXIV.

Il n'y a Oraison faite des hommes qui vaille, & n'y a que l'Oraison faite de Notre-Seigneur qui vaille.



CENSURA.

Hæc propositio est absurda & planè hæretica.

PROPOSITIO XXV.

Il y a un tas de discours de mysteres & des Oraisons de sainte Brigide, qui pensent voir la Vierge Marie toujours devant leur mort, ce sont bêtes, il faudroit brûler toutes ces Oraisons de S. Brigide, & non pas les autres Livres.

CENSURA.

Propositio est temerè & imprudenter pronunciata, damnans hasce pias Orationes quæ non veniunt comburendæ, & si qua sit superstitio in inscriptione, tollenda est. In fine articuli tacitè damnat eos qui sanctè & Catholicè jubent comburi libros hæresibus aspersos.

PROPOSITIO XXVI.

Il faut avoir des Livres en François, & qu'on doit entendre ce qu'on dit, & par ce moyen les simples gens feront la leçon à plusieurs Prêtres.

CENSURA.

Hæc propositio continens tres partes quarum novissima sententiam duarum præcedentium explicat, est temerè pronunciata, & quantùm ad primam videtur favere hæreticis asserentibus, Sacra Biblia passim & omnibus vernaculo sermone proponenda. Quantùm ad secundam quæ est. On doit entendre ce qu'on dit, *erronea est & impia, si intelligatur de sensu Scripturæ. Quantum ad tertiam contumeliosa est ordini sacerdotali.*

PROPOSITIO VII.

La rémission des pechés consiste en trois choses. La premiere en oyant l'Evangile. L'autre, *quotiescumque ingemuerit peccator.* La tierce, *eorum sacerdotes.*

CENSURA.

Hæc propositio est diminuta.

Actum Remis die 18. Julii. Anno Domini 1558.

Thomas Epinoche cum syngrapha manûs.



Anno Domini 1559.

Censura Facultatis Theologicæ Remensis, certorum librorum eidem Facultati præsentatorum per Dominum locum tenentem Domini Baillivi Veromanduensis die tertiâ mensis Aprilis.

Libellus qui inscribitur : *les 150. Pseaumes de David réduits à forme d'oraison*, reprobandus est, quòd maximè sub finem habeat hanc propositionem. *Lors reduit en memoire*, ce qui s'ensuit. 1. Que toutes les œuvres & toutes les inclinations naturelles de son cœur, *ne sont rien que peché, désobéissance & inimitié contre Dieu.* quæ quidem propositio est hæretica & Lutherana, & paginâ sequenti habetur. *Tu n'as point de foi, à cause que tu as transgressé les conditions de l'alliance, vû qu'il a promis toutes choses sous condition de parfaite obéissance.* Hæc propositio adversatur dictis Beati Pauli Prioris ad Corinthios cap. 13. *Si habuero omnem fidem ita ut montes transferam, &c. charitatem autem non habuero, nihil sum. Ac proinde hæretica est.*

Libellus qui inscribitur *Alphabet ou Instructions pour les petits enfans*; & post multa. *Demandes & Réponses*, qui comprennent ce qui est necessaire de sçavoir au commun populaire, touchant les principaux points de la Religion Chrétienne, est valdè diminutus in eo quòd promittit quæ necessaria sunt ad salutem Christianorum, præsertim aliquando mortaliter Peccantium, quantùm illa necessaria spectant ad Confessionem sacramentalem & partes Pœnitentiæ, quod potest videri ubi tangit illam partem Symboli, *de la rémission des pechés.*

Item reprobandus est in expositione Præcepti. *Non jurabis, tu ne prendras le Nom du Seigneur ton Dieu en vain*, & ubi falsò prætendit juramentum per creaturas esse illicitum quasi non referatur ad Deum quod adversatur verbo Christi. Matth. 23. *Væ vobis qui dicitis; quicumque juraverit per templum nihil est, &c.* Et quicumque juraverit in Templo *jurat in illo, & in eo qui habitat in ipso, & qui jurat in Cœlo, jurat in throno Dei, & in eo qui sedet super eum.*

Item reprobandus idem libellus ob easdem Propositiones repertas sub finem

libelli qui inscribitur: *Les 150. Pseaumes de David réduits en forme d'oraison.* Scilicet; Premierement, que toutes les œuvres & inclinations de ton cœur ne sont rien que pechés.

Actum Remis, anno præd. 1559. die 4. mensis Aprilis. *Thomas Epinoche cum syngrapha manûs.*

Anno Domini 1562.

Index Librorum prohibitorum.

TRidentinum Concilium sess. 18. sub Pio IV. suspectorum & perniciosorum librorum disquisitionem faciendam statuit: cum itaque omnium primum animadvertit hoc tempore suspectorum ac perniciosorum librorum, quibus doctrina impura continetur, & longè lasciva diffunditur, numerum nimis excrevisse, quòd quidem in causa fuit, ut multæ Censuræ in variis Provinciis, & præsertim in alma Urbe Roma, pio quodam zelo editæ fuerint, neque tamen huic tam magno ac pernicioso morbo salutarem ullam profuisse medicinam, censuit ut delecti ad hanc disquisitionem Patres, de censuris librisque, quid factoopus esset, diligenter considerarent, atque etiam ad eamdem sanctam Synodum suo tempore referrent, quò faciliùs ipsa possit varias & peregrinas Doctrinas, tanquam Zizania, à Christianæ veritatis tritico separare, deque his commodiùs deliberare & statuere, quæ ad scrupulum ex complurium animis eximendum, & tollendas multarum querelarum causas magis opportuna videbuntur.

Jussu igitur Tridentini Concilii per quosdam Patres ad hoc munus electos, confectus fuit index suspectorum & perniciosorum librorum in tres classes distributus. In prima classe indicantur non tam libri, quàm librorum novi Scriptores qui aut hæretici, aut de hæresi suspecti fuerunt; ut scilicet à scriptis hujusmodi hominum nominatim appellatorum Fideles caveant. In secunda classe collocantur, non ipsi Scriptores, sed eorum libri, qui propter perniciosam aut suspectam Doctrinam, vel quæ offensionem det, reprobantur, etsi Auctores ab Ecclesia nunquam desciverint. Tertia classis eos libros continet, qui sine nomine Scriptoris in lucem editi Doctrinam Ecclesiæ contrariam tradunt.

Post discessum Tridentini Concilii, is index Pio IV. oblatus est, secundùm ipsius Synodi decretum, ut ne ante ederetur, quàm Apostolicâ Authoritate Romani Pontificis approbatus esset. Hac de re legatur Bulla Pii IV. Tum altera Bulla Clementis Papæ VIII. in qua hic Pontifex observat, olim in Romano Concilio sub Gelasio II. Tum per Gregorium IX. aliosque complures Romanos Pontifices, probatos & orthodoxos libros ab adulterinis, perniciosis & apocryphis, distinctos fuisse, vide etiam Bullam Alexandri Papæ VII. & regulas indici præpositas, tum omnia decreta, quæ vel à Magistro sacri Palatii, vel ab ipsis sacris Congregationibus indicis, & S. Officii manarunt.

Hæc monumenta reperies in libro, qui sic inscribitur, *index librorum prohibitorum Alexandri VII. Pontificis maximi jussu editus. Romæ an.* 1664. Eadem monumenta continet liber sic inscriptus: *indices librorum prohibitorum & expurgandorum, novissimi: Hispanicus & Romanus.... Madriti an.* 1667. Ad calcem voluminis adjicitur: *appendix Decretorum quæ publicata sunt & locis consuetis affixa post indicis Romani, anni* 1664. *editionem; ad extrema usque Alexandri VII. Pontificis maximi.*

Quarta autem regula Romani Indicis; quâ vetitum est, ne Fideles novas interpretationes Divinæ Scripturæ patrio sermone factas sine permissu Antistitum Ecclesiæ legant, in Mediolanensi Concilio, an. 1585. & in Tholosano, an. 1590. & Avenionensi, an. 1594. Tum apud Belgas in Cameracensi Synodo, an. 1586. & Mechliniensi, an. 1607. Præterea, eadem disciplina in Rothomagensi Concilio laudatur, an. 1581. & Burdegalensi, an. 1582. & Turonensi, an. 1583. & Bituricensi, an. 1584. & Arelatensi, an. 1585. & Narbonensi an. 1609. omissâ Authoritate Romani Indicis.

Anno Domini 1563.

Censura Facultatis Theologiæ Universitatis Remensis.

CEnsure de la Faculté de Theologie de l'Université de Reims touchant certains Livres presentés à lad. Faculté le 11. de Fevrier contenus en un inventaire, signé, *Frizon.*

Douze Livrets intitulés A. B. C. contenant l'exercice quotidien de l'Enfant, & sont à reprouver pour plusieurs raisons & signament, à cause qu'ils mettent seulement deux Sacremens, sçavoir, le Baptême & la sainte Cêne.

Le Livret intitulé, *Sommaire des principaux points &c. par Pierre Viret*.est à réprouver pour plusieurs Heresies & signament, pour ce qui est écrit au 40. chapitre page 42. là où il nie la Transubstanciation & réelle Presence de Jesus-Christ, & au 42. chapitre suivant, où il dit que nul *ne peut assister à la Messe & Cene des Papistes*, s'il ne veut être participant de la Table de Dieu, & de la Table du Diable ensemble.

Plus en ce même Livret y a un autre petit Livre, intitulé, *Bref Sommaire de la Doctrine Chrètienne*, fait en forme de Dialogue par Pierre Viret, là où entre autres erreurs met en la page 31. *qu'il n'y a que deux Sacremens.*

Fait à Reims en la Congregation celebrée au logisde Monsieur le Doyen de la Faculté de Theologie le 11. Fevrier 1563. *Thomas Epinoche, avec paraphe.*

Anno Domini 1564.

Formula juramenti à Pio IV. Papa ordinata.

EGo N. electus Ecclesiæ N. ab hac hora in antea fidelis, & obediens ero Beato Petro Apostolo, sanctæque Romanæ Ecclesiæ, & Domino nostro, Domino N. Papæ N. suisque successoribus canonicè intrantibus. Non ero in consilio, aut consensu, vel facto, ut vitam perdant, aut membrum; seu capiantur malâ captione; aut in eos violenter manus quomodolibet ingerantur, vel injuriæ aliquæ inferantur quovis quæsito colore. Consilium verò, quod mihi credituri sunt per se, aut nuncios suos, seu litteras, ad eorum damnum, me sciente, nemini pandam. Papatum Romanum, & regalia sancti Petri adjutor eis ero ad retinendum, & defendendum, salvo meo ordine, contra omnem hominem. Legatum Apostolicæ Sedis in eundo, & redeundo honorificè tractabo, & in suis necessitatibus adjuvabo. Jura, honores, privilegia & authoritatem S. Romanæ Ecclesiæ, Domini nostri Papæ, & Successorum prædictorum, conservare, defendere, augere, & promovere curabo. Neque ero in consilio, vel facto, seu tractatu, in quibus contra ipsum Dominum nostrum; vel eamdem Romanam Ecclesiam aliqua sinistra, vel præjudicialia personarum, juris, honoris status & potestatis eorum machinentur. Et si talia à quibuscumque tractari vel procurari novero, impediam hoc pro posse; & quantò citiùs potero, significabo eidem Domino nostro, vel alteri, per quem possit ad ipsius notitiam pervenire. Regulas S. Patrum Decreta, Ordinationes, seu Dispositiones, Reservationes, Provisiones & Mandata Apostolica totis viribus observabo,& faciam ab aliis observari: Hæreticos, Schismaticos,& Rebelles eidem Domino nostro, vel Successoribus prædictis pro posse persequar, & impugnabo. Vocatus ad Synodum, veniam, nisi præpeditus fuero canonicâ præpeditione. Apostolorum limina singulis trienniis personaliter per me ipsum visitabo, & Domino nostro, ac Successoribus præfatis rationem reddam de toto meo pastorali officio, ac de rebus ad meæ Ecclesiæ statum, ad Cleri & Populi disciplinam, Animarum denique quæ meæ fidei traditæ sunt, salutem quovis modo pertinentibus, & vicissim Mandata Apostolica humiliter recipiam, & quàm diligentissimè exequar. Quòd si legitimo impedimento detentus fuero, præfata omnia adimplebo per certum nuncium ad hoc speciale mandatum habentem, de gremio mei Capituli, aut alium in Dignitate Ecclesiastica constitutum, seu aliàs personatum habentem; aut, his mihi deficientibus, per Diœcesanum Sacerdotem; & Clero deficiente omninò per aliquem alium Presbyterum Sæcularem, vel Regularem, spectatæ probitatis, & Religionis, de supradictis omnibus plenè instructum. De hujusmodi autem impedimento docebo per legitimas probationes ad sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem proponentem in Congregatione sacri Concilii, per supradictum nuncium.

Possessiones verò ad mensam meam pertinentes, non vendam, nec donabo, neque impignorabo; nec de novo infeudabo, vel aliquo modo alienabo etiam cum consensu Capituli Ecclesiæ meæ, inconsulto Romano Pontifice; & si ad aliquam alienationem devenero, pœnas in quadam super hoc editâ Constitutione contentas, eo ipso incurrere volo.

Anno

Anno Domini 1564.

Censura propositionum cujusdam Doctoris, per infra scriptos Theologos Academiæ Complutensis jussu Illustrissimi Cardinalis Toletani sacro Regiæ Inquisitionis Præsidis generalis.

I. PROPOSITIO.

OMnis Pœna est pœna peccati. Itaque omnia quæ Sancti sunt passi & patiuntur, ut Job, Tobias, B. V. Maria, & omnes Martyres & Sancti, propter suum peccatum patiuntur.

CENSURA.

Hæc propositio duplicem sensum habet. Primus, ut nomine sui peccati, significetur peccatum originis, à quo ex sententia hujus Doctoris ne Beata quidem Virgo immunis fuit: & in hoc sensu non erroris condemnanda. Secundus, ut per suum peccatum significetur peccatum actuale; quod intendisse videtur hic Doctor propter ea quæ continentur secundâ & nonâ propositionibus; in quo sensu est erronea.

II. PROPOSITIO.

Indulgentiæ quidem dantur ex Thesauro Ecclesiæ: sed hic Thesaurus sunt Christi merita, non Sanctorum, qui vix sibi sufficiunt, sed ex Christi gratiâ habent omnia.

CENSURA.

Cùm vix sibi sufficere Sanctos dicat, erronea est hæc propositio.

III PROPOSITIO.

Locum Joannis 6. *Caro mea verè est cibus, &c.* Docet propriè intelligendum de spirituali manducatione, & non de sacramentali.

CENSURA.

Nisi ex aliis propositionibus suspectus esset hic Author, nihil esset hic annotandum: quia tamen suspectus est, propositio ista videtur applaudere Luthero, qui hunc locum ne syllabam quidem habere unam de Eucharistiæ sacramento attestabatur. Quare sapit hæresim.

IV. PROPOSITIO.

Locum Lucæ: *Ego pro te rogavi, Petre, &c.* Exponens, dixit Petrum illic gerere personam electorum, sicut Judas est Caput reproborum.

CENSURA.

Hæc propositio ut minimum reddit Authorem de hæresi suspectum.

V. PROPOSITIO.

Romanus Pontifex non est appellandus universalis: quia S. Gregorius illud nomen abhorruit, & reprobavit.

CENSURA.

Hæc propositio sapit hæresim.

VI PROPOSITIO.

In apologia ad Gregorium XIII. pro suis condemnatis articulis habet hominem posse apud Deum justificari non habito respectu, aut relatione ad merita Christi.

CENSURA.

Hæc propositio est hæretica.

VII. PROPOSITIO.

In Concilio Tridentino sunt quædam inconsideratè posita.

CENSURA.

Si de Canonibus, ac decretis fidei & morum intelligitur, est hæretica: si de iis quæ ad reformationem pertinent; contumeliosa simul & temeraria.

VIII. PROPOSITIO.

Post publicationem SS. D. P.P. Bullæ condemnationis articulorum, non destitit hic Doctor in scholis & disputationibus spargere & docere, ac defendere sua nova dogmata & alia antiqua, quæ erant illi interdicta.

CENSURA.

Ostendit pertinaciam, & auget suspicionem personæ cujus sunt hæ propositiones.

IX. PROPOSITIO.

Martyrum passiones & tormenta, purgationes sunt peccatorum, non coronæ.

CENSURA.

Hæc propositio vel inepta est prorsus atque stolida, si Coronæ nomen præmium significat, vel planè hæretica si pro merito usurpetur: quem sensum reddere videtur propter primam & secundam propositionem.

Altera Theologorum Complutensium Censura in novem propositiones cujusdam Doctoris, jussu illustrissimi D. Cardinalis. Toletani.

I. PROPOSITIO.

OMnis pœna est pœna peccati. Itaque quæ Sancti sunt passi & patiuntur, ut Job, Tobias, B. V. Maria & omnes Martyres & Sancti, propter suum peccatum patiuntue.

CENSURA.

Dictio, peccati, *potest aecipi pro peccato originis, aut pro peccato actuali. Si peccatum originis significatur, à quo nee Beata Virgo, ex sententia hujus Doctoris immunis fuie, nullum errorem continebit: siquidem Concilium Tridentinum confirmavit Constitutionem Sixti IV. de Conceptione Beatæ Mariæ Virginis, atque innovavit pœnas in ea contentas. Si verò pro peccato actuali usurpetur, est apertè erronea: eùm de Beata & intemerata Dei Genitrice Maria idem S. Concilium Tridentinum declaraverit, tenere Ecclesiam ex speciali privilegio eam omnia peccata venialia vitasse, ne ommittamus quæ de Job & Tobia sacræ Litteræ prodiderune. Consolatores quippe Job ideò onerosi illi erant, quia hoc principio nitebautur; pœnae videlicee infligi à Deo propter scelera, & ex magnitudine pœnarum, gravitatem criminie deducebant. In hoc sensu sumpta videtur hæc propositio, propter ea quæ secundà & nonà continentur.*

II. PROPOSITIO.

Indulgentiæ quidem dantur ex Thesauro Ecclesiæ: sed hic Thesaurus sunt Christi merita, non Sanctoeum, qui vix sibi sufficiunt, & à Christi geatia habent omnia.

CENSURA.

De Indulgentiarum Thesauro quamquam obiter tactum sit ab Alexandro & Leone 10. Nihil tamen adhuc ex professo definitum esse reperitur: & ob hanc causam Theologi Scholastici in varias sententias abierunt. Si Doctor iste tantummodò tradidisset Thesaurum istum solis meritis Christi Domini constare, condemnari non posset, quia sententiam quæ est in opinione sequeretur. Addit tamen rationem propositionis, dicens: Qui sibi vix sufficiunt, sed ex Cheisti gratia habent omnia: *propter ea nullam possune habere satisfactionem redundantem, sed vix illis sua satisfactio sufficit: hoc est planè erroneum, & sapiens hæresim. Quia licet in opinione sit an satisfactiones Sanctorum redundantes inter Thesauroe Ecclesiæ computentur; numqnam tamen Ecclesia vel Catholici dubitarunt, sed semper senserunt D. Virginem nullas meruisse pœnas, Job & Tobiam plus satisfecisse, quàm deberent. Idem de Apostolis & reliquis Virie sanctis, qui post Baptismum nunquam gratiam primam amiserunt, vel amissam maximà contritione recuperarune, & in diuturnis pœnitentiis reliquum vitæ tempus transegerune.*

III. PROPOSITIO.

Locum Joannis 6. *Caro mea verè est cibus*, docet propriè intelligendum de spieituali manducatione, & non de saceamentali.

CENSURA

Variè ab expositoribus sacræ Scripturæ Caput Joannis sextum, & ab illo loco, Et Panis quem ego dabo, &c. *interpretari solet. Quibusdam enim placet de sacramento Eucharistiæ, & de manducatione sacramentali hunc propriè esse intelligendum alii de Corpore & Sanguine Christi (* id est, de vita & morte Christi *) spiritualiter manducando; ita ut propriè de sola manducatione & potu spirituali debeae intelligi; neque S. S. Concilium Tridentinum aliquam expositionem ex hie, ut istius loci propriam, determinavit; sed neque ex hoc loco deduxit realem, ac veram præsentiam Corporie Christi in Eucharistiæ sacramento: sed ex verbis quibus conficitur, & ex Paulo & ex traditione. Quamquam ad id Doctor eo utatur ut probec sacramentum hoc sumendum tanquam spiritualem animarum cibum, qui manducat me & ipse vivet, &c. Cæterùm quia author istius propositionis est valde suspectus, suspectam videtur sententiam protulisse, atque non tam Catholicorum expositionibus convenientem, quàm Lutheri, qui in libro de captivitate Babylonica docuit, hunc locum ne syllabam quidem unam de Eucharistiæ sacramento habere, quare hæc propositio sapit hæresim.*

IV. PROPOSITIO.

Locum Lucæ, *Ego pro te rogavi Petre*, exponens dicit Petrum ibi geeere personam Electoeum; sicut Judas est Caput reproborum.

CENSURA.

Si perfunctoriè versans hunc Lucæ lo-

tum, & per quandam adaptationem, ut mos est Prædicatoribus, prædestinatis Christi orationem extendens, hanc exhibuisset expositionem; tolerandus quidem esset. Quia non omnes, imo pauci hunc rigorem servant, ut nunquam ex suggestibus sacras Scripturas extorcas proferant. Significaret ergo illam Christi orationem, quæ propriè ad Petrum & ad ejus successores dirigebatur non solùm sufficientem, verùm & efficacem pro illis fuisse, tum etiam pro prædestinatis; ita ut non solum impetraverit conversionem Petri, & ejus ac successorum ipsius confirmationem; sed & omnium prædestinatorum, quorum præcipuè causâ ille fundamentum est & Caput Ecclesiæ. Verumtamen non fuisse hanc mentem illius Doctoris, exemplum prodit quod è vestigio sequitur: Sicut Judas est Caput reproborum. *Quare significare videtur vel Petrum tantùm esse Caput prædestinatorum, sicut Judas reproborum, vel nullam Petri & successorum prærogativam illis verbis contineri, quæ non sit communis singulis prædestinatis: quorum utrumque est hæreticum. Hæc ergo propositio reddit Authorem de hæresi suspectum.*

V. PROPOSITIO.

Romanus Pontifex non est appellandus Universalis, quia sanctus Gregorius illud nomen abhorruit & reprobavit.

CENSURA.

Hæc propositio sapit hæresim: quia, ideò videtur denegare summo Pontifici hanc appellationem universalis atque œcumenici, quòd credat Author harum propositionum eum non habere universalem in totam Ecclesiam potestatem, ac versutè addidisse D. Gregorii dictum, ut vel sic suam hæresim tegeret vel fucaret. Quòd sanctum Gregorium attinet, falsum est cùm nomen illud in ea significatione, in qua hujusmodi appellatione Ecclesia utitur, reprobasse: sed detrectasse honorificentissimum nomen quo numquam uti summi Pontifices in suis Diplomatibus, Bullis, ac decretis Apostolicis voluerant. In cujus fidem & confirmationem consulantur Epistolæ ejus, de hac quæstione, inter alias maximè 32. & 36. inditionis 2. ex quibus tria ex ipso colligimus. 1. Beato Petro totius Ecclesiæ curam commissam esse; non Jacobo, Joanni, & cæteris: atque ita totius Ecclesiæ directionem & curam Petri successoribus alligatam, particulatim iis qui cæteris Apostolis successerunt. 2. Concilium Chalcedonense hoc Universalis nomen, summis Pontificibus obtulisse: & enim nullus libellus oblatus & lectus est in actione tertia cujus initium & caput non fuerit. Sanctissimo & D. Amantissimo: *vel* Beatissimo & Universali Archiepiscopo Patriarchæ Magnæ Urbis Romæ Leoni & S. S. Universali Chalcedonensi Synodo. *Subscriptiones etiam Legatorum B. Leonis Papæ in similem modum scriptas legimus: Paschasium & Lucentium Episcopos & Bonifacium Presbyterum in actione sexta subscripsisse Leonis Universalis Papæ nomine. Ex quibus constat in universali & amplissimo Concilio hanc appellationem fuisse Romano Pontifici oblatam: & nos etiam posse, imò debere ipsum sic appellare; quia hinc cæteri Episcopi non tolluntur, neque Archiepiscopi aut Patriarchæ; sed Romanum Patriarcham supra omnes Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos esse agnovimus: atque ita curam totius Ecclesiæ sibi delegatam à Christo profitemur. 3. Colligitur summos Pontifices nunquam uti voluisse hoc honorificentissimo nomine, se potiùs humiliter servos servorum Dei appellantes, quod istud à Christo didicerint, cujus personam gerunt in Ecclesia. Ne igitur nomen viderentur superbum atque arrogans usurpare; neve alii Episcopi hoc titulo essent offensi, quasi ad se ipsos solos summi Pontifices totam Dignitatem Episcopalem transferre viderentur; non solum eo uti noluerunt, sed & sibi oblatum repudiarunt. Hinc etiam est ut idem Beatus Gregorius dicat nihil se jubere .... sed invitare. Epistola 30. lib. 7.*

VI. PROPOSITIO.

In Apologia ad Gregorium XIII. pro suis condemnatis articulis habet, hominem posse apud Deum justificari, non habito respectu, aut relatione ad merita Christi.

CENSURA.

Si verbum, posse, *dicat aut referat potentiam Dei absolutam; nemo illi contradicet: si tamen referat potentiam lege præscriptam quod absolutè positum est, reddit propositionem manifestè hæreticam; cùm sit contra manifesta sacræ Scripturæ testimonia, & contra definitiones sanctorum Conciliorum. Et ne in re aperta diutiùs immoremur; tantùm proferemus testimonium sacri Concilii Tridentini. Ex sess. 6. c. 1.* Si quis dixerit hominem suis operibus, quæ vel per naturæ humanæ vires, vel per legis Doctrinam fiunt, absque Divina per Jesum Christum gratia posse justificari coram Deo, anathema sit. *Est ergo propositio hæc planè hæretica.*

VII. PROPOSITIO.

In Concilio Tridentino quædam sunt inconsideratè posita.

CENSURA.

Si de Canonibus ac Decretis fidei, & morum intelligitur, est hæretica: cùm de fide sit in his omnibus Concilium non errasse, tùm quia legitimè congregatum, tùm quia à summo Pontifice approbatum. Si de iis quæ ad reformationem pertinent, temeraria simul & contra traditionem. Videturque alludere hujus propositionis Author Luthero asserenti, viam nobis factam esse enervandi Authoritatem omnium Conciliorum, & liberè contradicendi eorum gestis & judicandi eorum decreta.

VIII. PROPOSITIO.

Post publicationem SS. D. Papæ Bullæ condemnationis articulos, non destitit hic Author in scholis & disputationibus spargere & docere ac defendere sua ista Dogmata, & alia antiqua, quæ erant illi interdicta.

CENSURA.

Ostendit pertinaciam & auget suspicionem personæ cujus est.

IX. PROPOSITIO.

Martyrum passiones & tormenta purgationes sunt peccatorum non coronæ.

CENSURA.

Hæc propositio vel inepta est atque stolida, si coronæ nomine præmium significaretur; vel planè hæretica, si pro merito usurpetur: quem sensum reddere videtur propter primam & secundam propositiones ejusdem Authoris; nec adeo manifesta ullis eget probationibus.

Anno Domini 1564.

Censura Academiæ Salmaticensis in easdem propositiones.

I. PROPOSITIO.

Omnis pœna est pœna peccati. Itaque omnia quæ Sancti sunt passi & patiuntur, ut Joh. Tobias, B. V. Maria, & omnes Martyres & Sancti, propter suum peccatum patiuntur.

CENSURA.

Hujus propositionis prima pars, quà dicitur quod omnis pœna est peccati pœna, propriè loquendo vera est: non tamen ex eo sequitur omnia quæ Sancti passi sunt, ut Job, Tobias & B. V. Maria, propter suum peccatum patiantur, itaque duos habet sensus, unus est, omnia quæ Sancti passi sunt, propter suum peccatum, id est originale pertulisse. Et hic sensus, si intelligatur ea introducta fuisse propter peccatum originale & in pœnam ipsius, errore caret. Alter est illos ea pertulisse propter suum peccatum actuale, & est sensus hæreticus. Videtur autem iste Author hanc propositionem asseruisse in hoc posteriori & hæretico sensu, ut colligitur ex sequenti propositione, in qua affirmat Sanctos vix sibi sufficere, aut vix pro suis peccatis satisfecisse.

II. PROPOSITIO.

Indulgentiæ quidem dantur ex Thesauro Ecclesiæ: sed hic Thesaurus sunt Christi merita, non Sanctorum, qui vix sibi sufficiunt, & à Christi gratia habent omnia.

CENSURA.

In eò quòd negat Ecclesiæ Thesaurum constare ex meritis Sanctorum, temeraria est & hæresi proxima: in eò quòd affertur pro ratione Sanctos vix sibi sufficisse, est hæretica, in eò verò quòd addat illos ex Christi gratia habere omnia, sapit hæresim.

III. PROPOSITIO.

Locum Joannis 6. *Caro mea verè est cibus, &c.* Docet propriè intelligendum de spirituali manducatione, & non de sacramentali.

CENSURA.

In eò quòd negat Christum eo in loco agere de sui Corporis manducatione sacramentali, si intelligat neque de ea manducatione quæ in re, neque de ea quæ voto fit, mentionem ibi à Christo fieri, temeraria est propositio, & sapiens hæresim sacramentariam.

IV. PROPOSITIO.

Locum Lucæ: *Ego rogavi pro te Petre, &c.* Exponens dixit Petrum ibi gerere personam Electorum; sicut Judas est Caput reproborum.

CENSURA.

In eò quòd tali interpretatione sententia excluditur Catholicorum, qui tradunt illo loco promissam fuisse Petro infallibilitatem fidei, in definiendo; temeraria est & proxima hæresi: in eò verò quòd Petro in persona

sona Electorum id promissum affirmat, nobis videtur quod Author sentiat vel quod non est summus Pontifex nisi qui sit de numero Electorum; vel quod omnes Electi sunt summi pontifices, vel quod Authoritas Ecclesiastica residet solùm penes Electos, ipsaque Ecclesia solùm ex illis constat, ac proinde fiet invisibilis: quæ omnes sunt hæreticæ sententiæ.

PROPOSITIO V.

Romanus Pontifex non est appellandus Universalis, quia sanctus Gregorius illud nomen abhorruit, & reprobavit.

CENSURA.

Si id nomen à summis Pontificibus usurpari non debere affirmat propter modestiam retinendam; ferri potest ista propositio: si autem quia illis re ipsa ipsum non competere arbitratur, ideo denegat; est hæretica.

PROPOSITIO VI.

In Apologia ad Gregorium XIII. pro suis condemnatis articulis habet, hominem posse apud Deum justificari non habito respectu aut relatione ad merita Christi.

CENSURA.

Hæresim continet omnium pestilentissimam.

PROPOSITIO. VII.

In Concilio Tridentino sunt quædam inconsideratè posita.

CENSURA.

Est præsumptuosissima.

PROPOSITIO VIII.

Post publicationem SS. D. P.P. Bullæ condemnationis articulorum, non destitit hic Doctor in scholis & disputationibus spargere & docere ac defendere sua nova Dogmata & alia antiqua, quæ erant illi interdicta.

CENSURA.

Arguit hominem animi pertinacis & hæretici, & inducit vehementem suspicionem, illum etiam superiores omnes affirmasse in eo sensu quo falsi sunt & erronei.

PROPOSITIO IX.

Martyrum passiones & tormenta, purgationes sunt peccatorum non coronæ.

CENSURA.

In eo quòd affirmat tormenta Martyrum fuisse purgationes, si peccatorum à Martyribus actualiter commissorum purgationes fuisse intelligit omnia illa tormenta; hæretica est. Et similiter est hæretica in eo quòd negat ea tormenta fuisse coronas.

Hæ tres Censuræ in libro *Baiana* referuntur *pag.* 39. & sequentibus in Bibliotheca Sorbonica.

Anno Domini 1564.

Lælius Socinus, Fausti Socini nepos, ab anno 1562. usque ad annum 1604. impios errores suos contra mysterium SS. Trinitatis & Incarnationis in suis scriptis tradere non cessavit. Socini errores *N. Alexander* recenset in historia Ecclesiastica *Tom.* 8. *pag.* 162. Tùm in Bibliotheca Polonorum apud Batavos in lucem edita, varia scripta Socinianorum continentur.

Anno Domini 1567.

Bulla Pii V. quâ sententiæ septuaginta sex proscriptæ sunt.

Pius, Episcopus, Servus Servorum Dei. Ex omnibus afflictionibus quas in hoc loco à Domino constituti, tam luctuoso tempore sustinemus, ille animum nostrum præcipuè excruciat dolor, quòd Religio Christiana tantis jampridem Turbinibus agitata, novis quotidie propositis opinionibus conflictetur, Christique Populus antiqui hostis suggestione dissectus, in alios atque alios errores passim & promiscuè deferatur, quantùm verò ad nos attinet, totis viribus conamur, ut illæ simul atque prosiliunt, penitùs opprimantur. Magno etenim mœrore afficimur, quòd plerique, spectatæ alioqui probitatis & doctrinæ, in varias sententias, offensionis & periculi plenas, tùm verbo, tùm scriptis prorumpunt, de quo eis, etiam in scholis invicem controversantur; cujusmodi sunt sequentes

Ex* libro 1. de meritis operum.

I. PROPOSITIO.

Nec Angeli, nec primi Hominis adhuc integri merita rectè vocantur a *gratia.*

* Al. omit.
a Al. gratia.

II. PROPOSITIO.

Sicut opus malum ex natura sua est mortis æternæ meritorium: sic bonum opus ex natura sua est vitæ æternæ meritorium.

III. PROPOSITIO.

Et bonis Angelis, & primo Homini, si in statu illo perseverasset usque ad ultimum vitæ, felicitas esset merces, & non gratia.

IV. PROPOSITIO.

Vita æterna Homini integro, & Angelo promissa fuit intuitu bonorum operum: & bona opera ex lege naturæ ad illam consequendam [a] per se sufficiunt.

V. PROPOSITIO.

In promissione facta Angelo & primo Homini continetur naturalis justitiæ constitutio, quâ pro bonis operibus, sine alio respectu, vita æterna justis promittitur.

VI. PROPOSITIO.

Naturali lege constitutum fuit homini, ut si in obedientia[b] perseverasset, ad eam vitam pertransiret, in qua mori non posset.

VII. PROPOSITIO.

Primi hominis integri merita fuerunt primæ creationis munera, sed juxta modum loquendi Scripturæ sacræ non rectè vocantur gratia [c] quò fit, ut tantùm merita, non etiam gratia debeant nuncupari.

VIII. PROPOSITIO

In redemptis per gratiam Christi, nullum inveniri potest bonum meritum quod non sit gratis indigno collatum.

IX. PROPOSITIO.

Dona concessa homini integro, & Angelo forsitan, non improbandâ ratione [d] possent dici gratia, sed quia secundùm usum sacræ Scripturæ, nomine gratiæ, ea tantùm munera intelliguntur, quæ per Jesum Christum malè merentibus & indignis conferuntur; ideo neque merita, neque merces, quæ illis redditur, gratia dici [e] debet.

X. PROPOSITIO.

Solutionem pœnæ temporalis, quæ peccato dimisso, sæpe remanet, & corporis resurrectionem propriè non nisi meritis Christi [f] adscribendam esse.

a Al. omit. per se.
b Al. perseveraret.
c Al. gratiæ.
d Al. potest.
e Al. potest.

XI. PROPOSITIO.

Quòd piè & justè in hac vita mortali usque in finem conversati vitam [g] consequimur æternam: id non propriè gratiæ Dei, sed ordinationi naturali statim initio creationis constitutæ [h] justo Dei judicio deputandum est, neque in hac retributione bonorum ad Christi meritum respicitur, sed tantùm ad primam institutionem generis humani, in qua lege naturali constitutum est, ut justo Dei judicio obedientiæ mandatorum vita æterna reddatur

Ex [*] libro 2. de meritis operum.

XII. PROPOSITIO.

Pelagii sententia est opus bonum, citra gratiam adoptionis factum [i] non esse Regni cælestis meritorium.

XIII. PROPOSITIO.

Opera bona à filiis adoptionis facta non accipiunt rationem meriti ex eo quod fiunt per spiritum adoptionis inhabitantem corda filiorum Dei; sed tantùm ex eo, quod sunt conformia legi, quodque per ea præstatur obedientia [k] legi.

XIV. PROPOSITIO.

Opera bona justorum non accipiunt in die Judicii extremi ampliorem mercedem, quàm justo Dei judicio mereantur accipere.

XV. PROPOSITIO.

Docet [l] rationem meriti non consistere in eo, quod qui bene operatur habeat gratiam, & inhabitantem spiritum; sed in eo solùm quod obedit divinæ legi [m] quam sententiam sæpe repetit, & multis rationibus probat toto ferè libro.

XVI. PROPOSITIO.

[n] *In eodem libro sæpe repetit, quod non est vera legis obedientia quæ fit sine charitate.*

f Al. solutio ... resurrectio ... adscribenda est.
g Al. consequemur.
h Al. & justo.
* Al. omit.
i Al. non est.
k Al. legi.
l Al. ratio. omittit docet
m Al. omittit quam sententiam.
n Al. incipit non est.

XVII. PROPOSITIO.

Dicit[a] *sentire cum Pelagio, qui dicunt, esse necessarium ad rationem meriti, ut homo per gratiam adoptionis sublimetur ad statum Deificum.*

XVIII. PROPOSITIO.

[b] *Dicit opera Cathecumenorum, ut fidem & pœnitentiam, ante remissionem peccatorum facta esse vitæ æternæ merita; quam* [c] *vitam ipsi non consequentur, nisi priùs præcedentium delictorum impedimenta tollantur.*

XIX. PROPOSITIO.

[d] *Videtur insinuare, quòd opera justitiæ & temperantiæ, quæ Christus fecit, ex dignitate personæ operantis non traxerint majorem valorem.*

XX. PROPOSITIO.

Nullum est peccatum ex natura sua veniale sed omne peccatum meretur [e] *pœnam æternam.*

[*] Ex libro 1. de prima hominis justitia.

XXI. PROPOSITIO.

Humanæ naturæ sublimatio, & exaltatio in consortium Divinæ naturæ debita fuit integritati primæ conditionis; & proinde naturalis dicenda est & non supernaturalis.

XXII. PROPOSITIO.

Cum Pelagio sentiunt, qui Textum Apostoli ad Romanos 2. Gentes quæ legem non habent, naturaliter quæ legis sunt faciunt, *intelligunt de gentibus fidei gratiam non habentibus.*

XXIII. PROPOSITIO.

Absurda est eorum sententia, qui dicunt hominem ab initio, dono quodam supernaturali & gratuito, supra conditionem naturæ suæ fuisse exaltatum, ut fide, spe & charitate supernaturaliter coleret

XXIV. PROPOSITIO.

A variis & otiosis hominibus, secundùm insipientiam Philosophorum excogitata est sententia: hominem ab initio sic constitutum ut per dona naturæ superaddita, fuerit largitate Conditoris sublimatus; [f] *& in Dei Filium adoptatus* [*] *& ad Pelagianismum rejicienda est ista sententia.*

Ex [*] libro 2. de virtutibus impiorum.

XXV. PROPOSITIO.

Omnia opera infidelium sunt peccata.

XXVI. PROPOSITIO.

Et Philosophorum virtutes sunt vitia.

XXVII. PROPOSITIO.

Integritas primæ creationis non fuit indebita humanæ naturæ exaltatio; sed naturalis ejus conditio [g] *quam sententiam repetit & probat per multa capitula.*

XXVIII. PROPOSITIO.

Liberum arbitrium sine gratiæ Dei adjutorio, non nisi ad peccandum valet.

XXIX. PROPOSITIO.

Pelagianus est error, dicere quod liberum arbitrium valet ad ullum peccatum vitandum.

XXX. PROPOSITIO.

Non solùm [h] *fures ii sunt, & latrones, qui Christum, viam & ostium veritatis & vitæ negant; sed etiam quicumque alindè; quàm per ipsum in viam justitiæ, hoc est aliquam justitiam, conscendi posse docent: aut tentationi ulli, sine gratia ipsius adjutorio resistere hominem posse, sic ut in eam non inducatur* [i] *aut ab ea non superetur.*

Ex [*] libro de charitate.

XXXI. PROPOSITIO.

Charitas perfecta & sincera; quæ est ex corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta tam in Catechumenis, quàm in pœnitentibus potest esse sine remissione peccatorum.

XXXII PROPOSITIO.

Charitas illa, quæ est plenitudo legis, non est semper conjuncta cum remissione peccatorum.

XXXIII. PROPOSITIO.

Catechumenus justè, rectè & sanctè vivit,

a Al. incipit sentiunt.
b Al. opera ut fideles & pœnitentia... sunt,
c Al. tamen.
d Al. incipit opera
e Al. mortem.
* Omit.

f Al. omit. ad 2.
* Al. omit.
g Al omit. ista.
h Al soli.
i Al. ab. ea superetur.
* Al. omit.

& mandata Dei observat, ac legem implet per charitatem ante obtentam remissionem peccatorum quæ in Baptismi lavacro demùm accipitur.

XXXIV. PROPOSITIO.

Distinctio illa duplicis amoris, naturalis videlicèe, quo Deus amatur ut author naturæ, & gratuiti quo Deus [a] *beatificator, vana est & commentitia; & ad illudendum sacris Litteris & plurimis Veterum testimoniis excogitata.*

XXXV. PROPOSITIO.

Omne quod agit peccator, vel servus peccati, peccatum est.

XXXVI PROPOSITIO

Amor naturalis, qui ex viribus naturæ exoritur; ex sola Philosophia per elationem præsumptionis humanæ, cum injuria Crucis Christi defenditur à nonnullis Doctoribus.

XXXVII. PROPOSITIO.

Cum Pelagio sentit qui [b] *boni aliquid naturalis: hoc est, quod ex naturæ* [c] *solis viribus ortum ducit, agnoscit.*

XXXVIII. PROPOSITIO.

Omnis amor creaturæ rationalis, aut viciosa est cupiditas, quà mundus diligitur, quæ à Joanne prohibetur; aut laudabilis illa charitas quà per Spiritum Sanctum [d] *in corde diffusa, Deus amatur.*

[*] Ex libro de libero arbitrio.

XXXIX. PROPOSITIO.

Quod voluntariè fit, etiamsi [e] *necessitate fiat; liberè tamen fit.*

XL. PROPOSITIO.

In omnibus suis actibus peccator servit dominanti cupiditati.

XLI. PROPOSITIO.

Is libertatis modus, qui est à necessitate, sub libertatis nomine non reperitur in Scripturis, sed solum nomen libertatis à peccato.

a Al. benefactor.
b Al. bonum aliquod naturale.
c Al. solum.
d Al. in corda diffusum.
* Al. omit.
e Al. necessario.

[*] Ex libro de justitia.

XLII. PROPOSITIO.

Justitia quà justificatur per fidem impius, consistit formaliter in obedientia Mandatorum, quæ est operum justitia, non autem in gratia aliqua animæ infusa, quà adoptatur homo in Filium Dei, & secundùm inferiorem hominem renovatur, & Divinæ naturæ consors efficitur, ut sic per Spiritum sanctum renovatus, deinceps bene vivere, & Dei mandatis obedire possit.

XLIII. PROPOSITIO.

[f] *In omnibus pœnitentibus ante Sacramentum absolutionis, & in Catechumenis ante Baptismum, est vera justificatio, separata tamen à remissione peccatorum.*

XLIV. PROPOSITIO.

Operibus plerisque, quæ à Fidelibus fiunt ut [g] *Dei Mandatis pareant; cujusmodi sunt, obedire parentibus, depositum reddere, ab homicidio, à furto, à fornicatione abstinere, justificantur quidem homines, quia sunt legis* [h] *obedientiæ, & veræ legis justitiæ, non tamen iis obtinent* [i] *incrementa virtuum.*

[*] Ex libro de sacrificio.

XLV. PROPOSITIO.

Sacrificium Missæ non aliâ ratione est sacrificium, quàm generali illâ quâ omne opus, quod fit ut sanctâ societate Deo homo inhæreat.

[*] Ex libro de peccato originis.

XLVI. PROPOSITIO.

[k] *Ad rationem & definitionem peccati non pertinet voluntarium: nec definitionis quæstio est, sed causæ, & originis. Utrum omne peccatum debeat esse* [l] *voluntarium. Unde peccatum originis verè habet rationem peccati, sine ulla ratione ac respectu ad voluntatem à qua originem habuit.*

XLVII. PROPOSITIO.

Peccatum originis est habituali parvuli voluntate voluntarium & habitualiter dominatur parvulo: eò quòd non gerit contra-

* Al. omit.
f Vasq. in omnibus.
g Al. solum ut.
h Al. obedientia & vera legis justitia.
i Al. incrementum.
* Al. omit.
k Al. omit.
l Al. ad rationem meriti.
m Vasq. utrum peccatum originis verè habeat.

rium

rium voluntatis arbitrium. [a] *Et ex habituali voluntate dominante fit ut parvulus decedens sine regenerationis sacramento, quando usum rationis consecutus est, actualiter Deum odio habeat, Deum blasphemet & legi Dei repugnet.*

XLVIII. PROPOSITIO.

Prava desideria, quibus ratio non consentit, & quæ homo invitus patitur, sunt prohibita præcepto: Non concupisces.

XLIX. PROPOSITIO.

Concupiscentia, sive lex membrorum, & prava ejus desideria, quæ inviti sentiunt homines, sunt vera legis inobedientia.

L. PROPOSITIO.

Omne scelus est ejus conditionis, ut suum Authorem, & omnes posteros eo modo inficere possit quo infecit prima transgressio.

LI. PROPOSITIO.

Quantùm est ex vi [b] *transgressionis, tantùm meritorum malorum à generante contrahunt qui cum minoribus nascuntur vitiis, quam qui cum majoribus.*

LII. PROPOSITIO.

Diffinitiva hæc sententia, Deum homini nihil impossibile præcepisse, falsò tribuitur Augustino, cùm Pelagii sit.

LIII. PROPOSITIO.

Deus non potuisset ab initio talem creare hominem, qualis nunc nascitur.

Ex * Tractatu de Oratione pro Defunctis.

LIV. PROPOSITIO.

In peccato duo sunt, actus & reatus: transeunte autem actu, nihil manet nisi reatus, sive obligatio ad pœnam. Unde in Sacramento Baptismi, aut Sacerdotis absolutione, propriè reatus peccati dumtaxat tollitur; & ministerium Sacerdotum solùm liberat à reatu.

LV. PROPOSITIO.

Peccator [c] *pœnitens non vivificatur ministerio Sacerdotis absolventis, sed à solo Deo qui pœnitentiam suggerens & inspirans, vivificat eum & resuscitat: ministerio autem Sacerdotis solùm reatus tollitur.*

*Ex tractatu de indulgentiis

LVI. PROPOSITIO.

Quando per eleemosinas [d] *aliaque pœnitentiæ opera, Deo satisfacimus pro pœnis temporalibus, non dignum pretium Deo pro peccatis nostris offerimus, sicut quidam erranter autumant, nam alioqui essemus, saltem aliqua* [e] *ex parte redemptores, sed aliquid facimus, cujus intuitu Christi satisfactio nobis applicatur, & communicatur.*

LVII. PROPOSITIO.

Per passiones Sanctorum in indulgentiis communicatas non propriè redimuntur nostra delicta; sed per communionem charitatis nobis eorum [f] *passiones impertiuntur, ut digni simus qui pretio Sanguinis Christi à pœnis pro peccatis debitis liberemur.*

LVIII. PROPOSITIO.

Celebris illa Doctorum distinctio, Divinæ legis mandata bifariàm impleri; altero modo quantum ad præceptorum operum substantiam tantùm, altero quantùm ad certum quemdam modum videlicèt secundùm quem valeant operantem perducere ad Regnum æternum, hoc est, ad modum [g] *meritorium, commentitia est & explodenda.*

LIX. PROPOSITIO.

Illa quoque distinctio, quâ opus dicitur bifariàm bonum: vel quia ex objecto, & omnibus circumstantiis rectum est & bonum, quod moraliter bonum [h] *appellari consuevit, vel quia est meritorium Regni æterni eò quòd fit à vivo Christi membro per Spiritum charitatis rejicienda* [i] *putatur.*

LX. PROPOSITIO.

[k] *Similiter & illa distinctio duplicis justitiæ: alterius, quæ fit per Spiritum charitatis inhabitantem; alterius, quæ fit ex inspiratione quidem Spiritùs Sancti cor ad pœnitentiam excitantis, sed nondum cor inhabitantis & in eo charitatem diffundentis, quâ Divinæ legis justificatio impleatur* [l] *odiosissimè & pertinacissimè* [m] *rejicitur.*

LXI. PROPOSITIO.

Denique & illa distinctio duplicis vivificationis, alterius quâ vivificatur peccator,

[a] Vasques voluntatis arbitrio & ex.
[b] Al. prima transgressio.
* Al. omit.
[c] Suares penitus.

* Al. omit.
[d] Ripal aliaque pietatis.
[e] Vasq. vel aliqua.
[f] Al. pœnæ.
[g] Al. meritorum.
[h] Al. appellare consueverunt.
[i] Est.
[k] Al. sed &.
[l] Vas. & Rip. odiosissima & pertinacissima.
[m] Al. Christi.

dum ei pœnitentia, & vitæ novæ propositum & inchoatio per Dei gratiam inspiratur; alterius quà vivificatur, qui verè justificatur & palmes vivus in vite [a] *Christo efficitur; commentitia* [b] *judicatur & scripturis minimè congruens.*

LXII. PROPOSITIO.

Non nisi Pelagiano errore admitti potest usus aliquis liberi arbitrii bonus, sive non malus: & gratiæ Christi injuriam facit, qui ita sentit, & docet.

LXIII. PROPOSITIO.

Sola violentia repugnat libertati hominis naturali.

LXIV. PROPOSITIO.

Homo peccat, etiam damnabiliter, in eo quod necessariò facit.

LXV. PROPOSITIO.

Infidelitas purè negativa in his in quibus Christus non est prædicatus, peccatum est.

LXVI. PROPOSITIO.

Justificatio impii fit formaliter per obedientiam legis; non autem per occultam communicationem & inspirationem gratiæ, quæ per eam justificatos faciat implere legem.

LXVII. PROPOSITIO.

Homo existens in peccato mortali, sive in reatu [c] *æternæ damnationis, potest habere veram charitatem; & charitas etiam perfecta potest consistere cum reatu æternæ damnationis.*

LXVIII. PROPOSITIO.

Per Contritionem etiam [d] *charitate perfectam, & cum voto suscipiendi Sacramentum conjunctam, non remittitur crimen extra casum necessitatis, aut martyrii, sine actuali susceptione Sacramenti.*

LXIX. PROPOSITIO.

Omnes omnino justorum afflictiones sunt ultiones peccatorum ipsorum. Unde Job & Martyres quæ passi sunt, propter peccata sua passi sunt.

LXX. PROPOSITIO.

Nemo præter Christum, est absque peccato originali, hinc Beata Virgo mortua est propter peccatum ex Adam contractum; omnesque ejus afflictiones in hac vita, sicut & aliorum justorum, fuerunt ultiones peccati actualis vel originalis.

[a] Al. Christi
[b] Al. est.
[c] Al. peccati mortalis.
[d] Al. cum charitate perfecta.

LXXI. PROPOSITIO.

Concupiscentia in renatis relapsis in peccatum mortale, in quibus jam dominatur, peccatum est, sicut & alii habitus pravi.

LXXII. PROPOSITIO.

Motus pravi concupiscentiæ sunt pro statu hominis vitiati, prohibiti præcepto: Non concupisces, *unde homo eos sentiens, & non consentiens, transgreditur præceptum:* Non concupisces, *quamvis transgressio in peccatum non deputetur.*

LXXIII. PROPOSITIO.

Quamdiu aliquid concupiscentiæ carnalis in diligente est, non facit præceptum: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo.

LXXIV. PROPOSITIO.

Satisfactiones laboriosæ justificatorum non valent expiare de condigno pœnam temporalem restantem post culpam condonatam.

LXXV. PROPOSITIO.

Immortalitas Primi Hominis non erat gratiæ beneficium, sed naturalis conditio.

LXXVI. PROPOSITIO.

Falsa est Doctorum sententia, Primum Hominem potuisse à Deo creari, & institui sine justitia naturali.

Quas quidem sententias strictо coram nobis examine ponderatas, quamquam nonnullæ aliquo pacto sustineri possent, in rigore, & proprio verborum sensu ab assertoribus intento, hæreticas, erroneas, suspectas, temerarias, scandalosas, & in pias aures offensionem immittentes, respectivè, ac quæcumque super iis verbo, scriptoque emissa, præsentium authoritate damnamus, circumscribimus, & abolemus: Denique eisdem & similibus posthac quoquo pacto loquendi, scribendi, & disputandi facultatem quibuscumque interdicimus: Et officiis perpetuò privamus, ac etiam inhabiles ad quæcumque decernimus, vinculo quoque anathematis eò ipsò innodamus, à quo nullus Romano Pontifice inferior, valeat ipsos excepto mortis articulo liberare. Cæterum ut jam commoti his de rebus tumultus & contracta odia faciliùs comprimi possint, simulque animarum saluti pleniùs consulatur, dilecto filio nos-

tro Antonio, titulo S. Bartholomei. in Insula Presb. Card. Granveilano nuncupato, per aliqua scripta mandamus, ut ipse quid ad perpetuam dictarom sententiarum & scripturarum abolitionem, quid ad arcenda hujusmodi proloquia, & disputationes, quid denique ad unionem & pacem cum communi omnium & Ecclesiæ Catholicæ satisfactione componendam facto opus sit imprimis diligenter expendat; deinde in iis omnibus quæ pro communi salute, tranquillitate, & bonore optimum judicaverit, salvâ semper Ecclesiæ prædictæ unitate, etiam per alium, seu alios fide Doctrinâ & Religione præstantes ocyus exequatur, faciatque quidquid decreverit inviolatè ab omnibus observari, contradictores quoslibet per censuras & pœnas prædictas, cæteraque juris & facti remedia opportuna appellatione post positâ, compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit auxilio brachii sæcularis, non obstantibus quod forsitan aliquibus ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem: & quibuslibet aliis privilegiis, exceptionibus, indulgentiis & litteris Apostolicis specialibus vel generalibus quorumcumque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa vel totaliter non inserta, effectus præsentium impediri valeat quomodolibet vel differri: & de quibus quorumque totis tenoribus de verbo ad verbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ damnationis, circumscriptionis, abolitionis, interdicti, decreti & mandati, privationis & innodationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ 1567. Kalendis Octobris Pontificatûs nostri. An. 2.

Hoc diploma Universitati studii Lovaniensis denuntiatum fuit. An. 1570. die 16. Novembris & omnes Doctores Theologiæ huic judicio Sedis Apostolicæ tunc temporis subscripserunt. Nonnulli tamen perversis interpretationibus multas dictiones *Baii* postea defenderunt.

Varia monumenta ad hanc causam pertinentia in utramque partem, reperies in volumine operum *Michaëlis Baii*; Coloniæ edit. An. 1696. ubi in secunda parte voluminis *Baiana* colliguntur.

Anno Domini 1567.

III. Kal. Decembris Lovaniensis studii Universitas in comitiis apud Fratres Prædicatores habitis, confitetur se decretis Tridentini Concilii assentiri, & observantiam spondet. In eodemque Conventu Rector Universitatis formulam fidei à Pio V. præscriptam cum juramento recitavit. Similiterque alii Magistri præstiterunt, ut in Fastis Academicis Lovaniensis studii fertur. pag. 364.

Anno Domini 1570.

Censura Facultatis Theologiæ Universitatis Remensis.

Die undecimâ Aprilis in Congregatione apud scholas Theologicas celebrata, horâ septimâ matutinâ Decanus & Magistri Facultatis Theologicæ Universitatis Remensis per juramentum legitimè congregati super quibusdam propositionibus per Dominum *Remi* Vicarium Illustriss D. Cardinal. Archiepiscopi Remensis Facultati præsentatis & exhibitis, maturâ deliberatione præhabitâ suam tulerunt sententiam sive Censuram in modum qui sequitur.

I. PROPOSITIO.

Aux enfans baptisés par les Sages-Femmes, representées à l'Eglise, sçavoir, si pour toute solemnité suffit de faire bailler les saintes Onctions, & prononcer l'Evangile saint Jean, en omettant l'exorcisme, catechisme & autres ceremonies gardées d'ancienneté au Baptême.

CENSURA.

Non sufficit; & qui assereret sufficere, diceret propositionem falsam & scandalosam.

II. PROPOSITIO.

Item Si le Curé ou son Vicaire doivent refuser de baptiser, *sub conditione*, l'enfant baptisé par la Sage-Femme ou autre personne privée, & omettre l'exorcisme, Catechisme, onction, & autres ceremonies observées au Baptême.

CENSURA.

Non debet Curatus aut ejus Vicarius recusare Baptismum, sub conditione, *puero qui dicitur baptisatus à muliere aut privatâ personâ sibi præsentato, nisi sufficienter constet eum esse baptisatum.*

III. PROPOSITIO.

Item, S'il faut corriger le Manuel du Diocèse de Reims quant à la forme de l'exorcisme.

CENSURA.

Præsumptuosum est dicere esse corrigendum Manuale quantùm ad formam exorcismi, nisi id fiat authoritate Superioris.

IV. PROPOSITIO.

Item, S'il est expedient que la Messe se dise en langage vulgaire, afin que chacun l'entende.

CENSURA.

Non expedit; & dicere contrarium, stante Ecclesiæ consuetudine est falsum, scandalosum & schismaticum.

V. PROPOSITIO.

Item, Si ceux qui communient ès Messes privees, & non en la Messe Paroissiale offensent Dieu, ou s'ils sont excommuniés.

CENSURA.

Non semper peccat, qui communicat in privata Missa simpliciter loquendo, neque excommunicatur.

VI. PROPOSITIO.

Item, Si c'est bien prêcher en usant de telle comparaison qui s'ensuit: *Si un pauvre homme mangeoit un morceau de lard en Carême, & un riche mangeoit plusieurs sortes de poissons bien épicés*, on se scandaliseroit du pauvre & non du riche, lequel offense le plus.

CENSURA.

Hic modus concionandi malè sonat & est indiscretus.

VII. PROPOSITIO.

Item, Si un Indult octroye par le Pape à quelqu'un pour élire un Confesseur, *etiam*, hors le tems de Pâques est abusif, & si le Pape n'a puissance de ce faire, & que s'il l'avoit fait, il abuseroit de sa puissance.

CENSURA.

Quoad primam partem falsum est dicere tale Indultum esse abusivum; quoad secundam, habet Papa potestatem dandi Indultum; quoad tertiam, præsumptuosum est dicere quod si id faceret Papa, abuteretur suâ potestate.

De Mandato D. Decani J. Epinoche.

Placeat Dominis Decano aliisque Doctoribus Facultatis Theologicæ clariùs elucidare duas ex Censuris die duodecimâ hujus mensis Aprilis per eos factis. Secundam in eo *quod dicunt Curatum non debere Baptismum recusare sub conditione puero præsentato*, si sufficienter constet esse baptisatum, an sufficiat assertio obstetricis vel alterius qui dicit se baptisasse, num etiam assertio plurium requiratur, qui Baptismi effectum sciunt, & in hoc casu nonne etiam teneatur puerum exorcizare Curatus. Quintam quæ dicit quod non semper peccat qui communicat in privata Missa simpliciter loquendo, neque excommunicatur, & quia dubium est quando & in quo peccet, placeat apertiùs & expressiùs declarare, & num licentia Superioris excuset à peccato.

Signatum P. Remy.

Die 17a. mensis Aprilis 1570. Facultas Theologica Universitatis Remensis per juramentum legitimè congregata apud scholas Theologicas, horâ septimâ matutinâ super propositionibus à Domino & Magistro Petro *Remy* Vicario Illustrissimi Cardinalis Archiepiscopi Remensis sic censuit.

Addatur ad tria illa vocabula circa finem secundæ propositionis, scilicet nisi *sufficienter constet legitimo testimonio*. Et quantùm ad exorcismum potest Curatus puerum rebaptisatum exorcisare.

Quantùm ad quintam propositionem, *qui communicat in Missa non Parochiali* in contemptum Superioris, peccat, qui autem cum licentia Superioris communicat, non peccat.

De Mandato Domini Decani Thomas *Epinoche.*

Anno Domini 1572.

Censura Facultatis Theologiæ Universitatis Remensis.

Die undecimâ mensis Januarii in Congregatione apud scholas Theologicas Eccles. Rhem. celebrata, horâ septimâ

septimâ matutinâ Decanus & Magistri Facultatis Theologiæ Remensis per juramentum & legitimè congregati super quibusdam propositionibus & articulis per Dominum Decanum & Magistrum Petrum *Remy* Archidiaconum Majorem Ecclesiæ Remensis maturâ deliberatione præhabitâ suam tulerunt sententiam sive Censuram in hunc modum.

I. PROPOSITIO.

Ne vouloir chanter en la Messe un *Salve Regina*, accoutumé être chanté après Vêpres, & le chanter au Chœur sous prétexte de la reverence du saint Sacrement, & qu'il y a au Chœur une Image de la Vierge Marie aussi bien qu'en la Nesse.

CENSURA.

Omissio & mutatio hujusmodi est scandalosa & redolens Dogma hæreticorum nostri temporis.

II. PROPOSITIO.

N'assister plus au *Salve*, depuis qu'on a commandé le chanter comme de coutume.

CENSURA.

Hæc omissio includit contumaciam propter contemptum Superioris.

III. PROPOSITIO.

Cesser de chanter le *Salve* les Dimanches enfin de la procession contre la coûtume ancienne, sous pretexte qu'il n'y auroit fondation, & que cela retarderoit le Service & le Sermon, & sans l'autorité du Superieur, & depuis en avoir été repris en justice.

CENSURA.

Omissio hujusmodi est scandalosa includens contemptum Superioris & contumaciam, & excusatio est insufficiens.

IV. PROPOSITIO.

Omettre l'invocation du Saint-Esprit par l'intercession de la Vierge Marie au commencement des Sermons, & dire que cela consiste en liberte, & n'y a point de commandement, & que cela n'est gardé ne partout, ne par tous.

CENSURA.

Hæc omissio pro prima sui parte est scandalosa, & redolet Dogma & morem hæreticorum nostri temporis; pro reliquis partibus est falsa.

V. PROPOSITIO.

Omettre l'*Ave Maria* & *sancta Maria* quant à la fin des Sermons, & prononcer l'Oraison Dominicale & le Symbole en François, & dire qu'il n'est commandé de Jesus-Christ, ne de l'Eglise de le dire, & que partant n'y a point d'offense.

CENSURA.

Hæc pronunciatio Orationis Dominicæ, & Symboli Apostolorum Gallico sermone in Concione est suspecta propter novitatem & omissionem Salutationis Angelicæ & Orationis Sanctæ Mariæ, & omissio est scandalosa & redolens Dogma hæreticorum hujus temporis; & sequens assertio est falsa & periculosa.

VI. PROPOSITIO.

Ne dire au *Confiteor* de la Messe *& B. Mariæ Virginis*, sous pretexte qu'on dit *Confiteor Deo & omnibus Sanctis.*

CENSURA.

Hæc omissio est scandalosa, & redolens Dogma hæreticorum hujus temporis.

VII. PROPOSITIO.

On se met à genoux, quand on dit l'*Ave Maria* ou un *Salve* pour faire honneur à la Vierge, & quand l'on dit *Kyrie eleison*, où l'on crie misericorde à Dieu, on ne fait pas le semblable, n'est-ce pas idolâtrer?

CENSURA.

Comparatio ejusmodi & interrogatio est scandalosa, & includens propositionem hæreticam.

VIII. PROPOSITIO.

Quand on nomme la Vierge Marie, ou le nom du Roi, d'un Pape, ou d'un Cardinal, on met la main au bonnet, & on ne fait pas le semblable, quand on parle du nom de Dieu, n'est-ce pas idolâtrie?

CENSURA.

Hæc propositio est temeraria & hæretica.

IX. PROPOSITIO.

De dire, je prie Dieu & la Vierge Marie, ou Dieu me pardonne & la Vierge Marie, c'est mal parler, parce qu'il n'y a que Dieu qui pardonne, & ne faut servir qu'à Dieu.

CENSURA.

Hic articulus continet plures propositiones falsas & hæreticas.

X. PROPOSITIO.

Eo prêchaot de l'adoration qu'oo doit à Dieu, dire qu'il ne faut honorer, oi adorer la créature, & que la Vierge Marie est une créature; mais faut honorer & adorer Dieu seulement.

CENSURA.

Hæc propositio si intelligatur de honore & adoratione Latriæ vera est, aliàs falsa & hæretica.

XI. PROPOSITIO.

Vous direz tant de *Salve*, tant de *Salve* que vous oublierez Dieu pour Vierge Marie.

CENSURA.

Hæc propositio est temeraria & scandalosa.

XII. PROPOSITIO.

Ne faut faire le signe de la Croix au commeocement des Sermons comme les autres Predicateurs Catholiqoes.

CENSURA.

Omissio est scandalosa & redolet morem hæreticorum.

XIII. PROPOSITIO.

Ne faire les sigoacles entiers à la Messe, ains seulemeot une demie Croix, & ne faire la beoediction & signe de la Croix après *ite Missa est*, & oe dire l'Evaogile saiot Jean.

CENSURA.

Hæ omissiones sunt scandalosæ, & contra communem Ecclesiæ usum.

XIV. PROPOSITIO

Ne proooocer l'introit, en chaotant Messe haute, oe *Kyrie eleison*, le Prêtre le repond, l'Evaogile oe l'Offertoire, & écouter seulement chanter les autres, & dire qu'en ce faisant oe peut offeoser ni faire nouvellettes, & que c'est suivre le vrai & ancieo usage de l'Eglise.

CENSURA.

Hic modus dicendi & agendi est scandalosus & temerarius cum innovatione & mutatione rituum Ecclesiæ & redolet hæresim.

XV. PROPOSITIO.

Faire cesser de repeter trois fois l'Introit de la Messe, ès jours de Dimanche & de Fête, & faire cesser de chanter le verset, *Et secundùm multitudinem miserationum tuarum* durant l'aspersioo de l'Eau-Beoite, & cesser de repeter le Repoos, ensuite le verset en la Messe, & oe vouloir asperger que le Grand-Aotel, sous prétexte que cela retarderoit le Service & le Sermoo.

CENSURA.

Hoc factum sæpiùs iteratum sine licentia superioris, contra morem propriæ Ecclesiæ est præsumptuosum & scandalosum.

XVI. PROPOSITIO.

S'ageooüiller devant les Images, ou y porter des chaodelles, c'est idolâtrer: & ne les faut honorer ni eoceoser.

CENSURA.

Hæc propositio est hæretica & impia, ex errore eorum decerpta qui Imagines Sanctorum execrati sunt.

XVII. PROPOSITIO.

Ne recommander eo ses Prônes & Sermons ses superieurs, les prieres pour la paix & pour les Trépassés.

CENSURA.

Omissio hæc est scandalosa & suspecta.

XVIII. PROPOSITIO.

User en tes sermons souveot de ces mots, *Idolatres, Superstitieux, Obstinés*, qui n'eoteodent poiot leur salut, oe la sincerité de l'Evangile, ne la pure parole de Dieu, & qui n'oot point de religion, & ne prêcheot la verité; mais la deguisent & ne demandeot qu'à s'avaocer, semble aux Auditeurs que ces mots s'adressent aux Catholiques.

CENSURA.

Hic modus loquendi coram populo Catholico est obscurus & suspectus, & accedit ad morem concionandi hæreticorum.

XIX. PROPOSITIO.

Prêcher que ceux qui oot le Christ au cœur & à la bouche font toûjours assaillis des Caphars, & ceux qui prêchent la verité soot toujours haïs des graods & des petits.



CENSURA.

Hic modus loquendi conspirat cum hæreticis.

XX. PROPOSITIO

User souvent de ces mots en sermons le *Christ* le *Seigneur*, & impugner les heretiques, mais au lieu de dire les heretiques, les appeller rebelles, joint que les heretiques & suspects assistent ausdits Sermons.

CENSURA.

Hic modus loquendi est suspectus & omissio est favens hæreticis.

XXI. PROPOSITIO.

Que chacun doit lire la sainte Ecriture en François, & specialement les passages qu'on doit interpreter au Sermon.

CENSURA.

Hæc propositio posita sine moderamine falsa est & perniciosa, etiam hæreticis consentiens.

XXII. PROPOSITIO.

On doit avoir des Heures en François, pour les dire en François.

CENSURA.

Hæc propositio est temeraria, nec sine authoritate superioris toleranda.

XXIII. PROPOSITIO.

Que dans peu de tems on verra dire la Messe en François.

CENSURA.

Hæc propositio est præsumptuosa & temeraria & favens hæreticis.

XXIV. PROPOSITIO.

Attribuer en sermons la justification à la seule foi, & parler froidemeut des œuvres.

CENSURA.

Hæc propositio pro prima sua parte hæretica, & pro secunda est suspecta.

XXV. PROPOSITIO.

Que la Predication opere la remission des pechés; & que pour avoir la rémission de ses pechés, il faut assister à la Predication.

CENSURA.

Hæc propositio est falsa & erronea, & tacitè conspirans cum hæreticis.

XXVI. PROPOSITIO.

Que ces mots, *Requiescant in pace*, s'appliquent mieux pour les vivans que pour les trepasses.

CENSURA.

Hæc propositio est falsa & contra ritum, & intentionem Ecclesiæ.

XXVII. PROPOSITIO.

Parlant des traditions de l'Eglise, dire voila ce que vous appellés vos belles traditions par ironie.

CENSURA.

Hic modus loquendi per ironiam videtur continere contemptum Ecclesiasticarum traditionum.

XXVIII. PROPOSITIO.

Ni ne prendre la perception du vin après la Communion.

CENSURA.

Hæc omissio repugnat communi Ecclesiæ consuetudini.

XXIX. PROPOSITIO.

Appelle le peuple superstitieux quand il met la main au bonnet ayant nommé ce mot *Jesus-Christ*.

CENSURA.

Hæc propositio est impia & contumeliosa repugnans sacræ Scripturæ.

XXX. PROPOSITIO.

En prêchant allegues des Pseaumes en rimes.

CENSURA.

Hoc factum est suspectum.

XXXI. PROPOSITIO.

Dieu ne se porte point, parlant de ce qu'on porte la sainte Hostie aux malades.

CENSURA.

Hæc propositio est falsa & scandalosa.

Signé, P. Remy & N. Locart.

Hi articuli per eos oblati Decano Facultatis Theologiæ Remensis. 7. Januarii 1572.

Acta sunt hæc in nostra Congregatione

post maturam deliberationem habitâ, anno & die supradictis, & per me Syndicum ejusdem Facultatis ex Mandato Domini Decani & Facultatis subsignata.

Signé, H. Meslier Syndicus

Anno Domini 1581.

Prudentius de monte major Soc. *Jesu* Theologus, in thesi quam majorem vocant, apud Salmanticensem Academiam contra Divinam prædeterminationem liberorum actuum aliquando futurorum, nonnulla temerè dixit, quæ Dominicus *Bagnes* Ord. Fr. Præd. ad judicium supremi Inquisitoris detulit. Hoc initium controversiarum inter Fratres Prædicatores & Theologos Societatis *Jesu* tunc temporis ortarum fuit.

Anno Domini 1582.

Decretum Gratiani emendatum, & notationibus illustratum, unà cum glossis jussu Greg. XIII. Pont. maximi, Romæ editum fuit. Sixtus *Faber* Ord. FF. Prædic. & sacri Palatii Magister, errata Glossarum, sive Decreti in margine, tum in notatione emendavit. Sed plura emendata reperies in altera editione Parisiis facta secundùm observationes Petri *Pithœi* & Francisci *Pithœi* an. 1686.

Anno Domini 1586.

Contractus Societatis cum securitate Principalis à Sixto P. V. improbatur. Apud *Porterum* in libro qui inscribitur; *Syntagma variarum Ecclesiæ definitionum*. pag. 507.

Anno Domini 1587.

Censura sacræ Facultatis Theologiæ Lovaniensis super quibusdam articulis de sacra Scriptura, Gratia & Prædestinatione, Lovanii scripto editis.

PRÆFATIO.

Reverendis in Christo Patribus, Patri Rectori ac Professoribus cæterisque Patribus Collegii Societatis Nominis JESU in Universitate Lovaniensi; Decanus & reliqui Theologiæ Facultatis in eadem Universitate Magistri æternam salutem pacemque precantur.

Reverendi Patres. Cum nuper ad aures nostras pervenisset, peregrina, offensiva, & periculosa quædam Dogmata, circa Dei gratiam & prædestinationem, in publicis prælectionibus vestris, anno superiori tradita atque asserta fuisse, quæ proinde inter Auditores communesque discipulos, dissidia, contentiones, ac partium studia generarent, non id putavimus negligendum. Ne quid tamen leviter aut temerè credidisse, vel processisse videremur, certis quibusdam Collegii nostri Magistris negotium dedimus, ut perlectis diligenter Professorum vestrorum in hoc argumento dictatis, discipicerent, veranè an falsa perlata ad nos forent, si quid autem deprehenderent, id fideliter excerptum ad nos referrent. Cùm autem quæ notanda putarant, lecta coram nobis fuissent, quamquam cum iis quæ perlata initio fuerant, valde consentire viderentur, ne quid tamen diligentiæ, aut humanitatis prætermissum à nobis videri posset: decrevimus ut selectiora quæque Reverendis Paternitatibus vestris offerentur, num ea pro vestris agnosceretis, aut si quid non satis dextrè excerptum, aut obscuriùs fortassis, minusvè considerate dictum foret, id supplere, illustrare ac emendare dignaremini, At verò usque adeo de priore sententia discessum non est, ut pauculis tantum mutatis verbis oblati articuli seu assertiones pro vestris agnoscerentur, approbarentur, & adjecto passim scholio pluribus etiam rationibus confirmarentur. Quo cognito, non potuimus non sanè graviter pro causæ ipsius magnitudine commoveri, quando præcipuum illud de gratia Christi ac divinâ prædestinatione argumentum tot novis, imò jam olim reprobatis rejectisque periculosis opinionibus, corrumpi ac infici cerneremus, quemadmodum ex subjectis assertionibus vestris, censurisque nostris evidenter patebit. Ut[a] autem præcipuas doloris nostri causas generatim colligamus quatuor potissimum sunt, quas hac præfatione duximus proponendas.

In primis quod D. Augustini de gratia & libero arbitrio, deque prædestinatione & reprobatione doctrinam, in qua tuenda, explicanda, ac illustranda[b] tot annis, tot editis libris, tantâ diligentiâ atque instantiâ vir tanto ingenio, tantâ sapientiâ, tot Dei dotibus tam[c] excellenter ornatus, jam ævi maturus ac senex pro Dei Ecclesia desudavit, non in ali-

[a] Quatuor præcipuæ causæ quæ S. Theol. Facultatem moverunt ut se huic doctrinæ opponeret.
[b] Causa prima.
[c] In scholio quæst. 4. §. 2.

qua

qua, ut dicitis, sui particula, sed totam propemodum ex proposito oppugnari, funditúsque destrui ac everti videmus. Ac in B. Augustini scriptis quid tandem est, quod eum Ecclesiæ Dei tam gratiosum, venerabilem, ac suspiciendum hactenus reddidit, quàm hæc ipsa de gratia & Dei prædestinatione doctrina? Quam ei laudem & gloriam si quis eripiat, quæ is præcipuum illi decus, & quasi florem ac coronam capitis detraxerit, ut ob cætera non sit cur eum magnoperè admiremur. Si verò in tanti momenti argumento explicando vel lapsum fuisse, vel non rectum ac necessarium tenuisse modum existimabimus, non modò ejus labascit in cæteris auctoritas, sed, quod fidenter dicimus, multum quoque ac turpiter falsa erit, atque aberraverit Ecclesia quæ illius ductum judiciumque secura inimicos gratiæ Christi debellasse sese ac triumphasse de illis crediderit. Quod sanè vel cogitare nefas ac impium fuerit, ut hanc adversus Augustinum criminationem non ad ipsius modo, sed totius etiam Ecclesiæ & Apostolicæ Sedis non minimam pertinere existimemus injuriam, cùm in hujus argumenti arena, tantum ei non dubitarit tribuere: quantum contra Valentinianos & Gnosticos Irenæo, contra Arianos Athanasio atque Hilario, contra Nestorianos Cyrillo, denique contra Euthychianos Leoni Pontifici, fideles semper omnes tribuerunt; ut quemadmodum isti adversus supradictos hæreticos divinitùs sunt excitati, ita Beatus Augustinus contra gratiæ Dei inimicos singulari providentiâ destinatus, cujus ductu atque auspiciis Catholica acies pugnaret, ac vinceret. Unde ipsius etiam defuncti auctoritatem & famam adversus tum ejus, tum gratiæ Dei oppugnatores Celestinus Pontifex tuendam suscipiens, tantum illi perhibet scientiæ testimonium [a], ut non modò illum dicat, *necessarium in scribendo non excessisse modum, nec ullo unquam sinistræ suspicionis vel rumore saltem fuisse aspersum*, verùm etiam *inter optimos Ecclesiæ Magistros à suis semper antecessoribus habitum, qui proinde cunctis & amori, & honori fuerit*, meminisse se asseveret. Quod Apostolicæ Sedis tam luculentum elogium est, ut adversus calumniatores ejus omnes, vel unum abundè sufficiat, neque necesse sit cæterorum Ecclesiæ Patrum, quas in eum congerere non dubitàrunt, accumulare hîc laudes, quando unum illud instar sit omnium. Quare intolerabile nobis visum, quod non solùm adversus Pelagium, & ejus hæredes, infeliciter laborasse Augustinus fingitur, sed idem quoque de Lutheranismo ac Calvinismo suspectus redditur, tanquam imperitus, stupidus, ac cæcus habetur, ut non modò gratiæ ipsius, de qua disserebat, vim naturamque nescierit, sed nec arbitrii humani libertatem, ne monitus quidem, dogmate suo evertere se senserit. A qua hæreticorum & veterum, & nostræ tempestatis sententia & argumentis, si non potest Augustini doctrina vindicari, gravissimè profectò & à Sede Apostolica, & cæteris Ecclesiæ proceribus peccatum est, qui B. Augustini, vigilias, labores, atque doctrinam, tam magnificè prædicaverint, cum tanquam periculosam, perniciosam, & hæreticam arguere potiùs damnareque debuerint. At verò quid Ecclesiæ Dei calamitosiùs luctuosiúsque accidere queat, quid verò hæreticis gratiùs, jucundiùs aut optabiliùs, quàm ut adversus Catholicos, vel in hoc uno dogmate, stare pro ipsis, etiam nostrâ confessione tantopere laudatus Augustinus putetur? Nam hoc concesso, quis non videat quanta illi virium accessione firmentur, Catholici verò quanti præsidii jacturâ debilitentur? Prement nos illi auctoritate viri hujus, quæ in Ecclesia Dei maxima semper hactenus fuit, quam tamen adversus eos quâ nos fronte vel in cæteris opponemus, quando tam gravi ac indigno errore tam infirma, imò fracta & vilis effecta sit? Dispiciant igitur Reverendæ Paternitates vestræ, quàm rectè se credant obsistere faciliùs hæreticis posse, si contempto & damnato Augustini dogmate, & auctoritate tam graviter labefactatâ, diversam adversamque illi in gratiæ ac prædestinationis negotio doctrinæ rationem sequantur. Nam emplastrum illud quod post [b] Massilienses, [c] Catharinum, ac [d] Pighium, tam graviter saucio & attrito Augustini capiti apponere tandem conamini, videlicet ejus vos viri doctrinam, hoc uno excepto, plurimùm suspicere & admirari, eamque in cæteris omnibus audire libenter ac sequi paratos, quàm miserum ac evanidum sit, atque ad mitigandam duntaxat invidiam comparatum quis non intelligat.

Et quasi non hæc satis atrocia sint, novum quoddam ab [e] Oriente bellum Aug. con-

[a] Epistola ad Episcopos Galliæ c. 2. & 3.

[b] Hilar. ep. ad Aug.
[c] In cap. 9. ad Rom.
[d] Lib. de lib. arb.
[e] Secunda causa.

flatur, ut Græci Patres omnes in supradicto argumento, & scripturis huc pertinentibus explicandis, diversam ab eo discipulisque ipsius sententiam tenuisse inducantur, ut in præcipuo fidei articulo oriens & occidens dissidere inter se existimetur. Quod quàm periculosè perniciosèque dicatur, etiam nobis tacentibus, facilè quivis intelligat. Sed absit, ut Ecclesiæ Patres, per quos unus idemque, non dissensionis, sed concordiæ locutus est Spiritus, pugnantes in fide minimèque concordes, ut in cæteris, ita & in hoc argumento sententias habuisse suspicemur; cùm in damnanda Pelagii ac sectatorum ejus doctrina, ut occidentalis Ecclesia Augustini, ita orientalis in Ephesina Synodo Celestini Romanæque Ecclesiæ sequuta judicium sit. Quomodu ergo pugnare illorum inter se putantur sententiæ? Et est quidem ita, quòd veteres Græci contra sui temporis hæreticos Manichæos disserentes paulò aliter interdum locuti, ac scripturas nonnullas tractasse reperiantur, quodque nondum exorto, vel manifestato Pelagio, quid de gratia ac prædestinatione Dei sentiendum esset, non tam apertè diserteque explicarint, sed contraria tamen atque adversa tradidisse nusquam deprehendentur. Quanquam ad hanc ipsam objectionem ipse jam olim etiam [a] Augustinus abundè respondit.

Mirum verò quid ita [b] visum sit non hanc modo, sed cæteras etiam penè omnes Massiliensium, aliorumque eidem huic B. Augustini doctrinæ per Gallias olim obstrepentium querelas post Catharinum ac Pighium, de integro renovare, ac suscitare, quas tamen à Sede Apostolica per Celestinum Pontificem repressas, coërcitas, castigatas, & æterno constat esse damnatas silentio? ut [c] autem palam fiat non alia B. Augustino à vobis objici, nec diversas esse vestras de doctrina ejus querimonias, quam quas olim Prosper atque Hilarius ad ipsum primùm Augustinum, deinde ad Celestinum Pontificem retulere, breviter eas ex ipsorum scriptis collectas proponemus.

1. Et primùm quidem quod quicquid B. Augustinus [d] in scriptis suis adversus Pelagianos editis de vocatione Electorum secundùm Dei propositum disputasset, totum id Patrum opinioni, ac sensui Ecclesiastico esset adversum.

2. Ad hæc quod scripturæ, quas ex Pauli ad Rum. Epistola ad manifestationem Divinæ gratiæ Electurum merita prævenientis proferret, aliter ab aliis scriptoribus Intellectæ forent, qui omnes unâ sententiâ propositum, & prædestinationem Dei secundùm prescientiam acceperunt.

3. Per prævenientis, seu præoperantis Dei gratiæ, ac prædestinationis doctrinam liberum arbitrium tolli.

4. Sub prædestinationis ejusdem nomine absolutam necessitatem induci.

5. Augustini doctrinam, de gratia humanos omnes præveniente conatus, audientium ædificationi esse contrariam.

6. Si omnia bona opera Deus in nobis operetur, meritum omne nostrum excludi.

7. Dei constitutio si humanas prævenire cum Augustino ponatur voluntates, omnem removeri industriam, virtutesque tolli.

8. Quòd Augustini de prædestinatione & reprobatione doctrina lapsis curam adimat resurgendi, Sanctis adferat torporis occasionem, eò quod in utramque partem superfluus labor sit, si neque rejectus ulla industriâ possit intrare, neque electus ullâ negligentiâ excidere.

9. Quod ea res desperandi necessitatem injiciat.

10. Quod præceptis etiam & exhortationibus adversetur.

11 Quod cum propitiatione quæ in sacramento Sanguinis Christi universis hominibus sine exceptione proposita est, non satis consentiat.

12. Postremò parvulorum causam non rectè in hoc argumento ad exemplum ab eo majorum adferri. Sanè non alia ferè in scriptis dictatisque vestris adversùs Augustini doctrinam argumenta videmus opponi.

Jam verò [e] ad eorum quod attinet sententias & opiniones, quàm exceptis paucissimis non procul ab eis discedere doctrina vestra videatur, advertere quæsumus paulisper dignemini.

1. Et initio quidem volebant eligendorum ac rejiciendorum discretionem non ex Dei vocantis pendere proposito, sed ex prævisis cujusque operibus ac meritis. Prævidisse enim Deum quinam credituri, & in suscepta fide permansuri essent, qui non essent; eos itaque in regnum suum prædestinasse, quos gratis vocatos dignos electione futuros, & de hac vita bono fine excessuros præviderit.

2. Certum electorum numerum qui nec

[a] Lib. de prædest. Sanct. c. 14.
[b] Tertia causa.
[c] Epistola ad Episcopos Galliæ.
[d] Massiliensium cont. B. Augustini doctrinam querelæ.
[e] Massiliensium sententia ac opiniones huc pertinentes.

augeri, nec minui possit, præordinatum à Deo non esse.

3. Quantum ad Deum pertinet, paratam æqualiter omnibus vitam æternam, eos autem apprehendere qui Deo spontè crediderint, & auxilium gratiæ merito credulitatis acceperint.

4. Credendi possibilitatem ex Deo cuique esse, fidem seu credendi voluntatem ex seipso.

5. Ad Dei cognitionem, mandatorum obedientiam, regenerationis gratiam, posse quemque pervenire per naturalem facultatem petendo, quærendo, pulsando, ut ideò accipiat, ideò inveniat, ideò introëat, quia bono naturæ benè usus ad istam salvantem gratiam meruerit pervenire.

6. Quòd Dei gratia humanam non præveniat, sed sequatur voluntatem, ut non ideò velit quia adjuvetur, sed ideò adjuvetur quia priùs voluerit.

7. Per gratiam Dei non opus ipsum, sed operis tantùm possibilitatem donari.

8. Perseverantiæ donum in hoc generaliter positum, non quo perseverans quisque fiat & sit, sed esse possit si velit.

9. Sanctis omnibus perseverantiæ munus donari.

10. Perseverantiam semel donatam amitti posse.

11. Non aliam nec potentiorem nunc electis perseverantiam dari, quam primis hominibus collata fuerit. Has fuisse olim Massiliensium aliorumque quorundam per Gallias inter cætera opinationes quas adversùs Augustinum retinendas putarent ex Prospero atque Hilario intelligi potest, cùm quibus utrum nihil habeatis commune quæsumus prudentia vestra etiam atque etiam dispiciat. [a] Nam quod in ejus rei adfertis argumentum, fidem illos Dei donum negasse, vos esse fateri, equidem (ut id etiam vobis donemus) prorsus non satisfacit; videtis enim quam alia multa supersint à quibus adhuc vindicari habeatis. Et tamen ut quod sentimus dicamus ingenuè, nec in illa parte multùm videmus discriminis. Nam fidem quidem illi ex possibilitate volebant existere naturæ, ita tamen ut non solùm externæ prædicationis beneficium, sed nec internam quidem illuminationem ac revelationem divinæ veritatis neque propositis præmiis, [b] nec pœnis excitationem, ac pulsum exclusum voluerint, quando ea negare nec Pelagius potuit, quo tamen non obstante, Dei donum esse fidem, negare judicati sunt. Ex quo autem alio capite eam Dei donum vestra faciat sententia, equidem non satis intelligimus, nisi quod sub præveniente, ac excitante vestrâ gratia scrupulos etiam conscientiæ (quod tormentum homines etiam inviti sentiunt supprimereque conantur) & velleitates quasdam seu imperfecta quædam emendandæ vitæ comprehendatis desideria. Sed quæ nimirum omnia cum ipso erroris ac infidelitatis dominatu consistunt, quo fiat ut veram saltem erroris ac infidelitatis depositionem, atque ipsam ad credendum voluntatis determinationem humani tantum arbitrii facere videamini. Nam concomitans gratia quam in auxiliante concursu collocatis, nec conversionem ipsam nec velle tribuit, [c] sed adest tantùm ad cooperandum paratis, sed ut dicitis, si priùs ipsi voluerimus quem concursum non putamus nec Pelagium fuisse negaturum. Quare omnibus bene consideratis, nec in hac quidem parte satis videmini à Massiliensibus recedere, neque in alio differre, quàm quod præter interiorem prædicationem ac Dei pulsum imperfecta quædam boni desideria, ac velleitates interdum quasdam superaddatis. Quæ quàm parvo discrimine ac intervallo distent, per communem quæsumus salutem advertere dignemini. Jam verò quando & infideles omnes etiam obduratos & excæcatos satis ad conversionem auxilii semper & ubique habere vultis, ad quam utique inprimis necessaria fides est, ut si facerent quod ex naturali dispositione possunt, non defuturus sit eis illuminator & adjutor Deus ut credere & converti possint, an non & fidem ipsam secundùm initia saltem sua ex quadam voluntatis sanitate & possibilitate deducitis?

[d] Quam verò tum hæc, tum superiora omnia & periculosa & ut liberiùs loquamur perniciosa sint, velimus prudentia vestra pressiùs consideret, deprehensuram speramus ex his doctrinæ fontibus pestiferos istos manare rivulos. Dei gratiam secundùm merita nostra dari, fidem, conversionem, bona opera, ac in eis perseverantiam nostrarum esse propriè virium. Ex lege esse justitiam. Non esse orationem magnoperè necessariam, in toto salutis nostræ negotio quod præcipuum est homini tribuendum, quod minus est Deo. (Quis enim non videat præstantiùs esse ipsum fidei, conversionis,

[a] Quæst. 4. §. 2.
[b] Apud Augustinum lib. de gratia Christi, c. 7. 10. & 11.
[c] Vide plura inferiùs ad assertiones 8. 9. 10.
[d] Quarta causa.

bonæ vitæ ac perseverantiæ opus, quàm solùm hoc posse & huc excirari) item in opere gratiæ priores hominis esse partes, posteriores Dei. Quemque sibi ducem esse ad bonum, pedissequum ac subservientem esse Deum. Denique fas esse jam non in Domino, sed in seipso gloriari. Immo quòd ex istis conficitur ad præcipuos salutis effectus gratis esse mortuum Christum. Atque id totum propterea, quia veræ atque efficacis gratiæ Christi cum libero arbitrio iniri putetur non satis posse concordia. Quæ res quum visa semper fuit esse difficilis, & credi tamen interea concordiam necesse foret, etiamsi humano ingenio minus id plenè comprehendi posset, queri studiis vestris ille magis videtur modus qui ad humanum sit captum plausibilis quam secundùm Scripturarum doctrinam solidus. Sed hæc de justissimi doloris nostri causis generatim dixisse sufficiat, cætera in assertionum censuris particulatim latiúsque persecuturi sumus. In quibus tamen assertionibus colligendis & refutandis quoad fieri potuit, proposita nobis brevitas fuit. Nam qui omnia exactè notare, deque singulis censere vellet, justo erat volumine opus. In excerptis autem recitandis, eâ fide usi sumus quanta maxima adhiberi à nobis potuit, quin & loca Scriptorum indicavimus unde repetita quæque forent, ut si quid aliter, aut clariùs in codice legi existimetur inspiciendi ejus facultas esset. Nam ut totas huc disputationes transferremus neminem futurum arbitramur, qui postulandum hoc à nobis, aut expectandum putarit. Cæterùm de Scriptura sacra assertiones aliquot vestras tametsi posteriùs seriúsque ad nos perlatas, non tamen esse putavimus absque censura dimittendas, eas igitur, ordinem tractationis secuti, ad responsi nostri caput adjecimus.

Quòd autem superest Reverendi Patres obsecramus vos in Christi visceribus, ut rem hanc totam, seposito paulisper anticipatæ opinionis præjudicio, liberis animis intueri serióque expendere dignemini, ut si fieri queat in tam magno fidei nostræ de gratia Christi ac Dei prædestinatione negotio unum idemque concordiret *a* sapiamus, eo magis quod (ut idem de Massiliensibus queritur Prosper) eadem aliquando nobiscum melioraque senseritis. Neque enim de studiosorum excidit memoria quænam Reverendi Patres Robertus Bellarminus ex eadem cathedra vestra de his ipsis argumentis nuper & senserit & publicè docuerit, vestro nunc dogmati planè adversa atque contraria, in quod iisdem cum Massiliensibus de libero arbitrio moti argumentis abduci vos passi estis, quod quàm graviter, prudenter ac circumspectè factum à vobis sit, Massiliensium docere vos potest exemplum. Nam ut liberi arbitrii, cum vera Christi gratia conciliationem difficile fuerit ad popularem captum, intelligentiamque deducere, non tamen moveri quemquam hinc oportebat, sed meminisse potiùs Prophetici dicti. *Nisi credideritis non intelligetis* Equidem valdè dolemus pietatem vestram Domini nostri JESU nomen titulumque præferentem, gratiæ ipsius (ut nobis sanè videtur) obscurare gloriam ejusque vim & efficaciam enervare. Et cum de Christianorum moribus optimè sitis hactenus promeriti, non parum veremur, ne si in suscepta semel doctrina ista perseveretis, ejus contagio plurimum sitis obfuturi, & qui bonæ vitæ exemplo multos ædificastis in Christo, dogmatis jam hujus Magisterio plerosque malè vobis credulos in ruinam quod absit exitiumque præcipitetis. Cæterùm libertatem in dicendo hîc nostram cum Christiana tamen uti speramus charitate modestiaque conjunctam, rogamus ut æqui bonique consulere dignemini, nam causæ ipsius & æquitas & magnitudo hanc prorsus visa nobis est loquendi postulare fiduciam, ut remissos hic, & flaccidos esse justa non potuerit reprehensione carere. Si quid autem erit in quo putabitis non satis esse vos à nobis intellectos, nec id doctrinam habere vestram, quod nostra illic Censura reprehendit, gratissimum erit si scripto vicissim aliquo mentem vestram clariùs explicueritis, ut enim solis inter nos verbis & dicendi explicandique modo differamus, in re autem ipsa consentiamus, unicum id votum nostrum maximumque fuerit



a Epistola ad Augustinum.

ASSERTIONES

ASSERTIONES QUÆDAM ex publicis prælectionibus Reverendorum Patrum Societatis *Nominis JESU anno* 1586 *in Universitate Lovaniensi habitis, verbatim excerptæ & ab ipsis ibidem Professoribus pro suis agnitæ, comprobatæ, scholiisque illustratæ, quæ Sacræ Theologiæ ibidem facultati offensivæ, & ex subjectis rationibus improbandæ videntur.*

ET PRIMUM DE SCRIPTURA SACRA ASSERTIONES.

1. UT aliquid sit Scriptura Sacra, non est necessarium siogula ejus verba inspirata esse à [a] Spiritu Saocto.

2. Non est necessarium, ut singulæ veritates & sententiæ sint immediatè à Spiritu Saocto ipsi Scriptori inspiratæ.

3. Liber aliquis (qualis fortè est secundus Machabæorum) humanâ industriâ sioe assistentia Spiritûs sancti scriptus, si Spiritus Sanctus postea testetur ibi nihil esse falsum, efficitur Scriptura Sacra.

CENSURA.

Tres istæ Assertiones accedere videntur ad damnatam olim Anomæorum opinionem, qui Prephetas & Apostolos in multis volebant ut homines fuisse locutos, ue refert Epiphanius hæresi 76. *& ad eorum sententiam quam præfatione in Epistolam ad Philemonem & alibi Divus Hieronymus reprehendit, de qua & notatus* Erasmus *fuit. Nec immeritò quidem, siquidem Scriptura sacra eaque eota non hominum, sed Dei est verbum* [b] *à Spiritu Sancto, ut Tridentina Synodus ait dictatum. Unde Petrus Apostolus* Omnis, *inquit*, Prophetia Scripturæ, propriâ [c] interpretatione non fit, non enim humanâ voluntate (*ut addit*) allata est aliquando Prophetia, sed Spiritu Sancto inspirati locuti suot Sancti Dei homines. *Similiter & Paulus Apostolus*, omnis Scriptura divinitùs inspirata. [d] *Quo fit ut veteres Patres Sacrorum scriptorum linguas & manus non aliud quàm Spiritûs Sancti calamos fuisse testentur. In quorum proinde scriptis certam quandam eloquendi facultatem propriumque texendi sermonis modum B. Augustinus agnoscit, usque adeò ne regi etiam hic eodem teste mentem suam plus utique nobis, illi ipsi seutirent.*

De Prædestinatione & Reprobatione.

ASSERTIO I.

Augustinus definit, quod [e] Prædestinatio est præscientia, & præparatio beneficiorum Dei quibus certissimè liberaotur quicunque liberantur. Quæ definitio valdè booa est, si intelligatur de prædestinatiooe hominum, quæ supponit servitutem & peccatum & de certitudioe ex præscientia non ex mera præordinatione.

CENSURA.

Hic commentarius Massilieusium videtur renovare sententiam, qui Dei electionem ex meritorum esse volebant præscientia, quam Beatus Augustinus loco supradicto refellendam sibi proponit. Quare pervertit & supradictam Augustini definitionem. Constat enim ex antecedentibus ipsius verbis loqui eum non de conditionata præscientia, qualem in prædictis verbis Patres intelligunt, si videlicet acceptare gratiam & perseverare voluerint, sed de præscientia eorum quæ ipse facturus est, quæ propterea se facturum præscivit, quia facere sine conditione voluerit, sicuti absque conditione facturum se absolutè promisit, & propterea quicunque secundùm æternam Dei prædestinationem de massa perditionis liberantur, ideò certissimè liberantur, quia gratiæ suæ beneficiis liberare illos Deus decreverit faciendo non solùm ut possint si velint, sed faciendo etiam ut velint & faciant, idque perseveranter usque in finem. Ejusmodi sunt enim promissiones Abrahæ [f] *& semini ejus electisque Novi Testamenti filiis apud Moïsen, Jeremiam, Ezechielem, atque alibi factæ, ut eruditè prosequitur B. Prosper lib.* 4. *de voc. gen. c.* 9.

ASSERTIO. II.

Deus post prævisum peccatum originale habuit voluntatem daodi Adamo & toti ejus posteritati sufficientia media contra peccata & auxilia ad consequendam vitam æternam, ergo dat illis sufficiens auxilium ut possint reverti.

CENSURA.

Quamvis locutio de sufficienti auxilio

a Exceptis tribus de Scriptura assertionibus, quæ quia seriùs ad Facultatem allatæ fuerunt, exhiberi cum cæteris non potuère.
b Sess. 4.
c 2. Petri. 1.
d Tim. 3. Aug. lib. 2. de cons. Evang. c. ult. Greg. præf. in Job. Theod. præf. in psal. lib. 12. conf. c. 26. lib. 6. de cons. Evang. c. 7.

e De dono persev. c. 14.
f Gen. 22. Jer. 31. Ezech. 36.

tolerari & excusari aliquo sensu possit, quia videlicet nunquam Dei Beneficia mundo defuerint, quibus si adulti bene usi fuissent pervenire ad salutem potuissent, propriè tamen & exactè loquendo, quia (ut & ipsi fatentur) id solùm sufficit [a] *præter quod aliud necessarium non est, rectiùs veriùsque dicitur non fuisse toti Adæ posteritati sufficientia ad salutem auxilia data, immò ne Judæis quidem sub veteri adhuc testamento constitutis: Non enim dicendum est legem eis ad justitiam suffecisse, quam propter infirmitatem ac inutilitatem suam reprobatam fuisse Apostolus testatur,* [b] *quâ tamen si bene usi Judæi fuissent ad salutem pervenire potuissent.*

ASSERTIO III.

Tota Scriptura plena est præceptis & exhortationibus, ut peccatores convertantur ad Deum: Atqui Deus non præcipit impossibilia, ergo dat illis sufficiens auxilium ut possint converti.

CENSURA.

Secus Tridentinum Concilium, Deus *inquit*, impossibilia non jubet [c], sed jubendo monet & facere quod possis, & petere quod non possis. *Sentit ergo ad Dei implenda mandata non habere semper omnes sufficiens auxilium, ut quisquis hoc sibi deesse senserit, petere admoneatur quod nondum accepit. Cui simile est & illud Prosperi*, ideo dari præceptum ut præcipientis quæratur auxilium. *Ex* [d] *quo intelligi potest, ut nihil præcipi dicatur impossibile; satis esse ut in Dei virtute ac bonitate sufficiens sit paratum auxilium, quo impleri quod jubetur possit, etiamsi nullum adhuc ejus habeatur beneficium quod dici sufficiens queat. Nam quantumcùmque in Dei hoc repositum potentia sit, & ex ejus bonitate petentibus paratum, quandiù tamen donatum acceptumque non est, dici nondum potest haberi.*

ASSERTIO IV.

Dices Deum quidem omnes vocare ad pœnitentiam, sed non secundùm propositum, aut non illâ vocatione, quæ est sine pœnitentia.

Respondeo, hoc videtur alienum à bonitate Dei quia non hoc esset seriò, sed delusoriè vocare, si vocaret aliquem non ex intentione ut convertatur. Augustinus autem, (ut in scholio additur) propositum Dei accipere videtur, ut idem sit quod illo modo quo novit illum secuturum.

CENSURA.

Nulla Dei vocatio delusoria est, neque enim alia fit ullâ intentione, ac fine quàm ut convertatur quisque aut converti possit. Non enim vocatur quisquam à Deo, nisi ut sic adjutus & commonitus converti possit ac debeat, & si vocanti non obtemperet, inexcusabilis habeatur. Seria ergo omnis Dei vocatio est. Docetur tamen ab Augustino juxta Doctrinam Apostolicam, quod non omnis Dei vocatio secundùm æternæ sit prædestinationis propositum, quemadmodum clarissimè expressissimeque scribit lib. 1. retract. c. 23.

Non omnium, *inquit*, qui vocantur vocatio est secundùm propositum, sed tantùm electorum, quia non omnes sic vocantur ut eis sit ad æternam salutem profutura vocatio. Multi enim vocati, pauci verò electi, & crediderunt Paulo qui præordinati erant ad vitam. *Commentarius* [e] *autem ille de intellectu Augustini prorsus nec ipsi, nec Apostolo congruit. Non enim hoc est vocari secundùm Divinæ voluntatis propositum, sed secundùm nudam præscientiam eamque conditionatam, quomodo etiam multi non electi vocantur, neque hoc tam est secundùm Dei propositum vocari, quàm hominis quod præscit Deus.*

ASSERTIO V.

Jubentur omnes baptisari, ergo Deus quantùm in ipso est vult, omnibus dare gratiam Baptismi.

CENSURA.

Argumentum nullius momenti, sicut enim non vult Deus dare omnibus gratiam suam voluntate beneplaciti; ita non vult omnes nec baptizari. De [f] *illa enim scriptum est voluntate.* Omnia quæcunque voluit fecit in Cœlo & in Terra. *Non ergo aut Baptisma aut gratiam deesse cuiquam passus fuisset, si ea bona sic omnibus voluisset. Baptizari autem vult omnes voluntate signi quæ in præcepto est, quod post promulgationem non obligat nisi adultos. Quod autem hujus prædicationis ministerium non omnibus populis ne Novi quidem Testamenti tempore semper adhiberi voluerit, patet ex actis ubi Paulus & Sylas vetantur* [g] *à Spiritu*

a C. 4. q. 3. in excerptis §. 1.
b Hebr. 7.
c Sess. 6. c. 11.
d Epistola ad Demetr.

e Lib. 2. contra duas Epistolas Pelag. c. 9. de corr. & gratia c. 7. de prædest. Sanct. c. 16.
f Psal. 134.
g Act. 16. Prosp. Epistola ad Ruffin. & resp. ad 4. objec. Gallorum.

Sancto verbum Dei in Asia loqui, & cum tentarent ire in Bythiniam, non permisit eos Spiritus JESU. [a] *Quomodo baptizari ergo tunc eos voluit, quibus ne prædicari quidem permisit.*

ASSERTIO VI.

Hunc locum Deus vult omnes homines salvos fieri, id est, vult omnes salvos fieri qui salvi fiunt; non videtur exponere Augustinus secundùm intentionem Apostoli, & sex ampliúsque argumentis dicta interpretatio oppugnatur.

CENSURA.

Mirum cur, dissimulatis aliis pluribus loci hujus apud Augustinum interpretationibus, una hæc potissimum accepta sit, quæ tam operosè oppugnaretur, nisi quia fortè ad expugnandum visa opportunior est, quâ eversâ, alteri quæ Massiliensibus potissimum placuit certior aditus muniretur, eaque deinde periculoso dogmati fundamentum sterneretur: Cùm tamen illa ipsa Augustini interpretatio nec à scripturarum sit consuetudine aliena, nec sensui Apostolico malè congruat. Cùm enim pro omnium salute fundi orationem B. Paulus voluisset, quid inconveniens si hoc ideo faciendum subjunxit, quia Dei donum sit hominum conversio, & nemo salvus fiat, nisi quem ille salvum gratiæ suæ proposito fieri voluerit. Propterea enim pro infidelibus ut convertantur orat Ecclesia quia fidem & pœnitentiam à Dei dono & gratia pendere non dubitat. Sed neque hanc expositionem (ut scholium adjectum significat) vel Divus ei ipse Augustinus vel Prosper tanquam minus consentaneam usquam corrigit, tametsi Beatus Augustinus, ut paulò ante indicabamus, alias plures proponat, & Prosper sic alicubi locum tractet, ut ad omnes pertinere possit, sed quo ad generalem quandam Dei benignitatem, non autem specialem, ut loquitur, Dei misericordiam.

ASSERTIO VII.

Deus voluit dare Christum in redemptionem pro omnibus nullo excepto, ergo omnibus præparavit sufficientia remedia per Christum. Prob. conf. quia eatenus est Christus omnium Redemptor, quatenus per ipsum dantur omnibus sufficientia auxilia quibus resurgant à peccatis, si enim non darentur sufficientia, verus non esset eorum Redemptor, quia neque quoad sufficientiam, neque quoad efficaciam.

CENSURA.

Non dissimilis erat olim Massiliensium ratiocinatio, sed cui sic respondendum, Christus Redemptor est omnium quoad pretii sufficientiam, quia merito Sanguinis ejus omnes à peccatis liberari possent si crederent. Non est autem Redemptor omnium secundùm efficaciam; quia non omnibus per eum datur ut credant, ut enim infidelis credat præter prædicationis beneficium, necessarium est gratiæ specialis donum, quo fiat ut prædicationi consentiat.

ASSERTIO VIII.

Ut peccator possit converti non est necessarium ut recipiat utrumque auxilium (præveniens scilicet & concomitans) in actu secundo, sed satis est ut accipiat auxilium præveniens in actu secundo, & tunc verè habet auxilium sufficiens ad actualem conversionem.

CENSURA.

Hæc assertio & scripturarum & D. Augustini de speciali Christi gratia doctrinam videtur evertere, quæ habet, cor lapideum per eam gratiam auferri, & carneum tribui, nec solam possibilitatem sed ipsam voluntatem operationemque conferri. Nam excitans illa gratia quæ in assertione per præveniens auxilium in actu secundo intelligitur, non aliud est, quàm interior quædam Dei suasio, quæ ut vehementior sit, magisque quàm exterior commoveat, & imperfecta quædam desideria, seu velleitates excitare possit, cordis tamen conversionem non operatur, quia consistere cum ea gratia tota ipsius cordis durities rebellioque potest, suadet ergo tantùm, non persuadet, adjuvatque, sed hactenus tantùm ut benefacere quisque possit si velit, non autem ut absolutè velit ac bene operetur bonusque ex malo fiat. Non igitur specialis hæc Christi est gratia, cui proprium id esse evidentissimis verbis, Augustinus scribit, [d] *ut non sit bonis malisque communis, sed bonos discernat à malis, atque ut alibi ait, à duro nullo corde respuatur, quoniam per eum ipsa cordis durities auferatur: In qua fideliter agnoscenda, quid à Pelagio idem olim postularit, operæ* [e] *pretium fuerit ex ejus hic verbis subjicere.* Quantùm attinet,

a Act. 16 Prosp. ac Ruffin. & resp. ad 4. object. Gallor.
b 1. Tim. 2. Epistola 107. & de prædest. Sanct. c. 8.
c Ezech. c. 103. de cor. & gratia, c. 14. & 15. lib. 2. de Vocat. gen. c. 25.

d De prædest. Sanct. c. 5. ibid. c. 8.
e De gratia Christi c. 47.

inquit, ad istam de Divina gratia & adjutoriu quæstionem, tria ista quæ Pelagius aperrissimè distinxit, attendite, posse, velle, esse, id est, possibilitatem, voluntatem, actionem; si ergo consenserit nobis, non solam possibilitatem in homine, etiamsi nec velit nec agat bene sed ipsam qnoque voluntatem & actionem, id est, ut bene velimus & bene agamus, quæ non sunt in homine nisi quando vult, & bene agit. Si ut dixi, consenserit etiam ipsam voluntatem, & actionem divinitus adjuvari ut sine illo adjutorio nihil bene velimus & agamus, eamque etiam gratiam Dei per Jesum Christum D. N. in qua nos suâ, non nostrâ justitiâ justos facit, ut ea sit vera nostra justitia quæ nobis ab illo est, nihil de adjutoriu gratiæ Dei, quantùm arbitror inter nos controversia relinquetur.

ASSERTIO IX.

Concomitans concursus specialis, seu supernaturalis ita præparatus est peccatori, sicut concursus naturalis & generalis præparatus est potentiæ naturali, verbi gratiâ, potentiæ videndi; & infra Deus non dat ipsa opera bona, nisi quatenus per gratiam prævenientem dat nobis auxilium sufficlens & paratus est dare concursum gratiæ concomitantis in actu secundo si velimus.

CENSURA.

Hæc assertio specialem cooperantemque Christi gratiam quam nobis scriptura commendat, & de qua Augustinus disputat, obscurare conatur per concomitantem quendam concursum quem specialem, sen supernaturalem appellat generali & naturali similem, cùm istud qualecumqne concomisans auxilium bonam ipsam voluntatem operationemque non tribuat, non magis quàm generalis ille concursus videre vel ambulare nos facit, nisi videre ipsi ex nobis ambulareque voluerimus. Deinde concomitans istud auxilium, etiam ante lapsum, primis fuit hominibus necessarium sine quo adeoque nec Angeli quidem Sancti etiamsi vellent perseverare possent. Ubi ergo illa est propria lapsorum gratia quam Paulus prædicat operantem[a] *in nobss velle & perficere? Quam Propheta*[b] *commendat cor auferentem lapideum & carneum tribuentem, facientem ut faciamus & in præceptis Divinis ambulemus! Non ergo concursus ille Divinus ea gratia Christi est quam nobis Prophetica scripta promittunt atque Evangelica commendant. Beato sanè Augustino ne per somnium quidem unquam in mentem venit. Nec tam mentis inopem fuisse putamus Pelagium, ut hoc Divini concursus concomitans auxilium ad bona opera omnia necessarium fuerit negaturus. Cæterùm quod istud concomitans auxilium coloris causa velut speciale quiddam & supernaturale commendatur, frustra id ac superfluè fit, cùm generalis ille Divinæ providentiæ omnia comprehendentis concursus ad supernaturales etiam virtutum effectus, ne in iis producendis frustraneus sit efficacis voluntatis conatus, abundè sufficiat, per quem ut videre possumus & ambulare si volumus, cur non & credere beneque operari si velimus?*

a Philip. 2.
b Ezech. 36.

ASSERTIO X.

Augustinus ubicumque dicit nos non tantùm gratiâ egere quâ possimus, sed etiam quâ faciamus, intelligendus est de supradicto concomitante concursu, quòd scilicet non possimus facere sine auxilio gratiæ concomitantis, alioqui dictum ejus non esset universaliter verum. Nam ue faciamus non requiritur efficax excitatio quæ voluntatem infallibiliter determinet, qualis fortè fuit in Paulo, Magdalena, aliisqne nonnullis dum converterentur; sed sufficit multò minor quæ plenissimam relinquat libertatem.

CENSURA.

Ridiculum est B. Augustinum de hoc naturali, seu ut ipsi appellant supernaturali concomitante auxilio interpretari velle, quo præstetur duntaxat nobis posse si velimus aut etiam velle si voluerimus, non autem præveniendo nos, operetur ut velimus & faciamus. Quasi in hac nostra infirmitate non universaliter tam efficacem Dei gratiam postulet Augustinus, quæ humanam voluntatem infallibiliter determinet, quæque proponenda ut Domina sit, non autem libero arbitrio subjicienda quasi pedissequa & subserviens si velit. Plana quippe est ejus doctrina lib. de corrept. &[c] *gratia ubi talem gratiam non paucis quibusdam Sanctis ut Paulo, Magdalenæ, similibusque propriam, sed omnibus omnino Sanctis ad piè vivendum facit necessariam, ut isto scilicet modo humanæ voluntatis infirmitati, quâ omnes laborant subveniretur, eamque à Primi Hominis gratia accuratè distinguens, non solùm ei tribuit posse si velimus; sed facere etiam ut velimus. Cæterùm si Sanctis illi quibus tam efficax tributa*

c Cap. 12.

est

est gratia minore propterea suae libertate conversi, sanè minorem etiam conversionis suae[a] *laudem apud Deum hominesque merentur, quàm alii multi, qui majore sunt voluntatis suae libertate conversi, quo eodem argumento Pelagiani olim efficacis gratiae doctrinâ, merita nostra praetendebant everti.*

ASSERTIO XI.

Quod dicit Augustinus, eis qui non sunt à perditionis massa segregati [b] non adhiberi dicta vel facta Divina per quae possent credere si audirent ea vel viderent, cum grano salis accipiendum est, ut intelligantur non accipere in actu secundo illa auxilia cum quibus Deus noverat eos de facto convertendos: quod certissimum est de omnibus qui non convertantur.

CENSURA.

Rursum hic Augustini pervertitur sententia quasi generaliter diceret universis qui à perditionis massa non sunt segregati dicta ejusmodi vel facta non adhiberi, cùm de quibusdam se loqui tantùm manifestissimè significet. Deinde quod pro grano salis adhibetur, magis insipidam reddit Augustini sententiam, & ut ex antedictis liquet prorsus non congruit ejus proposito.

ASSERTIO XII.

Ad illud quod ex cap. 6. de praedest. Sanctorum objicitur, ubi Augustinus docet hunc nolle credere, quia ejus voluntas non praeparatur à Domino quod tamen erat necessarium ut credere vellet: Respondetur valdè impropriè dici quod is cui sufficienter proposita est fides, ideò nolit credere quia ejus voluntas non praeparatur à Domino.

CENSURA.

Nec hoc asserit Augustinus quod hic ei imponitur, propterea videlicet quosdam non credere quia non eis praeparatur voluntas à Domino, sed aliud nihil colligi ex ejus verbis potest, quàm iis qui non credunt voluntatem à Domino non praeparari, idque justo judicio fieri. Propriè siquidem ideo non credunt, quia credere nolunt: Qui tamen indubiè crederent si & eis voluntas esset à Domino praeparata. Quàm autem superior loquendi modus Augustino non congruat, liquet ex libro de dono persev. cap 22. ubi hujusmodi sermonem [c] *his verbis rejicit.* Nec illud est omnino dicendum qui in peccatorum dilectione remoramini, ideò necdum surrexistis quia necdum vos adjutorium gratiae miserantis erexit. *Nam ut idem alibi ait,* nullius culpae humanae in Deum rejicienda est causa.

ASSERTIO XIII.

Est quoddam perseverantiae donum consistens in quodam speciali auxilio & protectione quâ Deus ita protegit, & munit quosdam ut ferè indeclinabiliter & infallibiliter in gratia perseverent usque ad mortem, quod quibusdam conceditur, ut fortè Apostolis post acceptum S. Spiritum, & (ut in scholio additur) iis qui dicuntur confirmati in gratia. Aliud est perseverantiae donum quod consistit in quodam auxilio & protectione quâ Deus ita adest ut possint in gratia perseverare si velint, & hoc donum est necessarium ad salutem, & datur omnibus justis immediatè in actu primo.

CENSURA.

Hanc duplicis doni perseverantiae in hominibus lapsis distinctionem unius quo perseverari possit etiamsi non perseveretur, alterius quo in finem usque actu perseveretur, nec scriptura, nec Augustinus agnoscit, sed unum illud duntaxat quo perseverandi possibilitas cum ipso sic perseverandi actu conjuncta. Etenim inter perseverantiae donum primis hominibus tributum, & id quod nunc infirmis datur, hoc facit Augustinus discrimen quod illis datum sit auxilium sine quo perseverare etiamsi vellent non possent, nunc verò tale detur, quo fiat ut perseverent, sed neque Tridentinum [d] *Concilium ubi de hoc argumento ex professo agit (quanquam diversum in scholio significetur) alterius generis perseverantiam agnoscit, dum perseverantiae donum absolutâ certitudine quenquam sibi polliceri vetat cum tamen justus quilibet absolutè certus sit adfuturum sibi Deum ut perseverare possit si velit. Caeterùm nec scripturae, nec Divi Augustini doctrinae consentaneum est, quod hic aliqui statuantur in gratia confirmati, & mutabilitatis periculo minimè obnoxii, quasi quibus praesens gratia ad perseverandum sufficiat. Cùm ad omnes pertineat illud:* [e] Qui stat videat ne cadat: vigilate & orate, ne intretis in tentationem, *omnesque propter suam infirmitatem specialibus atque assiduis gratiae auxiliis necesse sit & regi & protegi non tamen ne,*

a Prosp. ad excerpta Genuensium ad dub. 8.
b De dono persev. c. 14.
c Lib. 2. de peccat. mer. c. 17.

d Sess. 6. c. 13.
e 1. Cor. 10. Matth. 26.

gaverimus eos qui adversus tenεationes persεant invicti ad id gratiâ Dei corroborari, & confirmari, aliosque esse aliis firmiores, juxta quod Apostolus aie, debemus nos Firmiores, imbecillitates [a] infirmorum sustinere, *quam quisque gratiæ firmitatem petere frequenter quantumlibet justus debet, cum Propheta dicens*, Spiritu [b] principali confirma me, *ut à quo confirmari potiùs quotidie, quàm semel confirmati censeri debemus, ob hoc quòd nostræ confirmationis gratiam non eam habeamus in nobis permanentem, quàm per quotidianum Dei auxilium accipiamus desuper illabentem.*

ASSERTIO XIV.

Indurati & excæcati habent sufficiens auxilium ex parte Dei ut convertantur: & infra, omnes infideles semper & ubique habent sufficiens auxilium ad salutem ex parte Dei.

CENSURA.

Mirum est istud non de infidelibus modò, sed de induratis etiam & excæcatis dici, cùm hæc ipsa obduratio, atque excæcatio à superni auxilii & divinæ lucis interclusione desertioneque descendat, quomodo id ergo auxilium haberi ab istis sufficieas potest? At verò cùm certum sit non præstari à Deo ejusmodi hominibus gratiam eam quæ cor lapideum, & cæcitatem auferat, manifestum est eos non habere sufficiens auxilium ut convertantur, cùm sine jam dicta gratia nullum eis auxilium sufficiat, sive illa exterior sit etiam cum miraculis prædicatio, sive interior per Spiritum timoris concussio aut velleitatis etiam cujusdam inspiratio; unde Ecclesia non solùm pro incredulis omnibus orat, ut credant, fideique illis Deus ostium aperiat, verùm [c] etiam ut rebelles eorum ad se compellat propitius voluntates. Quid autem orando petit nisi auxilium quod sufficienter non habetur (si quidem insufficientiæ & indigentiæ argumentum oratio est) nisi fortè ut faciliùs fiat, quomodo elabi olim Pelagius conatus est.

ASSERTIO XV.

Omnia loca Scripturæ Sacræ, quæ significant, esse impossibile quosdam converti, intelligenda sunt, ut impossibile accipiatur pro eo quod est valdè difficile.

CENSURA.

Certum est locis quibusdam non difficultatem, sed impossibilitatem significari, sed respiciendo ad solas naturæ vires; ut, si potest [d] Æthiops mutare pellem suam, sic vos poteritis benefacere cum didiceritis malum, &, non poterat mutari naturalis malitia eorum, &, nemo potest corrigere quem Deus despexerit, &, non poterant credere, &, sine me nihil potestis facere, &, quod impossibile erat legi, &c. *Ubi si impossibile idem est, quod difficile, sequitur quod ex lege quidem potuerit esse justitia, & sine Christo, sed ejus obtinendæ [e] facilitas per Christum ex gratia, quomodo olim scripturas ejusmodi eludere Pelagius [f] solebat.*

ASSERTIO XVI.

Parvuli ex parte Dei habent remedium sufficiens contra peccatum, præsertim in Nova Lege. Nam Christus pro omnibus mortuus est, & pro omnibus instituit Sacramentum in remedium peccatorum, nemine excepto. Atque id *(quod in scholio additur)* ex Epistola B. Cypria. 59. satis aperte colligitur.

CENSURA.

Ex eò quòd Christus pro omnibus est parvulis mortuus, & Baptismum instituit, non rectè colligitur sufficiens eos contra peccatum habere remedium. Ut [g] enim ditit Prosper: Non sufficit hominum redemptioni crucifixum esse Dominum Christum, nisi commoriantur, & consepeliantur ei in Baptismo. *Et quanquam dici possit sufficiens pro parvulis institutum remedium, dici tamen non potest, id eos habuisse, quod nec in sua, nec in suorum habuerunt potestate. Ad Cyprianum verò quod attinet, non modò non satis apertè, sed ne tenuiter quidem, colligi ex eo contrarium potest.*

ASSERTIO XVII.

Quòd applicatio talis remedii (Baptismi videlicet) his vel illis ob aliqua impedimenta occurrentia fiat impossibilis, non est Deo imputandum, quia non ordinat, ut non possit applicari, vel ut talia impedimenta occurrant, sed tantùm permittit secundùm communem cursum rerum, sicut permittit peccata.

CENSURA.

Satis Manifestum est quorundam parvu-

a Rom. 13.
b Psal. 50.
c In secreta Domin. 4. post Pentecost.

d Hier. 13.
e Sap. 12. Eccles. 7. Joan. 12. Joan. 15. Rom. 8.
f Aug. Epist. 106. fol. 132.
g Ad 9. cap. Gallorum.

lorum Baptisma mortis celeritate impediri; nec dubium videtur, quin mors talis Deo sit imputanda. De quo generaliter scriptum est, quod vita & mors à Deo sint: [a] *quod mortificat & vivificat; quod sine ejus voluntate, nec pilus de capite, nec folium de arbore defluit, nec in terram passerculus cadit; quantò minus anima rationalis? Id quod tunc apparet clariùs, quando talis mors nullo hominum procurante, sed per naturales accidit causas, (vel ut saxo desuper cadente, aut lupo rapiente) quas Deus* [b] *ordinat, suaque Providentia regit. Unde perspicitur tale salutis impedimentum Dei judicio verissimè imputari. Ideoque Beatus Augustinus;* Cùm [c] parvulorum, *inquit*, alii baptisati, alii non baptisati vitæ hujus termioum finiunt, satis indicant misericordiam & judicium; *misericordiam quidem gratuitam, judicium* [d] *debitum. Et rursus*, utrisque, *inquit*, nostrum profundum sit, cur, & io majoribus, & in minoribus, Deus velit alteri, & nolit alteri subvenire. *Et alibi*, cur Providentia Dei, cui nostri capilli numerati sunt, sine cujus voluntate non cadit passer in terram, quæ oec fato premitur, oec fortuitis casibus impeditur, nec ullâ iniquitate corrumpitur, ut renascantur ad hæreditatem cælestem, non coosulit omnibus parvulis filiorum suorum, & nonnullis consulit etiam parvulis impiorum? *Et infra*: Nimiæ vaoitatis [d] & cæcitatis sunt, si etiam iis consideratis nondùm dignantur exclamare nobiscum, *O* altitudo divitiarum, quarum incomprehensibilia sunt jodicia ejus [e] *Quò pertinet & illud Prosperi.* Justa & omnipotens provideotia Dei sic indesinenter universa dijudicat, ut nemo in hunc mundum veniat, oemo ex hoc mundo discedat, nisi eo ortu atque discessu, quem rerum arbiter secundùm altissimam scientiam sapientiamque suam discernit, sicut scriptum est [f] in lib. Job. Quis ignorat, quod omnia hæc manus Domini fecerit, in cujus manu anima omnis viventis & spiritus universæ carnis hominis? Non debent itaque mortes parvulorum ante Baptisma naturali rerum cursui, *aut* parentum negligentiæ sic tribui, ut nihil ibi superna Dei agant judicia, oe res humaoas in parvulis, non Divina Providentia, sed fortuitis agi casibus (*ut inquit Augustinus)* opinemur. *Unde satis intelligitur argumentum Beati Augustini & Prosperi, ex parvulorum causa ductum, solutum nondum esse, sed invictum permanere. Et hæc quidem paulò diligentiùs tractanda putavimus, quòd errorem redolere videantur circa Divinam rerum in particulari* [h] *Providentiam, quando & alibi ita providerih solùm à Deo rebus universis volunt, ut eas naturalibus quidem faculeatibus potentiisque instruxerit, per quas congruentes naturæ suæ motus, actiones & opera producere, & ad destinatos sibi fines pervenire possent, quibus ipse quidem generali concursu adsit, & cooperetur, ea tamen non item singulatim præordinarit, atque decreverit, sed rem quamque sibi permittens, exire tantùm in actus motusque permiteat, naturæ cuique suæ, prout res occasio, tempusque tulerit consentaneos: Alioquin enim rerum contingentiæ non parum detrahendum, immo verò nimis esse Deo indignum, si hæc omnia efficaciter ab eo præordinata dicantur, cùm frequenter indifferens sit ad Dei honorem, mundi perfectionem: hominum utilitatem, num hoc an alio modo fiant. Quin & boum, culicum, guttarumque numerum prævisum à Deo agnoscunt, Providentiâ tamen ejus dispositum ac præordinatum negant, quia videlicet valdè Deo videatur indignum, ejus providentiam ad has etiam minutias velle deducere. Quod sanè ab absurdo petitum argumentum Gentiles olim contra Dei providentiam particularem usurpare solitos ex veteribus constat. Et si quid valere putetur; tum sic ad istam arctamur sententiam, ut quod pluribus, sanioribusque auctoribus de providentia visum est, tenere non liceat, ne quid scilicet indignum Deo adscribatur. Nam neque* [i] *Divus Thomas, si attentè legatur, à communi illâ sententiâ discessisse comperietur.*

ASSERTIO XVIII.

Omnes infideles semper & ubique habent sufficiens aoxilium ex parte Dei, seu io actu primo. Si enim facerent quod in ipsis est & quantùm possent secundùm præsentem dispositiooem naturalem vel supernaturalem quam habent, Deus illuminaret eos, ut credere posseot vel cooverti.

CENSURA.

De sufficienti auxilio satis superque paulò ante diximus. Ad rationem verò subjunctam quod attinet, respondemus; quòd quantumvis infideles faciant, quicquid ex natu-

a Ecclef. 11. 1. Reg. 2. Math. 10.
b De prædest. Sanct. c. 14.
c Libr. 4. contr. Jul. c. 8.
d Epistola 105.
e Lib. de vocat. gen. c. 05.
f Job. 12.
g De dono persev. c. 12.

h Ad. 1. 1. 2. art. 2. propos. 1.
i 1. Part. q. 23. art. 7. videatur idem q. 19. art. 8.

rali solà dispositione possunt, (nam supernaturalem cur hic addendam putaverint non videmus) nihil adhuc faciunt, quod ad æternæ salutis causam pertineat, quoniam Christus suæ gratiæ necessitatem commendans, sine me, inquit, *nihil potestis facere quod ad veram scilicet justitiam & æternam beatitudinem prosit. Quanquam enim qualiscunque ejusmodi ex naturali dispositione infidelium conatus aut innocentia, minor sit gratiæ suscipiendæ indispositio, nulla ejus tamen Deo conferendæ provocatio vel causa existit: quòd vel inde apparet, quia sæpissime non modò Deum non quærentibus, sed & aversis, inimicis, rebellibus, nullis eorum præcedentibus bonis ejusmodi studiis, atque conatibus per Christum donetur, aliis præteritis, in quibus major etiam naturalis ejusmodi innocentia, & quasi justitia quædam eluxerit, sanè diversa sententia non satis recedere videtur ab illo toties damnato dogmate, Dei gratiam secundùm merita nostra dari.*

ASSERTIO XIX.

Qui invincibiliter ignorat fidem, tenetur ad præcepta naturalia, id est, ad Decalogum, ergo habet auxilium morale sufficiens ad illa explenda, quia Deus neminem obligat ad impossibile; alioquin videtur accedere ad sententiam hæreticorum, qui dicunt, per peccatum originale amissum liberum arbitrium ad bonum.

CENSURA.

Observatio Decalogi quin sit infidelibus possibilis non est dubitandum, sed sic possunt implere salubriter, Deo juvante, ut & credere Deo illuminante. Nec verò hinc sequitur ad bene faciendum liberum esse amissum arbitrium quandoquidem adjuvante & illuminante Deo nemo nisi per liberum arbitrium, bene operatur. Mansit ergo liberum arbitrium, & ad bonum, & ad malum, sed ad malefaciendum sibi ex se sufficit, ad bene faciendum verò necesse est ejus gratiâ adjuvetur, qui dicit, sine me nihil potestis facere.

ASSERTIO XX.

Sententia, quæ dicit eos qui salvantur, non efficaciter electos ad gloriam, ante prævisionem bonorum operum vel applicationis meriti contra peccatum, videtur maximè probabilis. Tenent autem hanc sententiam omnes Patres Græci, adeò ut communiter dicatur sententia Græcorum. Et in scholio. Quanquam diversa sententia Augustino tribuatur, non puto tamen esse Augustini. Nam ubi de hac re loquitur, non exprimit utrum loquatur de immediata electione ad gloriam, an de mediata quæ est ad gratiam. Item an loquatur de electione absolutâ & efficaci, an de conditionata, id est, si gratiæ fuerint cooperari, quomodo intelligeridas esse promissiones Divinas Docet Tridentinum Concilium sess. 6. Quòd si tamen contraria sententia esset Divi Augustini, non admodùm referret.

CENSURA.

Satis palam est, non aliam Augustinum electionem agnoscere, quam absolutam & efficacem, non quæ liberi arbitrii cooperationem excludat, sed quæ naturali etiam servatâ libertate, ut cooperemur, efficiat. Neque verò Tridentinum usquam Concilium conditionatam esse docet promissionem, faciam ut in præceptis meis ambuletis, & mandata mea custodiatis & operemini, aut alias similes. De dissidio verò, quod hic inter Græces Latinosque significatur, deque Beati Augustini in hoc argumento auctoritate, in præfatione abundè dictum est.

ASSERTIO XXI.

Deinde probatur aliis pluribus testimoniis, [a] tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam, ergo corona potest amitti. Cui respondet Augustinus, c. 13. de corr. & gratia, scripturam ita loqui non quod corona possit amitti, sed ut homines stent in timore.

CENSURA.

Apparet hunc Augustini locum quod nimis hic frequenter contingit, ex acre magis, quàm ex ipsa loci inspectione citari. Tantùm enim abest ut Augustinus ibi dicat coronam amitti non posse, ut significet etiam quosdam amittere. Si enim alius, *inquit*, non est accepturus, nisi iste perdiderit, certus est numerus electorum, qui alterius videlicet substitutione semper compleri debeat. *Scripturam ergo eam intelligit ibi Augustinus de non perseveraturo, cui secundùm præsentem justitiam quidem coronæ sit debita, sed quam defectione justitiæ perdere mereatur, quam proinde, ut electorum numerus constet, alteri sit necesse donari. Addit tamen ibidem Augustinus, quod quoties ejusmodi scripturæ etiam perseveraturis accommodantur*

[a] Apoc. 3.

commodantur, non id fiat prædestinationis ac perseverantiæ velut suspenso incerto, sed quia sic eos in timore ac solicitudine contineri expedit. Nam quanquam futurum non sit unquam, ut prædestinati finaliter excidant, ne perseverent, naturæ tamen ac voluntatis mutabilitate (quæ nunquam hic ab eis aufertur) excidere semper & non perseverare possent. Ad hujus ergo instabilitatis suæ considerationem scripturis istis revocari, ut periculi memores, eò studiosiùs advigilent, & viribus suis diffisi, sub Dei se protectione arctius contineant, quando hac ipsa timoris sollicitudine prædestinationis in eis complicatur effectus; cadere ergo semper atque excidere à corona etiam electi possunt, sed adest eis in tentationibus potentissima Dei manus, ut etiam in casum proni, lapsantesque interdum & humana fragilitate jam ruituri, mox erigantur, & confirmentur, fiatque miro quodam modo, ut semper & labi & excidere possint, Deo tamen inter media eos pericula gubernante, ac protegente, nec labantur, nec excidant sed invictissimi, insuperabilesque perseverent.

ASSERTIO XXII.

In statu innocentiæ sufficiebat homini ad salutem gratia, quâ poterat perseverare si vellet: ergo & nunc.

CENSURA.

Hæc sententia, quæ habet, sufficere nunc justis ad perseverandum eam gratiam, qualis fuit primis parentibus data, & Massiliensium olim fuit, & directè ac ex professo Beati Augustini doctrinæ repugnat cap. 12. de corr. & gratia, & Ecclesiæ orationes evertit.

ASSERTIO XXIII.

Si electio est ad certum gloriæ gradum, igitur omnia opera justorum debent absoluta Dei voluntate esse præordinata, nec poterunt aliter, nec aliud operari, quàm sit à Deo præordinatum, quod est contra libertatem.

CENSURA.

Si ex absolutâ Dei voluntate, quâ quosdam elegit, quos faceret in finem usque perseverantes, omniaque media ad salutem eorum præordinavit, sequitur non posse hominem aliud bonum vel aliter (quod haud dubiè contra libertatem est & Catholicam fidem) operari, ergo Beati Augustini doctrina non debuit à Celestino[a] Pontifice, nec sic quidem laudari, tanquam quæ nihil contra fidem haberet (quomodo tamen ab eo laudatam ipsi agnoscunt) sed magis ut periculosa, & perniciosa damnari: siquidem manifeste docet actualem in finem usque perseverantiam, ita ex Dei esse electione, ut eam Christo donante, nemo dicere audeat, forsitan non perseverabit. Ut interim dissimulemus, quòd hac eleganti ratiocinatione Deo quoque ipsi libertas sua detrahatur. Ipse enim absolutâ voluntate omnia præordinavit ad mundi perfectionem pertinentia ergo sibi ipsi necessitatem subjecit, nec aliud, aut aliter facere potuit. Quare talis ratiocinatio non modo ut improbabilis, verùm etiam ut sanæ doctrinæ præjudicans, & adversa planè est fugienda.

ASSERTIO XXIV.

Martyria & afflictiones Sanctorum, quas patiuntur ab impiis, sunt excellentissima media salutis ipsorum, ergo etiam hæc ante omnem prævisionem erant præordinata, quod est falsum, quia Deus non est auctor peccati.

CENSURA.

Hæc si vera sunt, non potuit ergo Deus absolutâ voluntate, nec Christi præordinare mortem atque martyrium, nisi peccati etiam crucifigentium auctor cogitetur. Atqui docet Scriptura Christi mortem absolutè fuisse à Patre decretam, [b] *juxta illud* convenerunt facere quæ manus tua, & Concilium decreverunt fieri. *Et* [c] *alibi*, propter scelus populi mei percussi eum. *Quod autem fecit ipse, hoc facere ante disposuit, vitare ergo juxta hanc ratiocinationem non possumus quin peccati authorem fateri Deum debeamus. De Sanctorum porro martyriis scriptum est,* [d] *vobis datum est pro Christo, non tantùm, ut in eum credatis, sed etiam ut pro eo patiamini; Dei ergo donum Martyrium est, & quidem ut Cyprianus loquitur,* de Divina dignatione descendens.

ASSERTIO XXV.

Ad illud [e] Ezechielis, faciam ut in præceptis meis ambuletis, &c. Dico ibi significari, Deum daturum abundantiorem gratiam in Nova Lege quam in Veteri, quâ fiet ut re ipsâ plures ambu-

a Epistola ad Galliæ Episcopos de corr. & gratia, c. 2.
b Act. 4.
c Isa. 53.
d Philip. 1. lib. de moral. & lib. 4. Epistola 6.
e Ezech. 36.

lent in Lege Dei, quàm in Lege Veteri. Nun ergo illud, faciam ut ambuletis, significat illum Providentiæ modum per quem omnes infallibiliter servarent præceptum Dei.

CENSURA.

Hic Commentarius [a] *insentioni Prophetæ prorsus non congruis; non enim abundantiorem gratiam parciori opponit, sed vitam sanctam, sceleratæ; & cor carneum, lapideo; planéque significat, per Novi Testamenti gratiam Deum esse bonos homines effecturum, quos Vetus Testamentum, propter sui insufficentiam (ut intelligi poteſt ex Epistola ad Hebræos, c. 8.) relinquebat iniquos.*

ASSERTIO XXVI.

Nuo est voluntas absoluta Patris, ut omnes quos ipse dat filio absolutè salventur, ut patet Joan. 17. ubi dicit, quòd ex illis quos dedit ei Pater perierit filius perditioois, qui se ipsum perdere voluit; sed voluntas Patris est, ut omnes habeant sufficientia auxilia, & non ftet per ipsum quò minùs salventur.

CENSURA.

Sic est Scripturæ sensus; ergo universi homines, adeòque & reprobi omnes Christo donati sunt, quòd falsum esse constas ex Joan. cap. 17. ubi dicitur. Non pro mundo rogo, sed pro iis quos dedisti mihi; *vel sanè qui dati sunt Christo præ iis qui dasi non sunt, peculiare nihil habebunt, omnes enim habent sufficiensia ejusmodi quæ putantur auxilia, & non stat per Deum quò minus salventur. Cæterum quòd absoluta sis Patris voluntas, ut omnes Christo dati salventur, docet B. Augustinus lib. de Prædest. Sanctorum, c. 16. & lib. de corr. & grasia, c. 14. ubi inter cætera his utitur verbis,* Deo volenti salvum facere, nullum hominis resistit arbitrium.

ASSERTIO XXVII.

Hæc sententia Apostoli, omnia cooperantur in bonum his qui secundùm propositum vocati sunt Sancti, loquitur in geoere de omoibus diligentibus Deum, non aotem taotùm de illis qui erant prædestinati.

CENSURA.

Huic intelligentiæ, non solùm [b] *B. Augustinus, sed ipsa quoque Apostoli verba manifestè repugnans, quibus ais,* omnia in bonum cooperari. *Certum est autem reprobis semporaliter Deum diligensibus posteáque cadensibus, tentationes non cooperari in bonum, sed in magnum malum, æternumque exisium.*

ASSERTIO XXVIII.

In his verbis Jacob dilexi, Esaü autem odio habui [c] per dilectiooem non significatur efficax ordinatio ad gloriam; sed ad majora dona gratiæ, quæ non erant ex prævisis meritis. Quia enim ex Jacob nasciturus erat Christus, voluit illi Deus, & ejus posteritati, maxima dilectionis sigoa ostendere, quæ non ostendit fratri ejus Esaü, ita ut comparatiooe Jacob & populi Israëlitici, Esau & Idumæi possint videri odio habiti.

CENSURA.

Commentarius iste prorsus ad Apostoli institutum non pertines, & ab Augustino aliorumque veterum inserpretatione est alienus. Mirum est autem excogisandis hujusmodi Commentariis vano se homines labore torquere, & ob quid aliud, nisi [d] *quia* saluberrimæ veritatis, *ut Augustini verbis utamur,* retia metuant.

ASSERTIO XXIX.

Si Deus præviso originali peccato, absolutâ voluotate constituit hunc hominem exeludere à regno, vel admittere ad regnum ante omnem operum prævisionem, ergo nullis operibos bonis vel malis poterit averti quod decretum est. Nam hæc suppositio Divinæ voluotatis facta est independenter à libertate humanâ, ergo absolutè necessarium est hominem damoari, posito quòd Deus illum reprobaverit, & speciali providentiâ procurari debebit, ut in peccatis moriatur.

CENSURA.

Hæc ratiocinasio si convincit, ex eadem colligere licebit parvulos anse regenerationem morituros, absolutà necessisate damnari. Facta enim eorum reprobatio est independenter ab illorum volunsate propter solum originale peccatum. Aus sanè dicendum erat eos non reprobari, quòd est Beati Augustini adeoque & Scripturæ sacræ doctrinam evertere. Nec verò quia tales parvulos Deus à Regno suo decrevis excludere, idcirco modium eis ad damnationem procurare debet,

a Vide Augustinum lib. de Prædest. Sanct. c. 11.
b Lib. 3. contr. Julian. c. 3. & alibi.

c Rom. 9.
d Aug. Epistola 105.

hoc enim aliunde positum vidit, quia per unum[a] *hominem peccatum intravit in mundum.*

ASSERTIO XXX.

Numerus Prædestinatorum non est certus ex præordinatione quæ antecedit omnem præscientiam operum.

CENSURA.

Evidens est Augustini doctrina eaque Apostolicæ per quàm consentanea, certum esse apud Deum Prædestinatorum numerum, non ex antecedente operum præscientia, sed ex absolutà & efficaci præordinatione, ubi si præscientiam (ut in scholio significatur) conditionatam intelligat, ut ex ea tota pendere prædestinatio putetur, jam nec secundùm præscientiam quidem certus erit Deo Electorum numerus, si quidem conditionatà præscientià exempli gratià, si Dei gratiam acceptare homo voluerit, simpliciter præscientia non est, ut quam habere quilibet etiam nostrum possit. Ubi si quis dicat conditionis eventum simpliciter Deo præcognitum esse, rectè id quidem, sed non hæc jam conditionata, sed absoluta præscientia est, ex qua haud dubiè certus apud Deum est numerus, sed ideo ex præscientia, quia ex præordinatione. Neque enim ideo certum Deus Electorum voluit numerum, quia eadem præscivit, sed ideo præscivit, quia voluit, atque præordinavit, ut salutem eorum, ita & omnem salutis modum ac ordinem.

ASSERTIO XXXI.

Quæ totius materiæ conclusio dicitur.

Hæc Sententia de Prædestinatione & Reprobatione maximè consentanea est Divinæ bonitati, Scripturarum auctoritati, Patrum testimoniis, & naturalis rationis æquitati, in nulla re omnino Pelagio favens, & quàm longissimè à sententia Lutheri & Calvini, & reliquorum Hæreticorum nostræ tempestatis recedens, à quorum sententia & argumentis difficile est alteram sententiam vindicare.

CENSURA.

Immò verò justiùs fortasse alius quispiam dixerit; Sententia hac Divinam bonitatem obscurat; justitiam enervat; scripturis illudit; Patrum testimonia in sensus alienos detorquet; humanæ rationis corruptioni applaudit; humilitatis fundamentum evertit; precandi necessitatem non magnam relinquit; propriarum virium fiduciam ingenerat; in salutis negotio, quod præcipuum est homini donat, quod minus Deo; gratiam Dei libero arbitrio subjicit, ac ejus pedissequam facit; in summa à Pelagio non satis procul abscedit. Lutheri verò, Calvini & reliquorum nostræ tempestatis Hæreticorum sententiam, dum ab ea videri vult quàm longissimè recedere, potentiúsque debellare, magis etiam imprudens stabilie atque confirmae. Nam si non possumus, vel (ut ad mitigandam invidiam dicitur) difficile est ab eorum sensis & argumentis B. Augustini doctrinam vindicare, quis non videat, quanti jam ponderis & auctoritatis accessione Hæreticorum sententia roboretur.

De mandato DD. Decani & reliquorum Magistrorum S. Theologiæ Facultatis Universitatis Lovaniensis subscripsit.

ANDREAS SASSENUS dictæ S. Theol. Facultatis Bedellus ac Notarius publicus.

a Rom. 5.

Anno Domini 1588.

CENSURA DUACENSIS.

Assertionum quarumdam Censura, super quibus Reverendissimi in Christo Patres ac Domini, illustrissimus Dominus de Barlemont Cameracensis, & Dominus Joannes Hanchinus Mechliniensis Archiepiscopi, nec-non Dominus Guillelmus Damasi Lindanus Gandensis Episcopus Sacræ Theologiæ Facultatis Duacensis examen, discussionem, & Sententiam petiverunt, per eandem Sacræ Theologiæ Facultatem Universitatis Duacensis.

ET PRIMUM DE SCRIPTURA SACRA.

ASSERTIO PRIMA.

Ut aliquid sit Sacra Sriptura non est necessarium singula ejus verba inspirata esse à Spiritu Sancto.

CENSURA.

Assertio temeraria, & ex qua incomparabilis illa dignitas & Majestas, quam in Scriptura Sacra propter authorem Spiritum Sanctum semper & agnoverunt, & religiosè reveriti fuerunt Ecclesiæ Doctores,

multùm minui videtur. Testantur enim illi & docent scripturam, non modò (quod disertè ab Apostolo dictum est) divinitùs inspiratam: *sed & à Spiritu Sancto* [a] prolatam, [b] dictatam, [c] compositam & à Christo [d] conditam *esse, ejusque* [e] *Scriptores fuisse velut calamos, quibus Spiritus Sanctus, tanquam primarius Author & Scriptor, ad eam nobis tradendam uteretur, juxta illud lingua mea calamus scribæ velociter scribentis. Unde sanctus* [f] *Ireneus scripturas perfectas esse pronunciat, propterea quòd à verbo Dei, & à Spiritu Sancto ejus sint dictæ. Et Beatus Gregorius* [g] *de Authore libri Job dicit, & scribit in hunc modum:* Sed quis hæc scripserit valdè supervacuè quæritur, cùm tamen Author libri Spiritus Sanctus fideliter credatur. Ipse igitur hæc scripsit, qui hæc scribenda dictavit; ille scripsit, qui & illius operis Inspirator extitit, & per scribentis vocem imitanda ad nos ejus facta transmisit. *Deinde rem hanc similitudine declarat:* Si magni cujusdam viri epistolis susceptis legeremus verba, eaque quo calamo scripta fuissent quæreremus, ridiculum profectò esset, si non Epistolatum, & Authorem scire, sensumque cognoscere, sed quali calamo earum verba impressa fuerint indagare studeremus. Cùm ergo rem cognoscimus, ejusque rei Spiritum Sanctum Authorem tenemus, quando Scriptorem quærimus, quid aliud agimus nisi legentes litteras de calamo perscrutari? *Sic Gregorius Jam verò id quod dictatur, id non quomodocunque, sed verbatim excipiendum scribenti suggeritur. Ob* [h] *quam causam, nec verbum, nec syllabam, nec apicem in scripturis otiosum aut superfluum inveniri frequenter & graviter Patres testantur. Hinc & in singulis etiam scripturarum verbis extutiendis, diligenter & religiosè inveniuntur occupati, ut mysteria inde aliqua eruant sublimi Spiritûs Sancti magisterio non indigna unde hujusmodi apud eos leguntur Sententiæ, nec* [i] *syllabam, nec apicem esse in litteris sacris, in cujus profundo non sit grandis quispiam Thesaurus; intolerandam prorsus & grandem* [k] *blasphemiam esse, si quis vel verbum asserat in scriptura inveniri otiosum; singulos* [l] *sermones, syllabas, apices, puncta in divinis Scripturis plena esse sensibus; denique singula verba scripturarum, singula* [m] *esse Sacramenta. Ab illis porrò minimè discrepant hodierni Doctores, inter quos R. P. Gregorius à Valentia Soc. Nom. Jesu Theologus, in sua analysi Fidei Catholicæ* [n] *testatur nihil omnino in scripturis esse quòd peculiari Spiritûs Sancti instinctu scriptum non sit, idque patere ex communi etiam sensu Fidelium. Et paulò post,* [o] dubium esse non debet, *inquit*, quin omnes & singulæ scripturarum particulæ sint à Spiritu Sancto dictatæ & exaratæ. *Et R. P. Franciscus Costerus controversiarum capite primo, ejusdem Societatis Theologus in Enchirydio controversiarum:* Sacræ Litteræ dictatæ à Spiritu Sancto nec iota unum, vel unum apicem habent, cui non insit suum pondus & efficacitas.

ASSERTIO II.

Non est necessarium, ut singulæ veritates & sententiæ sint immediatè à Spiritu Sancto ipsi Scriptori inspiratæ.

CENSURA.

Cùm Scriptura Sacra sit Dei verbum, tanquam ore Dei prolatum, & Spiritu Sancto dictatum, sitque eadem partium singularum, quæ totius ratio, dubitari non debet quin singulæ veritates & sententiæ in ea contentæ sint à Spiritu Sancto immediatè profectæ, & Scriptoribus inspiratæ: (non illæ cantùm [p] *quæ à Prophetis & Apostolis, verùm etiam quæ ab aliis Scriptoribus sacris editæ sunt. Sicut enim Prophetis & Apostolis, vel per eos locutus est Dominus, ita generatim testatur* [q] *Augustinus Sacræ Scripturæ Authoribus, vel per eos Deum locutum esse,* [r] *quodque nihil aliud intueri oportet in Scripturis Divinis nisi quod per homines dixerit Dei Spiritus, sed & alibi venerabilem stilum Spiritûs sancti vocat Scripturam sacram, dicitque* [s] *sacris Scriptoribus* datam sic eloquendi facultatem & illum texendi sermonis modum quo usi sunt. *Nam ut in sacris litteris multa occurunt quæ suis Scriptoribus per humanam scientiam, vel experientiam cognita esse potuerunt, quoniam tamen fallax est, aut certè*

2. Th. 3.
a Chrisost. hom. 49. in Joan.
b Aug. Ps. 59.
c Chris. 26. in gen.
d Aug. lib. de Civit. c. 3.
e Id. in Psal. 44. Theod. præf. in Psal.
f Lib. 2. cont. Hær. c. 47.
g Præf. in mor. c. 1.
h Bas. hom. 7. Hexam. Chrys. hom. 8. 28. & 42. in gen. de verbis. Is. vidi domin. hom. 31. in Epist. ad Rom. hom. 49. in Joan. & in illud Lucæ. 2. invenerunt Mariam & Joseph. item Alex. Epist. 1. Remigius Ps. 95. Procop. in Genes. Damas. lib. 4. ort. fid. c. 18. videatur quoque inter modernos Fran. Turrianus Theologus Societatis Nom. Jesu lib. 4. contra Magdeburgenses cap. 15. & in explic. lib. 5. constitutionum Apostolicarum, c. 15.
i Chrysost. hom. 18. & 21. in gen.

k Bas. hom. 10. Hexam.
l Hier. ad Eph. 3.
m Idem in Psal. 9.
n Parte 8. fol. 356.
o Folio 357.
p Reg. 2. c. 23. Luc. 1. Hebr. 1. 2. pet. 1. 2. Corinth. 13.
q Lib. 18. de Civit. cap. 41.
r Lib. c. 45.
s Lib. 12. conf. c. 26. & l. 1. de consens. Evang. c. 2.

longissime

longissimè infra certitudinem verbi Dei subsistit omnis scientia & experientia humana, necessarium[a] *fuit tales quoque sententias seu veritates, ut ad Dei verbum pertinerent, non per humanum tantummodò Spiritum, sed planè per Divinam Spiritûs Sancti motionem atque instinctum ab iisdem Scriptoribus proferri. Sicut Christus Dominus quamvis homo sciens & experiens, nihilominus Spiritu quoque Divino dixit*[b] *exempli causâ* : Non est Propheta sine honore, nisi in patria sua; cæcus[c] si cæco ducatum præbeat ambo in foveam cadunt, & nonne duo passeres asse væneunt, *& alia ejusmodi à sensibus simul & vulgo desumpta. Quocirca idem generatim de Spiritu*[d] *sancto Apostolis suis promisso legitur* : Ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quæcunque dixi vobis, *si omnia, ergo & ea, quæ post Ascensionem Magistri in Cælum memoriâ forte retinebant ab eo audita & quæ aliquo modo poterant eis humano ac naturali modo esse nota. Unde Gabriel*[e] *scribit : multas esse naturales veritates Apostolis à Spiritu sancto suggestas. Nec pugnat cum Divina Spiritûs sancti suggestione, quòd liber aliquis canonicus non sine labore*[f] *ac meditatione, & humanâ quâdam sit conscriptus industriâ quando quidem non solùm ubi, sed & quomodo vult soleat spirare Spiritus sanctus. Atque hinc ut Christus ipse verè Deus omnipotens in quibusdam peragendis operibus suis planè Divinis & supernaturalibus nonnullam tamen molitionem interdùm adhibebat humanam & tardam, ita & in verbis ac librorum compositione, si scribere voluisset, laborem nonnunquam & meditationem, simulque industriam aliquam adhibere potuit humanam, quamvis interim Spiritus ejus humanus, itemque os, lingua, manus, digiti, perpetua quædam essent instrumenta Divini Spiritûs. Et sanè si non est necessarium, ut singulæ veritates & sententiæ, quæ sunt in sacris litteris, immediatè sint à Spiritu sancto ipsi scriptori inspiratæ, non modò sequetur indeterminabilis altercatio super sententiis immediatè vel non immediatè inspiratis, verùm etiam de integris Evangeliis (quorum historia potuit humanitùs esse nota) immò & de omnibus scripturis non Propheticis dubitabitur, an immediatè Spiritus sanctus eas scriptoribus inspiraverit.*

a Tho. in 4. dist. 14. de Prophetia art. 2. q. 12. in summa 2. 2. q. 171. art. 3. vide etiam Ambros. & Bedam in illud Lucæ 1. visum est idem mihi.
b Mat. 13.
c Mat. 15.
d Joan 14.
e In 1. dist. 25. q. 1. dub. 2.
f 2. Machab. Eccl. 23. & 33.

ASSERTIO III.

Liber aliquis (qualis fortè est secundus Mach.) humanâ industriâ sine assistentia Spiritûs Sancti scriptus, si Spiritus Sanctus postea testetur ibi nihil esse falsum, dicitur Scriptura Sacra.

CENSURA.

Multò magis hæc quàm duæ superiores, improbanda est assertio, tanquam manifesti erroris periculum continens.[g] *Constat enim inter omnes, omnem Scripturam sacram juxta Apostolum esse divinitùs inspiratam, Divinam esse doctrinam, quam Spiritu sancto inspirante atque dictante Authores sacris litteris mandaverunt.*[h] *Unde nec summorum Pontificum, aut Conciliorum de rebus Fidei decreta, ac definitiones scripto mandatæ, quamvis Spiritus sanctus per Ecclesiam nobis testetur ibi nihil esse falsum, Scripturæ sacræ nomine unquam fuerunt comprehensæ, adeò ut nec symbolum Athanasii, quòd tota decantat Ecclesia, nec illa Leonis ad Flavianum Epistola cujus textum usque ad unum iota in omnibus venerabiliter suscipi Gelasius Papa sub Anathemate præcipit, scripturis sacris, vel ab ipso Gelasio vel à posterioribus fuere annumerata; in quibus tamen pariter humanam industriam, & Spiritûs sancti assistentiam agnoscimus. quare multo minus si quis liber solâ humanâ industriâ, absque Spiritûs sancti assistentia, scriptus fuerit, etiamsi posteà testetur Spiritus sanctus ibi nihil esse falsum, efficeretur scriptura sacra. Quod qui dixerit*[i] *præter alia fateri cogetur singularem quampiam veluti Thucididis aut Livii historiam, si Spiritus sanctus testetur nihil esse falsi in ea, Scripturam sacram ideòque & scripturam divinitùs inspiratam effectum iri : eadem enim sunt Apostolo scriptura sacra seu sacræ litteræ, &*[k] *scriptura divinitùs inspirata. Quapropter quùm liber Machab. secundus (hoc enim exemplum & si dubitanter in assertione interponitur) juxta Conciliorum definitiones scriptura sit verè canonica, divina & sancta,*[l] *fatendum quoque est quod sit scriptura divinitùs inspirata, quodque spiritu sancto inspirante à suo authore sit editus; qualis dici nullo pacto potest, si humanâ tantùm industriâ sine assistentia spiritûs sancti conscriptus fuerit;*

g Greg. à Valent. analy. fidei parte 8. pag. 333. vide etiam p. Costerum in controvers. de Scriptura.
h Cap. 5. Ro. Ecclesiæ
i Rom. 1. 1. Timoth. 3.
k Rom. 1. & 1. Timoth. 3.
l Carth. 3. & Trid.

Quid habes quod non accepisti? Creati in Christo Jesu in operibus bonis, quæ præparavit Deus, ut in ipsis ambulemus, *& alia hujusmodi, quibus ad defendendam Christi gratiam sanctus Augustinus & alii copiosè usi sunt. Quò peculiariter faciunt ea, quæ electionem, seu prædestinationem non ex operibus, sed ex vocante secundùm propositum voluntatis Divinæ asserunt:* [a] *& ad occulta Dei judicia referunt, cur alius præ alio eligatur. Item promissiones illæ Novi Testamenti. Esech.* 11. *&* 36. Non propter vos ego faciam, sed propter Nomen Sanctum meum, & dabo vobis cor novum, & ponam spiritum novum in medio vestri, & auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum: & Spiritum meum ponam in medio vestri: & faciam ut in præceptis meis ambuletis, & judicia mea custodiatis, & operemini. *Et Hierem.* 31. Dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam. *Et Deuter.* 30. Circumcidet Dominus tuus cor tuum & cor seminis tui, ut diligas Dominum Deum tuum in toto corde tuo & in tota anima tua. *Cùm enim* per legem non esset justitia, nec [b] data fuisset lex, quæ posset vivificare, *promisit Deus, deinde &* misit Filium suum, per quem justificatio legis impleretur in nobis. *Deus enim facit quod prædestinavit, & complet quod promisit.* Prædestinatione *quippe* ea Deus præscivit, quæ fuerat ipse facturus, *ait Augustinus in libro de prædestinatione* [c] *cap.* 15. *item,* Deus non de nostræ voluntatis potestate, sed de sua prædestinatione promisit: promisit enim quod ipse facturus fuerat, non homines: quia etsi faciunt [d] homines bona, quæ pertinent ad colendum Deom, ipse facit ut illi faciant quæ præcipit, non illi faciunt ut ipse faciat quod promisit Alioquin ut Dei promissa impleantur, non in Dei, sed hominum est potestate. *Sic ille. In ejusdem rei typum etiam illa veteris testamenti de Terra Chanaam Populo Israël danda promissio (lex enim spiritalium est rerum figura, & Novi* [e] *Testamenti allegorias continet) non nitebatur ullis Populi illius prævisis meritis, sed merà liberalitate voluntatis Divinæ.* Neque enim, *inquit*, propter justitias tuas & æquitatem cordis [f] tui ingredieris, ut possideas terram gentium illarum, sed ut compleret verbum suum Dominus, quod sub juramento pollicitus est Patribus tuis Abraham, Isaac & Jacob. *Unde & Terra illa nomen accepit, ut vocaretur Terra promissionis usque in hodiernum diem. Præterea manifestè nobis commendat hanc Prædestinationis gratiam Oratio Dominica, quà Deum oramus ut à nobis sanctificetur nomen ejus, & fiat à nobis voluntas ejus, & in tentationem non inducamur; adeo ut* si alia documenta non essent, *ait Augustinus de dono perseverantiæ cap.* 7. hæc Oratio Dominica nobis ad causam gratiæ quam defendimus, sola sufficeret. *Quanquam gratiam commendant & evidenter asserunt & aliæ preces Ecclesiæ, de quibus eodem loco Augustinus:* Attendat Ecclesia quotidianas orationes suas. Orat ut incredu-li [g] credant: Deus ergo eos convertit ad fidem. Orat ut credentes perseverent; Deus ergo donat perseverantiam usque in finem. Hæc Deus facturum se esse promisit. Ipsa est prædestinatio Sanctorum. *Et Celestinus Papa ad Episcopos Galliæ cap.* 10. Obsecrationum quoque Sacerdotalium Sacramenta respiciamus, quæ ab Apostolis tradita, in toto mundo atque in omni Ecclesia Catholica uniformiter celebrantur, ut legem credendi lex statuat supplicandi. *Ac demùm enumeratis iis quæ in die Parasceves pro omni hominum genere orat Ecclesia, concludit:* Totum Divini operis esse sentitur, ut hæc sufficienti Deo semper gratiarum actio, laudisque Confessio pro illuminatione talium vel correctione referatur. *Unde rursùm Augustinus lib.* 2. *contra duas Epistolas Pelagii testatur, nihil homini in scripturis sacris juberi* [h] *à Deo propter probandum liberum arbitrium,* quod non inveniatur vel dari ab ejus bonitate, vel posci propter adjutorium gratiæ demonstrandum, *Hinc est illud ab Augustino frequentatum fremente licet ac indignante Pelagio:* [i] Domine, da quod jubes, *& jube* quod vis: *Et illud ejusdem à Prospero repetitum:* Dona ipse quod mandas. *Quod idem Ecclesia orat in sabbato sancto: dicens,* da nobis velle & posse quod præcipis. *Cuncta igitur bona nostra ad prædestinationem Dei sunt referenda, ut prædicare prædestinationis beneficium, non sit aliud quàm prædicare Deum omnia bona in Electis suis operari uti docet Augustinus lib. de dono perseverantiæ cap.* 17. *Declarat prætereà*

a Ad Rom. 9. & 11. Aug. Epis. 54. & 105. & sæpe alibi. Ad Heb. 8.
b Ad Gal. 2. & 3.
c Cap. 10.
d Vide & Epistolam 105. ad Sixtum,
e Rom. 8.
f Deuter. 9.

g Vide & Innoc. in Epistola ad Con. Milev. quæ est 93. apud Aug. & ipsum Aug. Epistola 107. & lib. de dono persev. cap. 23. & Catechismum Parochorum tit. pro quibus orandum.
h Cap. 10. item in sermone quodam contra Pelagian. fragm. 1.
i Lib. 1. confes. c. 29. lib. de dono persev. cap. 20. uterque in Psal. 118.

hunc prædestinationis doctrinam ipsum primarium gratiæ, ac prædestinationis nostræ exemplar Christus homo Deus, qui cum ad eam dignitatem ob nullum prævisum liberi arbitrii motum [a] fuerit prædestinatus satis ostendit nihil ampliùs tribuendum esse homini lapso in sua ad gloriam prædestinatione, uti multis locis ratiocinatur Augustinus. His accedit, quod negari non potest, parvulos saltem qui percepto regenerationis Sacramento ante usum rationis decedunt, ex sola Dei præordinatione, non ex ulla prævisione liberi arbitrii prædestinatos esse; ut ad inscrutabilia Dei judicia referendum sit, cur illi prædestinati sint, non alii. Quo argumento sæpissimè utuntur veteres: quo & inter Neotericos utitur R. P. Theod. Pelranus ex Societate Nominis Jesu Theologus in libr. de satisfactione nostra, sectione 10. ita inquiens, Secretâ æterni Patris electione fit ut œconomiæ Christi fructus effectusque quibusdam clementer conferatur, aliis justo Dei judicio subtrahatur, quemadmodum id varii infantium casus minimè obscurè nobis ostendunt. *Quin & ipse harum assertionum author nonnullos adultos, solâ Dei præordinatione Electos non videtur abnuere, quandoquidem dicat in assertione* 10. Fortè in Paulo, Magdalena, aliisque nonnullis, dum converterentur, efficaci gratiæ excitatione voluntatem fuisse infallibiliter determinatam. *Confirmatur denique doctrina hæc illâ prædestinationis apud Augustinum [b] definitione, quam assertor in alium sensum divertere conatur, quandoquidem & scopus Authoris, & totus loci contextus, atque adeo verba proximè præcedentia, ubi dicitur*, Deum prævidisse sua beneficia, quibus nos liberare dignatur, *hunc sensum postulent. Eundem Augustini locum olim à quibusdam excerptum & inter dubia relatum tractans Prosper, cùm negasset [c] verbis illis absque gravi errore resisti posse, subjungit:* Agnoscamus itaque sapienter, pièque fateamur, præscisse incommutabilem Deum, quibus esset daturus ut crederent, aut quos daturus esset filio suo, ut ex iis non perderet quemquam: & si hæc præscivit, beneficia sua, illum, quibus nos dignatur liberare, præscivisse. Et hanc esse prædestinationem Sanctorum, præscientiam scilicet præparationem gratiæ Dei quâ certissimè liberantur quicumque liberantur. Cæteros autem quicumque non liberantur, quos à generali perditione humani generis, gratia non exemit, justo noverimus judicio non exemptos: & quid nobis remissum sit in eis discamus. *Sic ille. Hanc orthodoxam de Prædestinatione Dei doctrinam à Massiliensibus & Fausto fati nomine malitiosè infamatam sanctus Prosper & Fulgentius post Augustinum ita retinendam docuerunt, ut ei repugnantes*, nec piè, nec Catholicè sapere *constanter affirmarint. Sic enim Prosper scribit in Epistola ad Ruffinum:* Ab hac confessione gratiæ Dei ideò quidam [d] resiliunt, ne cùm eam talem confessi fuerint, qualis Divino eloquio prædicatur, & qualis opere suæ pietatis agnoscitur, etiam hoc necesse habeant profiteri, quod ex omni numero hominum per sæcula cuncta natorum certus apud Deum definitúsque sit numerus prædestinati in vitam æternam populi, & secundùm propositum vocantis Dei electi. Quòd quidem tam impium est negare, quàm ipsi gratiæ contraire *Et [e] alibi de Augustino, sic ait.* Quamvis nunquam tam insipienter locutus sit ad Populum Christianum, & id quod mendax obtrectatio ineptissimè finxit, horruerit, piâ tamen constantique doctrinâ abundanter probavit prædicandam Ecclesiæ esse prædestinationem, in qua est gratiæ præparatio, & gratiam, in qua est prædestinationis effectus, & præscientiam Dei, in qua ante sæcula æterna, quibus esset collaturus sua dona præscivit: cujus prædestinationis quisquis est impugnator, apertissimus est Pelagii adjutor. *Hæc Prosper. Cujus [f] verba & sententiæ in toto hoc argumento gratiæ & prædestinationis eo plus valere debent apud cordatum quemque, quod ex authoritate Sedis Apostolicæ reliquias Pelagii fuerit persecutus, & opuscula ejus ut religiosissimi viri (rejectis Cassiani Presbyteri Massiliensis, & Fausti Regiensis Episcopi opusculis, [g] ut apocryphis) approbavit Gelasius Papa cum Concilio 70. Episcoporum Fulgentius autem primùm quidem de Prædestinatione post alia [h] multa scribit in hunc modum:* Hic nihil provenit in salutem hominum, quòd ille non in æternæ bonæ voluntatis suæ dispositione faciendum prædestinaverit, à quo & fides gratis infunditur,

[a] De prædest. Sanctorum, cap. 15. de dono persev. cap. ult. de corrɩep. & Gratia cap. 11. lib. 2. de peccat. meritis & remis. c. 17. Enchir. cap. 37. tract. 82. in Joan. Epistola 105. 106. l. 4. contra Jul. c. 8. & de dono persev. c. 12. Enchir. c. 93. prof. & Hil. in Epistolis ad Aug. prof. ad Ruf. & lib. 1. de vocat. gent. c. 16. Fulgent. de Incarnat. Christi, cap. 30.

[b] Lib de dono persev. c. 14.

[c] Ad excerpta Genuensium dub. 8.

[d] Prosp. in Epistola ad Ruffin. Item ad caput 1. & 6. Gal Faustus eam passim fati nomine traducit in 2. libris de Gr. & libero arbitrio.

[e] Ad excerpta Gall. & Genuensium in fine.

[f] In præfat. ad objecta Vincent.

[g] Cap. sancta Romana Ecclesia.

[h] Lib. de Incar. & Gratia Christi, c. ult. vide eundem lib. 1. ad Monymum.

per

per quam bene ambulemus, & perseverantia donatur, per quam ad speciem pervenire possimus. Hæc autem dona sua semper Deus in æterna atque incommutabili habet voluntate disposita, in qua præordinavit atque præparavit, & quæ daret, & quibus daret: ipse autem prædestinando præparavit gratiæ donum, qui gratiam donando implet prædestinationis effectum. *Et paulò post*, Deus enim, qui hominem condidit, ipse prædestinatione suâ & donum illuminationis ad credendum, & donum perseverantiæ ad proficiendum, atque permanendum, & donum glorificationis ad regnandum, quibus dare voluit, præparavit, quique non aliter perficit in opere, quàm in sua sempiterna atque incommutabili habet voluntate dispositum. *Deinde quàm tutum sit ei Doctrinæ resistere, his verbis declarat.* Cujus prædestinationis veritatem, quâ nos ante mundi constitutionem Prædestinatos in Christo testatur Apostolus, si quis detrectat cordis credulitate recipere vel oris confessione proferre, si ante ultimum diem vitæ præsentis impietatis suæ contumaciam, quâ Deo vivo & vero rebellis obsistit, non abjecerit, manifestum est eum non pertinere ad eorum numerum, quos Deus in Christo ante mundi constitutionem gratis elegit & prædestinavit ad Regnum, *hæc Fulgentius; sic & auctor hypognosticon planè pronunciat, dicens*, prædestinationem negare quam apud Deum [a] esse breviter probavimus, immanis blasphemia est. *Quæ cùm ita sint, ut alia multa ad hoc argumentum pertinentia omittamus, non potest non peregrina & periculosa, & proinde meritò reprobanda videri doctrina, quæ prædestinationem ex operum prævisione definit. Quam quidem & ante 240. annos facultas Theologica Parisiensis damnasse legitur sub hisce tribus articulis:* Quòd [b] propter opera alicujus futura bona Deus prædestinavit aliquem ab æterno: Quòd aliquis prædestinatus est ab æterno, propter bonum usum liberi arbitrii, quem Deus præscivit eum habiturum: Quòd non sic gratis & misericorditer Deus prædestinavit illum quem prædestinavit, quin & pro omnibus bonis ipsius futuris, vel alterius.

ASSERTIO II.

Deus post primum peccatum originale habuit voluntatem dandi Adamo, & toti ejus posteritati sufficientia media contra peccata, & auxilia ad consequendam vitam æternam: Ergo dat illis sufficiens auxilium ut possint reverti.

CENSURA.

Vult hæc assertio à Deo per Christum omnibus omnino hominibus dari Sufficiens auxilium per quod possint converti; idque magis & sequentes aliquot assertiones, præsertim, 7. & 16. declarant. Sufficient autem Dei auxilium est præter quod ex parte Dei non est aliud necessarium. Adversantur proinde hujus assertionis verba scripturis & Patribus, immò propriè dictam Christi gratiam, quæ secundum [c] *Augustinum* non est bonis, malisque communis, sed bonos discernit à malis, *evertere videtur. Scriptura testatur quòd in præteritis quibusdam generationibus* dimisit [d] Deus omnes gentes ingredi vias suas; *quod quibusdam non auxiliatur, quod multi ab eo deseruntur* [e] *&* dimittuntur secundùm desideria cordis sui. *Unde etiam fideles, intelligentes nondùm sibi sufficere auxilium quod habent, & hoc ipsum subtrahi posse, orant cum psalmista;* adjutor meus esto, ne derelinquas me. [f] *Deinde eadem scripturà teste, nec pro omnibus Christus orat Patrem, nec omnes Christo dati sunt à Patre, Ait enim* [g] non pro mundo rogo, sed pro iis quos dedisti mihi. *Non omnes ergo habent sufficient auxilium ex parte Dei ad salutem consequendam. Nam alioquin, & jam Christo pro iis non orante, & patre eos non dante, salutem consequi possent: quod nemo Catholicus dixerit. Item dici non potest, eos omnes habere sufficient auxilium ad salutem quibus Evangelium Christi, sine cujus fide nemo potest salvari, non est prædicatum.* [h] *Nam ut ait Apostolus*, quomodo credent ei quem non audierunt? &c. auditus autem per verbum Christi: [i] *quod certum est non omnibus Adæ posteris annunciatum fuisse. At neque illi, quibus Evangelium prædicatur, credere possunt, nisi Deus* cor eorum aperiat, ut prædicationi intendant. *Quod non in omnibus, sed in quibusdam tantùm fieri, ex scriptura manifestum est. Unde Prosper*, [k] Nunquid dubium est *ait*, cùm verbum veritatis prædicatur, alios voluntate credere, alios voluntate non credere, *sed cum illorum* cor Deus aperuerit, illorum autem non aperuerit discernendum est quid veniat de misericordia, & quid de judicio. *Sit*

[a] In fine lib. 6.
[b] Habitus inter errores à Facult. Theolog. Parisiensi damnatos.

[c] Lib. de prædest. Sanc. c. 5.
[d] Act. 15.
[e] Psal. 80.
[f] Psal. 26.
[g] Joan. 17.
[h] Rom. 10.
[i] Vide Aug. lib. 1 de pec. mer. cap. 22. Act. 16. 24 ad Coloss. 4. ad excerpta Genuen. dub. 4.
[k] Vide Aug. de prædest. Sanct. cap. 5. & 9.

ille. Præterea nec debuissent Moyses & David adeò gloriosè prædicare auxilia data uni populo Dei, ut dicerent, non est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris; *&*, non fecit taliter omni nationi, & judicia sua non manifestavit eis: *Si omnibus omnino sufficienter auxiliatus fuisset Deus ad salutem. Parum enim interest, quibus modis aut mediis auxilium illud detur, dummodò detur, sufficiens. Meritò igitur Augustinus Epistola* 107. *ad* [a] *Vitalem inter sententias, quas dicit* ad fidem rectam & Catholicam pertinere, *has posuit*: Scimus gratiam Dei non omnibus hominibus dari, scimus eis, quibus datur, misericordiâ gratuitâ dari · scimus, eis, quibus non datur, justo judicio non dari. *Et idem in Epistola ad Paulinum* 106. *refert Pelagium noluisse videri sine gratia Dei defendere liberum arbitrium, cùm possibilitatem volendi ac operandi, sine qua nihil boni velle atque agere valeremus, à Creatore nobis insitam diceret*: Ut hæc intelligatur, *inquit*, Doctore ipso, Gratia Christi, quæ paganis atque Christianis, impiis & piis, fidelibus atque infidelibus communis est. *Quamvis ergo hæc assertio à Pelagii sententia in eo differat, quod hic Creatori, illa Redemptori gratiam istam acceptam referat; in eo tamen convenit, quòd utraque eam tantùm in possibilitate constituit, omnibusque facit communem. Quod Augustinus pro absurdo habet. Unde idem & alibi ad inscrutabilia Dei judicia vult pertinere, quod huic detur gratia, huic non detur; gratiam haud dubiè intelligens, auxilium ex parte Dei ad salutem necessarium.* Hæc gratia, *inquit*; cur ad illum veniat, ad illum non veniat, occulta causa esse potest, injusta esse non potest. *Aliàs verò parvulorum sine Baptismo decedentium exemplum producit, quo tanquam invicto argumento ostendat, ex parte Dei omnibus hominibus sufficiens non adesse salutis subsidium.* Quomodò dicitur, [b] *ais in Epistola* 107. omnes homines gratiam Dei fuisse accepturos, si non illi, quibus non donatur, eam suâ voluntate respuerent, cùm multis non detur parvulis? *Etiam eodem argumento; ut supra diximus, inter Neotericos usus est R. P. Theodorus Pelsanus, Societatis Jesu Theologus. Quod si sententiam de solis adultis accipiendam quis putet*, jam, *ut ait Augustinus* [c] intolerabilior sequetur absurditas. Isto enim modo benevolentiorem faciemus Deum omnibus impiissimis & scelestissimis hominibus, quàm innocentissimis & ab omni labe peccati actualis purissimis. Sicque fiet, *inquit*, ut Deus ipse Christianos omnes fieri velit, quorum multi nolunt; non omnes velit, quorum est nemo qui noluit. *Jam qui legerit Prosperi librum utrumque de vocatione gentium, & alia ejus opuscula contra Pelagianorum reliquias elaborata, ac præcipuè carmen de ingratis, in quo doctrinam hanc ex professo refellit, itemque Fulgentii & Petri Diaconi de gratia Christi libellos prospiciet quantùm ab illorum Patrum sana doctrina discrepet hæc sufficientis auxilii assertio ex Massiliensium & ipsius Fausti, (qui* [d] *contendit gratiam à Deo omnibus offerri & ingeri & argumenti de parvulis solutionem desperans cap.* 13. *ineptissimè nugatur) Doctrina & placitis deprompta. Nec porrò verum est, quòd sumit Assertor, Deum habuisse voluntatem dandi Adamo ac toti ejus posteritati sufficientia media & auxilia ad consequendam vitam æternam, si de voluntate Dei absoluta, quæ beneplaciti vocatur, loquatur, de qua assertionem loqui ex illatione patet. Eam enim voluntatem si habuisset (qui omnia quæcumque voluit, fecit, haud dubiè dedisset omnibus & gratiæ suæ & perseverantiæ donum; quæ ad consequendam vitam sunt necessaria; atque ita omnes salvarentur.*

ASSERTIO II.

Tota Scriptura plena est præceptis & exhortationibus, ut peccatores convertantur ad Deum: Atqui Deus non præcipit impossibilia: ergo dat illis sufficiens auxilium ut possint converti.

CENSURA.

Inepta est collectio. Qui enim jubet ut faciamus, simul jubet ut petamus quod facere non possumus, sive ad quod sufficiens auxilium nondum habemus. Unde Patres Concilii Tridentini verbis ex Augustino [e] *desumptis*; Deus impossibilia non jubet, sed jubendo monet & facere quod possis, & petere quod non possis. *Ac similiter alibi Augustinus* [f], Magnum aliquid, *ait*, Pe-

a Item serm. de ver. Apostoli, cap. 9.
b Lib. 1. de pec. mer. cap. 21. vide etiam de præd. SS. cap. 6. & 9. de dono persev. cap. 8. tract. 16. in Joannem de gratia & libero arb. caput 23. vide & Prosp. ad excerpta Gen. dub. 4. 5. 6. & 8. & lib. de vocat. Gent. cap. ultimo & Fulgen. de Incarnatione Christi.

c Lib. 4. cont. Jul. cap. 8.
d Prosp. & Hilar. in Epi. ad Aug. & Prosp. ad 5. & 8. cap. Gall. Faustus libro de lib. arbitrio cap. 3. & aliis & ejusdem cap. 13.
e Sess. 6. c. 11. de natura & gratia c. 43.
f De grat. lib. arbit. cap. 16. vid. etiam cap. 15. & de perf. just. cap. 5. & 10.

lagiani se scire putant, quando dicunt, non juberet Deus quod sciret ab homine non posse fieri. Quis hoc nesciat? sed ideò jubet aliqua quæ non possumus, ut noverimus quid ab illo petere debeamus. *Sic ille. Si autem petentes quidam nondum possunt, quantò minùs possunt non petentes, immo nec petere volentes, nec eum à quo petatur agnoscentes! Nec ob id* a *putandum est aliquid impossibile juberi. Nam præter liberum arbitrium, quod, hac vitâ durante, ita potest ad bonum & ad malum flecti, ut nondum in alteram partem sit immobiliter determinatum, sicut in beatis & damnatis etiam ipsum auxilium sine quo Dei præcepta à libero arbitrio impleri non possunt, & per quod possint, omnibus petentibus est paratum, dicente Domino, petite & accipietis. Non enim præcepta & exhortationes convincunt jam omnibus datum esse, jamque ab omnibus haberi tale auxilium; sed remittunt ad illum qui dare potest, ut ab eo petant quod nondum acceperunt. Quod si omnibus adest, etiam antequam petatur, aufertur nobis magna pars Orationis Dominicæ & precum Ecclesiasticarum.* Quid enim stultiùs, *ait Augustinus*, quàm orare ut facias quod in potestate habes? *Unde ex ipsa Orationis necessitate manifesto argumento colligitur* b *non omnes statim cum præcepto & exhortatione habere sufficiens auxilium ad implenda Dei mandata, quandoquidem* legem credendi, *ut Pontifex ait*, c Lex statuit c supplicandi. Quamvis igitur, *ut idem Augustinus*, d dicamus Dei donum esse obedientiam, tamen homines exhortamur ad eam. Sed illis, qui veritatis exhortationes obedienter audiunt, ipsum donum Dei datum est: illis autem qui non sic audiunt, non est datum.

ASSERTIO IV.

Dices, Deum quidem omnes vocare ad pœnitentiam, sed non secundùm propositum, aut non illâ vocatione quæ est sine pœnitentia Resp. hoc videtur alienum à bonitate Dei, quia hoc non esset seriò, sed delusoriè vocare, si vocaret aliquem non ex intentione ut convertatur. Augustinus autem, *ut in scholio additur*, propositum Dei accipere videtur, ut sit idem quod illo modo quo novit illum secuturum.

· CENSURA.

Apostoli Pauli doctrina est ad Rom. 8. & 11. non omnes homines, sed solos Electos, seu prædestinatos vocari secundùm propositum, & ea vocatione quæ est sine pœnitentia. e *Neque alienum est à Dei bonitate, vel ut assertor post Catharinum cavillatur, delusoria, aut derisoria est ea vocatio, quâ vocat multos non secundùm propositum: quia vocationis Divinæ primus finis est hominis conversio, etiamsi illa non sequatur. Quòd enim quispiam vocatus non convertatur, propriæ ejus malitiæ imputandum est, quòd autem convertatur, vocantis bonitati & potentiæ ascribendum est. Hinc Prosp. libr. 2. de vocatione gentium capite* 13. Cùm talia ad Caiu loqueretur Deus *(Genesis 4.)* nunquid ambiguum est voluisse eum, & (quantùm ad illum medendi modum sufficiebat) egisse, ut Cain ab illo impietatis furore resipisceret? sed malitia pertinax inde facta est inexcusabilior, unde debuit esse correctior. *Neque verò Dei intentio frustratur, si qui vocatur, non convertitur; quia in hominum vocatione non solam hominum conversionem absolutè Deus intendit (semper enim tunc sequeretur) sed alios etiam fines; veluti ut declaretur humanæ vel infirmitatis, vel malitiæ magnitudo quanta sit, cùm non sequitur vocantem. Item, ut excellentiam gratiæ suæ declaret & necessitatem, utpote sine qua nemo credere vel pœnitentiam agere possit; ut ita omne os* obstruatur, f & subditus fiat omnis mundus Deo; g *nec quisquam* nisi, in Domino glorietur. *Sic quamvis non esse pœnitentiam acturos Judæos Christus probè cognosceret, iis tamen apud Matthæum voluit plurimas virtutes facere: sicut* h *& olim iis legem dederat, quam tamen vel in ipso capite ab iis non semel violatum iri præsciebat. Porro scholium additum, quo propositum Dei quasi ex mente Augustini exponitur, ut idem sit quod*, eo modo quo novit hominem secuturum *tam Apostoli, quàm Augustini doctrinæ penitùs adversatur: qui prædestinationem non ex prævviso aliquo opere humano, sed ex sola Dei Misericordia eligentis, & beneficiorum ejus præparatione uterque definit: quemadmodum ad primam assertionem annotavimus pleniùs. Atque hoc intelligi Dei propositum apud Apostolum ad Romanos 8. patet alia cum isto loca ejusdem Apostoli conferenti, veluti Rom. 4. 1. Cor. 1. 2. ad Tim. 2. Neque enim ita de speciali auxilio gratiæ sentiendum est, quemadmodùm hoc scholio indicatur, Deum sic illud offerre, ut expectet assensum & sequelam voluntatis humanæ, iisque, quos se-*

a Vide Prosp. ad 6. object. Vinc.
b De natura & grat. c. 18.
c Epist. ad Celest. Episc. Galliæ.
d Item Aug. de dono persev. cap. 14.
e In rep. 6.
f Rom. 9.
g 1. Cor. 1.
h August. in illud ad Gal. lex propter transg. posita est.

cundum propositum vocat, eo offerre modo quo præscivit illos secuturos: quasi non & ipsum liberæ voluntatis assensum, & sequelam, tanquam præcipuum quendam suæ prædestinationis[a] *effectum, in iis omnibus efficaci virtute gratiæ suæ operetur: aut quasi non etiam rebelles ad se compellere voluntates posset, etiam eorum, quos prævidit, vel si quos saltem prævidisset tam duros & contumaces fore, ut nulla omnino oblatione moti, nullà pulsatione*[b] *excitati, sequi vellent: quod quidem sentire, est à publicis Ecclesiæ vocibus, & ab Augustini aliorumque Patrum doctrina palam dissentire. Testatur enim ille lib. de prædestinatione Sanctorum, gratiam quæ occultè humanis cordibus Divinà largitate tribuitur,* à nullo duro corde respui, cùm ideò tribuatur ut duritia cordis primitùs auferatur. *Et scribens in Ps.* 80. *de quibusdam pessimis*, volunt, *inquit*, illi etiam cum desperatione peccare, & stare omnino in peccato, ur offendant oculos Patris: Nonne Deus de lapidibus suscitabit filios Abrahæ?[c] *Et de corrept. & gratia, cap.* 8. An audetis dicere, rogante Christo ne deficeret fides Petri, defecturam fuisse, si Petrus eam deficere voluisset? *Et. c.* 14. Volenti Deo salvum facere, nullum hominis resistit arbitrium. *Paulò post*, Non est dubitandum voluntati Dei humanas voluntates resistere non posse, quominùs faciat ipse quod vult; quandoquidem etiam de ipsis hominum voluntatibus quod vult facit. *Item Epist.* 107. Deus non credentibus, & ejus doctrinam voluntate impiâ persequentibus misericordiam prærogavit, eosque ipsos omnipotentissimâ facilitate convertit, ac volentes ex nolentibus fecit. *Et omnium apertissimè in Enchiridio cap.* 18. Quis, *inquit*, tam impiè desipiat, ut dicat, Deum malas hominum voluntares, quas voluerit, quando voluerit, ubi voluerit, in bonum non posse convertere? *Sic & Prosp. in carm. de ingratis, contra eos disputans, qui gratiæ tantùm excitandi tribuunt officium, ait*,

At vero omnipotens hominem cùm Gratia salvat,
Ipsa suum consummat opus, cui tempus agendi
Semper adest quæ gesta velit; non moribus illi
Fit mora, non causis anceps suspenditur ullis.

Et idem alibi. An dicendum est, voluntati Dei humanas obsistere voluntates? Et tam feros, tamque intractabiles hominum mores, ut Evangelium audiant, & prædicationi impia corda non pateant? Et quis istis corda mutavit, nisi qui finxit sigillatim corda eorum? *Rursumque lib.* 1. *de vocatione Gentium.* Nunquid virtus Gratiæ, quæ sibi quos voluit subdidit convertere eos qui inconvertibiles permansere,[d] non potuit? *Unde alibi testatur*, non solùm Tyrios & Sydonios, sed etiam Corozain & Bethsaida potuisse converti, & fideles ex infidelibus fieri, si hæc voluisset in iis Dominus operari. *Tale est & illud Ambrosii de Samaritanis Christum recipere nolentibus.*[e] Nam si voluisset Christus, ex indevotis fecisset devotos. *Si enim ut aiebat Hieronymus*, in magnete lapide & succinis hæc est vis, ut annullos, & stipulam, & festucam sibi copulent; quantò magis Dominus omnium creaturarum ad se trahere poterat quos volebat, *& alia ejusmodi multa. Non ergo Deus tempus & locum, vel etiam modum servat, quo prævidit hominem*[f] *secuturum, sed ipse omnino suà potentissimà gratià, & nihilominùs salvà hominis libertate, facit ut infallibiliter sequatur quemcumque secundùm propositum vocare dignatur. Si autem, juxta assertorem, alienum à bonitate Dei reputari non debet, nec ejus quasi delusoria haberi vocatio, si qui homines omnes salvos vult fieri, non tamen vocet omnes eo modo, quo, si vocarentur, scit eos infallibiliter secuturos vocantem (quos proinde nec vocare videtur ex intentione ut convertantur, sciens videlicet eos eo modo non convertendos, qui alio modo vocati converterentur) gratis profectò cavillatur, delusoriam ejusdem fore vocationem, si quosdam vocet non secundùm propositum, aut non illa vocatione quæ est sine pœnitentia.*

ASSERTIO V.

Jubentur omnes baptizari: Ergo Deus, quantùm in ipso est, vult omnibus dari gratiam Baptismi.

CENSURA.

Quidquid Deus præcipit, idem & vult, voluntate signi, quæ in præcepto consistit; non semper autem voluntate absolutâ; quæ beneplaciti est: At neque sic, ut velit omnibus, quibus præcipit aliquid, jam adesse sufficiens auxilium ad id quod præcipit implendum; ut supra ostensum est. Unde patet, etiamsi quod sumitur verum esset, efficaciter tamen non inde colligi quod intenditur. At

a Con. Arauf. can. 4.
b In Sabb. post. Do. 4. quad. & in Dom. 4. post Pent & Aug. epist. 107. cap. 8.
c De grat. lib. arb. cap. 12.
d Ad exerpta Genuen. cap. 8.
e Libro 7. in Luc.
f Vide etiam Basil. verba ad assertionem secundam. Et Chrys. in illud Joan. 6. nisi Pater traxerit eum.

neque

neque hoc verum est. Certum enim est, non omnes obligari præcepto de Baptismo suscipiendo; sed eos tantùm, quibus est promulgatum. Quod autem ad hanc attinet assertionem, Deus quantùm in se est vult omnibus dare gratiam Baptismi, ea primùm manifestam, [a] *in parvulis exceptionem habet. Unde ait Augustinus, quod plerùmque festinantibus parentibus, & paratis ministris ut Baptismus parvulo detur,* Deo tamen nolente non datur. *Et in Epist. ad Vitalem* 107. Multi, *inquit*, salvi non fiunt, non quia ipsi, sed quia Deus non vult: quod sine ulla caligine manifestatur in parvulis. *Quare dici non potest Deus quantùm in ipso est, ipsis voluisse dare gratiam Baptismi. Deinde nec de adultis verum est, si significetur, uti vult assertor, omnibus adesse sufficiens auxilium, sic ut ex parte Dei nihil ampliùs requiratur ad gratiam Baptismi consequendam. Eam enim nemo adultus consequitur absque fide & pœnitentia*, fides enim prima datur, ex qua impetrantur cætera, *ait Augustinus.* [b] *Constat autem non omnibus dari fidem & pœnitentiam.* Non enim omnium est fides; *& de quibusdam dicitur*, nequando det illis pœnitentiam.

ASSERTIO VI.

Hunc locum *(Deus vult omnes homines salvos* [c] *fieri)* vult omnes salvos fieri qui salvi fiunt, non videtur exponere Augustinus secundùm intentionem Apostoli; & sex ampliùsque argumentis dicta interpretatio oppugnatur.

CENSURA.

Sic ille, cum nonnulla, ut videtur, trepidatione de bona sanctissimi doctissimique Ecclesiæ doctoris expositione pronuntiat. Catharinus verò, eandem quam assertor secutus doctrinam, audet & dicit, talibus glossis lacerari & destrui verbum Dei. *Nec dissimiliter in suo hyperaspiste Erasmus similia sapiens, sugillat & carpit optimi doctoris sensum, quem in allegandis, pro defensione gratiæ Christi, Scripturarum testimoniis producere solebat contra Pelagianos. Estque ubi generaliùs pronuntiare ausus fuerit*, Nusquam [d] à veteribus peccatum esse magis, quàm in veris atque germanis Divinarum Scripturarum proferendis intelligentiis, quando contra Hæreticos veritatem propugnabant Catholici. *Quæ quidem licentia quid aliud quàm petulantibus ingeniis auribusque prurientibus fenestram, ne dicamus patentissimam portam, ac viam aperit, per quam damnatæ olim & subinde exterminatæ hæreses iterum revocentur in orbem? Quamvis igitur hujus Apostoli sententiæ reperiantur & aliæ probabiles expositiones, tum apud alios authores, tum apud* [e] *Augustinum, probari tamen non potest quod hæc una expositio, quæ non modò Augustino, sed & Prospero* [f] *& Fulgentio, aliisque Doctis visa est scopo & contextui Apostolico bene congruere, studiosè ad hoc impugnetur, ut illi interpretationi locus fiat, quæ habet, Deum omnibus hominibus sufficiens ad salutem auxilium dedisse:* Ut videlicet intelligamus: idcò non omnes salvos fieri, & in agnitionem veritatis venire, *ait contra Julianum Augustinus*, quia ipsi nolunt petere, cùm Deus velit dare, nolunt quærere, cùm Deus velit ostendere, nolunt pulsare, cùm Deus velit aperire. *Quasi non & ipsum petere, quærere, pulsare Divinæ gratiæ virtus in homine operetur. Qui sensus & Massiliensium olim fuit, & à Prospero, Fulgentio, atque ab Augustino rejectus, ac ex professo oppugnatus.*

ASSERTIO VII.

Deus voluit dare Christum in redemptionem pro omnibus, nullo excepto: Ergo omnibus præparavit sufficientia media per Christum. Probatur consequentia: quia eatenùs est Christus omnium Redemptor, quatenus per ipsum donantur omnibus sufficientia media, quibus resurgant à peccatis. Si enim non darentur sufficientia, verus non esset eorum Redemptor: quia neque quoad sufficientiam, neque quoad efficaciam.

CENSURA.

Huic argumento Massiliensium (quod idem & Fausti [g] *fuit) responsum est jam olim à Prospero in hunc modum:* [h] Quoad magnitudinem & potestatem pretii, & quòd ad unam pertinet causam generis humani, Sanguis Christi redemptio est totius mundi. Sed qui hoc sæculum sine fide Christi, & sine regenerationis Sacramento pertranseunt, redemptionis alieni sunt. Cùm itaque propter unam

a De dono persev. cap. 12.
b De prædest. Sanct. c. 7. 2. Thess. 3. 2. ad Tim. 2. 1. Cor. 2.
c Ep. 107. & de prædest. cap. 8.
d Lib. 1. de ratione veræ Theol. versus finem.

e Prosp. Ep. ad Ruf. ad c. 8. Gal. & c. 1. de voc. Gen. cap. 12. Fulgen. de incarn. & grat. Christi cap. 31. Auth. hipog. lib. 6. cap ultimo
f Lib 4. cont. Julia. cap. 8. Ep. ad Vit. 107. & Prosp. Episc. ad Ruffin.
g Lib. 1. cap 16.
h Respons. 1. ad object. Vincent. habetur etiam ad cap. Gal. Resp. 9. & Sent ent. 9. B. quoque Thomas de verit. q. 9. art 7. ad 4. & par. 3. quæst. 18. art. 3.

omnium naturam, & unam omnium causam in veritate à Domino nostro susceptam, rectè dicantur omnes redempti, & tamen non omnes à captivitate sint eruti: Redemptionis proprietas haud dubiè penes illos est, de quibus Princeps mundi missus est foras, & jam non vasa Diaboli, sed membra sunt Christi. *Et mox*, Poculum quippe immortalitatis, quod confectum est de infirmitate nostra & virtute Divina, habet quidem in se ut omnibus prosit: sed si non bibitur, non medetur, *sic ille. Sufficientia ergo, quam postulat generalis redemptio, in pretio Sanguinis Christi est, non autem in auxilio omnibus collato ut prætendit objectio. Nam alioquin etiam parvulis, quibus per Baptismum succurri non potuit, tale auxilium tribuendum erit: aut certè dicere oportebit, non pro illis Christum se dedisse in redemptionem, & ita non pro omnibus. Differens item hac de re R. P. Theodorus Peltanus Societatis Jesu* [a] *Theologus*. Certò statuendum est, *inquit*, Christum Dominum uno quidem modo Servatorem & Redemptorem esse omnium, alio autem modo non omnium, sed multorum tantum, vel aliquotum: hoc quidem secundùm efficientiam: priùs verò secundùm pretii magnitudinem & sufficientiam. *Confirmat utrumque modum ex Scripturis: posteriorem quidem his inter cæteras:* Hic est Sanguis [b] Novi Testamenti, qui pro multis effundetur: & Filius Hominis venit Animam suam dare redemptionem pro multis. *Priorem verò his*, ut gratia Dei pro omnibus gustaret mortem. *Item*, unus pro omnibus mortuus est. *Quamquam non malè fortasse hæ posteriores scripturæ ita accipiantur, ut sensu congruant cum illis ubi pro multis Christus dicitur se redemptionem dedisse; cùm insolens non sit in sacris Literis universalitatis notam ad eum modum accipi. Potest autem & alio probabili sensu, quod de omnium redemptione dicitur, accipi, quem indicat venerabilis Beda scribens in illud primæ Epistolæ Joan. cap. 2.* Ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantùm, sed etiam pro totius mundi, *quem locum sic interpretatur*. Non pro illis solùm propitiatio est Dominus, quibus tunc in carne viventibus scribebat Joannes, sed & pro omni Ecclesia, quæ per totam mundi latitudinem diffusa est, à primo nimirùm electo usque ad ultimum, qui in fine mundi nasciturus est porrecta. *Quam expositionem venerabilis Beda à sancto Augustino sumpsit, apud quem ea invenitur in Epist. 48. circa medium.*

ASSERTIO VIII.

Ut peccator possit converti, non est necessarium ut recipiat utrumque auxilium, præveniens scilicet & concomitans in actu secundo, sed satis est ut accipiat auxilium præveniens in actu secundo, & tunc vere habet auxilium sufficiens ad actualem conversionem.

CENSURA.

Sententia hæc, quatenùs dicit, per auxilium præveniens acceptum in actu secundo, id est, gratiam excitantem, posse peccatorem converti, ita ut ad actualem ejus conversionem non sit necessaria singularis illa gratiæ Dei cooperatio, quâ ex nolente volens, ex averso conversus, & ex malo bonus efficiatur tam scripturis, quàm Augustini doctrinæ repugnat. Ea enim propriè est gratia Christi, & gratia Novi Testamenti, quæ [c] aufert cor lapideum, & tribuit cor carneum: quæ operatur ipsum velle & perficere: per quam scribitur lex Dei in cordibus nostris [d] quæ facit ut faciamus, *non tantùm ut possimus facere, si velimus, quàm humiliter petimus in Oratione quotidiana dicentes Deo:* Fiat voluntas tua, *quam fideliter agnoscimus, quoties pro omni bona voluntate, & pro omni bono opere, Deo, tanquam vero & proprio Authori, gratias agimus. Non enim tantùm oramus Deum, ut possimus facere ejus voluntatem (quamquam quid vel hoc opus est, si omnes semper habent auxilium sufficiens ut possint?) sed ut faciamus: neque gratias agimus pro eo tantùm, quia dedit posse converti, ac bene operari posse (alioqui nihilo plus gratiarum deberet Deo conversus quàm non conversus, bene operans quàm non bene operans,) sed quia dedit ipsum converti, ac bene operari:* Ut sic [e] in omnibus Deus honorificetur, & qui gloriatur, in Domino glorietur, à quo est omne datum optimum, & omne donum perfectum; *cui nullum bonum nostrum à nobis auferri potest quod non ab illo acceperimus: dicente David:* Tua [f] sunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. *Quòd autem ad B. Augustini doctrinam attinet, quòd illi hæc sententia repugnet, & his & similibus, quæ prope sunt infinita, locis patere potest:* Certum [g] est

[a] Ubi supra.
[b] Marc. 14. Math. 20. Ad Heb. 2.

[c] Ezech. 36. ad Eph. 2.
[d] Jerem. 31.
[e] 1. Pet. 4. 2. Cor. 10. Jac. 1.
[f] 1. Paral. 29.
[g] De grat. & lib. arb. c. 16.

nos velle cùm volumus, sed ipse facit ut velimus, de quo dictum est, Deus est qui operatur in vobis & velle, *&* certum est nos facere, quando facimus: sed ille facit ut faciamus, præbendo vires efficacissimas voluntati, qui dixit, faciam ut in justificationibus meis ambuletis. *De natura & gratia capite* 32. Nullos videtur attendisse, cùm dixit, & ipse faciet, nisi eos qui dicunt, nos facimus, id est, nos ipsi nos ipsos justificamus. Ubi quidem operamur & nos, sed illo operante cooperamur. *Enchyridii* 23. Præcedit bona voluntas hominis multa Dei dona; sed non omnia. Quæ autem non præcedit, in iis est & ipsa. *De gratia Christi cap.* 14. Si omnis qui didicit, venit, profectò quisquis non venit, non didicit. *Et eodem lib. cap.* 24. Legant [a] & intelligant: intueantur atque fateantur, internâ atque occultâ, mirabili ac ineffabili potestate operari Deum in cordibus hominum non solùm veras revelationes, sed & bonas voluntates. *Eodem rursùs cap.* 25. Non solùm Deus posse nostrum donavit atque adjuvat: sed & velle & operari operatur in nobis. *Et omnium apertissimè c.* 47. *ubi distinguens hæc tria posse, velle, agere, id est possibilitatem, voluntatem, actionem, id tanquam componendæ controversiæ necessarium exigit à Pelagio, ut consentiat, non solùm impossibilitatem in homine, etsi nec velit, nec agat bene, sed ipsam quoque voluntatem & actionem, id est, ut bene velimus, & bene agamus (quæ non sunt in homine, nisi cùm bene vult, & bene agit) divinitùs adjuvari, ut sine illo adjutorio bene nihil velimus & agamus: eamque esse gratiam Dei per Jesum Christum Dominum nostrum. Et sanè totus ille liber hanc B. Augustini doctrinam singulis propè paginis exprimit & declarat. Jam si ex libro de correp. & gratia, de prædestinatione SS. & de dono perseverantiæ, & ex Epistolis* 105. 106. 107. *aliisque ejusdem contra Pelagianos editis opusculis producere voluerimus in hanc causam testimonia, nullus erit citandi finis. Cæterùm adjiciendus videtur unus ex D. Bernardo locus item aptissimus:* Cavendum, *inquit*, ne [b] cùm hæc invisibiliter intra nos ac nobiscum actitari sentimus, ea nostræ voluntati attribuamus quæ infirma est, aut Dei necessitati, quæ nulla est: sed soli gratiæ, quæ pleniùs ipsum liberum excitat arbitrium, cùm seminat cogitatum, sanat, cùm commutat affectum, roborat, ut perducat ad actum, fervat, ne sentiat defectum, sic autem illa cum libero arbitrio comparatur, ut tantùm illud in primo præveniat, in cæteris comitetur: ita tamen quòd à sola gratia cœptum est, pariter ab utroque perficiatur, ut mistim, non sigillatim; simul, non vicissim, per singulos profectus operetur, non partim gratia, partim liberum arbitrium, sed totum singula opere individuo peragant, totum quidem hoc, & totum illa, sed totum in illo, & totum ex illa, *sic Bern. Eandem hanc gratiam ipsum velle tribuentem humiliter & veraciter agnoscit illa laudatissima, & à multis piis & religiosis, in iisque nominatim Patribus Societatis Nominis Jesu, frequentata precatio sancti Thomæ Aquinatis* [c] *in qua Deo dicitur*, quod à me requiris ut faciam, tribue ut sciam, possim & velim; & da exequi, ut opus agnoscis. *Item, clarissimè idem sanctus Doctor scribens in cap.* 5. *Joan. & ad illud.* Nisi Pater traxerit eum; *& lib.* 3. *contra Gentiles capite* 79 *nec non in Summa* 1 2. *quæst.* 111. *art.* 3. *Cui Doctori suo atque ipsi veritati consentanea cùm scripsisset Cardinalis Cajetanus in illud* [d] *Matth.* 4. Venite post me, *& in illud* [e] *Luc cap.* 5. Surgens secutus est eum, *virgam iniqui censoris sui Catharini subterfugere non potuit, viri Doctorum judicio audentioris quàm doctioris.*

ASSERTIO IX.

Concomitans concursus specialis, seu supernaturalis, ita præparatus est peccatori, sicut concursus naturalis & generalis præparatus est Potentiæ Universali, verbi gratiâ, potentiæ videndi. Et infra; Deus non dat ipsa opera bona, nisi quatenùs per gratiam prævenientem dat nobis auxilium sufficiens, & paratus est dare concursum gratiæ concomitantis in actu secundo, si velimus.

CENSURA.

Concursus ille concomitans specialis, sive supernaturalis, quem ad instar concursus generalis, tanquam ab eo distinctum ponit, & peccatori præparatum esse vult ista assertio, neque necessariò ponitur, neque verè sufficit. Quare in eo quod addit, Deum non aliter dare ipsa bona opera, nisi quatenùs per gratiam prævenientem dat nobis auxilium sufficiens, & paratus est dare concursum gratiæ concomitantis in actu secundo, si velimus, rursùm tollit illam specialem *&* propriè dictam gratiam [f] Christi

a Similis est locus cap. 20. de præd. Sanct.
b Lib. de grat. & lib. arb. sub finem.

c Quæ incipit concede mihi quæso.
d In annota. adversùs Cajetanum, pag. 298.
e Oleast. in Gen. 31.
f Ezech. 36. Ephes. 2.

quæ secundùm Prophetam facit ut operemur, & de qua scribens Apostolus, creatos *nos dicit*, in operibus bonis, quæ præparavit Deus, ut io illis ambulemus: *quia secundùm alium Prophetam ipse* in nobis omnia operatur; *non* [a] *quocunque modo, sed propriè & per se, ut Canon Tridentinus testatur. Quæ proinde gratia : non*, si velimus, *sed* ut velimus *operatur, quomodò clarè dicitur in Arausicano concilio. Alioquin* [b] *quòd absit, fatendum erit, voluntatem bonam & opera bona magis propriè esse nostra, quàm Dei; & hominem peccatorem magis à se ipso converti, quàm à Deo; & suo arbitrio discerni, non dono Dei; ideoque in se ipso non minùs, immò verò & magis, quàm in Deo, de sua conversione posse gloriari, & quòd B. Celestini Pontificis verbis dicunt Tridentini Concilii Patres:* Tanram esse erga nos Dei bonitarem, ut nostra velit esse merira, quæ sunt ipsius dona, & pro his quæ largitus est æterna præmia sit donaturus, *hactenus tantùm verum esse, quia præter auxilium sufficiens, quod vocant, dat concursum gratiæ concomitantis, si velimus; non autem quia dat efficaciter ipsum velle, cùm in ipso voluntatis actu propriè sit ratio meriti. Quid autem de ea conditione*, si velimus, *senserit Augustinus, etiam ante exortam hæresim Pelagii, monstrant hæc ejus verba lib. 1. ad Simplicianum quæst.* 2. Illud nescio quomodò dicatur, frustra Deum misereri, nisi nos velimus. Si enim Deus miseretur, etiam volumus: ad eandem quippe misericordiam pertinet ut velimus; Deus enim est qui operatur in nobis velle & operari. *Idem verò postea multò clariùs hanc doctrinam asseruit, ut supra ostendimus. Unde & in libro de prædest. SS. ita ratiocinatur.* Quare [c] non eos docet? Si dixerimus, quia nolunt discere, respondetur nobis, & ubi est quod ei dicitur, Domine tu convertens vivificabis nos? Aut si non facit volentes ex nolentibus Deus; quid orar Ecclesia, secundùm præceptum Dei, pro persecuroribus suis? *Fulgentius* [d] *quoque ad istam quæstionem, cur non faciat Deus omnes velle, non aliud respondet quàm illud Apostoli:* An non habet potestatem figulus luti, *&c. Igitur* profunditas illius quæstionis, *ait* [e] *Prosper*, quam secundùm admirationem Apostoli impenetrabilem confitemur, per liberi arbitrii velle & nolle non solvitur: quia licet insit homini bonum nolle, tamen nisi donatum non habet bonum velle. *Porrò secundùm eum intellectum, qui hac assertione exponitur, fatendum erit quod Deus omnibus dat, etiam pessimis hominibus, & in malitia persistentibus, opera bona, iisque omnibus dat velle & perficere, & omnes omninò ad se attrahit, quia videlicet dat omnibus auxilium sufficiens, & paratus est omnibus dare concursum concomitantis gratiæ in actu secundo, si velint: quomodò Faustus olim Pelagianizans hujusmodi scripturas pervertendo interpretabatur, ut apud eundem videre est lib. 2. de gratia & lib. arb. cap. 17. sed hæc quàm sint absurda & à scripturæ sensu aliena, quis non videt?*

a Psal. 26. Can. 6. SS. 6.
b Can. 4. & 6.
c Cap. 8.
d Lib. de Incar. & Grat. Christ. c. 21.
e Lib. 1. de vocat. gentium, cap. ult.

ASSERTIO X.

Augustinus ubicumque dicit nos non tantùm gratiâ egere quâ possimus, sed etiam quâ faciamus, intelligendus est de supradicto concomitante concursu, quòd scilicet non possimus facere sine auxilio gratiæ concomitantis. Alioquin dictum ejus non esset universaliter verum. Nam ut faciamus non requiritur efficax excitatio, quæ volunratem infallibiliter determinet, qualis fortè fuit in Paulo, Magdalena, aliisque nonnullis, dùm converterentur, sed sufficit mulrò minor, quæ plenissimam relinquit libertatem.

CENSURA.

Hæc glossa prorsùs repugnat sententiæ Authoris, quam præter alia loca declarat apertissimè in libro [f] *de correp. & gratia, ubi distinguens inter gratiam ante & post lapsum homini datam:* Prima, *inquit* gratia est, quâ fit ut homo babeat justitiam, si velit, secunda verò plus potest, [g] quâ etiam fit ut velit. *Et infra*, nec de ipsa perseverantia boni voluit Deus Sanctos suos in viribus suis, sed in ipso gloriari, qui iis non solùm dat adjutorium quale Primo Homini dedit, sine quo non possint perseverare, si velint, sed in iis operatur & velle, ut quoniam non perseverabunt, nisi etiam possint, & velint, perseverandi iis possibilitas & voluntas Divinæ largitate gratiæ donetur. *Et iterum*: subventum est igirur infirmitati voluntatis humanæ, ut Divinâ gratiâ indeclinabiliter & insuperabiliter ageretur, & ideò, quamvis infirma non tamen deficeret, neque adversitate aliquâ vinceretur. *Et mox*, Forrissimo quippe dimisit atque permisit facere quod vellet: infirmis servavit, ut, ipso donante, invictissimè quod bonum

f Cap. 11.
g Cap. 12.

est

eſt vellent, & hoc deſerere invictiſſimè nollent. *Ex quibus aliiſque Auguſtini locis patet ita efficacem eſſe gratiam Chriſti, ut voluntatem hominis infallibiter, nullam tamen inferendo neceſſitatem, ad bonum determinet. A quâ quidem neceſſitate; nimiùm metuit aſſertor, quamquam nihil metuerit B. Auguſtinus, tametſi ei objiciente Pelagio, quod libertatem tolleret. At neque metuit S. Thomas, dùm parte primâ quæſt.* 105. *art.* 4. *docet*, Deum in noſtra voluntate operari, *pro fundamento illius doctrinæ collocans illud Apoſtoli*, Deus operatur in nobis & velle & perficere. *At neque metuendum ab ea neceſſitate putat inter recentiores R. P. Societatis Jeſu Theologus Benedictus Pererius, qui libro* 8. *de naturalium rerum principiis & aſſertationibus cap.* 8. *&* 9. *in ſumma poſtquam ſibi objeciſſet, ſi Deus ſemper actu concurrit effectivè ac determinativè ad quamlibet operationem noſtræ voluntatis, videri labefactari, immò funditùs tolli libertatem voluntatis: ita reſpondet, ut primùm doceat, hunc Dei concurſum eſſe omnino verum, certum & indubitatum, de quo fas non ſit Chriſtiano Philoſopho dubitare: deinde dicat*: Licet voluntas nihil operetur, niſi mota & determinata à Deo: quia tamen movetur à Deo convenienter naturæ ſuæ, & ut ſuâpte naturâ apta eſt moveri, id eſt, non neceſſariò, ſed liberè: ideò verè dicitur, veréque eſt libera. Si enim voluntas ita moveretur à Deo, ut ipſa ſe nullo modo moveret, & ad agendum determinaret, omnis profectò meriti ac demeriti, & libertatis ratio funditùs tolleretur. Sed quia Deus eam ſic movet, ut ipſa nihilominùs ſimul etiam ſeipſam moveat, ac per ſuam deliberationem ſe determinet ad agendum hoc vel illud quidpiam, ob eam cauſam meritò appellatur & verè eſt libera. Non enim intelligendum eſt voluntatem eſſe liberam omninò, ita ut à nullo pendeat, nullique ſubjiciatur: quomodò ſolus Deus liber eſt. Ratio enim cujuſvis creaturæ neceſſariam & inſeparabilem continet dependentiam ejus à Creatore, tam in exiſtentia, quàm in omni operatione. Ergo libertas (*ait*) noſtræ voluntatis ea eſt, quæ poteſt competere creaturæ: nempe quæ diſtinguit ac ſeparet voluntatem ab agente naturali. *Hæc ille. Quod ſi autem in Paulo, vel Magdalena, aliiſque dum converterentur, agnoſcitur illa efficax & infallibiliter voluntatem determinans per gratiam excitatio ſalvâ interim arbitrii libertate, ut agnoſcere videtur aſſertor; quid eſt, quod in cæteris eam negemus, & Auguſtini dicta, ut de Scripturis taceatur, in diverſos ſenſus adeò torqueamus violenter? Quod faciunt, qui prædictam B. Auguſtini diſtinctionem ita conantur ſalvare, ut dicant, eâ ratione nobis dare velle, quâ Primo Homini: quia ſcilicet dantur nobis crebræ excitationes internæ: & externæ, & ſingularis protectio, cura, &c. quaſi hæc Primo Homini defuerint, ad quem interiùs tentandum ne quidem acceſſum habere Diabolus potuit; vel certò omnia*[b] *hæc in unum collecta gratiam Primi Hominis æquent, nedum ſuperent, quod vult Auguſtinus; vel denique, his omnibus poſitis, ipſum velle in noſtro prorsùs non relinquatur libero arbitrio, ſicut & in Primi Hominis; aut ipſum velle per hæc tribuatur, cùm eſſe poſſint etiam nolente.*

ASSERTIO XI.

Quod dicit[c] Auguſtinus, iis qui non ſunt à perditionis maſſa ſegregati, non adhiberi dicta vel facta Divina per quæ poſſent credere, ſi audirent ea, vel viderent, cum grano ſalis accipiendum eſt, ut intelligantur non accipere actu ſecundo illa auxilia, cum quibus noverat Deus eos de facto convertendos: quod certiſſimum eſt de omnibus qui non convertuntur.

CENSURA.

Loquitur eo loco Auguſtinus de auxiliis externis, Ait enim, ſi congrua ſuis mentibus vel audiant verba, vel ſigna conſpiciant. *Quod ad ſenſum audiendi vel vivendi pertinet. Non ergo ſic accipi poteſt Auguſtini ſententia, quaſi velit ejuſmodi auxilia ſufficere cuiquam ad converſionem. Quamquam nec aſſertor ſentiat auxilia externa ſufficere. At neque Divinum illud munus intelligentiæ cujus ibidem meminit Auguſtinus, quo videlicet moveantur homines ad fidem, ſi congrua ſuis mentibus vel audiant verba, vel ſigna conſpiciant, æſtimari poteſt auxilium ad credendum ſufficiens, idque omnibus datum; tum quia naturaliter ineſſe hominibus, nec omnibus, ſed quibuſdam dicit Auguſtinus; tum quia apertè negat, Tyriis & Sidoniis ut crederent fuiſſe datum.* Sed quia, *inquit*, ut crederent non erat iis datum, etiam unde crederent eſt negatum, *Neque vult Auguſtinus id unde crederent non eſſe datum, hoc ſenſu, quia non*

[a] Similia leges apud R. P. Franciſc. Coſterum in controverſ. de lib. arb.

[b] Aug. de correp. & grat. cap. 12.
[c] de dono perſ. cap. 14.

est ab illis acceptum in actu secundo; sed quia simpliciter verum est, in Tyro & Sydone non fuisse factas virtutes, per quas erant credituri. Quare & proximè sequens Augustini sententia, qua dicit, quibusdam qui non sint à perditionis massa gratiæ prædestinatione discreti, non adhiberi vel dicta, vel facta Divina, per quæ possent credere, si audirent talia, vel viderent, similiter debet intelligi. Quam intelligentiam & ipsa verba manifestè requirunt. Quocirca ex hoc loco Augustini, inter cæteros manifestum est non omnibus dari sufficiens auxilium ad conversionem. Neque putandum est, omnibus, quibus externa hujusmodi auxilia ad conversionem desunt, adesse occulta, vel interna: quia via ordinaria & regularis, quâ Deus conversionem hominum procurat, est per externa dicta vel facta; ut quibuscunque hæc desint, illis interna adesse, prorsùs sit inopinabile.

ASSERTIO XII.

Ad illud quod ex cap. 6. de prædestin. SS. objicitur, ubi Augustinus docet, hunc nolle credere, quia ejus voluntas non præparatur à Domino; quod tamen erat necessarium ut credere vellet: Respondetur, valdè impropriè dici, quod is cui sufficienter proposita est fides, ideò nolit credere, quia ejus voluntas non præparatur à Domino.

CENSURA.

Non dicit eo loco Augustinus, hunc nolle credere, quia ejus voluntas non præparatur à Domino, quamvis verum sit, hoc esse necessarium, nempe voluntatem hominis à Deo præparari, ad hoc ut credere velit, idque eo loco ab Augustino sit significatum. Non enim quia rectè & convenienter dicitur. Hic vult credere, quia voluntas ejus præparatur à Domino; ideo consequens erit rectè quoque & convenienter dici. Hic non vult credere, quia voluntas ejus non præparatur à Domino. Cùm enim fidei donum sit indebitum, nullo modo causa infidelitatis in eum rejici potest, qui fidem non dedit, etiamsi absque eo haberi non possit. Porrò negari non debet, esse multos quibus sufficienter proposita est fides quoad æternam prædicationem & quascunque internas suasiones, seu excitationes ipsum voluntatis actum præcedentes, quibus tamen ex mente Augustini nondùm præparata est voluntas à Domino. Quòd omnes illæ sententiæ Augustini probant, quibus docet, ipsum credendi actum in cordibus hominum Deum operari. Hoc est opus Dei, *inquit Salvator*, ut credatis in eum [a] quem misit ille. *Quem locum tractans Augustinus, ait:* Non dicit, hoc est opus vestrum; sed hoc est opus Dei, ut credatis [b] in eum quem misit ille, ut qui gloriatur, in Domino glorietur. *Item, in Epistola ad Vitalem, inter alia scribit in hunc modum;* ut in Deum credamus, & piè vivamus, non volentis, neque [c] currentis, sed miserentis est Dei, non quia velle non debeamus & currere: sed quia ipse in nobis & velle operatur & currere. Unde & Dominus Jesus credentes à non credentibus, id est, ab iræ vasis vasa misericordiæ discernens, nemo, *inquit*, venit ad me, nisi fuerit ei datum à Patre meo. *Et postea inter eas sententias, quas scire se dicit; ad fidem rectam & Catholicam pertinere, has duas posuit postremas;* Scimus pro iis, qui nolunt credere, nos qui jam credimus, rectâ fide agere, cùm Deum oramus ut velint. *Et,* Scimus, pro iis qui ex illis crediderunt, tanquam de beneficiis, rectè & veraciter, & debere nos Deo gratias agere, & solere. *Quòd tamen ne libertati voluntatis videatur contrarium, hanc proximè præmiserat sententiam:* Scimus qui proprio corde credunt in Deum, suâ id facere voluntate ac libero arbitrio. *Et infra ex Orationibus Ecclesiæ validissimè vitalem coarguens,* Nunquid, *inquit*, orare prohibebis Ecclesiam pro infidelibus, ut sint fideles: pro iis qui nolunt credere, ut velint credere pro iis qui ab ejus lege doctrinâque dissentiunt, ut ejus legi doctrinæque consentiant, ut det illis Deus quod per Prophetam promisit, cor cognoscendi eum, & aures audiendi? Nunquid ubi audieris Sacerdotem Dei ad ejus altare populum hortantem ad Deum orandum, vel ipsum clarâ voce orantem, ut incredulas gentes ad fidem suam venire compellat, non respondebis, amen? *Ideo* nonnunquam, *ut idem subjungit egregius Doctor*, per orationem credentium nondùm credentes credere facit, ut ostendat quod ipse facit. Nemo enim est tam imperitus, tam carnalis, tam tardus ingenio, qui non videat Deum facere, quod rogari se præcipit, ut faciat. *Et mox:* Hoc & gratiarum actio indicat, quod oratio: oratio pro Infidelibus, gratiarum actio pro Fidelibus. Qui enim est orandus ut faciat, illi gratiarum actio reddenda cùm fecerit. *Verissimè igitur ab eodem alibi dictum est:* Cur [d] ille credat, ille non credat,

a Joan. 6.
b Tractat. 25. in Joannem.
c Epist. 107.
d In Epist. ad Six. 106.

cùm ambo idem audiant? &, si miraculum in illorum conspectu fiat, ambo idem videant, altitudo est divitiarum scientiæ & sapientiæ Dei, cujus inscrutabilia sunt judicia, & apud quem non est iniquitas, dum cujus vult miseretur, & quem vult indurat. *Quam de fidei initio, id est, primò credendi actu atque effectu, doctrinam ad corrigendum Massiliensium errorem etiam pleniùs efficaciùsque probat idem Doctor toto ferè libro de prædestinatione SS.*

ASSERTIO XIII.

Est quoddam perseverantiæ donum, consistens in quodam speciali auxilio & protectione, quâ Deus ita protegit & munit quosdam ut ferè indeclinabiliter & infallibiliter in gratia perseverent usque ad mortem: quod quibusdam conceditur, ut fortè Apostolis post acceptum Spiritum: & *ut in scholio additur*, iis qui dicuntur confirmati in gratia. Aliud est perseverantiæ donum, quod consistit in quodam auxilio & protectione, quâ Deus ita adest, ut possint in gratia perseverare, si velint. Et hoc donum est necessarium ad salutem, & datur omnibus justis immediatè in actu primo.

CENSURA.

Perseverantiam nec scriptura, nec Concilii Tridentini Patres, nec Augustinus, aliique Doctores, aliam agnoscunt, quam de qua dictum est. [a] Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit; *nec aliud in homine lapso perseverantiæ donum, quàm quo fiat ut usque in finem perseveretur. Quòd, ut habet Concilium* [b] *Tridentinum*, aliunde haberi non potest, nisi ab eo, qui potens est eum qui stat statuere, ut perseveranter stet, & eum qui cadit restituere. *De quo etiam Can. 16. ita pronuntiat*; si quis magnum illud usque in finem perseverantiæ donum se certò habiturum absolutâ & infallibili certitudine dixerit, nisi hoc ex speciali revelatione didicerit, Anathema sit. *Hoc igitur perseverantiæ donum omnibus & solis electis proprium esse constat, iis videlicet, qui Christo dati sunt à Patre, & pro quibus orat Patrem; ex quibus nullus omnino perit. Hoc singulare donum subditis suis à Domino suppliciter petebat Rex* [c] *David dicens*: Custodi in æternum hanc voluntatem cordis eorum, & semper in veneratione tui mens ista permaneat. *Hujusmodi autem nullum agnoscit hæc assertio, quandoquidem non ipsam perseverantiam, seu ipsum perseverare, sed tantùm posse perseverare Dei dono adscribit. Atqui posse perseverare non est perseverare, neque si detur posse perseverare, continuò datur & perseverare; immò ex eo ipso quo quis non perseverat, manifestum est eum non habuisse donum perseverantiæ, ait Prosper ad c. 7. Gallorum, post Augustinum initio lib. de dono persev. Quod ergo integro homini tribuit Augustinus perseverantiæ adjutorium in libro de corr. & grat. cap. 11. & 12. nimirùm ejusmodi, sine quo non posset & per quod perseverare posset, si vellet; hæc assertio lapsis tribuit; & quidem omnibus justis commune facit. Quod autem Augustinus secundùm Scripturam tribuit hominibus post lapsum erectis, atque in solis agnoscit electis: videlicet tale perseverantiæ donum, per quod non nisi perseverantes sint, ut cùm non perseverabunt, nisi possint & velint, perseverandi iis possibilitas simul & voluntas Divinæ gratiæ largitate donetur, & per quod ita subventum esse dicit infirmitati voluntatis humanæ, ut* Divina gratia indeclinabiliter & insuperabiliter ageretur; & ideo, quamvis infirma, non tamen deficeret, neque adversitate aliquâ vinceretur; *hoc inquam perseverantiæ donum hic non agnoscitur, sed excluditur potiùs, sicut id excludere volebant Massilienses, supradictam Augustini doctrinam carpentes, ut in Epistola ad Augustinum testatur Hilarius. Ad quam respondens Augustinus, idem illud perseverantiæ donum multò etiam copiosiùs apertiùsque asseruit in libro cui ab eo dono titulum indidit de quo etiam ita præclarè scriptum est à S. Thomâ Aquin* [d] Impossibile est hæc duo simul esse vera, quòd Spiritus Sanctus velit aliquem movere ad actum charitatis, & quòd ipse charitatem amittat peccando. Nam donum [e] perseverantiæ computatur inter beneficia Dei, quibus certissimè liberantur, quicumque liberantur, ut dicit Augustinus. *Cui simile prorsùs est illud Augustini in Psalm.* 84. Superbire non potest, cui Deus ostendit misericordiam suam. *Videri quidem potest Assertur priori distinctionis membro tale aliquod donum agnoscere: sed reverà posse perseverare etiam ibi donum Dei fatetur, dùm ait illud consistere in quodam speciali auxilio & protectione, quà Deus ita protegit & munit quosdam, ut ferè indeclinabiliter & infallabiliter in gratia perseverent usque ad mortem. Non enim hic ipsum perseverare Divinæ operationi tribuitur; sed tantùm*

a Math. 10.
b Sectione 6. cap. 13.
c 1. Paralip. 29.
d 2. 2. quæst. 24. art. 11.
e De dono pers. c. 14.

Deo tribuitur protectio quædam & munitio, quà quis ita protegitur & munitur ut ferè indeclinabiliter perseveret. Deinde hoc ipsum non vult Assertor nisi paucis admodum concedi, cùm alterum justis omnibus commune fecerit. Ubi est ergo illud peseverantiæ donum, quod omnibus & solis electis datur? Apparet autem Assertorem ex Catharini paradoxis hanc duplicis doni perseverantiæ distinctionem sumpsisse. Nam [a] *similiter ille duplex genus electorum, seu prædestinatorum commentus est. Ee eodem spectare videtur, quòd olim Pelagianorum nonnulli prædestinationem absolutam in solis Apostolis accipiendam esse dicebant, cæteris prædestinationem ex operum prævisione tribuentes, ut significatur in fine operis Hypognosticon apud Augustinum. Porro confirmatos in gratia sic, ut cadere non possint, hac mortalitate durante (nisi fortè alicui, quòd non negamus, eale quid speciali privilegio datum fuerit) nullos esse, satis ostendit illud* [b] *Apostoli :* Castigo corpus meum, & io servitutem redigo, ne fortè, cùm aliis prædicavero, ipse reprobus efficiar *: & illud quod omnes orare jubentur,* Ne nos inducas in tentationem. *Quamvis enim quibusdam fortè sua prædestinatio fuerit revelata, non tamen per hoc à tentationum periculis fuerunt exempti : quales profectò nullos agnoscere se Prosper apertè declarat de vocatione gentium, ubi exceptione de Christo factâ*, In cæteris, *inquit*, hominibus, donec caro concupiscit adversùs Spiritum, & Spiritus adversùs caroem, & dooec Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma, incommutabilis animi fortitudo non potest reperiri; cùm non hujus, sed alterius vitæ sit veræ pacis perfecta & secura fœlicitas. In præseotis ergo agonis incerto, ubi tota vita tentatio est, & ab insidianti superbia nec ipsa tuta est victoria, mutabilitatis periculo ooo caretur. Et licet innumeris Sanctis suis donet virtutem perseverandi usque in fioem Divina protectio, à nullis tameo aufert quod ipsis repugnat ex ipsis. *Et infra*, Meritò igitur ab iocipientibus noo solùm, verùm etiam à provectissimis Sanctis uoiformitet Domino supplicatur, & dicitur, Ne nos inducas in tentationem, sed libera nos à malo. *Sic ille.*

ASSERTIO XIV.

Indurati & excæcati habent sufficiens auxilium ex parte Dei ut convertaotur. *Et infra* : Omnes Infideles semper & ubique habent sufficiens auxilium ad salutem ex parte Dei.

CENSURA.

Rejicienda penitùs tota hæc assertio est, velut beneficio singularis illius gratiæ Christi, quæ non omnibus est communis, & tamen omnibus ad conversionem & salutem est necessariu, plurimùm detrahens. Nam neque induratus converti potest, [c] *nisi per gratiam auferentem cor lapideum, & tribuentem cor carneum, quàm utique quamdiù induratum est, non habet, neque excæcatus aspicere potest lumen veritatis, nisi per gratiam tenebras ejus illuminantem, & velamen de corde ejus auferentem, quam similiter quamdiù excæcatus est non habet. Neque infidelis quisquam credere potest, nisi per gratiam, qua cor ejus ex infidelitate ad fidem mutetur. Quam gratiam eum non habere, dum Infidelis manet, perspicuum est. Si ergo donum Dei nondum habet infidelis, quomodò dicendus est habere sufficiens auxilium ad salutem ex parte Dei, cùm absque dono fidei non possit esse fidelis? Quantùm autem tota hæc doctrina à sensu Scripturæ dissonet, satis ostendunt eu loca, in quibus legitur, quosdam non tantùm deseri à* [e] *Deo, ac* dimitti secundùm desiderium [f] cordis sui : *verùm etiam* obdurari, & excæcari, *ideòque*, quòd *ad præsentem eorum attinet dispositionem, credere & benefacere non posse : quosdam item* [g] traditos io passiooes ignominiæ, & in reprobum seosum. *Quibus quidem omnibus adhuc velle tribuere auxilium sufficiens ad conversionem & ad salutem ex paree Dei, nimis absurdum est : cùm ejusmodi dimissio, desertio, obduratio, excæcatio, & traditio significet auxilii necessarii negationem, vel substractionem. Deinde quomodo sufficiens ad salutem auxilium ex parte Dei, ne tum quidem deesse dicitur, quando ut aliæ Scripturæ testantur, ablatâ sæpe ac dirutâ maceriâ* [h] *protectionis Divinæ & inhibitis ad Dei mandatum nubibus gratiæ* [i] *cælestis, pluit super peccatores laqueos : cum mensa eorum sit iis in laqueum, & in scandalum : cum dorsum* [m] *eorum, ut fiant contra Dominum ipse semper incurvat, cùm denique fiunt viæ illorum tenebræ* [l] *& lubricum, & Angelus Domini persequens eos. Qui enim po-*

terit

a Lib. de præd. & altero de duabus scientiæ clavibus, sub finem.

b Thom. 3. par. quæst. 100. & in quæst. disput. qu. de lib. arb. Item Durandus in 3. distinc. 3. q. 4. & alii alibi. cap. 28.

c Ezech. 36. Psal. 17.

d 2. Cor. 3.

e Joan. 12. & 5.

f Hierem. 13.

g Rom. 1.

h Isayæ 59.

i Psal. 10.

k Psal. 68.

l Psal. 108.

m Psal. 14.

n August. & Remigius in Psal. 39.

rerit quis & in tenebris, & in lubrico, hoste à tergo prosequente, rectè ambulare? Rursùm si omnes semper & ubique habent hoc auxilium: ergo Adam & Eva præceptum Domini transgredientes, ne momento quidem caruerant beneficio Christi: & quod absurdiùs, nullo contemptu Christi & beneficiorum ejus poterit hoc ejus gratiæ beneficium à quopiam excludi, aut repelli. Ergo quotquot Christum & Discipulos ejus extremo odio & malitia sunt persecuti, beneficiorum Incarnationis & Redemptionis ejus fuerunt participes, eò usque ut hoc quod ex parte Dei haberent jam, eis ad salutem sufficeret. Quomodò è contrario [a] *testatur Synodus Tridentina*[a], *quòd etsi pro omnibus mortuus est Christus, non omnes tamen mortis ejus beneficium recipiunt, sed ii dumtaxat quibus meritum Passionis communicatur? Denique rursùm verbis Arausicani Concilii usa, Anathema in eum pronuntiat, qui dixerit, hominem sine præveniente* [b] *Spiritûs Sancti inspiratione, atque ejus adjutorio, credere, sperare* [c] *diligere, aut pœnitere posse, sicut oportet ut ei justificationis gratia conferatur. Quæ quidem Spiritûs Sancti præveniens inspiratio si putatur omnibus ubique & semper esse communis, jam nonubi, & cùm vult, sed semper & ubique spirat Spiritus Sanctus. Neque orandus erit Deus, ut Spiritûs* [d] *sui inspiratione præveniat, moveat & emolliat infidelium & induratorum corda, sed illi tantùm erunt monendi, ut Divinæ inspirationi consentiant & cooperentur: quandoquidem jam satis habent ex parte Dei unde credant, & convertantur. Fallitur profectò qui talem imaginatur statum cujuscunque peccatoris, qui, ut ait* [e] *Prosper*, priusquam à Dominatione Diaboli per gratiam Dei liberetur, in illo profundo jacet, in quod se suâ libertate demersit, amans interim languores suos, & pro sanitate habens quod ægrotare se nescit; donec prima hæc medela conferatur ægroto, ut incipiat nosse quod langueat, & possit opem medici desiderare, quâ surgat.

ASSERTIO. XV.

Omnia loca Scripturæ Sacræ, quæ significant impossibile esse quosdam converti, intelligenda sunt, ut impossibile accipiatur pro eo quod est valde difficile.

CENSURA.

Non est negandum, quin possine converti ad Deum omnes peccatores durante hâc vitâ; sed simul quoque fatendum est, nullum peccatorem converti posse, nisi per specialem Dei gratiam, seu speciale auxilium, quo voluntas ejus in bonum mutetur: quod auxilium non habet, nisi cùm actu convertitur. Nihil ergo repugnat, immò sanctorum Patrum expositioni congruit planè, impossibile in Scripturis propriè accipi, cùm dicitur impossibile esse quosdam converti aut corrigi; sed ita ut consideretur homo secundùm dispositionem & vires præsentes, quomodo ab Augustino [f] *dictum est*, Justus implet legem Christi per dilectionem, quam injustus implere non potest. *Et à Patribus Concilii Tridentini.* Jubendo monet Deus & facere quod possis, & petere quod non possis. *Quo* [g] *fit ut perperam asseratur omnia Scripturæ loca, quæ significant esse impossibile quosdam converti, sic esse intelligenda, ut* [h] *impossibile accipiatur pro eo quod est valdè difficile; cùm præsertim Salvator in Evangelio potiùs contra difficile pro impossibili videatur interpretatus; ubi quod difficile dixerat, quærentibus & admirantibus Discipulis, ita exponit, ut impossibile esse pronuntiet*: Dives, *inquiebat*, difficile intrabit in Regnum Cælorum; &, quàm difficile [k] qui pecunias habent, intrabunt in Regnum Cœlorum: *Deinde verò ait faciliùs esse camelum per foramen acus transire, quàm divitem intrare in Regnum Cælorum. Et* [l] *mox*, Apud homines hoc impossibile est, apud Deum autem omnia possibilia sunt. *Quo loco quin impossibile propriè accipiatur; nullum est dubium. Sed ita dixit Dominus impossibile apud homines, quomodo dixit* [m] *Apostolus* impossibile legi: *quia hoc quod utrobique impossibile dicitur, nisi Deo specialiter adjuvante fieri ab homine non potest, quemadmodum satis uterque locus declarat.*

ASSERTIO XVI.

Parvuli ex parte Dei habent sufficiens remedium contra peccatum, præsertim in nova lege. Nam Christus pro omnibus mortuus est, & pro omnibus instituit Sacramentum in remedium peccatorum, nemine excepto. Atque id, *quod in scholio additur*, ex Epistola Cypriani 59. satis apertè colligitur.

a Sess. 6. cap. 3.
b Sess. 6. can. 3.
c Arauf. can. 6.
d Hypognos. lib. 6. c. 4.
e Ad 6. cap Gall.

f Lib. 3. contra Cresc. cap. 4.
g Sess. 6. c. 11.
h Ex Aug. de nat. & grat. cap. 45. vide & Hier. in Epist. ad Ctesiph. c. 4.
i Matth. 19.
k Marci 10.
l Luc 18. Vide Hier. lib. 2. cont. Pelag. cap. 5.
m Rom. 8.

CENSURA.

Mors Christi & Sacramentum Baptismi, remedia sunt quæ sufficiunt saluti omnium parvulorum, nemine excepto. Sed non inde consequens est, omnes parvulos habere sufficiens remedium contra peccatum ex parte Dei. Quamvis enim paratum ac propositum sit tale remedium; non tamen ab eo rectè dicitur haberi, cui impossibile est illud applicari; impossibile, inquam, studio & industriâ humanâ. Multa enim tam ex parte Dei, quàm ex parte hominum requiruntur, eaque in parvulorum potestate non sunt posita, ut parvuli ipsi Christo commoriantur, & consepeliantur per Baptismum. Et [a] *tamen nisi hoc modo commortui & consepulti ei fuerint, nec Baptismus, nec mors Christi illis sunt remedio. Cyprianus autem in Epistola ad Fidum, non significat omnes parvulos habere sufficiens remedium salutis: sed dicit, neminem, cujuscunque ætatis hominem per nos à Baptismo & gratia Dei, qui omnibus & misericors, & benignus, & pius est, debere prohiberi. Hoc enim quod dicit*, nmnibus, *ad eam ætatem, non autem ad omnes in universum homines, videtur, referendum esse. Aut certè eâ ratione ait Beatus Cyprianus esse apud omnes unam Divini muneris æqualitatem, & Deum se omnibus ad cælestis gratiæ consequutionem æqualitate librata præbere parem, quod, ut dictum est, Sacramentum instituerit Baptismi, omnium saluti, etiam parvulorum, nemine excepto, sufficiens; quodque ministris*[b] *jusserit baptizare omnes. Illa enim est Cypriani in illa Epistola intentio, ut ipse etiam B. Augustinus* [c] *declarat, scribens ad sanctum Hieronymum in hæc verba.* B. Cyprianus nnn aliqu od decretum cnndens nnvum, sed Eeclesiæ fidem firmissimam servans, ad corrigendos eos qui putabant, ante octavum diem Nativitatis nnn esse parvulum baptizandum, mox natum ritè baptizari posse cum suis quibusdam Coepiscnpis censuit.

ASSERTIO XVII.

Quòd applicatin talis remedii Baptismi vel his, vel illis nb aliqua impedimenta occurentia fiat impossibilis, non est Deo imputandum, quia nnn nrdinat, ut nnn possit applicari, vel ut talia impedimenta occurrant, sed tantùm permittit secundùm cnmmunem eursum rerum, sieut permittit peccata.

a Vide Prosp. ad 8. c. Gallorum. Et ad cap. 4. in fine.
b Matth. 28.
c Epist. 28.

CENSURA.

Non rectè dicitur, Deum tantùm permittere, sicut permittit peccata, non autem verè ac propriè producere ea impedimenta, per quæ parvulis aliquibus impossibilis fiat applicatio talis remedii, v. g. Baptismi: præsertim cum absque omni culpa humana talia impedimenta eveniunt, ut fit in iis qui antequam nascantur, in utero moriuntur. Nam sicut, Deo volente, dum de absoluta ejus voluntate loquimur, alius baptizatur; ita, nolente eo, alius non baptizatur. Quod in parvulis sine Baptismo morientibus evidenter patet: quos non baptizari, & proinde non salvari dicit [d] *Augustinus*, non quia ipsi nolunt, sed quia Deus nnn vult. Neque enim, *ut idem ait lib. de dono* [e] *perseveran.* res humanas in parvulis non Divinâ Providentiâ, sed fortuitis agi casibus npinandum est, eùm ratinnales vel damnandæ, vel liberandæ sunt animæ; quandoquidem nec passer eadit in terram sine Patris voluntate, qui in Cælis est: aut parentum negligentiæ, sic tribuendum est, ut nihil ibi agant superna judicia. *Quæ* [f] *ipsa Dei judicia agnoscens inter recentiores R. P. Pelranus ita scribit*: Aliam hyperphysicam causam (nam phisicæ & liberæ itidem multæ existere possunt) assignare non possumus, cur infantium alii susceptn Baptismi Sacramentn extincti, Cælesti Beatitudine potiantur: alii ejusdem Sacramenti gratiâ frustrati in æternum exilium à Christi Regno proscribantur, quàm diversum Dei optimi maximi de his & illis eonsilium, diversumque, in hos & illos studium. *Sic ille. Constat autem & alibi sæpè parvulorum exemplum ad probanda inscrutabilia Dei judicia circa salutem & prædestinationem hominum ab Augustino, & post eum à Prospero & Fulgentio adduci reclamantibus licet primùm Pelagianis, deinde Massiliensibus, dum vel rationem reddere conati sunt, cur è parvulis unus assumatur, alter relinquatur, vel ut ait Hilarius Arelatensis in Epistola ad Augustinum,* [g] causam parvulnrum ad exemplum majorum afferri non patiebantur. *Et sanè periculosa est admodum ea opinio, utpote multùm Scripturæ dissona, & perfectissimæ causalitati ac sapientiæ Divinæ non parùm derogans, quam hic Assertor sequi videtur, Dei scilicet providentiam non immediatè extendi ad omnia & singula quæ-*

d Epist. 107. ad Vital. cap. 12.
e Vide & Aug. Ep. 105. & Prosp. lib. 1. de vocat. gen. cap. 22. & lib. 2. cap. 12.
f Lib. de satisfact. parte 10.
g Vide Prosp. in Epist. ad August. & Faust. lib. 1. de lib. arb. cap. 13.

cumque in rerum natura existunt & fiunt, peccato dumtaxat excepto: quasi hâc tantùm ratione Deus omnia agat, omnibusque provideat, quod rebus à se conditis indidit vires ac proprietates, per quas illæ deinde se moveant, suasque operationes exerceant, accedente tantummodò ipsius generali Dei concursu, quo res, ne in nihilum concidant, sustentet ac conservet. Aliud nobis Divinæ Scripturæ loquuntur, in quibus legimus, quod Deo cura est de omnibus: *quodque sapientia* [a] *Dei* omnia prospicit, attingens à fine usque ad finem fortiter, & disponens omnia suaviter: *&* omnia in mensura, numero, ac pondere disposuit, & omnia [b] operatur in omnibus, quòd Deus ei quod è semine nascitur, dat corpus, sicut voluit, *id est, sicut jam ante disposuit, &* unicuique seminum proprium corpus. *Quæ rursùm ita nobis commendant Dei providentiam, ut doceant ne volatilia, nec lilia horti, nec fœnum agri, nec pilos capitis ab ea exceptos esse.* [c] *Unde Augustinus lib. 5. de Gen. ad lit.* Quod ait Salvator, *inquit*, unum passerem non cadere in terram sine Dei voluntate, & quod fœnum agri post paululùm mittendum in clibanum, ipse tamen vestiat, nonne confirmat non solùm istam totam mundi partem rebus mortalibus & corruptilibus deputatam, verùm etiam vilissimas abjectissimasque ejus particulas Divinâ Providentiâ regi? *Et* [d] *Cyrillus in Thesauro*, Quod si putatis, *ait*, indecèns ad minima quæque providentiam descendere, erubescatis aliquantulùm, quæso audientes Christum: nonne duo passeres, *&c. Qui* [e] *& alibi proprium id naturæ Deitatis esse affirmat*, ut providentiâ suâ omnia contineat atque gubernet, res etiam dejectas atque minimas. *Dionysii* [f] *quoque generalis est doctrina in libro de Divinis nominibus, ubi agens de eo quod rerum omnium in Deo præexistant paradigmata, sive ideæ, asserit in Sacris Litteris*, ista paradigmata vocari prædestinationes, & Divinas ac bonas voluntates: *dicitque quòd eædem illæ* prædestinationes sint decretivæ, definitivæ, ac distinctivæ, atque etiam factivæ, secundùm quas Deus omnia quæ sunt, prædefinivit atque in esse produxit. *Deinde, ut perspicuâ ratione concludamus quomodò non est dicendum Deum omnia immediatè operari, qui non tantùm per essentiam & præsentiam, verùm etiam per potentiam omnibus intimè inest? aut quomodò non omnia in particulari præordinavit, si omnia immediatè operatur?*

ASSERTIO XVIII.

Omnes infideles semper & ubique habent sufficiens auxilium ex parte Dei, seu in actu primo. Si enim facerent quod in ipsis est, & quantùm possent secundùm præsentem dispositionem naturalem vel supernaturalem, quam habent, Deus illuminaret eos ut credere possent vel converti.

CENSURA.

De priori parte assertionis supradictum est, Quod autem attinet ad illud, facere quod in se est, *si sic intelligitur, ut si facere quod quis potest solis naturæ viribus sine gratia Dei: eo sensu non rectè dicitur, si homo faciat quod in se est, illum à Deo illuminandum ut credere possit vel converti. Nam sic gratia Dei homini secundùm quod conatur, facitque quod naturæ viribus potest, & aliquo saltem modo secundùm merita daretur (quod olim reprobatum est) nec ad occulta Dei judicia pertineret cur hic credat ille non credat: hunc Deus liberet, illum non liberet: quod vult Augustinus in Epistola 105. ad Sixtum,* [g] *& alibi: sed ipse se homo aliquo modo discerneret per id quod non accepit; quod negat Apostolus 1. Cor. 4. Notum quoque est illud* [h] *Prosp. quod* sine Dei gratia nemo currit ad gratiam. *Si verò dicitur homo facere quod in se est, dum facit quod est in ipsius potestate, secundùm quod motus est à Deo, quemadmodùm eam locutionem exponit Divus* [i] *Thomas in Summa: rectè dicitur hoc pacto homini facienti quod in se est Deum suâ gratiâ non defuturum; & omnis qui petit, accipit; & qui quærit invenit; & pulsanti aperietur. Neque eo modo sine gratia itur ad gratiam; quamquam petere, quærere, pulsare, atque omnino conari ad bonum salutare nemo potest, nisi per Dei gratiam hæc eadem in homine fiant, quemadmodùm clarè definitum est in Concilio* [k] *Arausicano can. 6.*

ASSERTIO XIX.

Qui invincibiliter ignorat fidem, tenetur ad præcepta naturalia, id est, ad Decalogum; ergo habet auxilium mo-

a Sap. 6. 7. 8 & 11.
b 1. Cor. 12. & 15.
c Matth. 6. & 10. 21. &c. Vid. & lib. 5. de civit. c. 11. & Ep. 106. ad Paulin.
d Lib. 5. cap. 2.
e Lib. 12. cap. 14.
f Cap. 5.

g Vide Aug. lib. 1. de peccat. merit. cap. 22. lib. de grat. & lib. arb. cap. 14. in Epist. 105. lib. 1. ad Simpl. in fine. Item Prosp. cont. Collat. cap. 4. 8. & seq. Et in carm de ingrat. cap. 17. S. Greg. hom. 19. in Ezech. A. Tiletanus p. 1. cont. Kemnitum fol. 250.
h Prosp. ad c. 6. Gal. & in carm. de ingrat. c. 25.
i D. Th. 1. 2. q. 106. art. 6. vide etiam Catech. Parochi in Titul. de grad. orationis
k Math. 7.

rale sufficiens ad illa explenda: quia Deus neminem obligat ad impossibile. Alioquin videremur accedere ad sententiam Hæreticorum, qui dicunt, per peccatum originale amissum arbitrium ad bonum.

CENSURA.

Habere infideles auxilium sufficiens morale ad impletionem Decalogi, usque adeò verum non est, ut nec fideles omnes id habere dicendum sit. Nam si haberent omnes peccatores, & fideles, non esset necessaria oratio quà peterent à Deo adjutorium ad ejus mandata implenda, Frustra enim petitur, ut habeatur, quod jam sufficienter habetur. Neque propterea quemquam ad impossibile obligari consequens est, quandoquidem auxilium illud ita in Divina bonitate præparatum est, ut nemini, sicut oportet petenti denegetur. Unde Prosper Cassiano similia objicienti respondens [a] *dicit:* homini dari præceptum, ut Divinum quærat auxilium. *Et alio loco:* imperantur, [b] *inquit*, ista homini, ut ex præcepto Dei, quo ei hoc quod accepit, indicitur, agnoscat, id se suo vitio perdidisse, & non iniquam esse exactionem, quia ad reddendum quod debet idoneus non est; sed à littera occidente refugiat ad Spiritum vivificantem, & facultatem quam ante non invenit in natura, quærat ex gratia. *Quare neque consequens, per peccatum originale amissum esse arbitrium ad bonum Mansit enim in homine post peccatum naturalis arbitrii facultas & ad bonum & ad malum flexilis. Nam* [c] *si ad bonum flecti non posset, nunquam se Deo adjuvante ad bonum inflecteret. Quod enim insanabile est, non sanatur: quale est liberum arbitrium in dæmonibus. At de hominibus dicitur à Sapiente Sap.* 1. sanabiles fecit Deus nationes orbis terrarum. *Verumtamen si nullo sensu dici posset amissum esse liberum arbitrium ad bonum non de eo post Augustinum dicerent Patres Arausicani* [d] *Concilii,* Quod amissum, nisi à quo potuit dari, non potest reddi. *Unde ipsa veritas dicit:* si vos filius liberaverit, tunc verè liberi eritis. *Cæterum videas Assertor quomodò non magis ex ipsius doctrina sit consequens, per peccatum originale amissum esse liberum arbitrium ad bonum, quæ putas, libertatem ad bonum in homine lapso salvari non posse, nisi perpetuò ei dicatur adesse sufficiens auxilium, quo adjutus* [e] *bonum eligere possit. Ex ea enim hypothesi manifestè sequitur, quòd prævenîendo beneficium Redemptoris (ad quod pertinere vult sufficiens illud auxilium) perierit homini per peccatum originis liberum arbitrium ad bonum. Bonum autem intelligimus* [f] *quod ad pietatem, sive ut Canon Arausicanus loquitur,* ad salutem pertinet vitæ æternæ.

[a] Cap. 6.
[b] In Epistola ad Demetriad. &c. 23. cont. Collat.
[c] Fulgent. de Incar. & grat. Christi, c. 22. 23. & 24. Prosp. ad object. 6. Vincent.
[d] Can. 13. lib. 14. de Civit. Dei, cap 11.
[e] Assertione 27. & 16.

ASSERTIO XX.

Sententia, quæ dicit, eos qui salvantur, non efficaciter electos ad gloriam ante prævisionem bonorum operum, vel applicationis meriti contra peccatum, videtur maximè probabilis. Tenent autem hanc sententiam omnes Patres Græci, adeò ut communiter dicatur sententia Græcorum, *Et in scholio*, Quamquam diversa sententia Augustino tribuatur, non puto tamen esse Augustini. Nam ubi hac de re loquitur, non exprimit utrum loquatur de immediata electione ad gloriam, an de mediata, quæ est ad gratiam. Item an loquatur de electione absoluta & efficaci, an de conditionata; id est, si gratiæ fuerint cooperati: quomodò intelligendas esse promissiones Divinas docet Tridentinum Concilium sess. 6. Quòd si tamen contraria sententia est D. Augustini, non admodùm referret.

CENSURA.

Doctrina illa, quæ negat efficacem electionem ad gloriam ante prævisionem operum, prorsùs improbabilis est, & noxii erroris periculo non caret, ut quà beneficium gratiæ & Redemptionis Christi non parùm obscuretur, quemadmodum ad primam assertionem declaratum est. Porro hæc de Græcis Patribus, quasi ad hunc modum sentientibus, objectio & à Massiliensibus olim mota est, qui, uti Prosper scribit ad Augustinum, ea quæ de Epistola Pauli Romanis scribentis ad manifestationem Divinæ gratiæ, prævenientis electorum merita, proferebantur, à nullo unquam Ecclesiasticorum esse ita intellecta *affirmabant. Cui objectioni, quia in libro de dono perseverantiæ satisfecit* [g] *Augustinus, ostendens & alios Insignes Ecclesiæ Doctores, & in iis græcum Gregorium Nazianzenum, tametsi sub aliis verbis ante exortam Pelagianam hæresim, eadem secum sensisse & scripsisse, nobis quoque satis id merito esse debet, præsertim hàc tanti Doctoris, alioquin in definiendo modestissimi tardissimique, auditâ sententiâ, quà eodem loco sic indubitanter & intrepidè pro-*

[f] Can. 7.
[g] Can. 18. & 19.

nuntiat

nuntiat, hoc scio, neminem contra istam prædestinationem, [a] quam secundùm Scripturas sanctas defendimus, nisi errando disputare potuisse. *Quod si Græcorum doctrina (qualis primâ facie legentibus apparet) hac in parte sequenda est, dicere quoque oportebit à libero arbitrio gratiam Dei præveniri; quod hæreticum esse constat. Cui tamen sententiæ in speciem admodùm faventia apud Græcos, præsertim Chrysostomum, loca reperiuntur, ut videre est apud Sixtum [b] Senensem in Bibliotheca sancta. Certè non dissimili exemplo Julianus Pelagianus, cùm de peccato originis quæstio versaretur, ad Orientales, id est, Græcos provocabat Episcopos, quod apud eos quæstione nondùm motâ, non ita expressa hujus dogmatis extare testimonia conspiceret. Sed cum doctè refellit Augustinus lib 1. eorum quos adversùs eum conscripsit. Quo tamen de sententia orientalis Ecclesiæ circa mysterium prædestinationis & gratiæ Christi non relinquatur dubitandi locus, primò adscribemus verba Petri Diaconi, qui cum aliis quibusdam in causa fidei ex Oriente Romam missus fuit circa annum Domini 500. in libello de Incarnatione & Gratia Christi hoc ipsum gratiæ Christi argumentum tractans, suæque & suorum fidei rationem exponens, inter alia ita scribie*; tunc etiam B. [c] Basilius, Cæsariensis Episcopus in Oratione sacri Altaris, quam pœnè universus frequentat Oriens, inter cætera dona, *inquit*, Domine virtutum ac tutamentum, malos, quæsumus, bonos facito, bonos in bonitate conserva. Omnia enim potes, & non est qui contradicat tibi. Cùm enim volueris, salvas, & nullus resistit voluntati tuæ. Eccè quàm breviter, quamque succinctè Doctor Egregius olim huic controversiæ finem posuit docens per hanc precem, non à se ipsis, sed à Deo malos homines bonos fieri, nec suâ virtute, sed Divinæ gratiæ adjutorio in ipsa bonitate perseverare. *Hactenùs ille. Quid autem aliud sibi volunt hæc Basilii verba, quàm prædestinari hominem absoluto decreto voluntatis Dei, & non ex prævisione operum? Quod autem pœnè universus Oriens in Oratione sacri Altaris frequentabat, hoc ipsum indubiè etiam credebat. Quam fidem satis evidenter ipse quoque Chrysostomus [d] hom. 12. in Epistolam primam ad Cor. tractans illud Apostoli*, quid habes quod non accepisti; *& ante eum Gregorius Nazianzenus (præter locum ab Augustino citatum) Oratione in novam Dominicam. Jam verò quid hac de re senserit Augustinus velle adhuc in dubium revocare, profectò nimiùm est pugnaciter agere. Quamquam hoc ipsum quod ait Assertor, eam sententiam, quæ prædestinationem tradit ex præscientia communiter dici sententiam Græcorum, satis eum monere debuerit de Augustini sententia. Nam si illa peculiariter sententia Græcorum vocatur; ergo diversa sententia Latinorum est. Si autem Latinorum, ergo vel maximè Augustini cujus inter Latinos in hoc argumento studium citra controversiam excelluit. Quod ad extremum addit Assertor*, non admodùm referre, etsi contraria sit Augustini, *non diceret, si cum universa Ecclesia agnosceret, quàm tum alibi, tum maximè in hoc argumento de gratia & prædestinatione deferendum sit Augustino, ut pote gratiæ Christi contra hostes ejus Pelagianos defensori præcipuo. Cujus hanc ipsam de gratia Christi doctrinam adversùs querelas Presbyterorum quorumdam Augustino, tanquam is n[illegible] a-rium in disputando modum excessisset, obloquentium, Celestinus Pontifex publico scripto commendare & approbare non [e] dubitavit*, evidenter pronuntians, *inquit Prosper*, quam sibi istius præsumptionis novitas displiceret, quia auderent quidam adversùs antiquos magistros insolenter insurgere, & indisciplinatâ calumniâ prædicationi veritatis obstrepere. *Qui tamen ipsi (ut idem Prosper scribit ad Ruffinum,)* non ignorabant Romanam Africanamque Ecclesiam, & per omnes mundi partes universos promissionis filios, cum doctrina illius tanti viri, sicut in tota fide, ita in confessione gratiæ congruere. *Quocirca rectissimè in eadem Epistola monet, Augustini libros legendos*, ut in confitenda Dei gratia defœcatissimam ac saluberrimam Evangelicæ atque Apostolicæ doctrinæ intelligentiam consequamur. *Cæterùm, quod habet Assertio, Tridentinum Concilium dicere, cum conditione esse intelligendas promissiones Divinas, nusquam id dixit neque sentit Concilium de hac promissione novæ legis, de qua dictum est*, [f] Dabo legem meam in visceribus eorum: & dabo vobis [g] cor novum: *&*, faciam ut in præceptis meis ambuletis: *& hujusmodi, non quod cooperatio liberi arbitrii non requiratur, sed quod hanc cooperationem ipsa etiam Divina promissio comprehendit. Facit enim Deus per gratiam suam ut faciamus. Unde de hoc promissionum genere apertissima est hæc Prosperi sententia libro primo de*

[a] Cap. 18.
[b] Lib. 5. annot. 101. & lib. 6. annot. 184. 251. 257. & 313.
[c] Petrus Diac. lib. de Incar. & Grat. c. 8.
[d] Vide eu[illegible] hom. 8. in 2. Epist. ad Tim. & Dionys. lib. de Divinis nom. [illegible] 5.
[e] Epistol. ad Episc. Gall. contra Collatorem in fine.
[f] Hierem. 31.
[g] Ezech. 36.

vocatione Gentium capite [a] *nono :* Manet prorsùs, & quotidie impletur, quod Abrahæ Dominus sine conditione promisit sine lege donavit : quia etsi quidam quibus hæc prædicata sunt, non crediderunt, incredulitas tamen eorum fidem Dei non evacuavit.

ASSERTIO XXI.

Deinde probatur aliis pluribus testimoniis : *Tene* [b] *quod habes, ne alius accipiat coronam tuam.* Ergo corona potest amitti. Cui respondet Augustinus cap. 13. de corrept. & gratia, Scripturam ita loqui, non quod possit amitti, sed ut homines sint in timore.

CENSURA.

Coronam amitti posse rectè ostenditur illo loco Apoc. 3. Intelligitur enim de ea quæ debetur præsenti justitiæ, non quæ electis est ab æterno præparata. Non enim potest mutari æternum decretum prædestinationis Divinæ. Rectè tamen [c] *Augustinus etiam perseveraturis, & proinde electis, hoc dici quod est in Apocal. significat, non quia perseverantiæ donum semel acceptum amitti, aut electio mutari queat, sed* ut omnes qui bene currunt, timeant, dum occultum est quò perveniant.

ASSERTIO XXII.

In statu innocentiæ sufficiebat homini ad salutem gratia, quâ poterat perseverare si vellet : Ergo & nunc.

CENSURA.

Idem hoc volebant Massilienses, quibus non placuit discrimen illud gratiæ, quod inter hominem lapsum & integrum posuerat Augustinus [d] *in libro de correp. & gratia capite 12. ut est in Epistola Hilarii ad Augustinum. Infirmitatem autem hujus argumenti prospiciet, qui legerit caput 11. & 12. libri memorati.. Certè bonum argumentum hoc ei videbitur fortè, qui status utriusque distantiam, & ortam ex peccato nostræ naturæ corruptionem non satis perpenderit. At non ita sanctus Augustinus, cujus ut unum ex multis testimonium ponamus, hæc apertissima verba sunt dicti operis cap. 12.* Primo Homini, qui in eo bono, quo factus fuerat rectus, acceperat, posse non peccare, posse non mori, posse ipsum bonum non deserere, datum est adjutorium perseverantiæ, non quo fieret ut perseveraret, sed sine quo per liberum arbitrium perseverare non posset. Nunc verò Sanctis in Regnum Dei per gratiam prædestinatis non tantùm tale adjutorium perseverantiæ datur, sed tale ut iis perseverantia ipsa donetur, non solùm ut sine isto dono perseverantes esse non possint : verùm etiam ut per hoc donum non nisi perseverantes sint.

ASSERTIO XXIII.

Si electio est ad certum gloriæ gradum, igitur omnia opéra justorum debent absolutâ Dei voluntate esse præordinata : nec poterunt aliter, nec aliud operari quàm sit à Deo præordinatum : quod est contra libertatem.

CENSURA.

Bona justorum opera, per quæ gloriam & certum gloriæ gradum consequuntur, absolutâ Dei voluntate esse præordinata non debet negari, quandoquidem sicut finem, id est, vitam æternam, ita & omnia media ad finem, cujusmodi sunt opera bona, Deus æterno suæ prædestinationis decreto, nullâ interpositâ conditione prævisi operis, electis suis præparavit, ut initio ostendimus, & aperta est Apostoli [e] *sententia quâ creatos nos esse dicit in operibus bonis, quæ præparavit Deus ut in iis ambulemus. Ex qua doctrina nequaquam consequens est, justos non posse aliter, nec aliud operari quàm sit à Deo præordinatum, si verba hæc capiantur in sensu diviso. Unde nec ullo modo tollitur, aut minuitur per hanc absolutam & certissimam Dei prædestinationem humani libertas arbitrii, nihilo magis quàm Divini. Quis enim negaverit, Deum sua ipsius opera absolutâ voluntate præordinasse, velut mundi creationem & gubernationem ? Et tamen fatendum est, juxta Catholicam fidem, eum summâ libertate operari quæcunque operatur. Nec verò nova est hæc à parte liberi arbitrii sumpta objectio. Nam etiam Pelagiani gratiam & Massilienses* [e] *ex libero arbitrio oppugnarunt. Et Faustus prætextu defendendi liberi arbitrii contra electorum prædestinationem disputavit. Quibus abundè ab Augustino, Prospero & Fulgentio,* [f] *aliisque responsum est.* Nimium verò ineptè, *ait Prosper*, nimiumque inconsideratè ab istis adversantibus, dicitur, quòd per hanc Dei gratiam libero nihil relinquatur arbitrio. *Et infra :* Nunc autem idem arbitrium

a Cap. 4.
b Apocal. 3.
c Sic August. de correpę. & gratia cap. 13.
d Cap. 12.

e Ad Ephes. 2.
f Petr. Diaconus in fine libri de Incarn. & Grat. Chr.
g In Epist. ad Ruff. vide etiam Fulg. de incar. cap. 20.

conversum est, non eversum; & donatum est ei aliter sapere, aliter agere, & incolumitatem suam, non in se, sed in Medico collocare. Proinde homo, qui in libero arbitrio fuit malus, in ipso libero arbitrio factus est bonus: sed per se malus, per Deum bonus, qui illum ita in initialem illum honorem alio initio reformavit, ut ei non solùm culpam malæ voluntatis & actionis remitteret, sed etiam bene velle, bene agere: atque in his permanere donaret. *Idem alibi libertatem quoad malum per gratiam in hac vita non tolli, sic breviter ostendit:* [a] Quia Deus ad obediendum sibi ipsum velle sic donat, ut etiam à perseveraturis illam mutabilitatem, quæ potest nolle, non auferat. [b] *Et Augustinus, ita inquit:* sine gratia Christi non potest vivi, ut & mors ea in potestate sit liberi arbitrii. *Porro sicut verissimè* [c] *dictum est ab eodem Augustino, paucos esse qui valeant intellectu penetrare, quomodò Deus per gratiam homines attrahat, & nihilominùs dimittat illos libero suo arbitrio, quem operationis Divinæ modum* [d] *alibi* mirabilem & ineffabilem *vocat: ita pauci sunt, qui capere possint, quomodò Deus ea quæ sunt in tempore ab æterno præordinaverit, nec tamen libertatem humanis actibus, nec contingentiam adimat cæteris quibuscunque effectis.*

ASSERTIO XXIV.

Martyria & afflictiones Sanctorum, quas patiuntur ab impiis, sunt excellentissima media salutis ipsorum: ergo etiam hæc ante omnem prævisionem erant præordinata: quod falsum est, quia Deus non erat author peccati.

CENSURA.

Ex eo quòd Martyria & afflictiones Sanctorum, quas patiuntur ab impiis, ante omnem prævisionem dicantur præordinata à Deo, nullo modo consequens est Deum esse peccati authorem. Neque interest, ut author alicujus dicatur, utrum ante prævisionem, vel post, intelligatur id à Deo esse præordinatum. [e] *Excepto ergo peccato, omnia in Deum authorem referenda sunt, etiam passiones & mortes Sanctorum. Nam* Dominus mortificat & vivificat*: Et*, vita & mors à Deo sunt, *&*, si erit malum in civitate, quod non fecerit Dominus. *Unde* [f] *Augustinus in lib. 83. quæstionum q.* 21. Deus, *inquit*, omnium quæ sunt author est quæ in quantùm sunt, bona sunt. *Et Anselmus in libro de concordia prædestinationis & præscientiæ,* [g] Omnis qualitas & omnis actio: & quidquid habet aliquam essentiam, à Deo est, à quo est omnis justitia, & nulla injustitia. Facit igitur omnia Deus, quæ justâ, vel injustâ voluntate fiunt, id est, bona opera & mala. In bonis quidem facit quod sunt, & quod bona sunt: in malis quod sunt, sed non quod mala sunt, *& quæ sequuntur. Quibus planè consentanea scribit inter hodiernos R. P. Franciscus Costerus* [h] *ex Societate Nominis Jesu Theologus in Enchiridio suo Controversiarum. Speciatim autem de traditione Christi in mortem, ejusque &* [i] *Martyrum passionibus similia tradit Augustinus, scribens in Psal.* 93. [k] *Notandum autem, simili ferè argumento Faustum olim conatum ostendere, quod non ex sola Dei destinatione parvuli, quos Herodes occidit, tam beatam mortem fuerint consecuti.*

ASSERTIO XXV.

Ad illud Ezechielis, [l] *Faciam ut in præceptis meis ambuletis*, &c. Dico ibi significari Deum daturum abundantiorem gratiam in nova lege, quàm in veteri, quâ fiet ut re ipsâ plures ambulent in lege Dei, quâm in lege veteri. Non ergo illud, *faciam ut ambuletis*, significat illum providentiæ modum per quem omnes infallibiliter servarent præceptum Dei.

CENSURA.

Nova & non ferenda interpretatio. Manifestè enim continet hæc scriptura promissionem novæ legis, sicut & illa Hierem. 35. dabo legem meam, *&c. Discrimen autem inter legem veterem & novam per se, non in eo est, quod sub veteri pauciores, sub nova verò plures ambulent in lege Dei (accidit enim legi veteri quod sub ea aliqui ambulent in lege Domini,* [m] *quandoquidem* nihil ad perfectum adducit lex, *neque ex lege justitia) sed quod lex vetus tantùm* in tabulis scripta fuerit, *lex* [n] *nova* in cordibus *scribatur. Unde dicitur eodem loco apud Prophetam*, Auferam à vobis cor la-

a Lib. 2. de vocatione gent. c. 28.
b Tract. 21. in Joan.
c Lib. 2. contra lit. Petil. c. 24.
d Lib. 1. de Grat. Christ. cap. 24. & de præd. SS. c. 20.
e Aug. tract. 1. in Joan. ad illud, sine ipso factum est nihil.

f 2. Reg. 2. Eccles. 11. Amos 3.
g Parte 1. sub fine.
h De lib. arb. ad 1. object.
i Vide & Bonavent. in Dist. 37. Vide & August. in Ps. 63. & tract. 7. in Joan. & Leon. serm. 1. de Epiph. Dom.
k Faust. 2. de lib. arb. c. 3.
l Ezech. 36.
m Ad Hebr. 7. ad Gal. 2. & 3.
n 2. Cor. 3.

dem ex Augustino verba Venerabilis Beda dicti loci Apostoli commentarium fecit, ut & post eum B. Anselmus. Hæc autem de reprobis, Deum ad tempus diligentibus, dici non posse perspicuum est. Unde rursùs eodem loco Augustinus, Sciens Apostolus nonnullos diligere Deum, & in eo bono non permanere usque ad finem, mox addidit; his qui secundùm propositum Dei vocati sunt. Hi enim in eo quòd diligunt permanent usque in finem; & qui ad tempus inde deviant, revertuntur ut usque in finem perducant, quòd in bono esse cœperunt. *Constans verò est in hac expositione D. Augustinus, ut patet operis citati cap. 7. lib. 2. contra duas Epistolas Pelag. cap. 2. & alibi.*

ASSERTIO XXVIII.

In his verbis, [a] *Jacob dilexi, Esaü autem odio habui*, per dilectionem non significatur efficax ordinatio ad gloriam, sed ad majora dona gratiæ, quæ non erant ex prævisis meritis. Quia enim ex Jacob nasciturus erat Christus, voluit illi Deus & ejus posteritati maxima signa dilectionis ostendere, quæ non ostendit fratri ejus Esaü; ita ut comparatione Jacob & Populi Israëlitici, Esaü & Idumæi possint videri odio habiti.

CENSURA.

Manifestum est, Apostolum Prophetæ testimonium adducere, ut ostendat non ex prævisis operibus, sed ex solo suæ voluntatis beneplacito Deum alios præ aliis ad salutem elegisse. Id quod verba ejus perspicuè docent. Cùm enim, *inquit*, nondùm nati fuissent, aut aliquid boni egissent, aut mali, ut secundùm electionem propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei, quia major serviet minori; sicut scriptum est, Jacob dilexi, Esaü autem odio habui. *Et mox*: igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei. *Et rursùm*, Ergo cujus vult, miseretur, & quem vult, indurat. *Quod probat subjecta figuli comparatione*; Annon habet potestatem figulus luti ex eàdem massa facere aliud quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam? *Hunc autem sensum verborum Apostoli non uno loco tradit* [b] *Augustinus, qui eadem illa verba tractans in Enchir. sic ait*; Qua in re si futura opera, vel bona hujus, vel mala illius quæ Deus utique præsciebat, vellet intelligi, nequaquam diceret, non ex operibus: sed diceret, ex futuris operibus, eoque modo istam solveret quæstionem. *Idem retractans libros ad Simplician. in quorum priore hunc totum Apostoli locum, qui est de vocatione secundùm propositum, exposuerat*; In ejus, *inquit*, quæstionis solutione laboratum est quidem pro libero arbitrio voluntatis humanæ, sed vicit Dei gratia: nec nisi ad illud potuit perveniri, ut liquidissimâ veritate dixisse intelligatur Apostolus, quis te discernit? Quid habes, quòd non accepisti? Si autem acceperis, quid gloriaris quasi non acceperis? Quod volens etiam Martyr Cyprianus ostendere, hoc totum ipso titulo definivit, dicens in nullo gloriandum, quia nostrum nihil est. *Sic Augustinus*, [c] *apud quem videre quoque est dicti loci Apostolici exactam tractationem, in Epistola ad Sixtum Romanæ Ecclesiæ tunc Presbyterum, postea Pontificem. Porro notandum, quod eundem hunc locum Faustus etiam lib. 1.* [d] *de libero arbitrio capite 6. dum gratuitæ prædestinationis doctrinam obscurare, immò evertere nititur, aliò prorsùs violentè detorsit, sensum afferens ex diametro cum scopo Pauli pugnantem.*

ASSERTIO XXIX.

Si Deus, prævisо originali peccato; absolutâ voluntate constituit hunc hominem excludere à Regno, vel admittere ad Regnum, ante omnem prævisionem operum: ergo nullis operibus bonis, vel malis poterit averti quod decretum est. Nam hæc suppositio Divinæ voluntatis facta est independenter à voluntate humanâ, ergo absolutè necessarium est, hominem damnari, posito quòd Deus illum reprobaverit, & speciali providentiâ procurare debebit ut in peccatis moriatur.

CENSURA.

Distinguendum est inter prædestinationem, & ejus executionem. Unde quamvis in Divina prædestinatione prior sit gloria quàm actus humani arbitrii, ideoque præordinatio gloriæ facta sit independenter à libertate humana: in executione tamen actus humani arbitrii prior est gloria: quæ proinde ab illo dependet, juxta illud, si vis ad vitam ingredi serva mandata. *Sed tamen hoc ipsum quod est servare mandata, cum sit homini eàdem prædestinatione à Deo præparatum ac provisum, ut medium ad salutem, non fit à libero arbitrio, nisi eo operante,*

[a] Ad Rom. 9.
[b] Cap. 98.

[c] Epis. 105. ad Sixtum.
[d] Lib. 1. de lib. arb. c. 6.

qui fecit in tempore quidquid præordinavit ab æterno. Reprobatio verò fit propter prævisum peccatum : quod quia per se sit sufficiens medium ad damnationem, non hic quæri debet specialis Dei providentia, quâ tale medium procuretur. Attamen nonerit consequens, etiamsi salus aut damnatio hominis quoad executionem non dependeret ab ejus voluntate, ob id absolutâ necessitate eventuram. Cujusmodi consequentiæ vitium manifestè patet in parvulis.

ASSERTIO XXX.

Numerus prædestinationis non est certus ex præordinatione quæ antecedit omnem præscieotiam operum.

CENSURA.

Certum esse apud Deum numerum prædestinatorum neque ait, neque negat Assertor. Quòd autem certum sit ex præordinatione omnem præscientiam operum antecedente satis initio, quantùm Censuræ brevitas patitur ostendimus. Et verò quid aliud quàm ex mera Dei præordinatione & voluntate pendere certitudinem numeri electorum (cui nec addi quisquam possit, nec auferri) significant hæ & similes [a] *Scripturæ*; Ut in errorem inducantur, si fieri potest, electi. Omne [b] quod dat mihi Pater, ad me veniet. Hæc est voluntas Patris, [c] ut omne quod dedit mihi non perdam ex eo. *Et rursùm*, [d] Nemo potest veoire ad me, nisi Pater, qui misit me, traxerit eum. *Et infra*, Propterea dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à Patre meo. *Item*, *Oves meas* nemo potest rapere de manu Patris mei. *Et*, vos non creditis, quia non estis ex ovibus meis. *Et alibi*, Non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi, quia [e] tui sunt. *Et apud Apostolum*, si Deus est pro nobis, quis coorra nos? Quis accusabit adversùs electos Dei? Certus sum quia neque mors, neque vita, poterit nos separare à charitate [f] Dei. *Et alio loco*, firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc, cognovit Dominus qui sunt ejus. *Certitudinis igitur hujus ratio est non in præscientia operis humani, sed in decreto & in promissione Divina; quia quæcumque Deus absolutè decrevit & promisit potens est & facere, & certissimè faciet.* [g] *Unde illa est aperta Augustini sententia* : Quoniam immutabilia sunt Divioa promissa, *ideò* prædestioatorum nemioem perire posse. *Quocirca non potest non peregrina, atque à Scripturarum & sanctorum Patrum, Augustini maximè, sensu aliena judicari hæc doctrina, quæ prædestinationem ejusque certitudinem pendere vult ex operum prævisione. Quam doctrinam, sicut & illam de sufficienti, quod omnibus adsit, auxilio, continent quidem apertissimè duo libri quos Faustus* [h] *edidit quondam de libero arbitrio. Ubi inter alia multa legitur illud huic Assertioni planè congruens*; Nisi præscientia exploraverit, prædestinatio nihil decerait. *Sed eos libros, ut sanæ doctrinæ contrarios, anathematizarunt olim Orientales, à quibus in causa fidei Romam missus fuerat Petrus* [i] *Diaconus*; *& cum aliis ejusdem authoris reprobavit* [k] *Gelasius Pontifex. Eosdem refutavit B. Fulgentius in eo opere, de quo Isidorus*; Legimus, *inquit*, ejos de [l] gratiâ & libero arbitrio libros responsionum septem in quibus Fausto Galliæ Regiensis Urbis Episcopo Pelagianæ pravitati consentieoti respondens, obnititur ejus profuodam destruere calliditatem. *De quo* [m] *& in vita ejus sic legitur*, duobus libris, quos Faustus Galliarum subdolo sermone composuit, favens occultè Pelagianis, sed Catholicus tamen volens videri ne occultum serperet virus, septem libris ipse respondit, plus laborans exponere, quàm convincere, quia dubios ejus sermones exponere, hoc erat delirantis argumeota coovincere. *Schismaticum autem & hæreticum simul authoris Spiritum indicat Epistola operi præfixa ad Lucidum Presbyterum, in cujus statim initio* summos Antistites, *id est*, *Romanos Pontifices taxat*, quasi à bonitate suspendere, quàm curare velint errantes. *Quare etiam atque etiam videant, qui novas ejusmodi assertiones proferunt, quosnam & quales suæ doctrinæ patronos venerentur. Nam in illis duobus Fausti libris tota ferè harum Assertionum doctrina ex professo traditur ac defenditur. Imposuit quidem nonnullis, etiam hoc sæculo, viris doctis Fausti profunda calliditas : sed id priusquam eis, quis & qualis fuerit Faustus*; *innotesceret. Et visa*

a Matth. 24.
b Joan. 6.
c Joannis 10.
d Joannis 17.
e Rom. 8.
f 2. Tim. 2.
g Lib 18. de civitate Dei, cap. 51.

h Lib. 3. c. 3.
i Petrus Diaconus in fin. lib. de Incar. & Grat. Christi.
k Cap. 5. Rom. Ecclesiæ.
l De viris illust. cap. 13.
m Cap. 56.
n Vide etiam Joan. Maxentium in resp. sua pro Monachis, cap. 18. ubi libros illos Fausti hæreticos pronunciat. Et Adonem in Chronico ad annum 490. Et Vincent. in speculo historiali lib. 20. cap. 106. Et Sixtum. Senensem 6. biblioth. sanct. annot. 251. ubi dicit Faustum tacito nomine scripsisse contra August.

fuie Erasmo, Pighio Catharino ad conciliandum cum gratia liberum arbitrium commodissima via, quam Faustus commonstrat, sed horum vel authoritas, vel doctrina, quanti in hoc genere sit facienda, non est obscurum: quia & alibi non leviter impegerunt.

ASSERTIO XXXI.

Quæ totius materiæ conclusio dicitur.

Hæc sententia de prædestinatinne & reprobatione, maximè consentanea est Divinæ bonitati, Scripturarum authnritati, Patrum testimoniis, & naturalis ratinnis æquitati, in nulla re omnino Pelagio savens, & quàm longissimè à senteotia Lutheri & Calvini, & reliquorum hæreticnrum nostræ tempestatis recedens à quorum sententia & argumentis difficile est alteram sententiam vindicare.

Maximè est consentanea Divinæ bonitati.

CENSURA.

Hoc quidem primà facie videri tuipiam potest, sed penitùs rem consideranti contrarium magis apparet, videlicet hàc doctrinà bonitatem Dei multipliciter obscurari. Primùm, quia sub ocrasionem sufficientis auxilii, quod omnibus etiam induratis & excæcatis semper & ubique adesse fingitur, gratiæ illius Christi, quæ propria est bonis, & doni perseverantiæ, quod proprium est electis, dignitas graviter læditur & minuitur. Deinde quia per eam excellentissimum & potentissimum Divinæ bonitatis opus, quod est peccaeoris conversio, non nisi secundùm auxilium illud omnibus commune, & nonnullas fortè prævias excitationes, Deo tribuitur authori: sic ut actualis ipsa, quæ fit in voluntate, mutatio, non sie dextræ excelsi, sed liberi tantùm arbitrii. Tertiò, quia orationes, laudes, gratiarum actiones, quibus maximè Dei erga nos bonitas agnoscitur & commendatur, magna ex parte evacuat atque evertit, docens hominem bonam, quà coram Deo justificetur ac salvetur, voluntatem à se ipso potissimè sperare, sibi gratiam habere, in seipso gloriari. Postremò, quia cum è tanto numero infidelium: quibus Evangelium non fuit annuntiatum, non nisi paucissimos aut vix ullos, per solum hoc, quod vocatur, sufficiens auxilium ad justitiam & salutem dici queat pervenire: sequitur illius occasione graviorem omnes eos qui non salvantur incurrere damnationem, propterea quod auxilio sufficienti oblato atque concesso non fuerint usi; qui profectò minus punirentur, si tale auxilium nunquam habuissent. Quà in re non jam bonitas Dei, sed magna severitas apparet.

Scripturarum authoritati.

Immò Scripturas in alienns, ineptos, Patribus incognitos, & Catholicæ doctrinæ parùm cnnseotaneos sensus detnrquet.

Patrum testimoniis.

Immò Patrum testimoniis, illnrum maximè qui contra Pelagianns atque eorum reliquias de gratia & prædestinatinne clariùs & accuratiùs scripserunt, admndùm dissentanea est.

Naturalis rationis æquitati.

Fallit humana ratin, si non authnritate Divinâ, fulciatur; eademque Pelagium fefellit; [a] & hujus sæculi Philosophis persuasit, ut dicerent se esse sapientes, & qunniam negare noo poterant se nnn à se ipsis factos homines, crederent, saltem ac dicerent se à seipsis, non autem à Deo, fieri bnnns. Sic eoim Philosophus & Orator Rom. quasi à cnmmuni Philosophorum nre; *virtutem*, inquit, *nemo unquam Deo* [b] *acceptam retulit. Nimirùm rectè. Propter virtutem enim jure laudamur, & in virtute rectè gloriamur. Quod non contingeret, si id donum à Deo, non à nobis haberemus.* En rationem humanam. Et mox; *Num quis, quod bonus vir esset, gratias Diis egit unquam? At quòd dives, quòd honoratus, quòd incolumis. Jovemque optimum maximum ob eas res appellant, non quod nos justos, temperantes, sapientes efficiat, sed quod salvos, incolumes, opulentos.* Et iterùm; *Judicium hoc omnium mortalium est, fortunam à Deo petendam, à seipso sumendam esse sapientiam.* Sic [c] Isocrates Philnsophus & Orator Græcus præstantissimus, *Quod à Deo datur, esse bonam fortunam dixit; quod à nobis ipsis, bonum consilium.* Sic & moralis ille [d] Poëta cecinit.

Sed satis est orare Jovem, qui donat & aufert,
Det vitam, det opes, æquum mi animum ipse parabo.

En quod persuadet, & quò perducit humaoa ratio lumine fidei destituta. Quare mirum nnn est, si & secretum illud gratuitæ prædestinationis Divinæ mysterium eidem corruptæ rationi humanæ videatur iniquum. De quo Phisnphus si intermgaretur, non aliud ex sua Philosnphia responderet, quàm prædestinari à Deo debuisse ad fœlicitatem ens, quos bene

a Ad Rom. 1. August. serm. 11. de verbis Apost. & serm. 38. de verbis Domini.
b Cic. lib. 3. de natura Deorum.
c In oratione ad Demonic.
d Horatius in Epistola ad Lolium.

justéque per suum liberum arbitrium victuros prævidisset tantùm, non etiam præordinasset, ac prædestinationis illius causam hanc esse prævisionem; ita enim naturalis rationis æquitatem postulare. Verùm huic corruptæ rationis æquitati ex adverso restitit Paulus inquiens; [a] *Nunquid iniquitas est apud Deum? O homo tu quis es, qui respondeas Deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quid me fecisti sic?* Et alibi; *O altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt judicia ejus, & investigabiles viæ ejus! Quis enim cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit? Aut quis prior dedit illi & retribuetur ei?* Restitit & cælestis Pater familias in Evangelio, cum ait cuidam: [b] *Amice non facio tibi injuriam: an non licet mihi quod volo facere? An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?* [c] Sicut enim in diversa causa non fuit iniquum idem judicium; sic nec in una atque eadem causa iniquum est judicium tam diversum, ut unus assumatur, alter relinquatur; unus misericorditer liberetur, alius justè damnetur.

In nulla re omnino Pelagio favens.

Immò sanè metuendum ne harum assertionum parens cum [d] Massiliensibus & Fausto (quibuscum adeò multa sunt ei communia) *quamvis Pelagium anathematizare non dubitet, damnatis tamen ejus sensibus plus satis appropinquet.*

Longissimè à Sententia Lutheri & Calvini, &c.

Et olim Pelagiani quàm longissimè à Manichæis recedere voluerunt, & à Sabellianis Ariani, & à Nestorianis Eutychyani, ac monothelitæ. Sic videlicet *dum vitant stulti vitia, in contraria currunt:* cùm potiùs audiendum esset illud Hilarii, [e] *Ne damnemus Patres, ne annuamus hæreticis, ne dum hæresim expellimus, hæresim nutriamus.*

A quorum sententiis & argumentis, &c.

Si Beati Augustini de gratia & prædestinatione sententia in eam vocetur suspicionem, quasi doctrinæ Lutheri, & Calvini, & reliquorum nostræ tempestatis hæreticorum faveat, aut certè difficile sit etiam doctis ab illorum sententia & argumentis ejus doctrinam vindicare: non ergo rectè Augustinum [f] tanquam *clarissimum & præcipuum Ecclesiæ lumen*, eumdemque *gratiæ Christi præcipuum atque optimum defensorem, semper venerata est atque etiam nunc veneratur Ecclesia.* Quin potiùs si ita res habeat, ab ejus librorum lectione, tanquam periculosa, procul arceri deberent fideles. Ita enim Massilienses olim de ejus opusculis quibusdam, ut apud Prosperum est, [g] verè sentiebant. Sed si indignum & prorsùs intolerabile est de tanto Doctore, præsertim post tam illustria Sedis Apostolicæ de eo ac totius Ecclesiæ [h] testimonia, tam malè suspicari: videatur etiam atque etiam quo loco sint habendæ, quæ ab ejus probatissima doctrina tam longè dissident assertiones. Illud etiam cogitetur, non semper veritati viciniùs esse, quod est in doctrina faciliùs. Alioquin enim in mysterio Sacrosanctæ Trinitatis Arius vel Sabellius: & in mysterio Incarnationis Nestorius: & in mysterio Sacri Altaris explicando Berengarius, Zuinglius, Calvinus, nobis potiùs sequendi essent, quàm Ecclesia Christi Catholica. Sanè difficultatem in materia gratiæ & prædestinationis semper Patres agnoverunt, eamque *vix paucis penetrabilem.* [i] Quæ tamen ab ipsis, dum contra Pelagium, ejusque sequaces scriberent, Deo juvante: non indoctè, neque infeliciter, cùm res tulit, explicata est. Quòd si ergo putat hujus novitiæ doctrinæ Assertor, vel quisquis similia cum ipso sapit, se rationem invenisse, quâ adeò facilè & ad captum multitudinis possit hæc gratiæ cum libero arbitrio concordia explicari, vel inde intelligat quàm non eadem doctrinæ viâ cum illis in hoc gratiæ & prædestinationis mysterio tradendo procedat.

De mandato Decani & Magistrorum Facultatis sacræ Theologiæ Universitatis Duacensis subscripsi Donatus BANSOIT *ejusdem Facultatis sacræ Theologiæ Bedellus & Notarius publicus. Anno millesimo quingentesimo octuagesimo octavo Jan. die vigesimâ.*

Subsignatum D. BANSOIT, *Notarius publicus & sacræ Facultatis Theologiæ Bedellus.*

Illi articuli à Lessio & Hamelio Socie-

a Rom. 9. & 11.
b Mat. 20.
c August. de dono persev. cap. 8. & Prosper lib. 1. de vocatione gentium, cap. 17.
d Cælestinus Papa in Epistola ad Episcop. Galliæ, c. 3.
e In fine libri de Synod.

f Rom. brev. in Ambros. Et Sixtus V. Papa in Bulla contra Geneth. edita.
g Contra Collator. in principio & in fine, & in Epist. ad Ruff. & præfatione ad capitula Gallorum, & responsione ultimâ ad excerpta Genuen.
h Cælestinus in Epist. ad Episcopos Gal. Gregor. lib. 8. Epist. 37. Hieron. in Epist. ad August. quæ incipit, Omni quidem tempore.
i Aug. 2. cont. lit. Petili. c. 84. de Grat. Christi, c. 24. & 47. lib. 4. contra Jul. c. 8. lib. 2. de pec. meritis c. 18. de prædest. Sanct. c. 8. & 10.

tatis

tatis *Jesu*, scripto traditi sunt Lovanii an. 1586. Censorium judicium Lovaniensis Academiæ in lucem editum fuit Parisiis an. 1641. in lib. qui inscribitur, *Somnium Hypponense*, tum in volumine quod inscribitur, *Florentii Conrii Hiberni*, *& Peregrinus Jerichuntinus*, in Bibliotheca Sorb. v. 8. 15 16. Præterea dictiones Lessii & Hamelii à Lovaniensibus Doctoribus reprehensæ describuntur in utraque historia Congregationum de Auxiliis.

Anno Domini 1588.

Kalendis Maii, judicium Theologorum Academiæ Moguntinensis de Sex Propositionibus controversis inter Doctores Academiæ Lovaniensis, & Societatis Jesu Theologos. Quæ sententia describitur in historia controversiarum de Auxiliis per *Eleutherium* p. 34. ibidem subjungitur judicium Theologorum Academiæ Trevirensis de Propositionibus quibusdam inter Theologos Lovanienses & Professores Societatis *Jesu* controversis. Tum pag. 35. Judicium Facultatis Theologicæ Academiæ Ingolstadiensis de prædictis Propositionibus. Hæ tres Academiæ, in quibus Jesuitarum Societas dominatum tenebat tunc temporis, ad suscipiendam defensionem Lessii & Hamelii excitatæ sunt.

Interea, Lovanii divulgata est, *justificatio seù defensio Facultatis sacræ Theologiæ Academiæ Lovaniensis contra Assertiones quasdam Professorum ibidem Societatis Nominis* Jesu, *de Scriptura Sacra, de prædestinatione & gratia Christi jussu Reverendissimorum & Illustrissimorum Belgii Episcoporum* anno 1588. Postea verò Parisiis an. 1641. Typis impressa fuit hæc defensio, quæ in Sorbonica Bibliotheca reperitur v. 8. 17. ad calcem notarum in Monomachiam, tum in Telleriana.

Anno Domini 1588.

Gregorius Papa XIII. ad Magistros Lovaniensis Academiæ misit compendium libri de emendatione Calendarii, ab *Aloysio Lilio* Mathematico conscripti. Sententiam duorum Lovaniensium Mathematicorum ad Summum Pontificem destinavit Universitas Lovaniensis studii.

Ludovicus *Molina* Societatis *Jesu* Eborensis Academiæ Professor, librum suum, qui inscribitur: *Concordia liberi arbitrii cum gratiæ donis Divinâ præscientiâ*. Olyssiponæ in lucem edidit, an. 1587. in 4°. idem liber cum annotationibus à Ludovico *Molina* adjectis editus fuit Antuerpiæ, anno 1595. tum inter Commentarios Ludovici *Molinæ* in 1. a. S. Thomæ. Controversias autem, causâ istius libri ortas inter Fratres Prædicatores & Theologos Societatis *Jesu*, vide in historia Congregationum de Auxiliis per Jacobum Hyacynthum *Serri* scripta, tum in altera historia Controversiarum de Auxiliis per Eleutherium, Antuerpiæ edita.

Anno Domini 1595.

Decretum Theologicæ Facultatis Salmanticensis Academiæ de Divinis auxiliis; quibus ad salutem pervenitur; jussu & mandato supremi Senatûs Sanctæ ac Generalis Inquisitionis in Hispaniarum Regnis editum 22. die mensis Junii.

Propositiones Facultatis Theologicæ Salmanticensis.	*Propositiones Molinæ ex libro* Concordiæ *edit. Antuerp.*.
I. PROPOSITIO.	*I. PROPOSITIO.*
SALMANTICENSES.	MOLINA.
Necessariò concedenda est Divisio gratiæ in gratiam excitantem & adjuvantem, sive auxilii in auxilium sufficiens & efficax.	*Sciendum est, nos non negare communem illam distinctionem auxilii sufficientis, in efficacem, & inefficacem pagina* 166. *Col.* 1.

II. PROPOSITIO.

SALMANTICENSES.

Necessariò confitendum est, auxilium efficax antecedenter se habere ad opus ordine naturæ & causalitatis.

II PROPOSITIO.

MOLINA.

In nostra sententia illud auxilium efficax dicitur, cum quo arbitrium pro sua libertate convertitur: illud verò inefficax dicitur cum quo arbitrium pro eadem sua libertate non convertitur, cùm tamen potuerit converti. ib.

III. PROPOSITIO.

SALMANTICENSES.

Necessariò confitendum est auxilium efficax antecedenter se habere ad opus, ordine naturæ & causalitatis.

III. PROPOSITIO.

MOLINA.

Influxus & motus Dei, qui gratiæ prævenientis dicitur, naturà & interdùm etiam tempore antecedit concursum liberi arbitrii: idque adeò certum est, ut contrarium, sit error in fide, pag. 173. col. 1.

IV. PROPOSITIO.

SALMANTICENSES.

Sicut ad actus naturales necessariò requiritur concursus Dei naturalis: ita ad actus supernaturales necessariò requiritur concursus supernaturalis.

IV. PROPOSITIO.

MOLINA.

Liberum nostrum arbitrium cum solo concursu Dei generali, nihil efficere potest commensuratum cum fine supernaturali; sed ad id omne indiget auxilio & ope supernaturali, pag. 19. col. 1.

V. PROPOSITIO.

SALMANTICENSES.

Liberum arbitrium nequaquam tribuit vim auxilio efficaci: sed potiùs auxilium efficax præstat vires libero arbitrio ad operandum.

V. PROPOSITIO.

MOLINA.

Arbitrium & influxus noster nullam vim conferunt gratiæ auxiliis: sed potiùs auxilia vim & propensionem arbitrio tribuunt ad consensum eliciendum, pag. 329. col. 1.

VI. PROPOSITIO.

SALMANTICENSES.

Dicendum est, ad effectum supernaturalem concurrere Deum & liberum arbitrium simul: Deum quidem principaliter, liberum verò arbitrium ut elevatum & adjutum à Deo.

VI. PROPOSITIO.

MOLINA.

Ex his deducitur, totum & singulas partes supernaturalis usûs liberi arbitrii habere duas causas liberas, & à qualibet earum tanquam à parte unius integræ causæ pendere. Prior ac præcipuus Deus est, qui per sua dona concursum & auxilia cooperatur totum illum bonum usum, & singulas illius partes: posterior ac minus principalis ipsum arbitrium quod libero suo influxu ad eundem supernaturalem suum usum & singulas illius partes cooperatur, pag. 351. col. 2.

VII. PROPOSITIO.

SALMANTICENSES.

Non constat, cum æquali omnino auxilio & æquali gratiâ, unum converti, & alium non converti.

VII. PROPOSITIO.

MOLINA.

Si in summo rigore sit loquendum, quando in duobus adultis dantur æqualia auxilia gratiæ prævenientis, non absolutè est affirmandum, cum æqualibus auxiliis unum converti, & alterum non converti: Etenim quando unus illorum pro sua libertate eorum convertitur, auxilium gratiæ habet in eo novum influxum gratiæ cooperantis cum ipsius arbitrio, quem non habet in alio, pag. 170. col. 2.

VIII. PROPOSITIO.

SALMANTICENSES.

Non requiritur major gratia excitans in eo qui convertitur, quàm in eo qui non convertitur.

VIII. PROPOSITIO.

MOLINA.

Quia molestum est loqui semper in summo rigore, quando in sequentibus dicetur unum cum æqualibus auxiliis converti aut salvari, quando alter neque convertitur neque salvatur; intelligendum id est, de Auxiliis gratiæ prævenientis, non verò de influxu illo gratiæ cooperantis justificationem ac salutem, pag. 171. col. 1.

IX. PROPOSITIO.

SALMANTICENSES.

Existente auxilio efficaci Dei, liberè concurritur ad actus supernaturales.

IX. PROPOSITIO.

MOLINA.

Ostendimus de fide esse, gratias prævenientes, etiam quando Deus per eas jam actu existentes liberum nostrum arbitrium excitat, nullam necessitatem libero arbitrio imponere, sed illi liberum esse, gratiæ jam existenti non consentire, pag. 150. col. 1.

Hæc Censura extat in libro cui titulus est Historiæ Controversiarum de Divinæ gratiæ auxiliis Authore Theodoro Eleutherio, *pag.* 129. *& seq.*

Anno Domini 1596.

Censura Complutensis Academiæ, data Kalendis Octobris.

HÆc universam de Christi gratia controversiam eo tempore agitatam ad tria capita revocat.

Primum est, *an existente æquali gratiâ vel auxilio in duobus, stare possit, ut unus convertatur, & alter non.*

Secundum, *an distinguantur gratia operans & cooperans, seu auxilium sufficiens, & efficax, & in quo differant.*

Tertium, *quo pacto se habeat ad nostrum liberum consensum gratia cooperans, vel auxilium efficax. Utrùm habeat de se quòd sit efficax, an verò dependenter ab actu nostro liberi arbitrii, & utrùm prædeterminet actum nostrum liberi arbitrii, vel è contra determinetur ab illo.*

De primo capite ita pronuntiat: suppositâ distinctione gratiæ habitualis & actualis, nam quælibet istarum suo modo dividi potest, in operantem & cooperantem, de actuali solùm nunc est sermo: habitualis enim non est ad propositum circa primum, aliud est, æquali existente omni gratiâ in duobus, unus eorum potest converti, alter non: aliud verò, æquali existente gratiâ præveniente in duobus, unus eorum potest converti, & alter non: aliud verò æquali existente gratiâ præveniente in duobus, unus eorum potest converti, & alter non. Multùm enim differt inter has duas propositiones.

Et de prima non potest esse controversia inter Catholicos; sed illa est erronea, vel saltem errori proxima; quia necesse est in eo qui convertitur aut vivificatur, præter vocationis gratiam, esse etiam gratiam coadjuvantem, quæ non est in eo qui non convertitur. Aliàs ille qui convertitur & justificatur, discerneret seipsum per actum liberi arbitrii, ab eo qui non convertitur, vel justificatur contra illud Pauli I. ad Corint. cap. 4. Quis te discernit.

Quoad alterum caput, varias PP. Societatis ac Prædicatorum sententias refert, quarum nullam Censurâ dignam existimat, id tamen observatione dignissimum, quod priorem sententiam quibusdam dumtaxat è Societate recentioribus tribuit: *ex Religiosis, inquit*, Societatis Jesu quidam recentiores, affirmant quòd eadem gratia, quæ est præveniens & excitans fiat adjuvans, cooperans & efficax propter novum *supernaturalem ejusdem gratiæ, ad nostrum consensum simul cum libero arbitrio concursum.*

Prædicatorum verò doctrinam inter Doctores communiorem judicat. *Alii*, inquit, *multi ex Dominic. & magis communiter Doctores affirmant, ad hoc ut gratia excitans fiat efficax, necessarium esse novum & distinctum auxilium Dei speciale, quod propriè dicitur efficax, sive illud se habeat per modum principii activi, simul cum voluntate creata, ad nostrum consensum, ut quidam asserunt: sive ut alii volunt, per hoc quod illud auxilium sit ipsamet motio actualis nostræ voluntatis, quatenus à Deo supernaturaliter operante dependet.*

Similiter quoad tertium caput utramque Jesuitarum ac Prædicator. doctrinam probabilem pronuntiat. Nihilominus, expositâ recentiorum, ut vocat è Societate sententiâ, quâ efficaciam gratiæ ex

liberi arbitrii conseosu suspendunt, ita concludit.

Hic modus dicendi probabilis est, dummodò Authores istius sententiæ non asserant taliter dependere efficaciam Divini auxilii ex nostro consensu, ut solùm ex majori conatu nostri liberi arbitrii, secundùm naturales vires, possit esse actus meritorius, vel dispositio ad majorem gratiam. Nam talis propositio quantùm ad hoc singularis est, & occasio errandi.

Subscripserunt Theologi in hunc modum.

Doctor Franciscus *Martines.*

Doctor de la *Camati.*

Doctor Ludovicus *Montesino.*

Doctor Ludovicus *Detena.*

Doctor *Gonçales.*

Doctor Innocentius *Pardos.*

Doctor Alvarus *Villegas.*

Doctor Hieronymus *Ruis.*

Anno Domini 1597.

GEoeralis Inquisitor fidei in Hispania jussis Clementis Papæ VIII. obsequens, Censoria Judicia Academiarum, Episcoporum, ac Theologorum Hispaniæ de Controversiis inter Fratres Prædicatores & Theologos Societatis Jesu agitatis, Romam deferenda curavit. Hâc de re viginti supra unum scripta ad Summum Pootificem translata fuisse dicuntur in Historia Congregationum de Auxiliis per Eleutherium lib. 2. cap. 26. pag. 179. Duodecim tantùm Censuras ex Hispania ad Clementem VIII. perlatas fuisse asseritur, quæ partim doctrinæ Ludovici Molina patrocinabantur, partim contraria erant, singulasque ibi exponit. Manuscriptum exemplum istorum monumentorum in Bibliotheca Fratrum Augustiniensium Romæ conservatur, unde exscribi velim ea, quæ non integra in utraque Historia Controversiarum de Auxiliis edita sunt.

FErdinandi de las Infantas Cordubensis tractatus de prædestinat. Parisiis editus an. 1601. inter libros reprobatæ doctrinæ à Magistro Sacri Palatii recensitus fuit anno 1605. nec immeritò. Non solùm eoim docet cap. 2. Deum omnes & singulos homines salvos fieri velle tam æquè, ut ex se in salutem neminis præ altero intendat, sed etiam sic addit. » Dicere quòd varia sunt auxilia, & illuminationes divinæ post peccatum, est quasi dicere, ipsam æternam lucem, Deum, « esse variabilem & mutabilem. Hic libellus in Bibliotheca Claromontani Collegii apud Patres Societatis Jesu Parisiis « conservatur. »

Anno Domini 1601.

HÆc assertio: non est de fide hunc » numero Papam, oempe Clemen. 8. » esse de jure Divino Summum Pontific. » in Academia Complutensi propugnata fuit à Gaspare Hurtado, Collegii maximi tunc socio, & primario artium regente. Proximè ante Melchior *Onnate* Societatis Jesu, in publicis Thesibus, Præside Ludovico *Turriano* ejusdem instituti, sic etiam compluti dixit: *De fide non est hunc numero hominem esse summum Pontificem.* Quantam offensionem illa propositio dederit, cùm in Hispania tùm in Italia, Didacus *Nugno* testatur in 3. p. S. Th. q. 20. à 3. diffic. 1. in Tribuoali Romao. Inquisitorum ista dictio improbata fuit. De hâc controversia apud Hispanos orta, cunsulatur historia Coogregationum de Auxiliis lib. 5. §. v. c. 4. tum altera historia Controversiarum de Auxiliis per Eleutherium, pag. 334. non soli Theologi è Societ. Nominis Jesu » io Hispaoiis dicebant, non esse de fide » huoc oumero Papam esse legitimum Pontificem. *Bannez* enim in 2. 2. q. 1. art. 10. ubi disserit de quinta proprietate Ecclesiæ, an sit visibilis, dubio 2. conclus. 5. in resp. ad secundum argumentum sic concludit (quapropter ad argumentum principale possumus respondere quartò, quòd etiam post Summi Poot. & Coocilii definitionem, solùm habetur ex humana prudentia & evidenti Inquisitione: aut etiam ex infusa prudentia, cui potest subesse falsum speculativè; qoòd hic est Summus Pontifex, & quòd hoc est Concilium ritè congregatum & confirmatum.)

Sed paulò post in publicis Thesibus Clementi VIII. dicatis quas à discipulo quodam *Vallisoleti* defeodendas curavit, sententiam suam hâc de re sic explicat.

(Hunc autem singularem hominem, v. g. Clementem VIII. esse verè Christi Vicarium, tametsi non per se primò & immediatè per se fides credat. Tameo per se secundò tam firmum assensum efficit, ut qui id negaverit, vel in dubium practicè verterit! noo solùm ut valde temerarius & scandalosus, sed ut suspectus de hæresi, imò ot erraos contra fidem meritò puniretur.)

Septem Academiæ apud Germanos & Mussipontaoa

Mussipontana Lotharingiæ, tum Bononiensis Universitas in Italia, ab anno 1599. usque ad annum 1601. contra Physicam præmotionem & Divinas prædeterminationes humanæ voluntatis à Fratribus Prædicatoribus assertas, sententiam suam temerè enuntiarunt, & pro doctrina Theologorum Societatis Jesu suffragium tulêre, scilicet, judicium Universitatis Moguntinæ missum ad Clementem VIII. in historia Controversiarum de Auxiliis per Eleutherium, pag. 133.

Judicium Universitatis Herbipolensis, missum ad Clementem VIII. Ibidem p. 134.

Censura Universitatis Dilinganæ. Ib. p. 134. col. 2.

Censura Universitatis Ingolstadiensis. ibid. pag. 134. col 2.

Similiter censuit Universitas Viennensis, tum Græcensis, Trevirensis & Mussipontana. Ibid. pag. 134. col. 2.

Sed Jacobus Hyacynthus *Serri*, in sua historia Congregationum de Auxiliis lib. 2. cap. 4. hujusmodi judiciorum auctoritatem infirmat, quia non ab Episcopis, nec à Summo Pontifice hâc de re consulebantur illarum Academiarum Magistri; sed unâ parte rogante, immò postulante, sententiam suam protulerunt.

Scriptum Sacræ Theologiæ Doctoribus Universitatis Bononiensis à Patribus Societatis ad Censuram oblatum. In historia Controversiarum de Auxiliis per Eleutherium, pag. 135.

Judicium Doctorum Sacræ Theologiæ Universitatis Bononiensis de FF. Dominicanorum & Jesuitarum doctrina. Ibid. pag. 136. Col. 2.

Scriptum secundum Doctoribus Sacræ Facultatis Theologiæ Universitatis Bononiensis ad Censuram, propositum à Jesuitis. Ibid pag. 137. col. 2.

Judicium Doctorum sacræ Facultatis Theologiæ Universitatis Bononiensis de quatuor propositionibus sibi propositis. Ib

Anno Domini 1601.

Litteræ Cancellarii Universitatis Complutensis ad Cardinalem Pompeium Arigonium de lib. Con.

Illustrissime & Reverendissime Domine.

Cum acceperim ex litteris Doctoris Petri Michaëlis, Magistri hujus Academiæ, apud almam Urbem, librum Doctoris Molinæ è Societate Jesu (de Concordia gratiæ & liberi arbitrii) inibi in examine positum esse; cumque ex

mandato sanctæ Inquisitionis Hispaniarum, à doctissimis viris hujus Complutensis Universitatis magnâ & accuratâ diligentiâ, per longum tempus, maturo consilio, me præsente id præstitum sit, non sine libri approbatione; & adhuc de illo varii rumores sint: operæ pretium duxi Illustrissimam Dominationem Vestram de hâc re certam facere, tum ut pro bona existimatione hujus Academiæ, & doctissimorum virorum, qui huic examini interfuerunt, respondeam, quorum placita, si ii qui nunc librum perlegunt, attenti audirent, non dubito quin libenter acquiescerent, tum maximè ut auctoritati, & reverentiæ debitæ sanctæ Inquisitioni, quæ apud omnes in magno pretio esse debet, ut par est, consulerem. Valeas incolumis semper & Illustrissimam Dominationem Vestram ad perpetuam felicitatem precor Cœlestem Regem servet. Compluti die 22. Junii an. 1601. Illustrissimæ ac Reverendissimæ Dominationis Vestræ humilis servus Joannes NERONI.

Anno Domini 1602.

Litteræ Universitatis Complutensis ad Clem. VIII. Pont. de lib. Concordiæ.

Beatissime Pater.

Litteris Doctoris Petri Michaëlis apud Sanctitatem Vestram pro hâc nostra Complutensi schola accepimus, à quibusdam Sanctitati Vestræ fuisse relatum, Censuram de nonnullis Controversis propositionibus inscripti Patris Molinæ è Societate Jesu, Religiosis ejusdem Societatis vel dictantibus, vel instantibus, à nobis scriptam, subscriptamque fuisse. Cùm verò indignum sit, quæ nobis examinanda proponuntur, alieno calculo judicare, eorum præferrim, quorum res agebatur & causa, ut facti veritas innotescat, Beatitudini Vestræ testatum cupimus, prout præsentibus testamur, præscripto Senatûs sanctæ Inquisitionis in Regnis Hispaniarum supremi, per Doctorem Joannem Baptistam Neroni, hujus Collegiatæ Ecclesiæ Complutensis Abbatem, & ejusdem Inquisitionis Commissarium, nobis fuisse intimatum, ut sensum nostrum de veritate, vel nota prædictarum propositionum, & totius libri utilitate, pro rei gravitate, præmissâ diligentiâ aperiremus, indictasque fuisse pro secreti observatione Censuras *latæ sententiæ*; unusquisque igitur obedire paratus cœpit secum singula asserta me-

ditari, deinde pluribus diebus convenientes coram eodem Commissario tem latè discussimus: tandem post longam meditationem & disputationem, peculiarium sensuum examen & collationem de relatis Molinæ assertis, integroque libro judicavimus, prout in instrumento à nobis confecto, & propriâ manu subscripto continetur, quod per prædictum Commissarium eidem Tribunali Inquisitionis remissum est. Reliquis omnibus tam sæcularibus, quàm Religiosis ignorantibus prorsùs non modò Censuram judiciumque nostrum; sed etiam quid in tam frequenti Conventu nostro versaretur. Hic fuit Pater Beatissime, in illius authoris opere censendo ordo à nobis observatus: cujus nos, qui adfuimus Theologi, nunc verò Compluti superfumus, fidem facimus. Cæterùm non modò judicium illud nostrum, qualecumque sit, verùm etiam colla, & corda nostra Vestræ Sanctitatis pedibus submittimus, quos filiorum affectu, licet corpore absentes, sæpiùs osculamur. Misericors Deus Beatitudinem vestram diutiùs Ecclesiæ suæ servet incolumem, & susceptos pro illa instruenda regendaque labores, prout vota efflagitant, æternâ fœlicitate remuneret. Datum Compluti anno Domini 1602. Aprilis verò die 5a.

Beatissime Pater Beatitudinis Vestræ pedibus provoluti, eosdem supplices osculamur.

M. Petrus Capata Rector.
Doctor Della Camera.
Doctor Neroni Abbas.
Doctor Ludovicus Montesino.
Doctor Alvarus. Villegas.
Doctor in. Pardos.

Annó Domini 1602.

Litteræ Universitatis Hispalensis ad Summum Pontificem Clementem VIII. de libro Concordiæ.

SAnctissimo D. N. Clementi Papæ VIII. Consiliarii, & Professores Facultatis Theologicæ in Universitate Hispalensi, post humillima pedum oscula.

Beatissime Pater.

Cùm insignis hæc nostra Hispalensis Universitas, amplissimis istius Sedis, atque Regalibus Catholicæ, quoque Majestatis privilegiis ornata semper fuerit, eos sanè habuit tùm aliarum, tum præsertim Theologicæ Facultatis Doctores, & ordinarios Professores doctrinâ excellentes, qui operam in eo strenuè collocant, ut in Theologiæ controversiis illas partes tueantur, quæ cum sincera fide, & eâ doctrinâ, quæ sapientioribus Theologis frequentiùs, magisque probatur omninò consentiant: si quid magni hac in re momenti unquam intercedat dignum censent de quo ad istam Sedem veritatis ducem & luminis fontem continuò rescribant. Illud ergo nunc nostris Doctoribus non tantùm præter opinionem, sed cum omni admiratione accidit, quod à quibusdam Patribus Dominicanis primùm sparsum in vulgus, deinde in Gymnasia publica & studentium Conventicula irrepens, plurimorum animos sapientium, etiam omnium aures impleverit. Nimirùm Sedem istam suo judicio quidpiam jam censuisse, atque aliquâ notâ falsitatis affecisse nonnullas Theologicas assertiones Doctoris Ludovici Molinæ Societatis Jesu in eo libro, *qui de Concordia gratiæ & liberi arbitrii*, in Lusitania quondam editus nunc sapientum omnium manibus, & oculis fertur. Illum librum cùm nostri Doctores frequenter lectitaverint, evolverint, excusserint, dignum censuerint, cujus doctrinam ipsi haurirent, & suis auditoribus propinarent; in publicis disputationibus defendendam proposuerint, magno omnium sapientum consensu, magnâ docentium laude, & doctrinæ existimatione, ut quæ illis hactenùs procul dubio visa est, cum sacri Concilii Tridentini Decretis mirificè consonans atque sanctorum Patrum, Augustini præsertim sententiis bene munita, tunc etiam cum hominis libertate, cumque Dei gratia egregiè consonans. Cùm verò ab ista Sede nihil non solidum, nihil non verum, non modò constanter decerni, sed neque temuiter indicari possit, illud à Vestra Sanctitate summis precibus efflagitamus, ut antequam ad hujus controversiæ judicium ferendum accedat, velit hujus Universitatis & Theologiæ Professorum sententias, &, si opus eidem videbitur, peculiarem hujus libri, & omnium in illo contentorum defensionem magno studio & labore perfectam audire, istis incorruptissimis auribus non indignam; quam, cùm primùm Vestra Sanctitas annuerit, in urbem transmittendam curabimus. Enim verò ad rei Theologicæ, immò & fidei veritatem decernendam,

quod tanti negotii est, non inutile fuerit plurimorum, atque nostrorum Theologorum veritatis amatorum placita audisse, rationum momenta examinasse, ipsi verò Controversiæ honorificum; tandem non ingratum, ut speramus, Sanctitati Vestræ, cujus judicium certissimum nunquam falletur, nunquam fallet; fallereque aut falli nunquam poterit. Christus Jesus Sanctitatem Vestram suæ Ecclesiæ bono diutissimè servet.

Hispali, in sacello almæ Universitatis 15ª. die Januarii anni 1602.

Licentiatus Dom. Alphonsus Bravo de Sotomajor, Rector Collegii Majoris, & Universitatis.

Licentiatus Santius à Muxica Consiliarius.

Doctor Dom. Franciscus Bejerra Collega, Cathedræ Durandi Professor.

Doctor Alphonsus Perez Villacego, Collega, Consiliarius, primariæ Cathedræ Theologiæ Professor, Præses Facultatis.

Licentiatus Andræas Gamerus, Collega, Consiliarius.

Doctor Alphonsus Gamez de Mendoza, Cathedræ vespertinæ Professor Theologus.

Resolutio tredecim Professorum S. Theologiæ Universitatis Vallisoletanæ in favorem Doctrinæ Societatis.

Respondetur tantùm abesse quòd hujusmodi prupositio, *(efficatia gratiæ pendet ab innata libertate ,)* mereatur aliquam notam erroris vel temeritatis: quòd potiùs verissima sit, habeatque omnino verissimum, & Catholicum sensum, & omnino conformem iis, quæ dixit Sacrosanctum Concilium Tridentinum. Sessione VI. de justificatione cap. 5. Canone 4. ita censemus omnes Professores Theologiæ, qui subscribimus, salvo in omnibus sanctæ Romanæ Ecclesiæ judicio.

Doctor Joannes Garcia Coronel, primariæ Cathedræ Theol. Professor in Vallisoletana Academia.

Emmanuel de Rosas, Theologiæ Professor.

Gaspar Moro, Theologiæ Professor.

Magister Hieronymus Murio Theologiæ Professor.

Doctor Franciscus de Carthagena, Theologiæ Professor.

Franciscus Petrus Cortona Theologiæ Professor.

Joannes de Cartagena, Theologiæ Professor.

Lucas Carillo, Theol. Professor.

Franciscus de Galarca, Theologiæ Professor.

Joannes de Funez, Theologiæ Professor.

Joannes de Salas, Theologiæ Professor.

Joannes Sancius, Theologiæ Professor.

Franciscus Antonius Ordonnez sacræ Theologiæ Professor.

Anno Domini 1602.

Sententia in generali Congregatione Romanorum Inquisitorum lata, jussu Clementis Papæ VIII. contra temerariam dictionem quâ licere asseritur per litteras, seu per internuncium, absenti Confessario peccata sacramentaliter confiteri, & à Sacerdote absente absolutionem impetrare. In Bullario hoc Decretum extat inter Clementinas, num. 87. cui judicio Franciscus Suarez occasionem dedit quia in disput. 21. §. 3. de Sacramento Pænitentiæ illam opinionem Disciplinæ Ecclesiæ contrariam tradidit.

Anno Domini 1602.

Die 21. Augusti Clementis Papæ VIII Bulla proprio motu emissa adversùs scripta Caroli Molinæi quem hæreticum vocat. Hanc Bullam reperies ad calcem indicis librorum prohibitorum & in selecta Bibliotheca Antonii Possevini.

Anno Domini 1603.

Congregationes in quibus de Auxiliis Divinæ gratiæ inter Fratres Prædicatores & Jesuitas concertatio fuit, & magnâ contentione disputatum est coram Clemente Papa VIII. incœptæ sunt, & per tres annos continuatæ. Sed anno 1607. post mortem Clementis Papæ, Paulus V. Pontifex utrique parti silentium indixit, donec istæ controversiæ ab Apostolica Sede definirentur. Si quis harum disputationum historiam rescire velit, & quidquid in Congregationibus de Auxiliis gestum est, legat historiam Congregationum de Auxiliis à Jacobo Hyacintho Serri F. Prædicatore descriptam, tum alteram historiam Controversiarum de Auxiliis per Eleutherium Soc. Jesu. Antuerp. editum.

Liber Pauli Benii Eugubini de ratione dirimendi controversiam de efficaci Dei auxilio & libero arbitrio, in lucem editus est Patavii, an. 1603. Sed Magister Sacri Palatii lectione hujus libri interdixit, an. 1605.

Anno Domini 1606.

Primum Breve Pontificium Pauli Papæ V. ad Catholicos Angliæ adversùs jurisjurandi formulam à Jacobo I. Angliæ Rege præscriptam.

Dilecti Filii Salutem, & Apostnlicam Benedictinnem. Magno animi mœrore nos semper affecerunt tribulationes & calamitates, quas pro retinenda Catholicâ fide jugiter sustinuistis. Sed cùm intelligamus omnia hnc tempore magis exacerbari, afflictio nostra mirum in modum aucta est. Accepimus namque cnmpelli vos, gravissimis pœnis prnpnsitis templa hæreticnrum adire, cœtus eorum frequentare, cnncionibus illorum interesse. Profectò credimus procul dubio eos qui tantâ constantiâ atque fnrtitudine atrocissimas persecutinnes, infinitas prnpemodùm miserias hactenus perpessi sunt, ut immaculatè ambularent in lege Domini, nunquam commissuros esse ut cninquinentur cnmmuninne desertorum Divinæ legis. Nihilominus zelo pastoralis nfficii nostri impnlsi, & pro paterna snllicitudine, quâ de salute animarum vestrarum assiduè labnramns, cngimur mnnere vos, atque nbtestari, ut nulln pactn ad hæreticorum templa accedatis, aut enrum cnncinnes audiatis, vel cum ipsis in ritibus cnmmunicetis, ne Dei iram incurratis. Non enim licet vnbis hæc facere, sine detrimentn Divini cultûs, ac vestræ salutis. Quemadmndùm etiam nnn pnteſtis, absque evidentissima gravissimaque Divini hnnnris injuria obligare vns juramento, qund similiter maximo cum cordis nostri dolnre audivimus propositum vobis fuisse præstandum infra scripti tenoris, videlicet.

Formula juramenti fidelitatis.

Ego A. B. verè & sincerè agnosco, profiteor, testificor & declaro in conscientia mea, coram Deo & mundo, quod Supremus Dominus noster Rex Jacobus est legitimus & verus Rex hujus Regni, & omnium aliorum Majestatis suæ dominiorum & terrarum: & quòd Papa nec per se ipsum, nec per ullam aliam authoritatem Ecclesiæ, vel Sedis Romanæ, vel per ulla media cum quibuscumque aliis, aliquam potestatem nec authoritatem habeat Regem deponendi, vel aliquorum Majestatis suæ dominiorum vel regnorum disponendi vel alicui Principi extraneo ipsum damnificare, aut terras suas invadere authoritatem concedendi, vel ullis subditorum suorum, ab eo suæ Majestatis obedientia & subjectione exonerandi, aut ullis eorum licentiam dare arma contra ipsum gerendi, tumultus seminandi, aut aliquam violentiam, aut damnum Majestatis suæ personæ, statui, vel regimini, vel aliquibus suis subditis, infra sua dominia offerendi: Item, juro ex corde, quòd non obstante aliquâ declaratione vel sententiâ excommunicationis, aut deprivationis facta vel concessa, aut facienda, vel concedenda per Papam, vel Successores suos, vel per quamcumque authoritatem derivatam, aut derivari prætensam, ab illo seu à sua Sede contra dictum Regem Hæredes & Successores suos, vel quâcumque absolutione dictorum subditorum ab eorum obedientiâ; fidelitatem tamen, & veram obedientiam Suæ Majestati, Hæredibus & successoribus suis præstabo, ipsumque & ipsos totis meis viribus, contra omnes conspirationes, & attentata quæcumque, quæ contra personam illius vel illorum, contraque coronam & dignitatem, ratione vel colore alicujus sententiæ, vel declarationis, aut aliàs facta fuerit, defendam: omnemque operam impendam revelare & Majestati Suæ Hæredibus & Successoribus suis, manifestum facere omnes proditiones & proditorias conspirationes, quæ contra illum, aut aliquos illorum ad notitiam, vel auditum meum pervenerint. Præterea juro, quòd ex corde abhorreo, detestor, & abjuro, tanquam impiam & hæreticam hanc doctrinam & propositionem; quòd Principes per Papam excommunicati vel deprivati, possint per suos subditos, vel alios quoscumque deponi vel occidi.

Et Ulteriùs, credo, & in conscientia mea resolvo, quod nec Papa nec alius quicumque, potestatem habet me ab hoc juramento aut aliqua ejus parte absolvendi. Quod juramentum nosco rectâ, ac plenâ authoritate, esse mihi legitimè ministratum; omnibusque indulgentiis ac dispensationibus in contrarium renuntio: hæcque omnia planè, ac sincerè agnosco, & juro juxta expressa verba per me hic prolata, & juxta planum ac communem sensum, & intellectum eorumdem verborum, aliquâ ullâ æquivocatione, aut mentali evasione, vel secreta reservatione quâcunque. Hancque recognitionem, & agnitionem facio cordialiter, voluntariè & verè, in vera fide Christiani viri: item Deus adjuvet.

Juramenti damnatio.

Quæ cum ita sint, vnbis ex verbis ipsis perspicuum esse debet quòd hujusmodi juramentum, salvâ fide Cathnlicâ & salute

lute

lute animarum vestrarum præstari non potest cùm multa contineat, quæ fidei & saluti apertè adversantur. Propterea admonemus vos, ut ab hoc, atque similibus juramentis præstandis omnino caveatis, quòd quidem eo acriùs exigimus à vobis, quia experti vestræ fidei constantiam, quæ tanquam aurum in fornace, perpetuæ tribulationis igne probata est, pro comperto habemus, vos alacri animo subituros esse quæcunque atrociora tormenta, ac mortem denique ipsam constanter oppetituros, potiùs quàm Dei Majestatem ulla in re lædatis. Et fiducia nostra confirmatur, ex his quæ quotidie nobis afferuntur de egregia virtute atque fortitudine, quæ non secus ac in Ecclesiæ primordiis resplendet, novissimis hisce temporibus in Martyribus vestris.

State ergo succincti lumbos vestros in veritate, & induti loricam justitiæ, sumentes scutum fidei: confortamini in Domino, & in potentia virtutis ejus, nec quicquam vos detineat. Ipse autem qui coronaturus vos, certamina vestra in Cœlo intuetur. Bonum opus, quod in vobis, cœpit, perficiet. Nostis quia Discipulis suis pollicitus est, se numquam relicturum esse eos Orphanos. Fidelis enim est, qui repromisit. Retinete igitur disciplinam ejus. Hoc est radicati & fundati in charitate; quidquid agitis, quidquid conamini, in simplicitate cordis & unitate Spiritûs sine murmuratione, aut hæsitatione unanimes facite. Siquidem in hoc cognoscunt omnes, quia Discipuli Christi sumus, si dilectionem ad invicem habuerimus. Quæ quidem charitas, cùm sit omnibus Fidelibus maximè appetenda; vobis certè dilectissimi filii, prorsùs necessaria est. Hâc enim vestrâ charitate Diaboli potentia infringitur qui nunc adversùs vos tantoperè insurgit, cum ipsa contentionibus, atque dissidiis nostrorum filiorum præcipuè nitatur.

Hortamur itaque vos per viscera Domini N. J. cujus charitate è faucibus æternæ mortis erepti sumus, ut ante omnia mutuam inter vos charitatem habeatis. Præscripsit sanè vobis præcepta maximè utilia, de fraterna charitate vicissim exercenda, fœlicis recordationis Clemens Papa VIII. suis litteris in forma brevis ad dilectum filium Magistrum Georgium Archipresbyterum Regni Angliæ datis die quintâ Octobris 1603. Ea igitur diligenter exequimini, & ne ullâ difficultate, aut ambiguitate remoremini, præcipimus vobis, ut illarum litterarum verba àd amussim servetis, & simpliciter prout sonant & jacent, accipiatis, & intelligatis, sublata omni facultate, aliter illa interpretandi. Interim nos nunquam cessabimus *Deum* Patrem misericordiarum precari, ut afflictiones, & labores vestros clementer respiciat, ac vos continuâ protectione custodiat atque defendat, quos Apostolicâ Benedictione nostrâ clementer impertimus.

Datum Romæ apud S. Marcum sub Annullo Piscatoris 10. Kalend. Octobris 1606. Pontificatûs nostri an. 2.

Anno Domini 1606.

Die 22. Aprilis in generalibus comitiis Gallicani Cleri reprobata est quædam disceptatio: Jacobi *Lechassier* de antiquis & canonicis libertatibus Gallicanæ Ecclesiæ in patria lingua sic inscripta: *de la liberté ancienne & canonique de l'Eglise Gallicane.* Sylvanectensis Episcopus ad cœtum Gallicani Cleri de hoc sermone querelas detulit contra Jacobum *Lechassier* causarum patronum, propter ea quod Presbyteris secundi ordinis nimiam jurisdictionem ex Divino instituto attribuere videretur. Octo assertionibus hac de re censoriam notam inusserunt. Quas dictiones ut falsas, erroneas, hæreticas, Divino juri & canonicis decretis contrarias & impietatem redolentes proscripsere, sicut in verbalibus actis illorum comitiorum fertur, eademque sententia exscripta reperitur in libro cujus titulus est in Gallico sermone: *les Edits & Ordonnances des Rois de France... par Antoine Fontanon, Avocat en Parlement, revûs & augmentés par Gabriel Michel Angevin*, tom. 4. pag. 1287.

Antea autem Jacobi *Lechassier* provocatiu ab actionibus Sylvanectensis Episcopi, & à judicio comitiorum Gallicani Cleri ad Regem delata, anno 1607. & secretioris consilii Arrestum Jacobo *Lechassier* favens, ejusdemque defensio refertur, pag. 1282.

Anno Domini 1607.

Secundum Breve Pontificium adversùs supra dictam Formulam Jacobi I. Angliæ Regis.

Dilecti filii Salutem, & Apostolicam Benedictionem. Renuntiatum est nobis. Reperiri nonnullos apud vos, qui

cùm fatis declaraverimus per litteras nostras anno superiori 10. Kalend. Octobris in forma brevis datas, vos tutâ conscientiâ præstare nun posse juramentum, quod à vobis tunc exigebatur, & præterea strictè præcepimus, ne ullo modo illud præstaretis: nunc dicere audent per litteras de prohibitione juramenti, non ex animi nostri sententiâ, nostrâque propriâ voluntate scriptas fuisse, sed potiùs aliorum intuitu atque industriâ. Eâque de causâ iisdem persuadere nituntur, mandata nostra dictis litteris non esse attendenda. Perturbavit sanè nos hic nuncius, eòque magis, quia experti obedientiam vestram filii nostri unicè dilecti, qui ut huic S. Sedi obediretis, opes, facultates, dignitatem, libertatem, vitam denique ipsam, piè ac generosè nihili fecistis; nunquam suspicati essemus, potuisse vocari apud vos in dubium, fidem litterarum nostrarum Apostolicarum, ut hoc prætextu vos ex mandatis nostris eximeretis.

Verùm agnoscimus versutiam atque fraudem adversarii humanæ salutis: eique potiùs quàm vestræ voluntati tribuimus hanc renitentiam.

Ea propter iterùm ad vos scribere decrevimus, ac denuò vobis significare litteras nostras Apostolicas anno præterito 10. Kalend. Octobris datas de prohibitione juramenti, non solùm motu proprio, & ex certa nostra scientia; verùm etiam post longam & gravem deliberationem de omnibus quæ in illis continentur adhibitam, fuisse scriptas, & ob id teneri vos, illas omnino servare, omni interpretatione secùs suadente rejectâ. Hæc autem est mera, pura, integraque voluntas nostra, qui de vestra salute solliciti semper cogitamus ea, quæ magis vobis expediunt, & ut cogitationes & consilia nostra illuminet is à quo Christiano Gregi custodiendo nostra fuit præposita humilitas, indesinenter oramus. Quem etiam jugiter precamur, ut in vobis filiis nostris summoperè dilectis fidem, constantiam, mutuamque inter vos charitatem, & pacem augeat. Quibus omnibus cum omni charitatis affectu peramantet benedicimus. Datum Romæ apud S. Marcum, sub annullo Piscatoris 10. Kalend. Octob. 1607. Pontificatûs nostri, an. 3.

Hæc duo brevia extant tom. 7. operum Bellarmini. Coloniæ Agrippinæ, pagina 640. & 660.

Verumtamen Jacobus I. Angliæ Rex in sua admonitione ad Christianos Principes Londini edita, an. 1619. pag. 289 confitetur in illo jurejurando nihil enuntiari, *præter fidelitatis illius civilisque & temporalis obedientiæ professionem quam ipsa natura omnibus sub regno jacentibus præscribit.*

Consultatio Parisiensium Doctorum de illa Formula jurisjurandi in lucem edita est non semel & inter conclusiones & censuras sacræ Facultatis Parisiensis pro Regibus editas, an. 1720.

Anno Domini 1608.

Censura Catholica Colloquii Ratisbonensis Alphonsi Tostati Hispani Episcopi Abulensis.

Vita Alphonsi Tostati Episcopi Abulensis Hispani, Autore Baynero Bonosio Canonico Regulari Congregationis S. Salvatoris.

EX vetustioribus, quos è tenebris nostri in lucem revocarunt, nullus author omni sublatâ controversiâ extitit, qui sit cum eximio singulari ac planè Divino Tostato nostro comparandus. Is enim propemodùm puer Salmanticè liberalibus disciplinis traditus, ac in Collegium sancti Bartholomæi in lauro receptus, relicto mundo primùm in Presbyterum, deinde in Pontificis dignitatem Divinâ providentiâ assumptus, vix duos & viginti annos natus, tantam rerum omnium scientiam est adeptus, ut non solùm eorum, qui nunc sunt, antecellat gloriam; sed etiam antiquorum ferè omnium memoriam superaverit, usque adeò ut mirum sit, quonam pacto, tam exiguo, id est, quadraginta annorum, quo vixit tempore, inter publica, privataque negotia (erat enim Regis Consiliatius, Hispaniarumque major Referendatius) tanta percurrere, intelligere, meminisse, disputare, conscribereque potuerit, quanta certè nullus unquam ne legere quidem se posse confidat. Fuit cùm primis doctus vir acutissimo ingenio, judicio peracri, memoriâ profundâ & immensâ; & quod magis refert, insigni sanctimonia. Nulla ei artis ingenuæ cognitio defuit: omnes liberales disciplinas nullo adhibito Præceptore, & didicit & penitùs exhausit, Philosophiam, Theologiam, Pontificium ac Cæsareum jus ita com-

plexus est, ut in Salmanricensi Academia, in qua paulò ante didicerat; mox docuerit, essetque triplici stipendio conductus è publico, id quod ante eum, nec post adhuc nulli contigit. In Mathematicis versatissimus fuit. Omnium rerum gestarum ab orbe condito usque ad sua tempora cognitionem, memoriamque reservabat. Multa in Geographia scripsit; utriusque linguæ, Græcæ præsertim & Hebrææ peritiâ excelluit. Omnium denique scientiarum, doctrinarumque arca & emporium fuit. Et, quòd vix credi potest, ita in singulis doctus evasit, ut earum unicæ tantùm toto vitæ suæ decursu operam dedisse videretur. Tantâ viguit memoriâ, ut quos legisset libros nullo labore integros recitaret. Hinc ferunt, eum universorum Salmanticæ scholasticorum Abulensisque ditionis Sacerdotum, quorum infinitus quasi est numerns, eorumque qui semel adiissent non solùm nomina, sed gentem & fortunam retinuisse. Sed quid mirandum; cùm hæc summi ac præpotentis Dei munera fuerint singularia. Nunquam otiosus, nunquam inventus est. Jejuniis, vigiliis, orationibus semper intentus illustre sanctitatis omnibus exemplum præbuit. Virginem natum, Virginem obiisse affirmant: ita ut vetuit Beatus in Ecclesia Abulensi sub honorifico deposito veneretur, atque in sepulchro conditus per Populos, per Civitates, per omnium ora versetur.

Sunt ea quæ scripsit memoratu incredibilia. Incipit à Moyse, sacras percurrit historias, novam legem interpretatur; ac diligenter exponit. In his munitissima quæque in lucem pandit, abdita reserat, arcana revelat, errores confutat, falsa explodit, & gravissimo quodam stilo altas sublimesque sententias explicat.

Hebræorum Rabinorum scripta perlegit, & si quæ bona inerant excerpit, ac comprobavit; errores autem, deliramenta, somnia & superstitiones refellit & explodit: omnia sapienter, omnia integrè, omnia graviter tractavit. Et quanquam universa quæ scripsit ornatissima sint & exculta, enituit tamen majori quodam doctrinæ splendore, cùm de sacris Evangeliis egit tam multitudine quæstionnm, quàm sapientiæ profunditate. Tot tantaque præclara in easdem scripturas sacras edidit volumina, ac etiam ex variis materiis opuscula, ut sit incredibile dictu, tam brevi temporis spatio nempe decem & octo annorum, tam ingentem molem & dictasse, & propriis digitis scripsisse, quorum Catalogus inferiùs hìc describetur.

In editione autem operum, quæ jam extabant, quid præstiterimus, haud facilè referre possumus.

Primùm quidem sensus ac sententias multis in locis confusas ac depravatas, maximâ, quâ potuimus diligentiâ, ac studio reformavimus; deinde multorum Auctorum testimonia, Auctoribus ipsis, ex quibus desumpta erant, adhibitis restituimus.

Præterea annotationes marginales; quoniam nonnullæ superfluæ erant, quædam inutiles & vanæ, permultæ falsæ, & quòd magis refert, quàm plurimæ erroneæ ac temerariæ, ob idque ab Auctoris *mente, quæ semper pura, sancta & Catholica fuit*, prorsus aliena; magnâ ex parte recidimus, ac penitus delevimus, atque aliquantulùm earum loco, tum alibi adjectis, totum opus locupletavimus. Insuper cum in priori editione nulla ortographiæ, nulla interpungendi ratio habita fuerit, nullum adhibitum diphtongum, nihil quidem sine stomacho legebatur. Nunc verò multâ diligentiâ ac labore usi sumus, ut omnia, mendis omnibus sublatis rectè, emendatéque imprimerentur, quo totum opus suæ puritati, ac decori restitutum prodiret in lucem.

Demùm quòd ad indicem spectat, tantâ eum fœditate vitiorum reperimus, ut nullo neque in priore quidem editione usui esse posset; numeri enim citationum, ut sententiarum errata quibus scatebat, silentio prætereamus ita falsi, ac fallaces erant, ut decimum quemque fidelem si experiaris, certè non invenies, nunc emendatum, exornatum, & auctum tibi reddimus. Vale.

Super Genesim, liber unus quem scribebat anno 1436.
Super Exodum, libri duo.
Super librum Numerorum, libri duo.
Super Deuteronomium, liber unus.
Super Josue, libri duo
Super Judicum & Ruth, liber unus.
Super primum librum Regum, libri duo.
Super secundum, liber unus.
Super tertium, liber unus.
Super quartum, liber unus; hunc composuit anno 1446.
Super Matthæum, libri septem, quorum sextum anno 1446. *septimum vero* 1449. *edidit.*

Opusculorum, quæ jam excussa sunt.

Defensorium trium Conclusionum, quod emisit anno 1443.
Liber de quinque figuratis Paradoxis.
Libellus de sanctissima Trinitate.

Libellus ſuper ecce Virgo concipiet, *&c.*

Libellus contra Sacerdotes publicos concubinarios.

Libellus de ſtatu animarum poſt mortem.

Libellus de optima Politia.

Impreſſa ſunt anno 1507. *Venetiis*, ut videre licet in Bibliotbeca Geſneri, & iterum ibidem anno 1596. *tredecim juſtis voluminibus in folio: Philippo II. Hiſpaniarum Regi dedicata.*

I. BAVARICI.

Sacra Scriptura non eſt judex omnium Controverſiarum Fidei & Religionis Chriſtianæ, eſt quidem norma infallibilis, verùm nec ſola nec unica, ſed præter hanc neceſſariò admitti debent traditiones & Eccleſiæ definitiones, Doctorumque Orthodoxorum conſenſus.

Proleg. pag. 18.

PALATINI.

Verbum Dei, Prophetarum, Evangeliſtarum & Apoſtolorum ſcriptis comprehenſum, doctrinæ cultûs ac fidei Chriſtianæ, unicam, certam atque infallibilem normam regulam ac menſuram, cui propter ipſum Deum authorem per ſe fides habenda ſit, indubitanter agnoſcimus.

Proleg. pag. 19.

TOSTATUS.

Soli Sacræ Scripruræ & non alii adhibenda eſt fides firma ind. 177. f. *6.*

Sacra Scriptura omnes artes & negotia dignitatis altitudine antecellit; eſt enim *omnium certiſſima*. Proleg. in Gen.

Quæritur quare Chriſtus in omnibus iſtis tentationibus defendit ſe authoritate Scripturæ; nam in ſingulis allegavit aliquid contra Dæmonem, ut paret in littera (ſcriptum eſt, ſcriptum eſt, ſcriptum eſt) quia Chriſtus volebat reſpondere valde efficaciter Diabolo, ut ſe concluſum & confuſum videret: *Et quia nulla eſt major authoritas ſub Deo, quàm Sacræ Scripturæ*; qui per eam convincitur, *firmiſſimè* convincitur. Matth. 4 q. 28.

Authoritates Sacræ Scripturæ ſunt arma offenſiva, quia per ea invadimus hoſtes & *ſuperavimus*, quare tela vocantur. Gen. *9.* c. 1. E.

Si contingat quòd dicens talis ſit, qui errare non poſſit, ſcitur verum eſſe, quòd dicitur, neceſſariò non ex neceſſitate quam in ſe habet res geſta ſed neceſſitate conſequente; ſed iſte dixit, qui errare non poteſt, ergo neceſſe eſt verum eſſe, quod ille dixit: & iſto modo adhibemus fidem Sacræ Scripturæ. Nam licet contineantur in Sacra Scriptura multa hiſtorica, ut de creatione mundi & de diluvio & de diviſione linguarum, & de diviſione maris rubri, & tranſitu Jordanis, & ſtatione atque reverſione Solis, quæ non ſolùm, non habent cauſam ad hoc, quod probent, ſed etiam repugnant conditioni naturæ; quia tamen ſcripta fuerunt omnia hæc à Prophetis qui locuti ſunt per Spiritum Sanctum, adhibemus illis tantam fidem, ita ut dicamus, impoſſibile fuiſſe falſa ſcripſiſſe eorum autorem, quia aliàs Spiritus Sanctus mentiretur, per quem ſolum, & non per ingenium, nec per voluntatem humanam iſta ſcripta ſunt. Sic paret 2. Petri I. ſententia: *Non enim aliquando voluntate humanà allata eſt Prophetia, ſed Spiritu Sancto dictante, locuti ſunt ſancti Dei homines.* Et iſta eſt autoritas omnium librorum Sacræ Scripturæ, tam Novi quàm Veteris Teſtamenti, qui Canonici appellantur. Et de illis dicit Auguſtinus, quòd iſtis ſolis libris, qui Canonici appellantur, tantam novit fidem adhibere, ut credat Autores eorum non potuiſſe mentiri: in Epiſtola ad Vincentium Donatiſtam. Et paulò poſt: Quia Autor ſacræ Scripturæ eſt talis, qui mentiri non poteſt, ſcilicet Spiritus Sanctus. Aſſentimus iſtis, quia ſcimus Deum hæc & quælibet mirabiliora efficere potuiſſe. Defenſ. p. 2. cap. 18. In omnibus quæ fiunt ſemper oportet dare regulam, per quam ea quæ fiunt menſurentur: & ſicut regula debet eſſe *certiſſima*, ita debet conformari operatio illi, in quantùm poſſibile eſt, cùm ergo in omni *veritate*, *veritas Divina* ſit certior & immutabilior, ergo omnes aliæ debent regulari per illam, & in quantùm conformantur illi, ſunt veræ; in quantùm autem deviant ab illa, deviant à natura veritatis. *Sacra* autem *Scriptura veritas divina eſt*, ideò judicium noſtrum debemus regulare per illam applicando ad eam, non autem applicare legem Dei ad intellectum noſtrum; quia ſic peribit omnis cognitio veritatis, ceſſante certo modo cognoſcendi. Gen. p. 16. c. 4. f.

II. BAVARICI.	PALATINI.
Illud negamus omnia omnino quæ ad cultum Religionis, seu doctrinam spectant expressè in Scriptura sacra contineri pag. 112. Quis enim non audivit, jam sæpiùs à nobis negatum Scripturam, seu Scriptum Dei verbum esse systema illud perfectum, quod nempè perfectè & expressè contineat omnia omnino dogmata tam fidei quàm morum pag. 121. pag. 154. Nec ullâ ratione probari potest, quòd omnia omnino præcepta tam fidei, quàm morum Veteris Testamenti sint scripta, p. 139. de novæ legis præceptis id probari nunquam potest. *Ibid.*	*In verbo Divino omnia quæ nobis ad veram Dei & voluntatis Divinæ agnitionem, adeoque ad salutis æternæ consecutionem; nec non ad cultus Deo placentes necessaria sunt, sufficienter contineri minimè dubitamus.* *Quæcunque ad salutem scitu necessaria sunt, satis perspicuè & dilucidè, in utroque Novo præsertim Testamento, nobis ob oculos posita esse Dei beneficio agnoscimus p 20.*

TOSTATUS.

Fundamenta necessaria ad salutem, *tam in fide quàm in opere omnia* posita sunt per Christum & Apostolos ejus in scriptis, quæ reliquerunt, defens. p. 2. c. 53.

Sacra Scriptura *omnibus suis partibus perfectissimè* constat, ut nec additamentum, nec subtractionem patiatur. Iod. 177. c. 3. sacratissima Scriptura, quæ Spiritu Sancto dictante composita est, in omnibus partibus suis ita perfectissimè constat; quòd nec ei subtrahi nec addi conveniat, ut patet, Deut. & Apocal. ult. cap. præf. in Gen. p. 2.

III. BAVARICI.	PALATINI.
Præter Scripturam necessariò admitti debent traditiones & Ecclesiæ definitiones, Doctorumque Orthodoxorum consensus, pag. 18.	*Traditiones non scriptæ, quæ cultum spectant, ejiciuntur in sacris Litteris, pag. 93. Pii Reges, Principes & Sacerdotes tantùm ad verbum Dei respexerunt. pag.* 88.

TOSTATUS.

Super illa verba Deut. c. 4. Non addas nec detrahas quicquam.

HIc commendatur lex ex perfectione, quia perfecto, nec addi potest nec auferri debet, ut patet 2. Ethic. operibus bene se habentibus, dicunt, quod non est auferre nec apponere, sic Apoc. ult. c. quia tota revelationum series claudebatur, dicitur; si quis apposuerit ad hæc, apponet Deus super eum plagas scriptas in libro isto, & si quis diminuerit, auferet Deus partem ejus de libro vitæ in Civitate sancta. Quòd autem alicui Scripturæ Canonicæ nihil detrahi vel diminui debeat, manifestum est quia omnis Scriptura sacra Spiritu sancto dictante conscripta est ut 2. Pet. 1. *Omnis Prophetica Scriptura propriâ interpretatione non fit, non enim voluntate humanâ allata est aliquando Prophetia, sed Spiritu Sancto inspirante locuti sunt sancti Dei homines.* Qui autem aliquid de Scriptura tollit, ideò tollit, quia verum non esse putat, qui autem tale facit non solùm infidelis, sed etiam contra Deum præsumptor est: unde auferet Deus partem ejus de libro vitæ & Civitate sancta, Apoc. ult. quia Deo manifestè contradicere audet. Et sic Ariani raserunt de Evangelio Joan. 14. *Ego in Patre, & Pater in me est.* Et illud de Canonica Joan. 5. *Et hi tres unum sunt;* dicentes, hoc non esse de sacra Scriptura, quia contra eorum infandissimum errorem militabat, scilicet, quòd filius esset pura creatura. Sed quantùm ad additionem sacræ Scripturæ, aliter est dicendum, quia aut ille qui addit, addit tanquam aliquid de Textu, vel necessarium sicut alia quæ sunt in Textu, velut dictum à Spiritu Sancto, & hoc vocatur propriè addere, & qui talia agunt, mortem æternam incurrunt, &c.

Alio modo fit additio sacræ Scripturæ per modum interpretationis. Est enim Scriptura obscura, & in quibusdam locis humanum ingenium excedens. Et paulò post: taliter ergo in sacra Scriptura addentes, quantùm Spiritus Sanctus, unicuique largiri dignatur, vituperandi non sunt, cùm eos & ipsa Scriptura commendet, non parvum laboris præmium ponens, scilicet, qui elucidant me, vitam

æternam habebunt, Eccleſ. 24. c. & iſta interpretatio non propriè vocatur additio, quia additio facit in re magis eſſe: interpretatio autem non facit aliquid magis eſſe. Unde non accrevit Scriptura ſacra ex multiplici expoſitione omnium DoctorumCatholicorum,qui ab exordio primitivæ Eccleſiæ fuerunt uſque hodie, unus apex, aut iota unum. Et ſic tanta erat ſacra Scriptura, cùm nullus eam adhuc expoſuerat, quanta in fine mundi, quando ſuper eam quaſi infiniti libri confecti fuerunt ut Joan. 21. c. Concordat lyra Deut. 4. Non addes nec detrahes quicquam, eminentia legis oſtenditur ex ejus perfectione, cùm dicitur non addetis ad verbum, &c. Illud enim perfectum eſt, quod non habet aliquid ſuperfluum aut diminutum.

IV. BAVARICI.

Judex omnium Controverſiarum fidei & Religionis Chriſtianæ eſt Pontifex Romanus, hodie Clemens VIII. Petri Succeſſor, Chriſti Vicarius; cujus definitio toti Eccleſiæ cum authoritate propoſitâ in controverſis quæſtionibus Religionis decidendis infallibilis eſt, ſive cum Concilio, ſive abſque Concilio definiat, pag. 168.

PALATINI.

Verbum Dei Controverſiarum Religionis omnium, inter eos præſertim, qui Chriſtianorum nomen ſibi vindicant,judicem aut ſanè vocem judicis ſupremi, quem omnes agnoſcere, timere ac venerari tenemur, conſtituimus, pag. 19.

TOSTATUS.

Papa poteſt errare in fide & operibus, & effici hæreticus, ut in Marcellino Liberio & Joanne ut apparet; neque ſequitur: Papa condemnat aliquam propoſitionem tanquam hæreticam. Ergo eſt hæretica. Defenſ. p. 2. c. 30.

Judicium in controverſiis religionis eſt totius Eccleſiæ univerſalis, quæ ſola & nemo alius habet privilegium, quod non poſſit errare. Defenſ. p. 2. c. 25.

Papæ autem hoc privilegium non tribuendum, neque Papam pro Eccleſia accipiendum, quippe qui non modo errare, ſed qui hæreticus fieri poſſit. Defenſ. p. 2. c. 30. Summus Pontifex in quantum eſt unus judex, errat aliquando, quia non cognoſcit omnia, licet dicatur habere omnia jura in ſcrinio pectoris, ut patet in 6. de reſcriptis, c. licet Romanus; & ſicut aliquando contingit eum peccare mortaliter, perdendo charitatem, ita contingit eum perdere rectum judicium, quantùm ad aliquid. Et paulò poſt; Romanus Pontifex licet magnam habeat poteſtatem, interdùm non eſt vir multùm virtuoſus, quia tamen non habet Deum, ita ei reſpondentem ad omnia, ſicut habebat Moyſes, faciliùs *errare* poteſt. Exod. cap. 18. quæſt. 11.

V. BAVARICI.

Papa quando aliquid pronuntiat ac definit ex Cathedra ſub Anathemate, tunc pronuntiat ut Pontifex & non errat, & cum per Bullam alligat totam Eccleſiam, tunc itidem certum eſt illum pronuntiare ut Pontificem, pag. 87.

PALATINI.

Summos Pontifices conſtat ſæpiſſimè erraſſe, ergo non ſimpliciter ſtandum illorum ſententia, pag. 43.

TOSTATUS.

Perſona eſt eadem numero, Gregorius ut Papa, & ut non Papa: & ideò æqualis ſapientia eſt, utroque modo, ſed non æqualis poteſtatis, quia Papatus poteſtatem addit; poteſtas autem eſt ad aliquid jubendum, non ad aliquid veriùs dicendum, 1. Reg. p. 147. col. 1. E.

VI. BAVARICI.

Femellæ in Veteri Teſtamento non habuerunt ſpem ſalutis, pag. 40. damnat Scriptura omnes femellas ante annos diſcretionis mortuas, pag. 47. Quomodo femellæ mundatæ fuerint in tota Scriptura ſacra non reperitur, pag. 52.

PALATINI.

Femellæ in Veteri Teſtamento ſalvæ factæ ſunt ex promiſſione,quæ facta eſt Abrahæ & ſemini, Gen. 17. pag. 12. Remedium pro feminis fuit meritum Chriſti quod retrò operabatur ad femellas etiam in Veteri Teſtamento, pag. 45. 50. 52. 42. 58.

TOSTATUS.

Gen. cap. 17. p. 260. col. a. (in verbis omne Masculinum;) fœminæ autem quia carebant illo membro, in quo fiebat Circumcisio, non circumcidebantur: sed in eis sufficiebat, *fides Messiæ futuri* saltem implicita, in quo omnes salvandi erant.

VII BAVARICI.

Masculi ante octavum diem sine Circumcisione mortui damnati sunt, pag. 40. de parvulis ante octavum diem mortuis non ostenderetur locus in tota Scriptura, qui promittat illis beatitudinem, pag. 44.

PALATINI.

Masculis ante octavum diem morientibus non fuit data illa lex Circumcisionis: Proinde Deus in casu necessitatis immediatà suâ virtute operatus est in illis regenerationem, & sacramentis non ita suam gratiam alligavit, ut extra illa non possit opem ferre. p. 42.

TOSTATUS.

Si periculum mortis ante octo dies puero eveniret, nec propter hoc Circumcisio accelerari debebat, » tamen puer sic moriens; si non ex negligentia parentum « omitterentur ceremonialia, non perdebatur, sed transferebatur ad sinum A- « brahæ, *salvus in fide* parentum promptorum facere, quod lex mandabat, nisi Deus hoc impediret, vel natura. Gen. 17. cap. fol. 260. fol. 4. in verbis *omne Masculinum.*

Concordat Pererius Cardinalis in Gen. cap. 17. his verbis, dicat aliquis; quod igitur remedium ad expiationem peccati originalis adhibebatur infanti ante octavum diem de vita periclitanti. Illud idem profectò, quod ante institutam Circumsionem in lege naturæ ad eum finem usitatum & comparatum fuerat: applicationem dico fidei parentum vel Curatorum infantis offerentium, exteriori aliquo signo, eum Deo & providentiæ ejus commendantium. Nam post latam Circumcisionis legem, · remedium illud antiquatum est, uno tantùm excepto casu, si ante octavum diem Circumcisionis mors infantis timeretur: tunc enim remedium illud erat salubre & efficax, non minus certè, quàm simpliciter fuerat ante præceptum Circumcisionis.

VIII. BAVARICI.

Aaron fuit quidem Pontifex, sed non *Summus*, verùm comparatione sui Fratris Moysis, pag. 63. Aaron Summus quidem fuit propter reliquos Sacerdotes, non autem respectu Fratris, qui fuit superior, pag. 64. fuit Supremus in suo genere, id est, respectu subditorum, sed non fuit Summus simpliciter & absolutè respectu Fratris & illo vivente; quia Moyses habuit ante Aaronem Sacerdotium, ideò respectu summi Sacerdotii nihil fuit peccatum, pag. 65. Moyses ordinavit Aaronem, ergo ipse fuit superior, pag. 66. non puto unquam in dubium vocatum fuisse, quòd Moyses fuerit Summus Pontifex, pag 60.

PALATINI.

Aaron fuit Summus Sacerdos à Deo constitutus, pag. 62. 63. 64. Epistola ad Hebræos non vocat Sacerdotium Mosaicum, sed Aaronicum, pag. 65. Moyses sacrificavit in ordinatione Aaronis tanquam Propheta Domini non tanquam Summus Pontifex, pag. 66. postquam actus ordinationis fuit absolutus, non ampliùs Moyses, sed Aaron sacrificavit. pag. 67.

TOSTATUS.

Moyses non erat Sacerdos *Magnus* aut *Major*, sed *Deus* illi ad hoc (ut Aaron & Sacerdotes consecraret) potestatem tribuerat, quoniam erat Sacerdos unctus oleo invisibili. Cùm autem isti consecrati sunt, & ministrare cœperunt, *non licuit* ei ministrare, nunc autem alii, qui ministrarent legitimè, subrogati sunt, Levit. 66. c. 1. F.

Aaron Frater Moysis major fuit Moyse tribus annis, & hæc una fuit de causis, quare Aaron assumpsit *Summum* Sacerdotium & non Moyses, Levit. 150. cap. 4.

Aaron erat major quàm Moyses tribus annis, ergo ad ipsum pertinebat principatus Populi Levitici, & ista fuit causa quare ipse factus fuit *Summus Sacerdos* Exod. 45. pag. 7.

Quantùm ad ea quæ pertinebant ad Sacerdotium & *Cultum* Dei in Sacrificiis & similibus Major erat Aaron quàm Moyses. Nam Aaron erat *Summus Sacerdos*, Moy-

ses verò simplex Levita. Nec valet si arguas: quòd ipse fecerit omnia Sacrificia tempore Consecrationis Sacerdotum. Nam tùm ex necessitate factum est cùm non esset aliquis, qui posset consecrare Sacerdotes, & in talibus necessitatibus Levitæ poterant supplere locum Sacerdotum, ut tempore Ezech. 2. Paralip. 29. & paulò post: Erat igitur Aaron *Maximus* quantùm ad Cultum *Dei*, tamen quantùm ad regimen populi, Moyses erat Major, num. 4. 1. p. 14. cap. 2. C.D. E.

Aaron erat jam effectus (*Levit.* 9.) Dominus Sacrificiorum: cùm esset *Summus Pontifex*: Moyses verò *nihil* in his poterat, quoniam esset simplex Levita & cessaverat Ministerium suum, quod fuerat in defectum, non existentium Sacerdotum, Levit.71. cap.2. Et paulò post autoritas mandandi: quantùm ad Sacrificia, *non manebat jam penès Moysen*, sed penès Aaron cùm ipse esset *Sacerdos Magnus*, & ideò directè non poterat Moyses jubere aliquid de Sacrificiis Israëlitis, sed juberet hoc Aaron. Et cùm dicitur, quòd Moyses jubebat hîc aliquid Aaron, non est hoc intelligendum, quòd hoc juberet tanquam Moyses, sed tanquam Propheta referens ea quæ à Domino dicebantur, & hoc modo Major erat Propheta quolibet alio homine, cùm gereret personam Dei. Aaron Pontifex erat, & Sacrificia faciebat, ideo benedicere populo ad ipsum pertinebat, nec in præsentia jus erat Moysi benedicere populo. Levit. 66. col. 4.

In Spiritualibus simpliciter Aaron Major erat Moyse; Nam Aaron Pontifex erat; Moyses autem unus de simplicibus Levitis, *ibid.*

IX. BAVARICI.

Aaron nihil commisit contra illam summam judiciariam potestatem, quâ erat præditus tanquam Pontifex, pag. 60. *verbi gratià*; si quis me cogeret ut quid facerem contra fidem & religionem meam interiùs tamen possem habere fidem, pag. 71.

PALATINI.

Summus Pontifex Aaron à Dèo ipso constitutus, in doctrina erravit, & tunc quando tanquam Pontifex constituit Cultum, & erexit vitulum aureum, pag. 58. & passim in sequentibus.

TOSTATUS.

Aaron non peccavit peccato idololatriæ, sed in aliquo, quod aliquo modo indirectè pertinet ad idololatriam. Nam potiùs debuisset omnia mala pati, quàm malo consentire; fecit enim vitulum timore mortis, Exod. tom. 2. 135. col. 3.

X. BAVARICI.

Christus Matth. 16. monens cavendum à fermento Pharisæorum hoc voluit, ut caverentur quoad mores, *non* quoad *doctrinam*, p. 57. Malach. 2. taxatur mala vita, pag. 59. verba (in lege) explicari possunt de moribus. Nam & is qui improbè vivit, scandalizat suum Proximum in lege Christiana, pag. 61.

PALATINI.

Christus Matth. 16. hortatur Discipulos, ut caveant sibi à fermento Pharisæorum & Sadducæorum cumque id Discipuli intelligerent de Panibus, illic Christus interpretatus est de doctrina. In moribus externis, nihil erat magnoperè reprehensione dignum. Tectam enim habebant lupinam rapacitatem sub ovili habitu, pag. 58.

TOSTATUS.

Matth. 16. quæst. 23.

QUæritur, quomodo *doctrina* Pharisæorum vocatur hîc fermentum? *Doctrina mala* vocatur fermentum, quia valde corrumpit. Nam sicut fermentum existens parvum in quantitate alterat totam massam, & corrumpit eam, si superabundanter ponatur: ita & parva hæresis inficit totam sanam doctrinam. Sic dicitur 1. Cor. 5. *Modicum fermentum totam massam corrumpit*, & quantùm ad hoc, magis vocatur fermentum *mala doctrina* quàm bona, quia doctrina bona, si pauca sit adjuncta multæ doctrinæ malæ, non permutat eam, ut faciat hominem bonum, doctrina autem mala parva, multæ doctrinæ bonæ permixtæ totum inficit, & hominem malum reddit, & hoc, quia, ut ait Dionysius, bonum fit solùm ex integra causa; malum verò ex defectibus singularibus, & ideo si quis unicam hæresim teneat, etiamsi tota alia doctrina sana sit, erit hæreticus;

&

& non è contrario. Sic ergo erit fermentum *mala* doctrina Ecclesiastica, quia valde alterat & corrumpit. Sic dicit Hieronymus; *fermentum enim hanc habet vim, ut si farinæ mixtum fuerit, quòd parùm videbatur crescat in majus, & ad saporem suum universam conspersionem trahat. Ita doctrina hæretica*, si vel maximam scintillam in tui pectus in brevi flamma concrescat ingens, & totam hominis positionem ad se trahat. Ibid. q. 24. quid sit fermentum Pharisæorum & Sadducæorum, & quæ erat *mala doctrina*, pag. 188. F. considerandum quod fermentum vocat hic *parvam doctrinam*, quæ consistit tam in verbis, quàm in conversatione, cùm per externa doceatur quis in mortalibus: ideo illorum dicitur fermentum, qui *parvam doctrinam*, verbo vel opere, aut exemplo ostendunt, & quia sic erat de Pharisæis & Sadducæis, & Herode, omnium istorum trium dicitur esse fermentum. Et paulò post: de fermento Pharisæorum & Sadducæorum dicendum, quòd *doctrina* est, cùm dicatur in littera, quod nunc intellexerunt, quod non dixerat, cavendum à fermento, sed à *doctrina. Doctrina enim* Sadducæorum mala erat. Nam Spiritûs esse negant & Angelos, & Resurrectionem infra 22. & act. 23. & ista est *doctrina perniciosa* auferens totum bonum hominis. Cùm totum bonum nostrum sit post mortem, & erat valde contraria ista doctrina doctrinæ Christi, qui evangelizabat vitam æternam; quæ post mortem est, & ideo ipse redarguit semel Sadducæos dicens: *erratis nescientes Scripturas neque virtutem Dei*, infra 22. & Luc. 10. & hoc fermentum totaliter cavendum erat. De Pharisæis dicendum, quòd doctrina eorum, quantùm ad aliquid erat bona; nam ipsi resurrectionem & Angelos & Spiritûs concedunt, Act. 23. & quantùm ad hoc non erat doctrina eorum fugienda. Sed ista non vocatur doctrina eorum, nisi illa, quæ propriè ipsorum erat, & tamen resurrectionem esse & Angelos & Spiritus totius sacræ Scripturæ doctrina erat non ipsorum Pharisæorum. Unde quando Christus arguit contra positionem Sadducæorum solvendo eorum dicta ait: *Erratis non intelligentes Scripturas infra* 22. & Luc. 10. & sic sacræ Scripturæ continent de hoc & non est propria doctrina Pharisæorum, sed fermentum erat *doctrina propria* ipsorum, & hoc erat, quòd leges seniorum *(traditiones)* tam strictè servarentur: quòd Divinis legibus præponerentur, & quòd in exteriori munditia sanctitas esset, de inreriore nihil curando, & quòd cibus intrans in corpus coinquinat animam, ut innuitur præcedenti capitulo, quæ omnia falsa sunt, ut ibidem ostensum est.

Etiam *doctrina* sua ex opere, id est, quæ colligebatur ex opere, ipsorum erat; hominem humanum ambire, omnia propter laudes humanas efficere, desiderare primos accubitus in cœnis, & primas cathedras in Sinagogis, & vocari ab omnibus *Rabbi*: ut Christus dixit de eis infra 23. Etiam *doctrina* eorum erat, malos esse & bonos videri, quòd ad hypocrisim pertinet, quam Christus valde arguit in Pharisæis eodem capitulo, & illud est propriè fermentum Pharisæorum, sic Lucæ 12. *attendite & cavete à fermento Pharisæorum* quod est hypocrisis.

Sic dicit Beda: Fermentum Pharisæorum est decreta legis Divinæ *Traditionibus* hominum postponere, legem verbis prædicare & impugnare factis, Dominum tentare, doctrinæ ejus aut operibus non credere, ab his omnibus cavendum erat, & dixit hoc Christus, quia Discipuli erant aliqualiter inclinati ad doctrinam Pharisæorum: qui inter Judæos velut Religiosi reputabantur.

XI. BAVARICI.	PALATINI.
Sacra Scriptura & Spiritus Sanctus loquens per Scripturam non potest judicare controversias religionis: *Adsit, adsit, adsit*, & condemnet me, pag. 392. & seqq.	*Spiritus Sanctus loquens in isto libro in medio nostrûm sententiam manifestam pronuntiat, de omnibus controversiis Religionis. Judicium hoc jam in hoc sæculo inchoatur, in novissimo autem die consummabitur*, pag. 293 *Spiritus Sanctus per scriptum verbum te judicat*, pag. 296. *Sermo meus judicabit vos in novissimo die*, inquit Salvator, p. 297.

TOSTATUS.

Respondeat pro me Lyra super illo Joan. 12. qui spernit me, & non accipit verba » mea, habet qui judicet eum, sermo quem locutus sum, ille judicat eum in novissimo die, lyra, ostendit Christus qui sit ille Judex, quando dicit, sermo quem locutus sum ille judicabit eum in novissimo die, sicut enim lex civilis dicitur judicare latronem in quantùm ostendit eum dignum judicio & condemnatione, sic facta

Christi & ejus *doctrina* judicabunt infideles, quòd ostendent eos dignos condemnatione, sed quia ipsemet Christus judicabit effectivè in adventu secundo, ideo sequitur, quia ex me ipso non sum locutus, propter hoc enim sermo Christi ostendet infideles condemnabiles, quia procedit ex infallibili veritate, scilicet à Deo Patre, proprium enim delictum condemnat quemlibet Peccatorem, concordat hunn.p.297.

XII. BAVARICI.

Dupliciter potest aliquis docere, primò duplici suasione: ita possent aliquem docere ut eat ad illum & illum Pagum, quod tamen esset malum, pag. 83. quod ad *Uriam* attinet, dico illum non definiisse Cultum Idololatricum tenendum & ab omnibus observandum esse, pag. 61.

PALATINI.

Urias Populum docuit non tantùm per inductionem & suasionem, sed etiam vivâ voce definienda, p. 85.

TOSTATUS.

Persuadentes majore pœnâ puniuntur quàm agentes prout patet in decretis 86. dist. C. tanta, & hoc quia persuadere interdum plus est, quàm compellere ff. de serm. corr. l. 1. ff. persuadere 2. Reg. 163. col. 2. t. c. 3. F.

XIII. BAVARICI.

Quod ad Uriam attinet, dico illum non definisse, Cultum idololatricum tenendum & ab omnibus observandum esse; sed potiùs in facto quàm in doctrina errasse, pag. 60.

PALATINI.

Urias Pontifex erravit, quando removit Aram Domini, & in ejus locum aliam constituit: idque eo fine ut sacrificia immolarentur Diis Damascenis, pag. 58.

TOSTATUS.

Lib 4. Reg. cap. 16. super verba : Misit Rex Achaz ad Uriam Sacerdotem.

Iste erat Sacerdos Magnus tempore Achaz, ideo pertinebat ad eum præcipua cura de rebus pertinentibus ad Sacrificium, & ab hoc misit ad eum Achaz similitudinem Altaris Damasci, ut simile fabricaret, & paulò post; quæritur quomodo Urias Sacerdos voluit fabricare altare pro idololatria. Respondendum quòd hoc fortè fecit Urias, quia ipse erat Idololatra sicut Rex. Nam sicut interdùm declinabant Populi cum Regibus ad idololatriam: ita etiam declinabant Sacerdotes. Unde *multi* erant Sacerdotes Idolorum de his, qui erant de genere Aaron sicut patet infra 23. Nam Rex Josias quosdam de Sacerdotibus excelsorum occidit, quia erant Sacerdotes Idolorum, alios verò non occidit, sed prohibuit ministrare cum cæteris, dando tamen sibi sustentationem de redditibus Sacerdotalibus, quod non fecerat, nisi essent Sacerdotes de stirpe Aaron. Aliter potest dici ut placeret Regi, qui valde inclinatus erat ad Idola, laudabat facta ejus, & etiam ipse cum eo Idola colebat. Vel fortè faciebat propter timorem, quia Rex cum idololatra esset, occideret eum, nisi coleret Idola; vel aufferret reditus. Voluit ergo potiùs carere Religione & Deum offendere, quàm reditus amittere.

XIV. BAVARICI.

Ad formam, ad formam, nego sequelam, notetur, quòd non potuit responderi ad formam. Ego vos docebo modum respondendi ad formam, *&c.* per totum protocollum.

PALATINI.

Nos suo loco probamus & laudamus Dialecticam & Logicas præceptiones, & usurpamus illas, quantùm satis est ad rerum explicationes, pag. 69.

TOSTATUS.

Valet consequentia; sic dicitur in sacra Scriptura, ergo sic est, & patet ista consequentia, quia *verbo Domini Cæli firmati sunt, & omnia, &c.* Psal. 32. *& quia ipse dixit & facta sunt* Psal. 148. *Cælum & Terra transibunt & quæ sequuntur.* Deut. 4. q. 2.

Concordat lyra ibidem, his verbis; lex Divina vocatur intellectus, quia ejus *veritas certissima*, certitudine adhæsionis, licet non certitudine evidentiæ, & ea quæ sequuntur esse Divinâ lege debent tanquam vera approbari, & quæ repugnant tanquam falsa repudiari. Idem in Prol. in Genesim.

PROBLEMATA DUO.

I. *Ad Tannerum.*

SI Papa Romanus & pro tempore Clemens VIII. est Judex omnium Controversiarum Religionis cum & sine Concilio, ut habetur in Protocollo, pag. 35. & 168. Quomodo stabit hoc, quod dixit; Ecclesiam esse Judicem omnium Controversiarum? pag. 380.

II. *Ad Gretzerum.*

Qui dicit, pag. 71. Si quis me cogeret, ut quid facerem contra fidem & Religionem meam, interiùs tamen possum habere fidem: Quid responsurus sit Christo, Matth. 10. *Omnis qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, qui in Cælo est: Qui autem negaverit me coram hominibus, negabo & ego eum coram Patre meo, qui in Cælo est.*

Sequuntur tria Argumenta Studiosorum ad utrumque.

PRIMUM.

Tostati mens & doctrina semper fuit pura, sancta & Catholica.
Ergo prædictæ positiones *Tanneri* & *Gretzeri* contrariæ sunt hæreticæ.
Antecedens probatur ex vita Tostati & omnium Pontificiorum suffragio. Consequentia patet, quia plus uno verum & Catholicum esse non potest.

SECUNDUM.

Quicunque profert & defendit Dogmata Catholicis contraria est hæreticus.
Tannerus & Gretzerus protulerunt & defenderunt Dogmata Catholicis (ut patet ex præcedentibus) ex Diametro contraria.
Ergo Tannerus & Gretzerus sunt hæretici.

TERTIUM.

Quicunque profert & defendit Dogmata Catholica est Catholicus.
D. *Hunnius* & D. *Heilbrunnerus* protulerunt & defenderunt Dogmata Catholica; ut patet ex præcedentibus.
Ergo D. *Hunnius* & D. *Heilbrunnerus* sunt Catholici.
Respondeant Domini ad formam & materiam ne potiùs pro Sophistis, quàm Theologis habeantur.
Hoc monumentum extat in Bibliotheca S. Genovefæ, n. 123.

Anno Domini 1609.

DIe 9ª. Novembris Magister sacri Palatii historias Jacobi Augusti Thuani inter prohibitos recensuit, & lectione hujus libri interdixit apud Italos.

Anno Domini 1610.

REsponsio Cardinalis Bellarmini ad Apologiam Jacobi I. Angliæ Regis in indicem prohibitorum librorum relata fuit, jussu Sixti Papæ V. Sed post obitum hujus Pontificis à Romano illo indice liberata. Causas si requiras, cur istud scriptum Doctissimi Bellarmini Sixto V. displicuerit; narrant hunc Papam improbasse, quòd Bellarminus indirectam tantùm potentiam, non autem per se proximam, neque directam, supra Reges ratione Civilis & Temporalis Principatûs Summo Pontifici attribueret, an hæc causa subsit, me latet.

Anno Domini 1610.

E*Dicto del Rey Don Phelippe d'Espagna contra el Tractado della Monarchia de Sicilia, enxerido por Cesar Baronio Cardenal. en el tomo undecimo de sus annales Ecclesiasticos.* In Biblioth. Sorbon. S. VIII. 74. & E. III. 2. & 3. Hispanicâ linguâ, tum latinâ in lucem editum est, an. 1612.

Anno Domini 1612.

Edictum Henrici de Gondi Parisiensis Episcopi, jubentis ut sententia Senonensis Concilii, Parisiis habiti contra librum *de Ecclesiastica & politicâ Potestate* in omnibus Templis Lutetiæ promulgetur.

Censure faite par les Evêques de la Province de Sens d'un livre intitulé de Ecclesiastica & politica Potestate, *& quelques Procedures contre lad. Censure, avec la déclaration de Richer.*

JACQUES par la permission Divine, Cardinal de la sainte Eglise Romaine, du titre de sainte Agnès, *in Agone*, dit du Perron, Archevêque de Sens, Primat des Gaules & de Germanie. Henry Evêque de Paris, François Evêque d'Auxerre, Jean Evêque de Meaux, Gabriel Evêque d'Orleans, René Evêque de Troyes, Eustache Evêque de Nevers, & Philippe Evêque de Chartre, provincialement assemblés: A tous ceux qui ces presentes lettres verront, Salut en nôtre Seigneur. Comme ainsi soit que le devoir de nos charges nous oblige, non seulement d'enseigner la verité Chrêtienne à ceux dont le soin nous est commis, mais aussi d'empêcher diligemment que les opinions nouvelles, erronées & pernicieuses ne se glissent & espandent dedans les esprits, à la ruine & subversion de l'Eglise. A ces causes après avoir vû & examiné un livre sans nom d'Autheur & d'Imprimeur, intitulé, *de Ecclesiastica & politica Potestate*, Nous l'avons jugé & déclaré digne de censure & de condamnation, & de fait, le censurons & condamnons pour plusieurs propositions, expositions & allegations qui y sont contenuës, fausses, erronées, scandaleuses, & comme elles sonnent, schismatiques & heretiques; sans toucher neanmoins aux droits du Roi, & de la Couronne de France, droits, immunités & libertés de l'Eglise Gallicane. Et partant défendons à tous les Fidéles Chrêtiens sur qui Dieu nous a constitué, dont le salut fait partie du nôtre, de l'avoir & de le lire, & aux Imprimeurs & Libraires de l'imprimer, vendre & publier, sur peine des censures Ecclésiastiques. Et enjoignons à tous les Curés de nos Diocéses de les en avertir. En foi & témoignage de quoi nous avons signé les presentes, & fait sceller de nos cachets, & contresigner par Mᵉ. Jean Baudouyn, Notaire public & Apostolique juré en la Cour Episcopale de Paris, lequel nous avons pris pour Secretaire en cette part. Fait à Paris en nôtre Congrégation provinciale, le Mardy 13. jour de Mars, l'an de salut 1612. Signé en la minute originale, Jacques Cardinal du Perron, Archevêque de Sens. H. E. de Paris. François Evêque d'Auxerre. Jean Evêqoe de Meaux. Gabriel Evêque d'Orleans. René Evêque de Troyes. Eustache Evêque de Nevers. Philippe Evêque de Chartre. Et plus bas, pour copie collationnée à l'Original, par commandement de Messeigneurs les Reverendissimes Cardinal Archevêque de Sens, & Evêques, susdits, BAUDOUYN pour Secretaire.

Henry de Gondy par la permission Divine Evêque de Paris, aux Archiprêtres de S. Marie Magdeleine & de saint Severin, Salut. Nous vous mandons signifier à tous Curés ou Vicaires des Eglises Parochiales de cette Ville & Fauxbourgs de Paris, qu'ils ayent à lire & publier en leurs Prônes, Dimanche prochain la Censure en la forme & maniere cy-dessus contenuë. Fait a Paris le 16. Mars 1612. Signé, BAUDOUYN.

Procedures faites en la Cour de Parlement contre la susdite Censure, à sçavoir.

Un relief d'appel.
Requête à la Cour de Parlement.
Arrêt de communication à Monsieur le Procureur General du Roy.
Les conclusions de Monsieur le Procureur General du Roy.

RELIEF D'APPEL.

LOüis, par la grace de Dieu, Roy de France & de Navarre, au premier Huissier de nôtre Cour de Parlement de Paris, ou autre Huissier ou Sergent sur ce requis, Salut; de la partie d'Emond Richer, Docteur & Syndic de la Faculté de Theologie de nôtre Ville de Paris, nous a été exposé qu'il a fait un petit discours en langue Latine intitulé *de Ecclesiastica & politica Potestate*, auquel sont traitées plusieurs questions concernant l'autorité souveraine que nous avons de Dieu sur tous nos Sujets Ecclesiastiques & Laïques

Laïques, les droits augustes de nôtre Couronne, & les droirs & libertés de l'Eglise Gallicane, selon la doctrine ancienne de la Faculté de Theologie, tenuë & enseignce de tout tems en nôtre Université de Paris : Et combien que toutes ces propositions rapportées en ce discours soient veritables, orthodoxes, & tirées des Peres anciens, qui ont eu très-grand nom de tems en tems en l'Eglise Catholique, neanmoins aussi-tôt qu'il a paru au jour, les Adversaires de l'Exposant, ausqnels cette doctrine est desagréable, ont employé tous moyens afin de la faire reprouver & censurer, pour ensuite de la censure, noter l'Exposant d'être Afferreur de Doctrine nouvelle, scandaleuse, schismatique & heretique, ce qui pourroit exciter tous nos Sujets Catholiques à avoir en horreur la presence dudit Exposant & son nom en indignation : De fait par voyes extraordinaires & artifices blâmables, ils ont visité, brigué & sollicité plusieurs Particuliers Docteurs de la Faculté de Théologie, à dessein de les induire à condamner ce discours, & demander la révocation du Syndicat de l'Exposant ; de quoi nôtre Cour de Parlement duëment informée, auroit à la Requête de nôtre Procureur General en icelle mandé les Doyens, Sénieurs, & l'Exposant Syndic de la Faculté, & après les avoir ouis, a rendu son Arrêt, le premier Fevrier, mil six cens douze, par lequel eu égard à l'importance & merite de l'affaire, elle s'est saisie de la matiere, ayant ordonné que les exemplaires du discours seroient apportés au Greffe par l'Exposant ; & cependant jusqu'à ce qu'elle se soit éclaircie de chose qui regarde nôtre service sur le sujet de ce discours, a enjoint aux Doyen, Senieurs & Docteurs de la Faculté de Theologie surseoir toute déliberation : au mepris & en fraude de cet Arrêt, on a eu recours à un autre expedient, pour parvenir à la censure de l'écrit de l'Exposant, sçavoir par l'entremise de douze ou treize Prelats, de diverses Provinces de nôtre Royaume, trouvés lors en cette Ville de Paris, lesquels de leur autorité & sans lettres de nous duëment expediées & verifiées en nôtre Parlement, se sont assemblés plusieurs fois pour examiner led. écrit, & resoudre la censure d'icelui ; ce que n'ayant pû faire, ils ont changé de dessein, & composé en un moment une pretenduë Congregation provinciale des Evêques suffragans de l'Archevêque de Sens députés & envoyes en nôtre Ville de Paris par le Clergé de leurs Diocèses, non pour vaquer à la confection de la censure susdite ; mais pour élire un Agent de ladite Province & des Deputés, pour oüir les comptes de Castille en l'assemblée generale : En cette pretenduë Congregation tenuë par huit Prelats de leur autorité & sans permission de nous en bonne & duë forme, sans indiction & convocation préalablement requise par nos Ordonnances, sans oüir & appeller l'Exposant, lequel la plûpart desdits Prelats connoissent & sçavent avoir composé le Traité *de Ecclesiastica & Politica Potestate*, par acte du treiziéme Mars, mil six cens douze, on a censuré & condamné ledit Traité, sous pretexte qu'il contient, ainsi que l'on veut pretendre, plusieurs propositions, expositions & allegations fausses, erronées, scandaleuses, & comme elles sonnent, schismatiques & heretiques, sans toucher neanmoins aux droits du Roy & de la Couronne de France, droits, immunités & libertés de l'Eglise Gallicane.

Contre laquelle censure, outre les abus resultans de ce qui a été cy-dessus representé, on peut ajouter qu'elle est faite par entreprise manifeste, contre notre autorité, & de nôtre Parlement, & au mepris de l'Arrêt du premier Fevrier; par lequel la Cour s'étant saisie de l'écrit de l'Exposant, pour le merite des questions qui y sont traitées, & ayant enjoint aux Docteurs de la Faculte de surseoir toute deliberation sur ce sujet, tous ceux qui se pouvoient attribuer droit de censure sur le même écrit, de quelque dignité & qualité qu'ils fussent, avoient les mains liées, & ne leur étoit loisible d'y toucher, que la surséance interposée par nôtredite Cour n'eût été ôtée & levée : D'ailleurs il est constant que cinq des Prelats qui ont souscrit la censure susdite, n'ont assisté à l'examen de l'écrit par eux condamné, dont il s'ensuit qu'ils ont rendu leur jugement sans connoissance préalable & necessaire, ce qui est fort étrange, inoüi & abusif : Mais ce qui tient le haut degré d'abus en cette pretenduë condamnation est que la censure est generale, vague & incertaine, & la reservation pareillement ; de sorte que pat un même acte, on condamne & confirme, reprouve & approuve un même ecrit en termes generaux & indefinis, sans expression & désignation, ni de ce qui est condamné, ni de ce qui est reservé & excepté. Et parce que de cette ambiguité & incertitude, il se pourroit for-

mer aux esprits de nos Sujets diverses imaginations scrupuleuses, dont peuvent naître infinis inconveniens perilleux, pour lever tout pretexte à un chacun de juger sinistrement de la sincerité de l'intention de l'Exposant, & retrancher toute occasion de scandale au peuple, il déclare & fait offre par ces Presentes, qu'il est prêt pour la justification & éclaircissement du Traité par lui composé, rendre raison de la doctrine contenuë en icelui, pardevant toutes personnes capables, non suspectes de faveur ou de hayne, ni engagées en la doctrine contraire ; confirmer les propositions qui gissent en preuve, expliquer & interpreter celles qui semblent requerir interpretation, le tout par Auteurs Catholiques autorisés, & non censurés, qui ont écrit auparavant les divisions de la Religion survenues en l'Eglise depuis cent ans ; & même montrer & justifier que la doctrine contenuë audit Traité, est la doctrine ancienne de la Faculté de Theologie fondéeen nôtre Ville de Paris, à l'observation & enseignement de laquelle, tous nos Sujets de quelque dignité & qualité qu'ils soient, sans nul excepter, sont obligés & astraints par les Ordonnances de l'Eglise de nôtre Royaume, autorisées de nous en nos Ordonnances, & Arrêts de nos Cours, sans qu'il soit loisible à aucun de rien innover, ou y varier en quelque sorte que ce soit. Et sous ces offres, pour le préjudice qui est fait à l'Exposant par la pretenduë censure intervenuë contre son écrit, afin que personne en conséquence d'icelle ne puisse donner atteinte à son honneur, & au nom & recommandation que son travail, & & ses veilles lui ont acquis depuis trente ans ; qu'il fait profession des lettres en l'Université de notre Ville de Paris, il proteste & déclare que tout autre remede lui manquant : *Il a été contraint se pourvoir par appel comme d'abus contre icelle censure, ensemble contre ce qui s'en est ensuivi ; & pourroit ensuivre cy-après* ; même contre la publication injurieuse & scandalense d'icelle, faite le Dimanche dix-huitiéme de Mars, mil six cens douze, aux Prônes des Paroisses de notre Ville de Paris, comme de fait il en appelle par ces Presentes à nous & à notre Cour de Parlement de Paris, où ledit appel ressortit, tant pour les moyens cy-dessus exprimés que autres, qu'il déduira en tems & lieu.

Pour ce est-il que nous te mandons par ces Presentes, qu'à la Requête dud. Exposant tu intime en leur propre & privé nom notre cher & bien amé cousin Jacques Davy Cardinal du Perron, Archevêque de Sens, & notre amé & feal Henry de Gondy Evêque de Paris, qui ont rendu ladite Censure avec autres Prelats Suffragans de l'Archevêque de Sens, à certain & competant jour en notre Ville de Paris, pour soûtenir & défendre ladite Censure si bon leur semble, & la publication qui s'en est ensuivie, voir déclarer le tout, nul & abusif : injurieux & scandaleux, & proceder en outre comme de raison, & leur faites inhibitions & défenses de par nous sur grande peine, de n'attenter ou innover aucune chose contre ledit Exposant, au prejudice dudit appel : & de tout ce que fait aurez, certifiés nos Ames & feaux les Gens tenans notredite Cour de Parlement de Paris, ausquels nous mandons faire aux Parties oüies bon & brief droit ; Car tel est nôtre plaisir : Donné à Paris le
jour de L'an de grace mil six cens douze, & de nôtre Regne le deuxiéme.

REQUESTE PRESENTE'E à la Cour.

A NOSSEIGNEURS de Parlement.

Supplie humblement Edmond Richer, Docteur & Syndic de la Faculté de Theologie fondée en l'Université de Paris ; & vous remontre qu'après plusieurs Assemblées tenuës en cette Ville de Paris, par douze ou treize Prelats de diverses Provinces de ce Royaume, Messieurs les Metropolitain & Evêques Diocesains de la Province de Sens, se seroient assemblés extraordinairement le 12. de Mars 1612. au mépris de l'autorité de la Cour, & en Assemblée qu'ils ont qualifiée du nom de Congregation Provinciale, sans aucune convocation precedente du Clergé de la Province, & sans avoir gardé les formes requises & necessaires pour tenir Synodes. Et par acte du 13. Mars 1612. ils ont condamné & censuré un petit traité de la composition du Suppliant, intitulé, *de Ecclesiastica & Politica Potestate*, dont les exemplaires auroient été déposés au Greffe de la Cour, de l'Ordonnance d'icelle, auparavant lesdites Assemblées : en suite dequoi ils ont fait publier ladite Censure aux Prônes des Paroisses de cette Ville, & autres lieux de lad. Province. Contre

lequel acte & publication le Suppliant ayant été conseillé se pourvoir par appel comme d'abus; il a fait dresser & mettre au sceau le Relief cy-attaché, qui a été refusé. Ce consideré, Nosseigneurs, attendu le refus fait de sceller ledit Relief, & que lesdites Assemblées ont été faites contre les formes prescrites par les Ordonnances, & par entreprise manifeste contre l'autorité de la Cour qui s'étoit saisie de la matiere, & en laquelle le Suppliant auroit offert, comme il offre encore, justifier la doctrine contenuë audit traité, pardevant toutes personnes non suspectes, selon qu'il est accoûtumé, & a toûjours été pratiqué en semblables occurrences: il vous plaise recevoir ledit Suppliant Appellant comme d'abus de ladite Censure & publication faite ensuite d'icelle, tant en cette Ville qu'ailleurs, le tenir pour bien relevé, & lui permettre faire intimer en la Cour sur ledit appel, tout ceux qu'il appartiendra, & ferez bien.

Signé, Richer, d'Acolle.

ARREST DE LA COUR.

Soit montré au Procureur General du Roy. Fait en Parlement le treiziéme Avril 1612.

CONCLUSIONS DE MONSIEUR le Procureur General du Roy.

Je le consens pour le Roy,

De Bellievre.

Declaratio Emundi RICHERII *super editione libelli sui de Ecclesiastica & Politica Potestate.*

EGo Emundus *Richerius*, Presbyter Diœcesis Lingonensis, Doctor sacræ Facultatis Theologiæ Parisiensis, & Magnus Magister Collegii Cardinalitii Universitatis Parisiensis subsignatus; semper præ me tuli, atque etiam nunc præ me fero, nullo alio unquam animo, proposito, consilio, aut cujusquam hortatu vel suasione, me libellum *de Ecclesiastica & Politica Potestate*, anno millesimo sexcentesimo undecimo scripsisse; quàm ut breviter demonstrarem quænam essent principia doctrinæ majorum scholæ Parisiensis. Sed quia dum brevis esse volo obscurus fio; atque perspexi quasdam propositiones memorati libelli, in malam partem acceptas: hîc protestor & declaro, me semper voluisse, atque etiam nunc velle, & memetipsum, & libellum Præfatum, omnemque meam doctrinam sanctæ Sedis Apostolicæ, & Ecclesiæ Catholicæ, Apostolicæ & Romanæ judicio, subjicere: ac permagnum concepisse dolorem, aliquas propositiones memorati libelli, sic à nonnullis contra mentem, sensum, & intentionem meam captas, quasi justæ & legitimæ potestati summi Pontificis, & Dominorum Prælatorum Ecclesiæ, aliquid imminutum aut detractum vellem: quem quidem sensum, sicut & omnem aliam interpretationem Ecclesiæ Catholicæ, Apostolicæ & Romanæ judicio contrariam, vehementer improbo & condemno: utque aliàs sæpe obtestatus sum, ita etiam in præsentiarum iterum obtestor, & declaro, me paratissimum esse, ad explicandas omnes propositiones dicti libelli, in bonum, verum & Catholicum sensum: in cujus rei fidem & testimonium præsentem declarationem & protestationem concepi, meâque manu subscripsi anno millesimo sexcentesimo vigesimo secundo; die Jovis trigesimâ Junii.

Signatum E. Richer.

Aujourd'hui date des Presentes est comparu pardevant les Notaires & Gardenottes du Roi notre Sire au Châtelet de Paris soussignés, venerable & scientifique personne Maître Emon Richer, Docteur en la Faculté de Theologie de Paris & Grand Maître du College, dit du Cardinal le Moine, fondé en l'Université de Paris, ruë saint Victor; lequel volontairement a reconnu & confessé avoir écrit & signé le contenu ci-dessus, qui est veritable, dont il a requis aux Notaires soussignés le present acte, à lui octroyé le Jeudy avant midy trentiéme & dernier jour de Juin mil six cens vingt-deux: & a signé en la minute, demeurée pardevers de Saint Leu, l'un des Notaires soussignés

Caron De Saint Leu.

Anno Domini 1612.

Breves Litteræ Pauli Papæ V. ad Episcopos Galliæ de Ecclesiastica Potestate adversus RICHERIUM.

Paulus Papa V.

VEnerabiles Fratres ac dilecti Filii; Salutem, &c. significavit nobis Venerabilis Frater Robertus Episcopus

Montiſpolitiani, noſter Apoſtolicus Nuntius, editum nuper fuiſſe Lutetiæ Pariſiorum librum *de Eccleſiaſtica atque Politica Poteſtate*, pernicioſâ doctrinâ, praviſque dogmatibus refertum, & vos conveniſſe omnes ut unanimi conſilio recognoſceretis errores in eo contentos, ipſorumque Cenſuram accuratam ac diligentem faceretis, graviſſimâ ſanè moleſtiâ affecit nos hic Nuntius; cùm enim cupiamus augeri ſemper clariſſimi in Chriſto Filii noſtri Ludovici Regis Chriſtianiſſimi felicitatem, & iſtius ampliſſimi Regni quietem atque tranquillitatem magis ac magis in dies confirmari; moleſtiſſimè ferimus à nonnullis ea ſemina diſpergi ex quibus meritò timere poſſimus ne repullulent infauſta illa impietatis germina, quæ olim origines & cauſa omnium perturbationum fuerunt, quibus Gallia univerſa paulò aote adeo miſere afflicta ac divexata fuit; ſed ex alrera parte non mediocre ſolatium cœpimus ex veſtra ſacerdotali vigilantia quâ vos obſervare ac diligenter cavere videmus, ne qui callidè nititur ſuper ſeminare zizania in Dominico agro culturæ veſtræ tradito ſpe meſſis optatæ gaudere poſſit. Laudamus itaque plurimùm veſtram pietatem, prudentiam, diligentiam, ſtudium ac ſedulitatem in paſtorali miniſterio, & zelum ac virtutem illorum ſanctorum Patrum celeberrimorum Galliæ antiſtitum, quorum memoriam ſancta Dei Eccleſia veneratur in hac præclariſſima actione veſtra agnoſcentes; Deo Patri miſericordiarum gratias agimus quòd etſi quotidie afflictiones abundant, nunquam tamen opportunæ conſolationes deficiunt. Perturbant quidem nos ſcandala, ſed conſolatur nos fiducia quam in eo habemus qui facit cum tentatione proventum, illa permittens ut probari manifeſti fiant; quod iſtic exiſtimamus nunc acceditis; & propterea tantò magis hortamur vos, ſtudeatis ad Dei gloriam ſedulò perficere quod ſummâ laude adeo alacriter incœpiſtis; potiſſimùm cùm vobis polliceri debeatis chariſſimos in Chriſto Filios noſtros Ludovicum Regem Chriſtianiſſimum, ac Mariam Reginam ejus matrem, cujus egregiam pietatem toties experti eſtis, piis laboribus veſtris futuros eſſe cùm ſponte ſuâ, tum noſtris efficaciſſimis exhortationibus; ſcripſimus qoippe diligenriſſimè de hoc negotio, & venerabili Fratri Roberto Epiſcopo Montiſpolitiani Nuntio noſtro Apoſtolico mandavimus ut omni genere officii noſtras Litteras ſubſequeretur apud Regias Majeſtates, conſtanter igitur ſicuti protul dubiò futuros vos eſſe credimus, Eccleſiæ cauſam deffendite; Divinum honorem integrum, illæſumque conſervate, à quo Regni bonom, Regis felicitas, communiſque tranquillitas verè dependet; Nos interea aſſiduis precibus Divinam bonitatem implorabimus ut veſtris piis laboribus atque conatibus ſemper adſit, & ſi quid præterea humano conſilio præſtare cum Domino poterimus, idque nobis ſignificaveritis, illud perlibenter exequemur; omnipotens ac miſericors Deus lumine ſuæ ſanctæ gratiæ veſtras mentes benignus illuſtret, cogitationes, & opera veſtra in beneplacito ſuo dirigat, atque perficiat, & nos vobis Apoſtolicam benedictionem peramaoter impertimur. Datum Romæ apud ſanctam Mariam Majorem ſub Annullo Piſcatoris. 6. Nonas Maii 1612. Pontificatûs noſtri anno ſeptimo.

Anno Domini 1612.

Breves Litteræ Pauli Papæ V. ad Principem Condæum de Eccleſiaſtica Poteſtate adverſus RICHERIUM.

PAULUS PAPA V.

Dilecte Fili, nobilis vir, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem; Venerabilis Frater Robertus, Epiſcopus Montiſpoliriani, noſter Nunrius Apoſtolicus ſignificavit nobis quanto pietatis zelo nobilitas tua curaverit ut Regiâ antoritate deponeretur *Richerius* Syndicus Facultatis Sorbonæ, qui adeo malè ſentiebat de Eccleſiaſtica Poteſtate; hoc tamen veræ pietatis officium minime novum nobis accidit, adeo frequentibos experimentis perſpectam habemus ingenitam devotionem quâ veneraris ſanctam hanc Sedem, ſed fuit quidem nobis gratiſſimum, quia de eodem Nuntio noſtro accepimus quanti momenti fuerit ad totius negotii abſolutionem; obſtrinxiſti ſanè tibi plurimùm noſtram paternam charitatem; ſatis quidem antea nobilitati tuæ, præcipuo amore devinctam, quod libentiſſimo animo tibi oſtendemus, quoties ſe nobis occaſio offeret, idque ut uberiùs noſter Nuntius declararet, mandavimus; à quo cum his noſtris Litteris Benedictionem quoque Apoſtolicam, quam ex iutimis noſtri cordis viſceribus tibi mittimus, accipies. Datum Romæ apud ſanctam Mariam ſub Annulo Piſcatoris

toris. Sexto Kalendas Octobris 1612. Pontificatûs nostri anno octavo.

Petrus Strozza, Secretarius.

Anno Domini 1612.

Breves Litteræ Pauli Papæ V. ad Comitem Suessionensem de eodem RICHERIO.

Dilecte Fili, nobilis vir, Salutem & Apostolicam Benedictionem; plane nihil aliud expectari poterat ab eximia pietate quâ nobilitas tua prædita est, quàm quod significavit nobis Venerabilis Frater Robertus, Episcopus Montispolitiani noster Nuntius, factum fuisse à te ut abrogaretur Syndicatus Facultatis Sorbonæ *Richerii* de Potestate Ecclesiastica doctrinam viro Catholico indignam profitentis; ex animo te quidem semper dileximus ob præclaras virtutes dignas apprimè vero Principe rantæ nobilitatis ac Religionis, verùm mirificè devinxisti tibi hoc egregio facinore nostram paternam charitatem, quod non modo ut noster nuntius tibi exponet, sed nos quoque nostris bis Litteris nobilitati tuæ declarare voluimus, sed multò libentiùs etiam per occasionem reipsâ comprobabimus. Interim nostram Apostolicam benedictionem tibi peramanter impertimur. Datum Romæ apud sanctam Mariam. 6. Kalend. Octob. 1612. Pontificatûs nostri anno 8.

Petrus Strozza, Secretarius.

Præterea Libellus Edmundi Richerii *de Ecclesiastica & Politica Potestate inter prohibitos Libros à Congregatione S. Officii recensitus fuit an.* 1613. *tum an.* 1622.

Anno Domini 1613.

Censura Libri Becani Societatis Jesu à S. D. N. Paulo Divinâ Providentiâ Papa V. facta.

Cum nuper in lucem editus fuerit Libellus sermone Latino conscriptus, cui titulus est. *Controversia Anglicana de Potestate Regis & Pontificis contra Lancelotum Andræam Sacellanum Regis Angliæ, qui se Episcopum Eliensem vocat, pro defensione Illustrissimi Cardinalis Bellarmini, Autore R. P. Martino Becano Societatis Jesu Theologo, & Professore ordinario, Moguntiæ ex Officina Joannis Albini anno* 1612. in quo nonnulla falsa, temeraria, scandalosa, & seditiosa *respectivè* continentur. Hâc re ad S. D. N. Divinâ providentiâ Paulum V. delatâ, idem sanctissimus præhabitâ dicti Libelli maturâ discussione, ægrè ferens pro pastorali solicitudine suâ atque vigilantiâ, ejusmodi libros, ex quibus grave aliquod scandalum aliquando oriri posset, à viris Catholicis in lucem emitti, præfatum Libellum omnino probiberi mandavit, donec corrigatur. Nos igitur Paulus *Sfondratus* Episcopus Albanensis sanctæ Ceciliæ, Robertus *Bellarminus* sanctæ Mariæ in via, Joannes *Garzia Mellinus* sanctorum quatuor, *Fabricius Verallus* sancti Augustini, Frater Augustinus *Galaminus* Aræ Cœli titulorum Presbyter, necnon *Aloisius Capponus* sanctæ Agathæ Diaconus S. R. E. nuncupati Cardinales à S. D. N. Paulo providentia Papa V. sanctâque Sede Apostolicâ super librorum permissione, prohibitione, expurgatione, & impressione in universa Republica Christiana specialiter deputati prædictum Libellum præsenti decreto juxta S. D. N. mandatum quocunque idiomate, ubicumque impressum prohibemus, & in secunda classe indicis reponendum censemus, donec correctione approbata, juxta regulas indicis denuò imprimatur, decernentes quòd nullus deinceps cujusvis gradûs & conditionis sub pœnis in sacro Concilio Tridentino; & in indice librorum prohibitorum contentis, audeat imprimere, aut imprimi curare, vel quomodocunque apud se retinere aut legere præfatum Libellum, & sub eisdem pœnis quicunque nunc illum babent vel babuerint in futurum locorum ordinariis, seu inquisitoribus statim à præsentis decreti notitiâ exhibere teneantur. In quorum fidem præsens decretum subscriptum & munitum fuit sigillo Illustrissimi & Reverendissimi Domini Cardinalis S. Ceciliæ Episcopi Albanensis, die tertiâ Januarii 1613.

P. Episcopus Albanensis, Cardinalis S. Ceciliæ.

Frater Paulus Picus, Secretarius.

Hæc monumenta extant inter varia monumenta ad historiam Ludovici XIII. pertinentia, tom. 4.



Anno Domini 1613.

GAlileus insignis Mathematicus, ut Copernicani systematis Doctor, coram Romanis Inquisitoribus accusatur. Tum an. 1616. die quintâ Martii, Copernici conjectura de motu Terræ à Congregatione S. Officii reprobata fuit, sed altero Decreto, an. 1620. permiserunt, ut hæc opinio tanquam res quæ fieri possit, non autem quæ revera sit, deffendatur.

Anno Domini 1613.

DIe tertiâ Junii: Civilis Præpositus Parisiorum librum Adolphi Scul-keoii, qui sic inscribitur: *Apologia pro Bellarmino de Potestate Papæ temporali* imprimi jussit.

Anno Domini 1613.

EX Lutheranorum hæresi & variis sectis prodiit Sodalitas *Rosea Crucis*, *seu invisibilium & immortalium.* Qui Soldati incantati vocabantur, & per multos annos in diversis regionibus Germaniæ vagati sunt. an. 1618. apud Germanos editus est liber sic inscriptus: Themis aurea, hoc est de legibus fraternitatis R.C. Tractatus. Quo earum cum veritate convenientia, utilitas publica & privata necnon causæ necessariæ evolvuntur & demonstrantur, Auctore Michaële Mairo. Fictitium est hujus Authoris nomen, & Nicolao Hoffman hoc scriptum attribuitur; ut ut sit, ex Mercurio Gallo tom. 9. pag. 371. hæ leges illius Sodalitatis describuntur. Primò, ut nemo illorum iter agendo, aliud profiteatur, nisi morborum curationem, & illam gratuitam. Secundò, ut nemo eo quòd in fraternitatem ingressus sit, certo habitûs genere uti compellatur. Sed Religionis duntaxat consuetudini sese conformet. Tertiò unumquemque fratrum debere singulis annis die C. in loco Sancti Spiritûs sistere se, vel absentiæ suæ causas litteris declarare. Quartò debere unumquemque fratrum personam aptam & idoneam, quæ sibi vitæ functo succedat, eligere. Quintò, vocabulum R. C. debere illis esse instar symboli characteris, aut sigillo. Sextò hanc fraternitatem necesse est, debere centum annis latere. Galassus Societatis Jesu in examine doctrinæ curiosæ has leges ejusdem Sodalitatis exscripsit; item, Malvasia, Centuriâ 16. milites istius Sodalitii ut rebelles contra Cæsaream Majestatem se gessere. Sed an. 1627. victricibus armis Ferdinandi II. Imperatoris deleti sunt. Quam historiam reperies apud Ziliolum & Bisacium.

Anno Domini 1615.

IN Generalibus Comitiis Gallicanæ gentis, Decretum Constantiensis Concilii, sess. 15. quo reprobatur impia dictio de licita nece cujuslibet tyranni, recitatum fuit & approbatum, ne quis in posterùm sacræ Personæ Regis violentas manus afferret, etiamsi Tyrannus existimaretur. Vide processum verbalem illorum Comitiorum & exscripta in nova editione Commentariorum Gallicani Cleri, pag. 570.

Anno Domini 1617.

Juramentum & Statutum Universitatis Salmanticensis de Immaculata. Conceptione B. Virginis.

DIe 14. Augusti, lectâ quâdam litterâ Regis Catholici Philippi III. in pleno Claustro Universitatis Salmanticensis, commissa fuit causa Mysterii Conceptionis Virginis *Mariæ*, Magistris Theologiæ, ut in alio Claustro referrent quidquid in hac materia sentirent, quod factum est die 17. Septembris ejusdem anni, ventilatioque & examen duravit per plures menses quousque decretum, & statutum fuit ut tertiâ Dominicâ Octobris, an. 1618. omnis Academia emitteret votum ac juramentum defensionis Mysterii Immaculatæ Conceptionis, ac ita factum est processionaliter, procedendo omnes Religiosi, Collegia majora, & minora, Confraternitates, Doctores, Magistri, & Scholastici, cum Episcopo DD. Francisco de *Mendoza*, ab Ecclesia Cathedrali ad Monasterium sanctæ Ursulæ Tertii-Ordinis S. Francisci, ubi post Sermonem ac Missam Pontificalem factum fuit Juramentum & Statutum tenoris sequentis.

Nos itaque N. N. N. totius nostræ almæ Universitatis nomine, ac vice, Deo

Optimo Maximo, tibique sanctissimæ gloriosissimæque Virgini Mariæ *Matri ejus, notum facimus, & sanctè, promittimus, ac juramus, te, quam semper beatam, semperque benedictam & Immaculatam uno omnes ore prædicamus, sanctam quoque à primo tuo Conceptionis instanti, ac per Jesu Christi tui, Deique Filii Unigeniti merita ab æternitate prævisa, Divinà te sic gratià præservasse, ab originali peccato immunem fuisse constanter, tum privatim, tum publicè assertaros, defensuros, prædicaturos, & nullo unquam tempore, vel latum unquam ab ea sententia recessuros, quo verò certiore, ac diuturniore, hæc nostra voluntas successu confirmetur, æternum valituro edito statutum; volumus ut nullus unquam, sive Doctoratûs, & Magisterii, sive licentiæ, & Baccalaureatûs, gradum vel titulum, in eximia hàc nostra Academia promoveatur, vel admittatur, nisi qui huic nostro voto eâdem mentis, sententià factoque suffragabitur, & semper tam publicè, quàm privatim suffragaturum sese juramento adstrinxerit; hoc pariter omnes vovemus, spondemus, juramus: sic nos Deus adjuvet & hæc sancta Dei Evangelia.*

Hoc monumentum extat in libro cui titulus est nodus indissolubilis de conceptu mentis & conceptu ventris. Authore P. de *Alva & Astorga* Broxellis 1661. in Bibliotheca Regia.

Anno Domini 1618.

Censura Sacræ Facultatis Theologicæ Coloniensis; in quatuor priores libros de Republica Ecclesiastica M. Antonii de Dominis quondam, Archiepiscopi Spalatensis.

EPISTOLA DEDICATORIA

Serenissimo & Reverendissimo in Christo Patri ac Domino D. Ferdinando Electo & confirmato Archiepiscopo Coloniensi, S. R. Imperii per Italiam Archicancellario, Principi Electori; Leodiensi, Monasteriensi, Episcopo; Paderbornensi, Hildeshemensi, Berchtesgadensi, & Stabulensi, respectivè Coadjutori & Administratori; Comiti Palat. Rheni; utriusque Bavariæ, Westphaliæ, Angariæ & Bullionis Duci; Marchioni Franchimontensi; Comiti Lossensi, &c. Legato Sedis Apostolicæ Nato: S. Theologica Facultas Universitatis Coloniensis sempiternam fœlicitatem.

POstquam M. Antonii de Dominis, Archiepiscopi quoodam Spalatensis, nunc Apostatæ, de Republica Ecclesiastica novellæ lucubrationes, Serenissimæ Celsitudini Vestræ oculos offeoderunt, dignom tanto Præsule, quantum *in Ferdinando* Catholici omnes veneramur, consilium suscepit, librorum ejusmodi, priusquam Subditorum suorum usui permitterentur, fioem, fidem, & argumenta per sanctam Facultatem Theologicam Almæ Universitatis Colonieosis investigandi

Etsi verò ipsa professioois & officii oostri ratio postularet, ut nemine etiam hortante, clypeum aliquem virulentis adversarii istius jaculis tempestivè objiceremus, memores pietatis & diligeotiæ à Majoribus oostris, contra Martinum Lutherum ante 100. plus minus annos pro Ecclesia in simili oegotio præstitæ. Ex quo tameo Serenissimæ Celsitudini Vestræ placuit, currentibus iosuper stimulum addere; injunctus labor non minùs celeri, quàm prospero, ut speramus, exitu consummatus est.

Is igitur ut brevi verbornm periodo, & summario veluti schemate eidem innotescat, Codicem imprimis Apostatæ supradicti, excusum io Anglia, à capite usque ad calcem evolvimus, quanto quisque aoimi tædio & indignatione; quanto stupore, ac trepidatiooe, æstimari non potest. Nauseam movebat intolerabilis superbia, in sanctissimis Ecclesiæ Patribus ac Coociliis tam vetustis, quàm recentioribus vilipendendis, deprimeodisque, quasi solus ipse super omnes alios, nostro tandem hoc sæculo, veluti cedrus quædam in [a] Libano excrevisset; quæ quidem arrogantia cum ante defectionem hominis sub ulcere quodam modo occulta latuerit, nunc porrò purulento facundiæ genere foras erupit.

Indignatio accendebatur, ex perversa doceodi libidine, quâ sacros Scripturarum textus, scieos, voleos, à genuino sensu, ad eorum ingenium scilicet, quorum *farre vivit & ære*, violenter detorquet.

In stuporem verò quis non raperetur maximum, qood tantæ in Ecclesia dignitatis Antistes, in sua pariter & mundi senectute, hæresibus verò plerisque jam ad interitnm labentibus: ab Ecclesia jus-

[a] Psal. 36.

torum ad Synagogam declinaverit impiorum; è domo paternâ, ad exilium; ab ovibus Christi ad porcos: à pane filiorum ad filiquas; Et [a] *qui nutriebatur in croceis, amplexatus sit stercora?*

Nimirum manifesta facta sunt in Marco Antonio, viventis Dei judicia, qui superbos *Mente cordis sui* [b] omnium vehementissimè execratur: ad quæ proinde justum ac rationabile est, ut nobiscum boni omnes, cujuscunque ordinis ac sublimitatis sint, dum stare sibi videntur, toto corpore & animo contremiscant, ne concidant.

Libro evoluto, & Spiritu veritatis solemni ritu invocato, totum quidem illum veluti Hæreticum, schismaticum, scandalosum, ac seditiosum; plenum novis antiquisque hæresibus, erroribus, falsitatibus, mendaciis; contra Fidem & Mores, adversus publicam pacem ac justitiam contra omnem reverentiam & obedientiam Ecclesiæ prælatis debitam refertum conviciis & calumniis, abolendum exurendumque censuimus: sed quosdam præcipuè articulos notare visum est; ne si quibus fortè sententia hæc nostra dubium pepererit, ipsum Autboris pestilentissimum codicem tractare cogantur; sed vel ex opusculo hoc quasi ex pauculis pomis, reliquos etiam maledictæ istius arboris fructus cognoscant.

Tuum nunc est, Serenissime Princeps, Præsul vigilantissime, Lupi bujus insidiis opportunè occurrere: prætactum opus, quasi Circæum poculum, quod bibentes in porcos transmutasse Poëtæ fabulantur, fidelibus interdicere: Exemplaria procul à finibus Archiepiscopatûs Coloniensis proscribere ad Vulcanum usque: nec aliud memoriæ M. Antonii monumentum permittere, quàm unde probi & improbi omnes intelligant, *impossibile esse corrigere quem Deus despexit.*

Hisce, quod reliquum est, Serenissimæ Celsitud. Vestræ incolumitatem, die noctuque bumillimis votis Deo Optimo Maximo commendamus. Coloniæ Ipsa S. Ambrosii Ecclesiæ Doct. an. Christi. M. DC. XVIII.

Propositiones, ex quatuor lib. M. Antonii suprameinoratis, selectæ, & per Facult. Theolog Coloniens. damnatæ.

[a] Thren. 4.
[b] Luc. 3.

LIBER PRIMUS.

PRÆFATIO.

Num. 2.

Mulier fortissima, *Ecclesia*, miserandum in modum delituit.

Propositio hæretica, visibilitati Ecclesiæ; quæ nullo unquàm tempore delituit, repugnans.

Num. 3.

Tempore Augustini ipsa mulier rursum cogitur delitescere, & paucorum se obtutibus exbibet intuendam.

Propositio falsa, quæ in autore ignorantiam historiarum Ecclesiasticarum manifestat, indicatque eundem (etsi frequentibus S. Augustini testimoniis glorietur) tamen in lectione Augustini minus fuisse versatum: siquidem in omnibus libris contra Donatistas, præcipuum ejus argumentum ex visibilitate & universalitate Ecclesiæ est desumptum.

In expositione consilii suæ præfationis:

Num. 3.

Meam hanc in loci mutatione, divinam esse vocationem non humanam, nullo modo aut possum, aut debeo ambigere.

Propositio SWencfeldiana, repugnans ordinariæ & legitimæ vocationi Ministrorum Ecclesiæ, quæ ad Rom. 10. *describitur.*

Num. 4.

Piaculum ducebam, ne adversùs fidei certa mibi putata dogmata (pro talibus enim nobis pueris venduntur) vel leve dubium admitterem.

Propositio calumniosa in Ecclesiam quæ in articulis fidei errare non potest.

Ibidem.

Eos *libros hæreticos* meritò probiberi censebam; ne vulgares homines judicio & discretione destituti, falsitatis imbibendæ periculis exponantur: quod verò studiosis & optimè erga Catbolicam fidem affectis, & sanâ doctrinâ pollentibus penitùs auferrentur, suspicione rem non carere, ut ratio meritò dictat, semper fum arbitratus. In quibus abscondendis, supprimendis, perdendis, adeò laboratur, ut hoc ipso latere aliquid in illis liceat

ceat suspicari, cui convellendo doctrina nostra non sufficiat.

Suspicio temeraria in Ecclesiam, calumniosa & falsa; in verbis, ratio merito dictat, & latere aliquid, &c.

Num. 8.

Vidi jam apertissimè penitúsque perspexi Romæ absque ullo legitimo fundamento, imò, per summam vim, innumeros fidei articulos novos quotidie cudi, & nobis obtrudi, &c.

Narratio falsa, & in Ecclesiam Romanam injuriosa, & calumniosa.

Num. 10.

Quid jam sunt Episcopi sub Romano potentatu? In temporalibus quidem, ubi optima sunt sacerdotia, & dignitate eminent sæculari, Magnates sunt, conspicui sunt, principes sunt: sed Episcopi, nisi æquivocè, nequaquam sunt.

Propositio falsa, & calumniosa, hæresim Hussitarum redolens, ut & ratio subsequens.

Ibidem.

Ecclesia sub Romano Pontifice, non est amplius Ecclesia: sed Resp. quædam humana sub Papæ Monarchia tota temporali, Vinea est, ad solum Noë inebriandum, &c.

Propositio hæretica & maledica.

Num. 13.

Cùm aliquando Rex David de adulterio & homicidio esset objurgandus, non summus Pontifex, non alius ut Sacerdos, aut Levita; non quispiam aut amicus aut familiaris, id muneris ausus est assumere; sed Deus ipse suos proprios ac peculiares ad hoc exhibuit nuncios, Nathanque Prophetam.

Adulatio Anglicana, adimens Romano Pontifici potestatem corrigendi & censendi Magnatum delicta.

Ibidem.

Non est nostri Romani Papæ, non est tanta Majestas, ut terrere debeat: ficta est illa, temporalis, & fastuosa Majestas, usurpata est, nulla est.

Si loquatur de potestate indirecta, quam habet Papa super Principes, hæretica est: si de temporali dominio rerum Ecclesiæ Romanæ donatarum, injuriosa & falsa est.

Num. 16.

Cavete, ne cum Stephano excommunicationibus importunis, charitatem abrumpere tentetis.

Propositio in B. Stephanum Papam I. & Martyrem injuriosa.

CAPUT I.

Num. 1.

Qui de Republica Ecclesiastica, sicut de pure humanis, philosophantur, mihi videntur, non parum à recto tramite aberrare non modò quia in eo requirunt veram jurisdictionem, hoc est, vim coactivam, & subjectionem externam.

Propositio hæretica, quatenus negat in Ecclesia jurisdictionem coactivam.

Ibidem.

Multò magis, *aberrant*, qui putant, ut in humanis, absente Rege, & Reipublicæ gubernatore, sicut etiam eo ex humanis sublato, alium esse eidem subrogandum.

Propositio similiter hæretica, quatenus negat in Ecclesia regimen unius: eamque ineptè author probat.

Num. 2.

Nullum ergo aliud Caput agnoscebat Paulus nisi Christum; & inter membra Christi, non secus includit etiam Petrum, quàm se & alios Apostolos, ac fideles.

Propositio falsa.

Num. 3.

Hoc verò regimen esse spirituale, nec egere corporali præsentiâ, sed influxu internæ gratiæ ipsum peragi, satis declarat idem Paulus.

Propositio, quatenus visibile Ecclesiæ Caput & regimen tollit, hæretica est.

Num. 4.

Quando itaque ait Apostolus, Caput non posse dicere pedibus, non estis mihi necessarii, intelligit Caput, ut est commembrum in eodem corpore cum pedibus; non autem ut est suo influxu, suaque virtute totius corporis rectivum.

Expositio falsa & detorta.

Num. 5.

Augustinus neque extra Christum cognoscit Caput ullum.

Propositio falsa est, & sancto Augustino injuriosa.

Num. 6.

Abhorret verò plurimùm idem Gregorius, si aliquo pacto dicatur Ecclesia habere in terris ullum Caput præter Christum, ne Apostolum quidem.

Propositio falsa: cum S. Gregorius l. 7. epist. 30. quæ est ad Eulogium, apertè profiteatur, nomen Universalis Episcopi oblatum esse Romanæ Sedi per Synodum Chalcedonensem.

Num. 10.

Caput ut Caput nullum aliud habet officium, nisi interno influxu regere & gubernare totum corpus.

Propositio erronea, & subversiva omnis regiminis Civilis & Ecclesiastici.

Ibidem.

Quicunque homo in Ecclesia est ut visibilis, membrum, non Caput est.

Propositio hæretica.

Num. 13.

Sacerdotes omnes mortales in Ecclesia Christi, quicunque illi sint, non tam dicuntur propriè Sacrificium offerre, quod verè & propriè solus Christus obtulit, quàm Sacrificii illius maximi memoriam celebrare.

Propositio hæretica, quatenus negat Sacerdotes offerentes Corpus & Sanguinem Christi, sub specie panis & vini contenta, esse verum & proprium Sacrificium.

Ibidem.

Neque quisquam verè & propriè, ut docet Augustinus & Chrysostomus, sacrificat, sed memoriam *solam* repræsentat.

Propositio falsa, & in allegatos Patres injuriosa: quorum sententiam, addendo vocem solam, *contra propriam conscientiam corrumpit. S. Augustinus enim verbis ab Autore eodem hoc numero citatis dicit: (Christiani peracti ejus Sacrificii memoriam celebrant* sacrosanctâ oblatione, *& participatione Corporis & Sanguinis Domini.)*

Num. 14.

Non Ambrosio plus Petrus, quàm sola imago Pontificis Christi, tantumdem quantum quilibet aliorum Apostolorum.

Propositio falsò deducta ex verbis S. Ambrosii in particula sola.

Num. 22.

Non est difficile in doctrina Catholica defendere, Ecclesiam veram primitivam post Christi ascensum propriè suum ortum habuisse.

Propositio temeraria, si non hæretica repugnans æternitati Regni Christi.

Num. 13.

Quod ergo in terra Christus mortalis visibiliter exercuit; hoc & non aliud talibus hominibus ipsius Ministris exercendum committebat: & quod ipse mortalis visibiliter non exercuit, neque mortalibus commisit, imò nec committere debuit; sed sibi ut vero Capiti & Domino reservavit; internum videlicet & spiritualem influxum, & omnes internos spirituales & supernaturales effectus: extra quos nondum relinquebat suis Ministris externum ministerium & laborem.

Fundamentum hæreticum, hæreseos, quam pleniùs Author tractat sequenti capite.

Num. 14.

Ego sanè in Christi visibili regimine ordinario hæc tantum observo, sacramenta visibilia instituere; Ministros vocare & mittere; Evangelizare; Ministros suos errantes corripere & increpare; Legem explicare, eamque à corruptelis vindicare. Alterius generis officia à Capite Christo; ut visibilis erat, prodeuntia, ego certè non reperio.

Propositio hæretica, quam pleniùs tractat Author tertio Capite.

Ibidem.

Reliqua omnia hæc munera omnibus Apostolis sunt æquè à Christo commissa.

Propositio hæretica in verbo æquè.

CAPUT II.

Apostolorum Munus fuisse tantùm ministeriale.

Titulus hæreticus, quem ex testimoniis diversis scripturæ, quibus Apostoli Christi Dei Ministri appellantur, additâ particulâ tantùm *malitiosè probare prætendit.*

Num. 7.

Nos verò, inquiunt Apostoli, Orationi & Ministerio instantes verbi erimus. Non dicunt: Nos legibus coactivis condendis, ac tribunali vacamus, nos pro arbitrio præcipiendo, puniendo, dominando, occupabimur: sed Orationi & Ministerio verbi instantes erimus: Quia aliud sibi officium commissum non agnoscebant.

Propositio falsa & inepta argumentatio; in qua ex negatione violentæ dominationis, infert negationem legitimæ potestatis.

CAPUT III.

Apostolos omnes, in omni officio, & munere Apostolico, ac in omni potestate fuisse inter se pares, & omnino æquales.

Repositio vel titularis Inscriptio planè hæretica, quam ad Nauseam toto capite frequenter repetit.

Num. 6.

Sed expressam æqualitatem potestatis inter Apostolos agnovit, semper antiquitas.

Calumnia.

Num. 18.

Evidenter colligo; disparitatem potestatis inter Apostolos, esse humanum inventum.

Propositio hæretica & schismatica.

Num. 19.

Eodem modo, quo ovis, putà Joannes, subditus est Petro, propter Apostolatum; etiam ovis Petrus, vice versâ subditus erit Joanni & reliquis, propter eorum Apostolatum.

Propositio hæretica, quatenus Petrum subjicit Joanni, cum Petrus soli Christo fuerit subjectus.

Num. 14

Omnium Romanorum Pontificum, in hoc genere, dicta, meritò suspecta possunt haberi. *Et paulò post eodem:* Ut pluris facienda sint dicta Cypriani, Hieronymi & Augustini, quàm Leonis; neque unius leonis oratoriè amplificatum dictum poterit apertissimis in contrarium tot sanctorum Patrum dictis, fidem derogare.

Assertio temeraria & audax.

Num. 33.

Planum est, neque à Christo Monarchiæ formam fuisse immediatè in Ecclesia institutam.

Propositio hæretica & schismatica, Hierarchiæ & pacis Ecclesiasticæ perturbativa.

Num. 34

Per plura prima sæcula Christi Ecclesia formam Apostolicam regiminis servans, constanterque retinens, nunquam ne umbram quidem Monarchiæ admisit.

Assertio falsa, Historiæ Ecclesiasticæ repugnans.

CAPUT IV.

Apostolis omnibus & non soli Petro, Christi Vicarii in terris nomen & officium, æquè competiisse.

Titulus hæreticus in verbo æquè. *Nam sicuti Episcopi & Sacerdotes immò & laici baptizantes sunt Vicarii Christi, sed non æquè, quia non cum æquali potestatis plenitudine; ita Petrus & Apostoli omnes sunt Vicarii cum plenitudine potestatis; sed non æquè: quia non æquali modo. Petro enim datus fuit Vicariatus, ut officium ordinarium quod in successorem ejus transmitteretur; reliquis, ut officium extraordinarium in successores eorumdem non transmittendum*

Num. 2.

Si de vero & proprio Vicario loquamur, qui perfectissimè Christi vices, post ejus in Cœlum ascensum, plenè gesserit, geratque in terris, & gesturus sit, usque ad consummationem sæculi, quis dubitat esse Spiritum Sanctum Paracletum?

Hæc propositio est erronea & periculosa hæresim Macedonii renovans in verbo Vicarii, *propriè sumpti.*

Num. 4.

Patet denique Augustinum in Petro

nullum primatum autoritativum agnovisse; immò ne suspicatum quidem fuisse.

Assertio falsa, & in sanctum Augustinum injuriosa.

CAPUT V.

Num. 3.

Matthæus enim priusquam illa contigissent, recenset nomina duodecim Apostolorum hoc pacto.

Propositio falsa. Matthæus enim non recenset nomina Apostolorum, nisi aliquot annis post Christi Resurrectionem, quando Evangelium scripsit.

Num. 7.

Invenio ergo Petrum primatum aliquem, citra tamen Principatum potestativum, & jurisdictionalem, esse consecutum; nimirum ex ætate, &c.

Propositio hæretica in verbis, citra Principatum potestativum & jurisdictionalem.

Num. 17.

Hæ antiquæ Epistolæ, etiamsi illorum Pontificum quibus ascribuntur, vix esse credantur, ut alibi differemus, sunt tamen satis antiquæ, & ad oppugnandas Romanas traditiones, non ad confirmandas validæ.

In Epistolis Decretalibus censendis & dijudicandis Magdeburgensium hæreticorum exemplum imitatur hæreticus, ut contra Epistolas Primatum Petri potestativum & jurisdictionalem mille locis asserentes, triumphare possit.

Num. 19. *finali.*

Atque hunc solum primatum: nempe ætatis, vocationis, & amoris: convincunt & non alium majorem, plurima Divinæ Scripturæ, & sanctorum Patrum loca.

Propositio falsa & hæretica in verbo, non alium.

CAPUT VI.

Num. 4.

Neque video, cur tres posteriores sententias maluerit tribuere *Erasmo, Calvino, & Luthero*, quàm Catholicis Patribus in Ecclesia etiam Romana celeberrimis.

Propositio fraudulenta; indicat enim expositiones illas hæreticas, esse fautorum Patrum, cùm tamen eorum non sint.

Ibidem post pauca.

Erasmum dicit sentire, cum Origene omnem hominem fidelem esse hanc petram, super quam, Ecclesiam ædificandam esse Christo pronunciat.

Mendax de Origene sententia, qui sensu litterali hæc accipiens, Catholicam expositionem amplectitur: allegoricè omnibus fidelibus eadem accommodat.

Num. 10. *prope finem.*

Hi sanè omnes dum Petrum à petra, id est, à Christo, nomen habuisse contendunt; procul dubiò per illa verba, *super petram*, vix consentire possunt significari, super Petrum, si Petrus, Petrus non est, nisi à petra qui est Christus.

Consequentia sophistica, quia nomen petræ, sicut Capitis aliorumque convenit Christo, & Simoni Joannis; sed differenter; illi per excellentiam, huic per participationem.

Num 15.

In his verò Breviarii potiùs deformationibus, quàm reformationibus, quia bonam fidem desideramus, meritò scandalum datum patimur.

Propositio temeraria (cùm nulla sit causa desiderandi in his bonam fidem) & præsumptuosa, ac in Ecclesiam impia, in verbis: meritò, & scandalum datum, *si non hæretica & schismatica.*

Num 16.

Videsne ab Ambrosio expressè negari petram ibi ad personam Petri referri?

Imponit Ambrosio: veramque sententiæ illius expositionem statim malè impugnat. Quod idem rursus facit in Chrysostomo infra num. 19.

Num. 10.

Christus & fides Christi Ecclesiam illam, quam meam dixit Christus, post Passionem tantùm, & Resurrectionem ædificavit.

Propositio hæretica, omnes enim, quotquot ante Christi Nativitatem per fidem Christi salvati sunt.

Num. 21.

Similitudo, seu Metaphora ædificii in eo consistit, ut sicut fundamento hærent reliqui lapides, & ab eo sustentantur in illa unione, & cohærentia; ita & Ecclesia

Ecclesia, hoc est, fideles, in fide una & eâdem innixi, inter se retinent cohærentiam & unionem; quâ fide sublatâ, concidunt ex ædificio, illi qui cum cæteris fidelibus solâ fide & ei annexis cohærebant, hoc autem neque de Petro, neque de ullo homine potest verificari. Immò omnino contrarium sequeretur, si homo esset fundamentum Ecclesiæ: non enim fideles, qui faciunt Ecclesiam, inter se sunt unum, quia uni Petro, vel alteri homini adhærent.

Explicatio fraudulenta & tegens hæresim in verbis illis: Hoc autem neque de Petro potest verificari. Ecclesia enim una est unitate fidei ab uno Pastore propositæ.

Num. 30.

Adeo enim difficile ne dicam impossibile est suprematum hunc Petri, ex illis præcisè promissis, super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, colligere aut confirmare; ut vel ipsi Monarchici nostri, quò se vertant, non inveniant; ut in nomine, seu metaphora fundamenti primatûs inveniant autoritatem, & Petri supremam præfecturam.

Propositio falsa & calumniosa, nam in moralibus, is qui fundamentum est; etiam Caput est; soli autem Petro data est promissio fundamenti: adeoque & soli per fidelitatem Christi, hæc dignitas collata.

Num. 35.

Petrus fermè statim ab illa eadem fide decidit, neque semel, sed sæpiùs titubavit, etiam post Christi Ascensionem, & Spiritûs Sancti illapsum.

Propositio in B. Petrum injuriosa & erronea.

Num. 39.

Neque putet quis ibi Petro commendari fratres, hoc est, Coapostolos: nam fratrum nomine Christus intelligit fideles omnes ab Apostolis instruendos.

Expositio erronea & communi sanctorum Patrum interpretationi repugnans, verbo fratres.

Ibidem post pauca.

Tu qui lapsu tuo plurimùm fratres tuos Apostolos scandalizasti, qui maximè omnium debebas esse cæteris posterioribus, & junioribus exemplum constantiæ, conversus tuâ pœnitentiâ, confirma illos.

Erronea expositio verbi, confirma.

Num. 45.

Omnibus porrò Apostolis, non minus quàm Petro, eandem competere Metaphoricam fundamenti rationem, senserunt Patres ferè omnes Catholicæ Ecclesiæ propugnatores.

Propositio falsa & erronea, plus enim quàm reliqui Apostoli habuit Petrus, quia specialiùs ei promisit Christus, quod ad probationes ex Patrum authoritate petitas attinet, congerit eas quidem Author, sed Assertionem suam nihil probant.

Num. 49.

Profectò Hieronymus dicit ex æquo omnes Apostolos fuisse Ecclesiæ fundamenta: neque addit Petrum tunc factum ordinarium Pastorem & Caput; à quo penderent cæteri Apostoli in regimine.

Abutitur testimonio S. Hieronymi cùm B. Hieronymus expressè ibi addat; sed unus eligitur, ut capite constituto schismatis tolleretur occasio.

Num. 50.

Interim verò plurimùm conqueror; quòd nunquam Monarchici exposuerint, quid sit ipsa Ecclesiæ ædificatio, & quomodo illa in solo Petro fuerit verificata, si soli Petro fuit promissa.

Propositio in Scriptores Catholicos injuriosa; cùm potiùs Author se debuerit accusare socordiæ, qui ad rem tanti momenti non adverterit.

CAPUT VII.

Num. 3.

Ostendo nihil promitti, aut dari Petro illis verbis: quodcunque ligaveris, quod aliis promissum non fuerit, hoc enim Patres & animadverterunt, & expresserunt.

Propositio hæretica, erronea, & in sanctos Patres calumniosa.

Num. 4.

Nihilominus illius Concilii (Coloniensis) Patres primatum Petri supra alios Apostolos, & consequenter illi Monarchiam Petri certè hoc loco non admittebant.

Propositio in Patres Concilii Coloniensis contumeliosa ; constat enim ex ejusdem Concilii actis inter ea de quibus examinari debent qui de hæresi suspecti sunt quæstione 37. quæri, an credant S. Petrum fuisse Principem Apostolorum, & Christi Vicarium, & Romanæ & Catholicæ Ecclesiæ summum Pontificem.

Num. 13.

Quia igitur Patres communiter tantumdem dari, seu promitti omnibus Apostolis censuerunt illis verbis: Quæcunque alligaveritis, &c. quantum promissum, seu datum sit Petro, illis ; Quodcunque ligaveris, &c. ne hinc rueret totum Papatus fundamentum, Patres omnino deserere nostris diebus coactus fuit Maldonatus. *Et post pauca:* Non ego, inquit Maldonatus, eodem sensu quo Patres, etiam aliis Apostolis, hoc dictum interpretor.

Ingens impudentia M. Antonii, qui non veritus est Maldonatum corrumpere, ut fingeret eum ad sustentandum Papatûs fundamentum : à Patrum expositione recedere, & pro verbis Maldonati. Nec enim eodem sensu quo Petro atque aliis Apostolis dictum interpretor quodcunque solveris, &c. fraudulenter supponere. *Non ego eodem sensu quo Patres etiam aliis Apostolis hoc dictum interpretor.*

Num. 14.

Patres ut vidimus num. 4. & adhuc inferiùs meliùs videbimus, clavium traditionem aliam in Evangelio non agnoscunt, nisi Joannis 20. sicut misit me Pater, &c. Et accipite Spiritum Sanctum, quorum remiseritis, &c.

Propositio erronea, cùm frequentissimè Patres agnoscant B. Petro datam potestatem clavium, verbis illis : Pasce oves.

Num. 15.

Velut novum omnino & sanctis Patribus adversans, ac fortasse etiam Divinæ Scripturæ repugnans ; rejiciendum puto, & procul ab Ecclesia Catholica amandandum, id quod recentiores isti Theologi nuper excogitaverunt, & ex illa Christi actione erga Petrum singulari, non modò insufficienter, sed etiam perperam de *ordinaria* & *primaria* cura pastorali collegerunt.

Propositio temeraria in verbis istis : Patribus adversans, & Scripturæ repugnans, *& calumniosa in verbo* insufficienter & perperam.

Num. 16.

In re quidem & promissa & data, non est difficultas, ut jam manifestum reddidi, quia totum datum est Apostolis, quod Petro ; & in hoc plenè mecum nostri Monarchici conveniunt, vel inviti.

Inepta gloriatio & falsa.

Num. 18

Hæc est pura & defæcata Cypriani lectio, prout omnes antiqui Codices habent. Pamelius enim, Aldo Grammatico nixus, ineptè intrusit illa verba, *Primatus Petro datur* ; quæ ex aliquo marginali, si dolus malus abfuit, in textum aliquem impurum, irrepserunt.

Temeraria Censura Aldinæ & Pamelianæ lectionis, cùm ea antiquis Codicibus firmetur.

Ibidem circa medium.

Agnoscit ergo Cyprianus mysterium in eo, quod soli Petro Dominus loquatur, & non mysterium ullius suprematûs.

Hoc loco, ut & toto deinceps capite, variè Author detorquet sententias sanctorum Patrum, ne hæresi jam ab eo frequenter insinuatæ præjudicare videantur, unde & falsò tandem maledicè ac hæreticè numero 32. concludit.

CAPUT VIII.

Non conferri in Petrum primatum Ecclesiæ illis verbis : *Pasce oves meas.*

Propositio hæretica & omnium ferè Conciliorum Actis repugnans.

Num. 3.

Quod ergo uni Petro, & seorsim dicitur : *pasce oves meas*, mysterium tantum est : ut discant omnes Apostoli & Ministri Christi, etiamsi sint innumerabiles ; unicam tamen omnes & eandem exercere pasturam, & omnes simul ac in solidum unicum eos debere esse pastorem.

Propositio hæretica, & Scripturæ, ad eam confirmandam, violenta expositio.

Num. 4.

Hic (nempe in verbis : *pasce oves meas*) posset aliquis, nec fortassis immeritò, ad solam pasturam, hoc est, prædicationem se restringere.

Expositio hæretica, & nulli Sanctorum Patrum ante cognita. Illis enim pascere omnia complectitur, quæ ad Ecclesiæ regimen requiruntur.

Num. 5.

Erit igitur amplificatio quædam oratoria illa Bernardi; dum ait ad Eugenium Papam. *Pastorum tu unus omnium Pastor*

Nimis leviter conatur declinare autoritatem S. Bernardi, cùm ex libris ejusdem apertè constet mens Bernardi.

Ibidem.

Omnes procul dubiò Petro assignantur oves, ad quascunque accesserit.

Propositio fraudulenta, sub qua videtur Author tegere hæresin illam, quod sancto Petro non fuerint commendati tanquam oves, nisi ad quos personaliter accessit.

Ibidem.

Quamvis posset aliquis asserere, ut mox dicam, oves quæ essent tunc ovilis Christi fuisse propriè oves Christi, quas Petro commendabat: oves nimirum illas de quibus dicebat Christus: non sum missus, nisi ad oves quæ perierunt, domus Israël.

Expositio hæretica, quatenus indicat solos Judæos S. Petro tanquam oves fuisse commendatos, repetita inferiùs num. 10.

Num. 6.

Mysteria quæ alii venerantur in verbis: *Pasce agnos meos*, sive oviculas & oves ut Bellarminus, à me contemnuntur in proposita de primatu Petri quæstione.

Nihil mirum, quia neque ovis es, neque agnus.

Ibidem.

Illos tamen probare non possum, qui verbis illis: *Pasce oves meas*, Petro etiam ipsorum Apostolorum curam censent à Christo fuisse commissam.

Propositio hæretica, quatenus indicat Romanum Pontificem non fuisse semper Caput Ecclesiæ: & simul calumniosa, quatenus indicat S. Bernardum aliosque multos hac in re fuisse deceptos, neque negotium hoc exactè discussisse.

Num. 7.

Impropriè quibusdam pro uno Pastore unius ovilis, Petrus intruditur loco Christi.

Calumnia in Authores quos citat, nemo enim Petrum intrudit, quem Christus suo loco constituit, neque Petrus eo gradu unus Ecclesiæ Pastor, quo Christus.

Num. 8.

Cur igitur Petro soli seorsim ab aliis tamen, coram aliis dicitur in particulari: *Pasce oves meas?* Jam itaque necesse est rursus, ut mysteria quæramus.

Vera confessio auctoris, qui ideo debet mysteria quærere, quia non vult sensum litteralem Catholicorum recipere. Mysteria autem quæ allegat, tantùm abest, ut primatui B. Petri repugnent, ut clariùs eundem explicent, & vicissim per eundem explicentur, unde inanis illa ejusdem conclusio infra num. 13.

CAPUT IX.

Pensitatio phalerarum, quibus Petri Primatus prætensus solet exornari.

Titulus scurrilis, in verbo phalerarum *ac simul hæreticus, in verbo* prætensus.

Num. 1.

Nam aliis (Apostolis) etiam Christus nomina & cognomina mutavit, sive addidit.

Propositio falsa: nam per Christum addita quidem aliis cognomina, non tamen mutata nomina

Num. 1.

In hoc ergo, quod Petrus ætate, vocatione & fervore alios superavit, & proinde in familiaritatem singularem à Christo assumptus, eique propterea à cæteris honor magnus delatus fuerit, totum Petri Primatum ponimus & agnoscimus.

Repetitio hæresis in verbo, totum.

Num. 5.

Et Augustinus in Psal. 108. nihil illustre promitti aut dari Petro admittit, nisi quod ad Ecclesiam totam referatur.

Abutitur his B. Augustini verbis frequentissimè Author: sensus enim est, quod promissio facta Petro, & dignitas ei collata, non sit merè personalis, quod est directè contrarium doctrinæ Autoris.

Num. 6.

Errabant ergo Apostoli, dum inter ipsos aliquem à Christo jam institutum putabant, qui cæteris despoticè, & com absoluto dominio præesset, huncque Petrum esse, suspicabantur.

Malè exponit errorem Apostolorum, consistebat enim error, in eo quod putarent regnum Christi temporale futurum.

Num. 7.

Sed sicut non solus Petrus fuit Ecclesiæ fundamentum, sed æquè omnes Apostoli, ita neque solus Petrus intelligi poterit Ecclesiæ Magister, & Gubernator, quamvis illius navis singularis solus Petrus Dominus fuerit, Petro non dedit clavum, sed suum, ut cæteris Apostolis, remum.

Propositio hæretica, quatenus negat solum Petrum Gubernatorem supremum Ecclesiæ extitisse.

Num. 8.

Non ad Petri exaltationem, sed depressionem potiùs, orationem illam Christi (ego pro te rogavi, &c.) pertinere.

Propositio erronea, contraria sanctorum Patrum expositioni, & in B. Petrum injuriosa.

Ibidem.

Neque Theophylactus adeo rudis censendus est fuisse, ut nescierit in Divinis Scripturis Petrum solum non fuisse post Christum Ecclesiæ petram & fundamentum.

Censura imprudens, sentit enim Theophylactus in verbis citatis, cum Catholicis omnibus, Petrum ita fuisse Ecclesiæ petram *post Christum, ut alii non fuerint petræ eodem modo, immò nec petræ in Scriptura vocentur, nisi Author fortasse ita sit eruditus, ut possit aliquem locum proferre.*

Num. 19.

Interdum ubi Chrysostomus orationem auream suam exuberare permisit, plurimum inclinare videri potest in supremum Petri principatum, oratoriè potiùs quàm Theologicè, quod singulariter fecit considerans hanc primam Petri actionem post Christi Ascensionem. Sed ne hic quidem adeo absolutè Chrysostomus Petrum pronunciat Principem, quin simul ferè contraria multa interferat, ut facilè liqueat pompam tantum & apparatum orationis adhiberi.

Familiare Authori effugium qui maluit in Chrysostomo, Leone, Bernardo, aliisque Sanctis Patribus, testimonia de primatu B. Petri elevare, tanquam parum Theologica, non ausus dicere falsa, quam in eisdem primatum cum Sanctis Patribus agnoscere.

Ibidem.

Alia quoque Chrysostomi verba ibidem posita consideremus. Meritò, inquit, primus omnium authoritatem usurpat in negotio, ut qui omnes habeat in manu. Ad hunc enim dicit Christus: Confirma Fratres tuos. Ecce jam rursus videtur sibi contrarius.

Audax & contumeliosa censura, neque enim Chrysostomus sibi ipsi, sed M. Antonio contrarius est.

Ibidem.

Dum verba illa: Confirma Fratres tuos, ad præsens negotium applicat Chrysostomus, Rhetoricè non repugno; Theologicè tamen obstat.

Ridiculum glossema: in quo Author ut Rhetor, Catholicus fit, & approbator Monarchiæ Ecclesiasticæ; ut Theologus verò, manet hæreticus.

Num. 21.

Qui omnium Pastor fuit à Domino institutus, ex omnibus nationibus cogere cœpit oves, docuit eos fidem simul.

Restrictio fraudulenta, quâ aliquoties hoc capite sanctorum Patrum de primatu B. Petri testimonia conatur elidere, ut patet infra num. 16. ubi allegat verba S. Ambrosii, & cap. 10. num 13.

Num. 25.

Quod verò Theodoretus dicat, à Petro voluisse Paulum instrui, videat quàm sit conforme hoc Divinæ Scripturæ.

Inepta Theodoreti taxatio, repetita etiam num. seq. contra B. Hieronymum.

Num. 26.

Sed in Epistolis solet Hieronymus sequi, præsertim junior, sensus allegoricos, non sine litteræ interdum læsione. Fervor enim disputationis & dissensionis scripturalis cum Augustino, super reprehensione Petro à Paulo facta, facilè Hieronymum traxit, ut plurimum Petro tribueret, & ei Paulum submitteret.

Impudens Censura in S. Hieronymum; præsertim in verbis illis: non sine litteræ læsione; *cui similis altera, quam statim subdit,* fervor enim, &c.

Num. 27.

Totus profectò in eo est Paulus, ut fideles nullum sibi hominem, tanquam Caput adscribant, sed omnes à quocunque Magistro

...gistro fuerint edocti, solum Christum tanquam Caput agnoscant.

Propositio erronea, siquidem eatenus solum Corinthios compescit Paulus, quatenus ipsi inter se schismata propter diversos Pastores & capita excitabant.

Ibidem.

Ita Augustinus in nostri temporis *Petrianos.*

Inaudita detorsio verborum S. Augustini, & in omnes Catholicos injuriosa; nemo enim Catholicus unquam appellatus Petrianus, nisi à M. Antonio, qui videtur sperare à nomine suo Antonianos, Mali corvi, Malum ovum.

Num. 28.

Hinc facilè mihi persuadeo illam propiùs accedere ad fabellam, quam ad sacram historiam.

Temeraria Censura,

Ibidem.

Neque video Apostolos Baptismo indiguisse, quos Dominus privilegio singulari, etiam sine Baptismo aquæ, Spiritu suo egregiè emundaverat.

Propositio temeraria communi Doctorum sententiæ & historiæ contraria.

Num. 29.

Si mitterentur à Christo immediatè, certè essent Episcopi, sicut etiam si mitterentur cum plena potestate Ecclesiastica ab habente authoritatem, ad plebem proprium Episcopum non habentem.

Propositio erronea, impropria; & si secundùm verborum proprietatem spectetur hæretica; nam si sola Christi missio facit Episcopos, etiam septuaginta duo discipuli fuissent à Christo missi Episcopi, quos concorditer Patres docent fuisse Presbyteros.

Num. 31.

Quid si sedes illa, aut magis aut non minus dicenda sit Sedes Pauli.

Magna Authoris ignorantia, cùm nemo unquam Romanum Pontificem B. Pauli successorem appellarit, sed Petri.

CAPUT X.

Primatum Petri Patres asserentes producuntur & explicantur.

T*Itulus falsus in verbo*, explicantur, *generatim enim circa hoc caput observandum, authorem ita commento suo indulgere, ut testimonia, quæ obstant, supposititia dicat, vel Patres tanquam dormitantes aut adulantes citet, aut cùm honestissimè loquitur, rhetoricè non Theologicè scripsisse dictitet, vel tandem quomodocunque detorqueat.*

Num. 10.

Hæc tamen encomiasticè dicta sunt ex solis verbis Evangelicis, non ex sententia, quam verba Evangelica continent, eruta & amplificata.

Censuimus similem locum, cap. 9. num. 19.

Ibidem.

Sed neque Damascenus est tantæ authoritatis, ut inter recentiores, aut dormitantes, aut adulantes, non possit interdum reponi.

Propositio injuriosa.

Num 13.

Origenes etiam inter Apostolos perfectam posuit æqualitatem.

Propositio falsa in verbo, perfectam.

Num. 14.

Non igitur mireris quod Chrysostomus Petrum Ecclesiæ Caput, & Pastorem dixerit, quia enim primus Apostolorum erat, & quasi omnium Procurator assumptus & institutus, & adeò diligens ac sollicitus in Evangelica prædicatione; hinc solet à sanctis, Ecclesiæ Caput appellari.

Propositio erronea, & quatenus negat verum Petri primatum, hæretica.

CAPUT XI.

Primatum inter Apostolos, & à Divina Scriptura, & à Patribus reprobari.

T*Itulus hæreticus, & toto capite fastidiosa repetitio ineptiarum superiorum, cum maledicentia in B. Petrum.*

Num. 2.

Sed medicina, quam huic discipulorum morbo semper adhibet, est negatio absoluta cujuscunque principatûs.

Propositio hæretica in verbo, cujuscunque.

Num. 4.

In eo totus semper fuit Christus Do-

minus, ut in eorum mentibus imprimeret prælaturam Ecclesiasticam, ad quam eos vocaverat, totam in solo & nudo Ministerio & servitute consistere.

Repetitio hæresis ex cap. 2. quam hic frequentiùs inculcat.

CAPUT XII.

Reipublicæ Ecclesiasticæ formam in terris non esse Monarchiam, sed potiùs Aristocratiam.

Titulus hæreticus, cujus assertionem, num. 5. & sequentibus probat ex nova hæresi.

Num. 5.

Articuli Joannis Hus, etsi aliquid simile contineant cum meis assertionibus, tamen non sunt legitimè damnati

Propositio falsa & in Concilium Constantiense contumeliosa.

Item eodem.

Doctrina tamen in eis contenta (nimirum in Ecclesia non dari unum Caput supremum, & Monarcham præter Christum: Christum suam Ecclesiam per multos Ministros, sine uno Monarcha morali, regere perfectè & gubernare) est Doctrina Catholica, à sanctis Patribus hactenus egregiè explicata & confirmata.

Propositio, quoad singulas partes, hæretica.

Num. 6.

In hac Ecclesia militante quærere & indagare veram aliquam formam reipublicæ, est actum agere: procedimus enim semper ex falsa quâdam suppositione; quæ suppositio suâ plurimum nos turbat falsitate.

Propositio hæretica.

Ibidem.

Supponimus enim Christum ab Ecclesiæ suæ regimine absentem; & eo exclufo quærimus, quæ forma maneat in Ecclesia.

Propositio falsa in verbo eo, exclufo.

Num. 9.

Modo etiam tota multitudo concurrit activè & executivè ad aliquem excommunicandum.

Propositio hæretica in verbo, activè: *Cui similis quæ statim sequitur.*

Eandem præterea multitudin[illegible] nihil potestatis habere interdu[illegible] peccatorum remissam, ex Patri[illegible], eodem libro.

Item eodem.

In vera sæculari Democratia, plebs nullam tribuit suis Rectoribus quos ipsa elegit, & sibi præficit, potestatem.

Propositio erronea & principiis moralibus repugnans.

Item eodem.

Cum Apostolo docebo totam Ecclesiam esse columnam, & hanc Ecclesiam totam non esse in solis Episcopis & Presbyteris, neque Spiritum illum, quem Christus sui Vicarium relinquebat, in terris alligatum esse soli ordini Presbyterorum aut Episcoporum.

Propositio partim hæretica partim fraudulenta; judicat enim in definitionibus Conciliorum, plebem & habere votum decisivum & Apostolum eodem detorquet.

Num. 12.

Illa omnino forma regiminis in Ecclesia erat optima futura, cæterisque præstantior, quam Christus instituisset, cùm ea fuerit ferè Aristocratica, eam omnino aliis præstare in Ecclesiæ regimine necessariò est fatendum.

Ex falsa & hæretica hypothesi, infert falsum.

Ibidem.

Si quid incommodi habet Aristocratia, cui Monarchia facilè possit obviare, Ecclesiam Spiritu Christi instructam, propterea & in singulis Ecclesiis voluisse Monarchiam, & in se totam Aristocratiam, ut altera alterius vitia corrigeret.

Propositio hæretica & schismatica, quatenus asserit regimen universalis Ecclesiæ esse Aristocraticum.

Num. 13.

Est quidem unica tantum Ecclesia, non quidem collectione numerali, quia sic multæ sunt, sed fide, charitate, & sacramentis.

Enumeratio insufficiens, in qua omittitur, unitas Pastoris.

Num. 20.

Hierarchiam & subordinationem inter

Episcopos, ab ipsamet Ecclesia, solo jure humano Ecclesiastico ad vitandas confusiones esse introductam.

Propositio hæretica, si inter Episcopos etiam comprehendat Romanum, cui similis est, quæ sequitur in verbis, supra se alias Sedes non haberent. Hæc enim subjungit. Ecclesia primas Sedes, quæ supra se alias Sedes non haberent, fecit plures Sedes Patriarchales.

Num. 21.

Romanos verò Pontifices in pàrtibus terræ occiduis tantum & non in aliis, sed neque solos, hanc olim fecisse fidei propagationem facilè concesserim.

Propositio indicans maximam in Authore ignorantiam historiarum, cùm Romanus Pontifex in Oriente & Meridie, seu Asia & Africa hæreses sæpissimè damnarit, lapsos in hæresim reconciliarit, Patriarchas exauctorarit.

Num. 22.

Supremum judicium, & supremam decisionem fidei, penes concilia semper, approbante deinde totâ Ecclesiâ, fuisse.

Propositio hæretica in verbis illis, approbante deinde. *Indicat enim decisiones Conciliorum esse incertas usque ad plebis approbationem, easque infallibiles, etiamsi à Romano Pontifice non confirmentur.*

Num. 41.

Appellatio ad plebem in judiciis propriis Ecclesiasticis, potest interdum contingere, ut si quis tanquam hæreticus ab aliquo vel aliquibus Episcopis condemnaretur & excommunicaretur, posset is suam doctrinam hæreticam reputatam, judicio totius Ecclesiæ supponere, iterum eorum judicio pensitandam, & ab illa veritatis approbationem confirmationemque expectare.

Propositio hæretica & schismatica, quæ januam aperit omnibus hæresibus.

Ibidem.

Leges Ecclesiasticæ cùm non sint de rebus fidei fide credendis; sed de rebus agendis, ut de jejuniis, de novorum festorum institutione & similibus, à populi acceptatione plurimùm pendent; si enim eas respuat populus, non obligant.

Propositio hæretica & schismatica, quæ januam aperit omni rebellioni & inobedientiæ.

Ibidem.

Leges Ecclesiasticæ, si sint fidei definitiones, ultimum earum judicium est penes totam Ecclesiam, & tunc tandem aliquid fide credendum est, quando tota Ecclesia consensit.

Propositio hæretica & schismatica, quâ quilibet posset hæresim suam excusare ab hæresi.

Ibidem

Accusatio Prælatorum, si sit de criminibus personalibus civilibus, ad Ecclesiam illa non spectabit, nisi ex humano privilegio.

Propositio erronea, repugnans Ecclesiasticæ immunitati.

Ibidem.

Leges Ecclesiasticæ si sint de Ecclesiasticis, & præsertim de fide, potest judicium earum ad totam Ecclesiam delabi, non ad effectum punitionis personæ, nisi per solam exclusionem à communione universali, sed ad effectum damnationis doctrinæ.

Ibidem.

Propositio hæretica, negans Ecclesiæ potestatem puniendi hæreticos pœnis temporalibus; & erronea circa enumerationem pœnarum Ecclesiasticarum.

Ibidem.

Vera excommunicatio universalis, à tota Ecclesia universali fit, quando omnes prorsus Ecclesiæ suam alicui negant communionem.

Inepta definitio excommunicationis; id enim quod author ponit, ad executionem excommunicationis pertinet.

Num. 42.

Deus Spiritum suum toti Ecclesiæ promisit non alligando ipsum certis personis, sive certo generi personarum, putà solis Presbyteris, aliisve Clericis ad ministeria Ecclesiastica deputatis.

Propositio hæretica si loquatur de Spiritu Dei, *ut datur hominibus ad ordinarium Ecclesiæ regimen.*

Ibidem.

Et consensus totius Ecclesiæ in aliquo articulo non minus intelligitur in Laïcis, quàm etiam in Presbyteris & Prælatis

Propositio hæretica & schismatica, cui similis illa quæ sequitur: Sicut etiam Laici in Ecclesia immò ex Ecclesia, ipsiusque solidam & majorem partem constituunt. *Intendit enim author regimen Ecclesiæ non minus esse penes Laicos, quàm Ecclesiæ Prælatos.*

Num. 43.

In quolibet regno, Rex posset meritò in bono esse Caput, id est, supremus Gubernator Ecclesiæ totius regni ipsius.

Propositio hæretica & schismatica inducens in Ecclesiarum regimen Laicum; præcipuè in vocibus: Supremus Gubernator.

Ibidem.

Cogere etiam potest (Rex) Ecclesiasticos ut muneri suo satisfaciant.

Propositio erronea, repugnans Ecclesiasticæ immunitati; neque enim reges cogere possunt Ecclesiam (cujus filii & subditi sunt) nisi ab ipsa Ecclesia requisiti.

Ibidem.

Et omnes & singuli Prælati habent plenam auctoritatem Ecclesiasticam, quia omnes in solidum unicam regunt Ecclesiam.

Propositio hæretica.

Num. 46.

Error Concilii majoris damnari non potuit, nisi adhuc à majore numero Episcoporum, sive conciliariter congregatorum, sive singulariter, & divisim in suis Ecclesiis residentium & Ecclesiæ totius Catholicæ veritatis sensum exprimentium.

Propositio hæretica, excludens definitionem & determinationem Pontificis, cujus est Concilia legitima approbare, illegitima reprobare.

Num. 47.

Ipsa totalis Ecclesia à vera remotissima est Monarchia; qualem perfectissimam & absolutissimam, verè omni ex parte tyrannicam noster Papatus jam exercet.

Conclusio libri primi hæretica, & tota in Romanam Sedem contumeliosa, proœmioque huic in re non dissimilis.

PROOEMIUM.

IN hoc proœmio post superbam recapitulationem hæresium superioris libri, num. 2. & 3. habitarum, mordaciter & calumniosè taxat Ecclesiam Romanam.

Num. 4.

Concordiam non multi ante ediderunt ii, qui Lutherum sunt secuti: in qua etsi tenaciùs adhuc suas aliquas videntur fovere opiniones; si tamen charitas illa, quæ patiens est, & benigna, & quæ non quærit quæ sua sunt, illam Concordiam Lutheri benignè & patienter excepisset; egregiam, meo judicio, nacta fuisset occasionem negotium hoc tam turpis, & inveteratæ dissentionis ad pacem & veram concordiam revocandi.

Temeraria & indigna laus Lutheranæ Concordiæ, quà hæreticis favendo, eosque laudando, Author se hæreticum, & hæresis Lutheranæ fautorem prodit.

CAPUT I.

Num. 3.

QUoscunque igitur Apostoli, sive omnes, aut plures uniti; sive singuli eligebant, & ad Ecclesias regendas mittebant, ii procul dubiò *parem* eum ipsis Apostolis potestatem accipiebant, si vim ipsam institutionis spectemus. Quicquid enim potestatis *ordinariæ*, ad regimen Ecclesiæ necessariæ, ipsi accepissent, id totum in Episcopos ab se ordinatos transmittebant.

Propositio hæretica in voce, parem; *quam deinde fraudulenter author conatur tegere voce;* ordinariam.

Num. 5.

Igitur missio alicujus, tunc primùm assumpti in ministerium verbi & regiminis Ecclesiarum facta ab Apostolis, Apostolicisve viris, in hoc ministerio jam constitutis, facit propriè Episcopum.

Propositio hæretica, quatenus excludit Sacramentalem Ceremoniam ordinationis.

Ibidem.

Neque ego invenio inter verum Apostolum ac Episcopum aliud discrimen, nisi quod Apostolus sit, ut docui, qui Christum

Christum prædicat, tanquam testis oculatus; ab ipsomet Christo immediatè missus: Episcopus verò fit, qui eumdem prædicat: ut testis instructus, & fide illuminatus, ac missus à Christi Ministris.

Propositio dupliciter hæretica: primò quatenus Apostolos & Episcopos in omni potestate jurisdictionis facit æquales. Secundò, quatenus Presbyteros omnes facit Episcopos; omnes enim Presbyteri sunt testes instructi & fide illuminati.

Num. 9.

Testimonia hæc ita plenam, immò plenissimam esse supponunt potestatem Apostolicam in nubis Episcopis, eam prorsus quæ fuit in Apostolis. (Et paulò post) Episcopi omnes simul & in solidum eamdem regunt Ecclesiam singuli cum *plena* potestate.

Repetitio hæreseos num. 3. commemoratæ.

Num. 11.

Cùm ipsius potestas nulla esset, quæ ad ipsum solum seorsim & separatim ab aliis Apostolis accepta spectaret, nullum etiam hoc pacto suum specialem potuit habere successorem.

Consequentia hæretica, ex antecedente hæretico illata.

Num. 12.

Alii etiam Episcopi, præter Romanum, Petri dicuntur successores.

Locutio impropria, & ad sensum Authoris hæretica; ad cujus probationem statim PP. pessimè detorquet, ac hæresim eamdem repetit his verbis: Omnes ergo Episcopi idem sunt quod Petrus, & ei succedunt; & Petrus idem fuit, quod nunc omnes Episcopi.

Num. 13.

Episcopi dicuntur Apostolorum successores, quia in eorum officio, quod erat Apostolorum omnium commune, succedunt omnes omnibus in solidum.

Explicatio hæretica, quam neque ex scriptura unquam, neque ex Patribus Author probabit.

Num. 14.

Apostoli enim non erant singulares Episcopi ullius loci determinati.

Propositio falsa indicans Authoris pertinaciam vel ignorantiam: cùm constet ex Patribus & historiis, multos Apostolos certas sibi Episcopales Sedes delegisse.

Num 15.

Non negamus Petrum fuisse universalem totius Ecclesiæ Pastorem in habitu.

Propositio fraudulenta: quâ Author ita concedit Petro universale regimen in habitu, ut negare possit eum id habuisse in actu.

Ibidem paulò post.

In hac potestate universali, succedunt Episcopi, nun modò universi, sed etiam singuli.

Repetitio hæresis.

Ibidem propè finem.

Nihil minus universalem regit Ecclesiam in fide & Christiana institutione, successio Episcoporum, Corinthiorum, Philippensium, Ephesiorum, Sardicensium, &c. à Paulo, à Joanne, & reliquis; quàm successio Romanorum Pontificum à Petro.

Repetitio hæresis.

Num 16.

Vides omnes Episcopos omnibus in communi Apostolis, unius magni nominis Romani Pontificis confessione succedere. (Et infra num 17. sequenti) quantum Romani Episcopi Petro succedunt, tantum & nihil minus, Corinthii Paulo.

Propositio in se quidem vera: hæreticè tamen & injuriosè ab Authore detorta, ad probandam successionem in plenitudine potestatis, cujus B. Cælestinus nec verbo meminit.

CAPUT II.

Num. 3.

Ordinis ergo potestatem intelligo nunc ad conficiendam Eucharistiam & sacrificii in Cruce per Jesum Christum peracti memoriam celebrandam.

Meminisse debebat Author, quod in quæstione sua non quæsiverit præcisè, quando Apostoli facti fuerint Sacerdotes, sed quando facti fuerint Episcopi, adeoque dum non explicat ea, quæ sunt Ordinis Episcopalis, vel non respondet ad quæsitum suum, vel nullum agnoscit discrimen, quoad Ordinem inter Episcopos & Sacerdotes; quod est hæreticum; & videtur ad mentem Authoris, dum statim concludit num. eodem: Atque ex hac utra-

que potestate, complectur plenè totus & integer Ordo Episcopalis.

Num. 4.

Sunt in Apostolis unum & idem essentialiter Apostolatus & Episcopatus.

Propositio hæretica.

Num. 5.

Vanissimus redditur totus conatus Joannis de Turrecremata.

Propositio vana & superba ; cùm M. Antonius in regravi nullos citet Authores : Turrecremata, multos.

Ibidem.

Totius hujus vanitatis fundamentum fuit dictum quoddam ficti illius Anacleti.

Propositio erronea & contumeliosa.

Num. 9.

Areopagita totam Matthiæ electionem, in divinam solam confert vocationem.

Propositio falsa & erronea in vocula, solam.

Num. 10.

Rudis tamen est, qui non intelligit ordinationem hîc ab Hyeronimo vocari, compositionem illam, quâ de communi consensu, datis dextris, curam potissimam convertendarum Gentium assumpsit Paulus cum Barnaba, relictâ Petro Jacobo, & Joanni Circumcisione.

Expositio erronea & Censura rudis.

Ibidem

Veram tamen ordinationem in ea segregatione non agnoscit, *scilicet Leo.*

Contrarium patet ex ipso Leone, epist. 79.

Num. 11.

Errant profectò toto cœlo, quicunque Paulum & Barnabam verè & propriè ordinatos etiam in Episcopos, tunc putant.

Censura temeraria

Ibidem.

Quid verò facit Episcopum magis quàm missio?

Repetitio hæresis.

Num. 49.

Adde reliquam totam antiquitatem sic sentientem.

Propositio vana & falsa, jactat enim consensum antiquitatis, sed non probat.

Ibidem.

Considera neque virginitatem in ullo tunc precio fuisse.

Propositio stupida & insulsa : Erat enim etiam tunc virginitas in tanto precio apud Deum, ut de virgine nasci voluerit.

CAPUT III.

Num. 30.

Esse verò munera Episcopalia & Presbyteralia, exceptâ Ordinatione Ministrorum, omnia communia, etiam vidimus asseruitque Hyeronimus.

Statim indicat non esse absolutè verum quod dixit : exceptâ Ordinatione, *bis verbis, eodem in fine* : Additur verò præterea Episcopis potestas quædam externæ jurisdictionis Ecclesiasticæ.

Num. 50.

Ita Bellarminus. Sed non satisfacit hæc responsio, neque stare potest.

Expositionem Bellarmini malè intelligit, pessimè censet & impugnat.

Num. 54.

Nec in hoc Concilio illi Provinciali assentiendum, quia jure Divino solis Apostolis, Apostolorumque propriis successoribus, Ministrorum Ordinatio conceditur.

Magnus maledicendi amor in Authore, cùm Concilium non neget Episcopis solis jure divino competere consecrationes Sacerdotum.

CAPUT IV.

Num. 3.

Multa sanè & ea gravissima testimonia habemus in Ecclesia Catholica, quæ in sacris Ecclesiasticis Ordinibus veram Sacramenti propriè dicti rationem non agnoscunt.

Propositio hæretica generalibus Conciliis contraria, & SS. Patrum sequentibus testimoniis nullo modo probata.

Num. 5.

Comparatio verò illa Episcopi indigni indignè ordinati, cum Chore, Dathan & Abiron, qui fuerunt meri usurpatores Sacerdotalis officii & nequaquam Sacerdotes nonne satis ostendit Cyprianum in ordine opus operatum non agnovisse?

Cypriani violenter detorta expositio.

Eodem in fine.

Separabilis ergo est & honor, seu dignitas Episcopalis, quoad exercitium; & ipsamet potestas quoad ordinem, ab Episcopo etiam legitimè ordinato, si fecerit schisma,& vinculum abruperit charitatis; nec potestatem, inquit, potest habere, nec honorem; non dicit exercere. Ubinam igitur Ordinis character indelebilis.

Consequentia planè hæretica ex Cypriano malè detorta.

Num. 6.

Sed Dyonisius etiam Areopagita nihil arbitratus est efficere ordinationem in homine illiterato, & ad docendum inepto.

Propositio in S. Dyonisium injuriosa, sicut & sequens eodem num. 6. Ordo igitur, ex Dyonisio per modum Sacramenti neque confertur, neque operatur.

Ibidem.

Et hominis inscitia atque inhabilitas ad docendum & ad propugnandam fidem, reddit ipsum, si Dyonisium sequamur, sacri Ordinis incapacem: ut perInde fit hominem illiteratum, hoc est, in sacra Scriptura, ac necessaria Theologia Imperitum, in Episcopum consecrare; atque si quis crearet; non dicam brutum aliquod, & stolidum animal, sed mulierem, in Episcopali Cathedra collocare.

Bruta & stolida comparatio, quâ subjectum Ordinum sacrorum capax, cum non subjecto comparatur.

Eodem prope finem.

Ita Episcopus sine doctrina sacra, & habilitate ad docendum, Episcopus est duntaxat æquivocè.

Propositio redolens hæresim Hussitarum.

Num. 7.

Hyeronimum habemus adstipulatorem; qui promotos ad sacerdotia modis illegitimis, nequaquam censuit esse verè ordinatos.

Propositio in S. Hyeronimum injuriosa, & ex verbis illius falsò collecta.

Ibidem post medium.

Gelasius significat Euchariftiam à malo invalidè, & non tantùm indignè consecrari.

Propositio falsa & injuriosa in Gelasium.

Ibidem paulò ante finem.

Planum est Ordinationem non esse Sacramentum, quia effectum non semper habet.

Repetitio præcedentis hæresis.

Eodem in fine.

Itaque Leo promotos contra Canones, Ordinem non censuit suscipere; non est igitur Sacramentum.

Propositio falsa & injuriosa in Leonem.

Num. 8.

Gregorius Simoniacè ordinatos nihil recipere docuit.

Falsa & calumniosa propositio in S. Gregorium. Similes effutit in Sanctos Patres permultos, à se num. 8. 9. 12. 13. 14. 15. 16. allegatos.

Num. 10.

Joannes ergo Hus, &c.

Hoc & sequenti numero Hussitarum & Wiclefistarum hæresim de Sacramento Ordinis propugnat, defendit, & ut Sectarius ejusdem instruit.

Num. 13.

Ex quâ Innocentii disputatione adhuc magis liquet, ipsum Ordinationes sacras inter vera Sacramenta censuisse non esse numerandas.

Consequentia ex verbis Innocentii malè collecta.

Num. 16.

Vult igitur Chrysostomus etiam non ordinatos à Deo, & malos, ac indignos, validè Baptismum conferre, Eucharistiam conficere, bona docere, ac alia ministeria peragere. Quod tamen spectat ad Ordinationem internam, eam à solo

Deo peragi, & non omnes qui ab hominibus ordinantur externè, etiam à Deo ordinari internè apertè testatur

S.Chrysostomum ad novam quandam internam à se confictam, solius Dei Ordinationem, injuriosè trahit.

Num. 17.

Si in Divina Scriptura clarè & manifestè, conceptis verbis, non mysticis, nec allegoricis, sed litteralibus, & historicis, alicujus Sacramenti ab ipso Christo immediatè, ipsiusmet ore, institutio expressa non habeatur, magnæ temeritatis mihi videtur arguendus is, qui Sacramenta multiplicet absque ulla clara Divina institutione.

Propositio fraudulenta ad traditiones aliaque principia, atque inde dependentia fidei dogmata evertenda januam aperiens.

Eodem circa medium.

De Ordine verò nihil prorsus habemus, quo ipsius institutio ad modum Sacramenti, appareat.

Propositio hæretica & scandalosa Hierarchiæ Ecclesiasticæ injuriosa.

Et paulò infra.

Nihil tamen ad hoc sensibile præter verba assumpsit, aut præcepit.

Propositio hæretica, Traditionibus & Conciliis repugnans.

Num. 20.

Ordinationem porro sacram, modo sacramentali non peragi, inde præterea satis confirmatur, quod Deus peculiarem sibi reservavit concursum, ad legitimum Ministrum Ecclesiasticum instituendum, sine quo Minister legitimus non sit: quem tamen ipsius specialem concursum noluit ulli Sacramento obligare.

Assertio hæretica in verbis: modo sacramentali non peragi. *In reliquis temeraria & insipida, spiritum illum familiarem Novantium hæreticorum redolens.*

Num. 23.

Quid, quod non modo delebilem & amissibilem, ut jam ostendimus, reperimus sacrum Ordinem, sed etiam iterabilem, num propterea erit Sacramentum imprimens characterem?

Sacrum Ordinem iterabilem esse M. Antonius asserit, sed non probat.

Num. 24.

Illud quoque non parum convincit Ordinem non esse Sacramentum, quia inextricabiles, & insolubiles emergunt difficultates, si & ordo ponatur verum Sacramentum, & Episcopatus ac Presbyteratus duo diversi Ordines esse asserantur, alter superior, alter inferior.

Hæc ratio, quâ probare conatur, Ordinem non esse Sacramentum, vana est.

Num. 26.

Non est ergo Ordo verum Sacramentum, sed mera ad ministerium deputatio, sine istis characteribus & impressionibus.

Propositio hæretica, quâ se hæreticorum hujus temporis sectarium profitetur.

Num. 28.

Est ergo Ecclesiastica tantùm institutio, non Divina, ut priùs quis Presbyter sit, quàm Episcopus.

Propositio erronea.

Num. 30.

Impositio tamen hæc manuum, non potest dici esse ceremonia à Christo instituta, ut in ea consistat Ordinis Sacramentum.

Propositio & ejusdem explicatio temeraria.

Num. 31.

Calicis verò & patenæ, ac librorum, aliorumve instrumentorum traditio, est merum Ecclesiasticum inventum, quod nullo pacto pro materiali talis Sacramenti possit assumi, aut affirmari.

Propositio hæretica, Florentino Concilio contraria.

Num. 33.

Quia maximam habet cum vero Sacramento ordinatio similitudinem, licet verum Sacramentum non sit, idcircò Augustinus toties eam Sacramentum vocat.

Expositio S. Augustini, Augustino ab eodem Authore num. 34 citato contraria, ubi dicit Authore fatente, Ordinationem eodem modo

modo, ut Baptismus, esse Sacramentum.

Eodem post pauca.

Nam si de vero & maximè proprio Sacramento sit sermo, idem Augustinus duo tantùm agnoscit Sacramenta.

Assertio falsa, & in S. Augustinum impudenter calumniosa, hic, & infra num. 41.

Num. 37.

Concilium igitur Nicænum & Alexandrinum: Melchiades, Hyeronimus & Augustinus, non admittunt indifferenter quoscunque à quibuscunque hæreticis ordinatos.

Limitatio falsa, & sine fundamento excogitata ad hæresim suam stabiliendam, & Patres sibi conciliandos & adsciscendos.

Num 41. in fine.

Concilia, Florentinum & Tridentinum, aut reverenter glossanda sunt de Sacramentis in latiori significatione sumptis, aut si glossari recusant, opponetur eis ritè & legitimè, juxta antiquos Canones, non esse celebrata: neque fuisse verè, & propriè generalia, neque ea fuisse à tota Ecclesia Christi acceptata & approbata: & fortasse ea in multis esse ex Diametro aliis antiquissimis, ac sacrosanctis in tota Ecclesia receptis Conciliis contraria, eorumque destructiva.

Gravis calumnia, & temerarium judicium Archiepiscopi, qui in sui creatione & aliàs, Conciliorum Oecumenicorum & imprimis Tridentini receptionem jurare promisit.

Num. 44. prope finem.

Ex benignitate tamen Dei, non ex efficacia Sacramenti, non dubito ordinatis bene dispositis, in ipso actu Ordinationis, cum potestate Ordinis gratiam etiam accedere ipsum dignè exercendi.

Propositio hæretica.

Num. 45.

Veros sanè ac proprios Ecclesiæ Rectores, Christique Ministros, in regenda & gubernanda Ecclesia, esse solos Episcopos & Presbyteros, & nullum alium Ordinem à Christo, præter hunc fuisse institutum, jam fecimus evidens & manifestum.

Assertio temeraria & communi scholasticorum sententiæ repugnans.

Num. 53.

Itaque primam ego Diaconorum institutionem non dubito fuisse ad hoc tantùm, ut solas mensas communes curarent, ac temporalium rerum gererent administrationem.

Assertio temeraria, iis, quæ act. 6. de Diaconorum institutione scribuntur & à Patribus traduntur, non satis consentanea.

Num. 59.

Subdiaconatus, qui neque forsitan Apostolis fuit cognitus, sed longè post ab Ecclesia, ut merum officium externum, institutus.

Propositio falsa & temeraria, infra num. 61. reperta, Ignatio, aliisque SS. Patribus, infra num. 63. ab ipso Authore citatis contraria.

Num. 63.

Varietas magna in numerandis his officiis: (Ordinum Minorum) arguit eos Ordines non esse.

Judicium temerarium.

CAPUT V.

Episcopos suam totam potestatem Episcopalem jure Divino habere in Ecclesia.

Titulus hæreticus, hæresi frequenter supra improbatæ inscriptus.

Num. 16.

Non Ergo Episcopi facti ab Apostolis indigebant Petri confirmatione: ac proinde Episcopi etiam accipiunt omnes, ut Apostolorum omnium successores, eamdem plenam mittendi potestatem, cum tota etiam jurisdictione.

Assertio planè hæretica, supra frequenter improbata.

Et post pauca.

Patres citati ac præsertim Cyprianus, dum facit Episcopos immediatè Deo soli subjectos, non solùm in actibus Ordinis, sed etiam jurisdictionis eos facit subjectos.

Assertio iterum in Cyprianum aliosque Patres injuriosa.

Eodem in fine.

Neque indicium ullum est in tota scrip-

tura, unde colligamus, hanc separationem potestatis jurisdictionis, à potestate Ordinis,& unam tradi immediatè à Deo, alteram non nisi mediante Papâ. Quare & solus Ordo dat omnem prorsus potestatem, quæcunque Ministro Ecclesiastico, pro regimine Ecclesiæ est necessaria. Quia in Ecclesia non est ulla vera, & propria jurisdictio externa:ex qua sola in Domino Papa immanem illam potiùs omnipotentiam, quàm potestatem, nostri collocant Doctores Neoterici.

Propositio, quoad primam partem, falsa: quoad secundam & tertiam partes hæretica, quoad postremam in Doctores Catholicos injuriosa.

Num. 18.

Sed hæ omnes sunt vanæ subtilitates, nullum in Scriptura habentes fundamentum, quæ & Monarchiam hanc respuit in Ecclesia, & Ordinationem Ministri, internam à Deo immediatè totam, & integram fieri docet: & separationem potestatis jurisdictionis à potestate Ordinis, non patitur illam sanè ridiculam, ut alteram Deus immediatè conferat, alteram homo, in una & eadem actione.

Scriptura Monarchiam non respuit: neque Ordinationem internam totam à Deo fieri docet, discrimen potestatum agnoscit: adeoque propositio M. Antonii hæc hæretica est & maledica.

Num. 21.

Quando verò aufertur tota jurisdictio indigno, per depositionem, & ab habente authoritatem, sive sit Papa, sive Metropolitanus, sive Synodus, tunc respondeo etiam Ordinem auferri.

Propositio plus quàm falsa, & hæretica.

Num. 27.

Episcopi verò non nisi in partem sollicitudinis sint vocati, meri adjutores Papæ, & consequentèr non nisi ejus Vicarii & Administri.

Malè explicat M. Antonius illud: vocati in partem sollicitudinis.

Num. 42. *& ult.*

Fulmina ipsius ne, &c.

Conclusio contumeliosa & seditiosa præfationi libri hujus simillima.



CAPUT VI.

Episcopos omnes æquè Vicarios esse Christi, & in potestate Ecclesiastica inter se jure Divino prorsus æquales.

Titulus omnino hæreticus, quem congestis Patrum testimoniis, suaque expositione detortis, aut depravatis non probat.

Num. 3.

Ex institutione Episcoporum, ex successione Apostolica, ex potestatis paritate, omnes simul Episcopi in solidum, etiam cum Papa, sunt Vicarius ille Christi generalis, singuli verò sunt æquè etiam cum Papa Vicarii Christi, in particularibus suis Ecclesiis speciales.

Hæretica propositio: omnes enim sunt Vicarii, sed non æquè cum plenitudine potestatis ut Papa.

Num. 13.

Duo, inquit, erant Episcopi Eminentissimarum Ecclesiarum: Eminentissimam Romanam Ecclesiam vocat, sed Eminentissimam etiam Carthaginensem: utraque Eminentissima, ergo pares.

Ridicula & inepta argumentatio.

Num. 16.

Sed dicat mihi noster hic Deus ridiculus, seu Vice-Deus, si nemo præter ipsum potest Episcopum ab una Ecclesia ad aliam transferre.

Propositio contumeliosa in Romanum Pontificem, cui M. Antonius immeritò irascitur, quod Innocentius III. se nominaverit Dei Vicarium, & dixerit se non tanquam hominem, sed tanquam Deum Episcopos transferre posse: quia revera Innocentius & quilibet Romanus Pontifex Christi Dei in terris Vicarius est, & authoritate supernaturali, adeòque Divinâ participatâ, munus sibi creditum exercet. Glossæ quoque, quod Papam alibi Deum vocat: facilè ignovisset, si diligenter legisset scripturam, quæ non solum Mosen, sed quoslibet Judices, Prophetas, &c. Deos nominat, abstinuissetque à calumniis, quas scurrili quàdam licentiâ hic in primis, totiesque tractatûs sui decursu, passim in Romanos Pontifices effundit.



CAPUT VII.

Episcoporum potestatem certis locis Divino jure non esse arctatam.

Titulus hæreticus in sensu M. Antonii, qui hoc capite conatur astruere, omnes Episcopos jure Divino parem & plenam potestatem in totam Ecclesiam habere, idque exemplis omnino impertinentibus confirmare prætendit.

Num. 2.

Cùm autem negare tales Ministros (nempe qui possint in regiones, in quibus vel nunquam prædicatum, vel extinctum fuit Evangelium excurrere) Ecclesiæ post Apostolos, sit absurdum, necessariò Episcopalem Ordinem de se potestatem excurrendi habere est dicendum.

Consequentia hæretica, malè ex antecedente illata. Nam ad hoc ut tales sint Ministri, sufficit quod possint habere potestatem illam à Papa, cui totius orbis cura commissa est.

Num. 4.

In Sacerdotio Dei nullam ait esse diversitatem, hoc est, Ordinem Sacerdotalem nimirum Episcopalem, quatenus est à Deo non admittere has diversitates, ut unus Episcopus non nisi in certis locis ministret.

Mala expositio verborum Epiphanii.

Num. 26.

Hos itaque Episcopos ego, ne Ordinem quidem Episcopalem nllum accipere arbitror: quia Ordo Episcopalis intrinsecè dicit officium, opus & ministerium.

Propositio hæretica in Hussitis & Wiclefistis damnata.

CAPUT VIII.

Num. 1.

Hanc itaque potestatem actu ipso in Ecclesia per multa sæcula, etiam in novis creandis Episcopis, à privatis etiam Episcopis, sed potissimum à Metropolitanis exercitam fuisse, hoc capite suscipio confirmandum.

Assertio quam suscipit confirmandam falsa est, nec eam solidè confirmat.

Num. 3.

In Poloniam prima Evangelii prædicatio inducta est per Adalbertum Pragæ Episcopum, qui suâ propriâ Episcopali authoritate, non quidem misit alios, sed ipsemet profectus est, ibique nuvam Christo Ecclesiam peperit.

Propositio falsa.

Num. 5.

Si verò voluit *Adrianus* prædicationem hanc nemini licere, sine ipsius consensu & facultate, rem dixit intolerabilem, cui adversatur Evangelium, adversatur & Ecclesiæ praxis universalis, & tot exempla quæ prodnxi.

Immò Adrianus rem dixit veram, cui nec Evangelium, nec Ecclesiæ praxis, nec exempla producta adversantur.

Num. 13.

Nunc verò dico Romanam Ecclesiam, *& post pauca*, extra jus Divinum habuisse ut semper reputata sit Ecclesia principalis: *ibidem post nonnulla*: neque Augustinus, neque ullus ex antiquioribus Patribus, summam Ecclesiasticarum rerum in Romana Cathedra posuerunt. Erat ergo & est Ecclesia præcipua, nobilitate, existimatione, nominis & dignitaris authoritate, non regiminis & jurisdictionis Principatu.

Propositio in verbis: extra jus Divinum, & non regiminis & jurisdictionis Principatu *hæretica*: *in verbis autem*: neque Augustinus, *mendax*.

Num. 15. finali.

Habuit id muneris Romanus Pontifex primùm jure Divino, non ut Romanus Pontifex, sed simpliciter ut Episcopus: & ideo solus id muneris non habuit, sed æquè Episcopi etiam alii, ut vidimus, munus hoc exercuerunt. Deinde babuit id potissimum jure etiam Ecclesiastico, tanquam Patriarcha primus & maximus inter cæteros, solusque in toto Occidente: non quidem ut ipse solus, sed ut ipse præcipuè hoc munere fungeretur.

Assertio partim orthodoxæ fidei, partim historicæ veritati contraria.

CAPUT XI.

Num. 1. in principio..

Ita quidem posuimus Ordinem Presbyteralem ab Episcopali diversum, ut tamen in essentialibus, quæ spectant ad

Ecclesiastica Ministeria erga fideles populos exercenda, Presbyteri Episcopis sint penitùs æquales.

Propositio fidei Catholicæ repugnans.

Num. 3.

Quia nimirum hæc omnia (inter quæ est Chrisma conficere) ex vi Ordinis licebant Presbyteris.

Propositio, falsa.

Num. 5.

Presbyteros jure Divino non minorem habere in pascendo populo Dei potestatem, quàm nos habeamus. Et si quam jurisdictionem ampliorem externam, & non propriè Ecclesiasticam in illos exercemus, illam non ex nostra propria, sed ex delegata à Principibus laicis potestate exercemus.

Propositio utràque parte hæretica.

Num. 7.

Inanis & puerilis est distinctio moderna inter Canonicos sæculares & regulares, &c. cùm tam regulares, quàm irregulares, qui nunc sunt, sint verè irregulares, & à Canonici verâ significatione alienissimi. *Et paulò post*: Ii verò qui Canonicos se vocant regulares, cùm à subjectione & obedientiâ Episcopi se subtraxerint, & potiùs cum schismate Ecclesiam contra Ecclesiam erigant, & publicæ Ecclesiæ loci in quo degunt nihil ex sua institutione inserviant, neque Canonici erunt, neque regulares.

Irregularis Censura M. Antonii.

Num. 9.

Ita Presbyteri Parochi, jure similiter Divino totam Presbyteralem accipiunt potestatem, non modò pro tota Diœcesi, sive Ecclesia in qua sunt Presbyteri Canonici ordinati, sed etiam pro tota Ecclesia universali.

Hæreticæ propositionis supra num. 1. improbatæ ampliatio.

Num. 12.

Tantùm igitur abest ut Clerus Romanus suâ Sede vacante, curam gesserit aliarum Ecclesiarum, præsertim Africanarum, quod contendit Baronius ut etiam ipsemet rectus, aut saltem directus fuerit à Cypriano.

Propositio falsa, historicæ veritatis ignorantiam in Auctore manifestans.

CAPUT X.

Sacros Ministros ad Cœlibatum jure non teneri.

Tituli Inscriptio hæretica, traditionibus Apostolicis & Oecumenicis Conciliis contraria, quam M. Antonius hoc capite Decretorum, Conciliorum. SS. Patrum & Historiarum auctoritatibus malâ expositione detortis probare nititur, sed non probat.

Num. 16.

Ideoque sexta Synodus, hoc est, Patres Trullani, uxores permittunt Presbyteris.

Propositio falsa, sexta enim Synodus nullos Canones constituit. In Trullo celebrata Synodus, illegitima est, quantumcunque fremat contra M. Antonius infra num. 59. & sequentibus.

Num. 19.

Siricius igitur, si quid in hoc genere statuerit, meritò primus ponendus est, qui hanc Clericorum omnimodam continentiam in toto Occidente servandam curarit.

Propositio falsa.

Num. 20.

Hic profectò Canon nihil plus quàm Siricius sanxit, aut præcepit: ut illi tres gradus continentes sint in omnibus.

Detorta expositio.

Num. 23.

Concilii Agathensis Canon nonus mihi primus esse videtur, quo absoluta & perpetua continentia Presbyteris & Diaconis conjugatis, indicitur.

Propositio auctoris ignorantiam ostendens.

Num. 49. in fine.

Laqueum igitur ponunt leges omnes Ecclesiasticæ, omnes conatus, ac violentiæ, quibus Clerus adigitur ad cælibatum.

Propositio falsa & scandalosa, Ordinis Ecclesiastici perturbativa.

Num

Num. 50.

Sanctiones, ut dixi, Ecclesiasticæ, nullæ in Oriente datæ, conjugii opus vetant, Clericis conjugatis: nonnullæ protegunt & defendunt.

Propositio falsa Conciliis & historiæ repugnans.

Num. 54. in fine.

Plurimum falluntur, qui in tertio Nicæno Canone cælibatum stabiliri putant; nam per subintroductam mulierem, uxor nullo modo potest intelligi.

Violenta expositio Nicæni Canonis tertii.

Num. 70.

Dico alios etiam Episcopos, suo usos fuisse matrimonio, citra errorem ullum, ullamve reprehensionem.

Propositio falsa, autoritate Concilii Nicæni malè probata.

Eodem post pauca.

Et quamvis postea Episcopi inductâ consuetudine, ut si conjugati essent in sui promotione, cessarent in posterùm ab opere nuptiarum, id tamen non faciebant ex religione, aut cautione, quasi putarent id eis jam minimè licere; sed ex devotione, & perfectioris cujusdam puritatis amore. *Et post pauca ibidem:* Hanc tamen devotionem, non omnes Presbyteri, qui sunt multò plures, sunt amplexi; sed soli, qui liberè voluerùnt. Et ita Presbyteris liberum mansit, ut qui possent capere, caperent.

Hæc assertio in verbis; id tamen non faciebant, *&c. falsa est: in illis autem verbis* Presbyteris liberum mansit, *hæretica.*

Num. 71.

Dico legibus quidem & statutis multis expressis, Occidentales Ecclesias, conjugatorum sacrorum Ministrorum continentiam perpetuam ab uxoribus præcepisse; & in hoc plurimum eas differre ab Orientalibus; quæ id neque unquam præceperunt, neque præcipi posse, aut debere censuerunt; sed præcepta hujusmodi ut iniqua, & mala damnarunt.

Assertio falsa in verbis: neque unquam præceperunt, *& subsequentibus.*

Num. 88.

Si verò ex alia parte vellemus rationes congerere, ad Clericorum conjugia confirmanda; & incommoda recensere atque exagerare, quæ lex cælibatûs & continentiæ secum fert, non pauciores, sed multò fortasse plures exurgerent probabilitates, legem hanc non esse proficuam, sed omnino abrogandam.

Propositio temeraria & scandalosa.

CAPUT XI.

Votum continentiæ non esse annexum sacro Ordini; neque ullo tali voto dirimi Matrimonium.

Titulus hæreticus, decretis Pontificum & Canonibus Conciliorum repugnans, quem M. Antonius malè allegatis & tortis auctoritatibus Constitutionum Pontificiarum, Conciliorum & Patrum, malè probat.

Num. 1.

Doctrinam quandam priscis temporibus inauditam, & eam quidem falsissimam, simulque valde Ecclesiæ perniciosam & animas plurimas in barathrum æternæ damnationis crudelissimè præcipitantem, prompserunt & evulgarunt: nimirùm sacros Ordines saltem in Occidente, adnexum habere votum solemne continentiæ.

Assertio falsa, temeraria & scandalosa.

Num. 8.

Neque in tota antiquitate est reperire ullum, aut Conciliorum aut Patrum dictum, quo matrimonia hæc (post votum solemne sacrorum Ordinum) irrita & nulla declarentur.

Propositio falsa.

Num. 9.

Probo vota quæcunque solemnia castitatis, etiam Monastica, non abrumpere conjugia, quæ post ipsa vota copulentur.

Propositio hæretica.

Num. 10.

Et suo modo etiam illæ ordinabantur, & Diaconissæ etiam vocabantur. Quarum votum castitatis ejusdem prorsus naturæ & obligationis erat, cum voto castitatis Clericorum.



Somnia M. Antonii.

Num. 40. in fine.

Igitur Cœlibatus à libera Clericorum pendet voluntare, & electione: etsi post Ordines sacros, quis contrahat matrimonium, id firmum erit & legitimum.

Propositio hæretica, traditioni Apostolicæ, autoritati & legibus Ecclesiæ derogans.

Num. 55. fin.

Qui verò de continentia vera & perfecta servanda diffidunt, eamque capere non possunt, clam, & prudenter, ad persecutiones Superiorum evitandas, uxores ducant; iisque cum sancta benedictione utantur, potiùs quam sordescant. *Et postea in fine eodem:* Vestrùm igitur est fratres charissimi, ut rursus veris nuptiarum fœderibus & animæ saluti prospiciatis, & nominum infamiam re ipsâ, saltem coram Deo aboleatis, verasque uxores potiùs habeatis, quàm tot peccatis, & sacrilegiis animas vestras, vestrarumque infœlicium fœminarum, ad æternam damnationem oneretis.

Consilium impium, scandalosum, perniciosum, quo M. Antonius seipsum de incontinentia suspectum facit.

CAPUT XII.

Num. 15.

NOn exuit tamen hominem suâ libertate, ut si nolit Clericalem Ordinem retinere, non fiat plenè (quoad forum externum) sui juris, & cum communi hominum multitudine humanâ, & naturali plenè non potiatur libertate. Multò minus Monachalis professio, poterit hominem suâ naturali exuere libertate.

Propositio hæretica in verbo, Monachalis professio, *si per eam intelligat professionem Religionis approbatæ*

Num. 17.

Coram Deo votum simplex & votum solemne unicum essentialiter est ejusdem prorsus valoris, ejusdemque obligationis.

Propositio erronea in verbis: ejusdem valoris, ejusdemque obligationis.

Num. 38. in fine.

Si igitur (Monachus legitimè professus) duxerit uxorem, Augustinus & cum eo sancti Patres, omnes penè ad unum, qui aliquid de hac re scripserunt, ut vidimus, nuptias legitimas agnoverunt.

Propositio falsa, & in sanctos Patres calumniosa.

Num 43.

Secundò solemnitates hasce (voti scilicet) impedire quidem ac vetare, ne matrimonium contrahatur; contractum tamen post illas, ex eis non dirimi, sed esse ratum firmum, & validum, tam in Monacho, quàm in Moniali; sicut post votum simplex.

Assertio hæretica.

Num. 44.

Ego tamen dico coram Deo, non plus esse Apostatam à Monachatu illum, qui post solemnem professionem, quàm qui ante illam, fit injustus desertor propositi, & instituti jam arrepti, si id non tantùm animo probandi, sed animo amplectendi & perseverandi arripuerit.

Assertio falsa.

Num. 45.

Hic sanè peccat contra Deum, & damnationem habet; sed Ecclesia nihil habet contra illum; in foro externo.

Propositio hæretica.

Ibidem post pauca.

Quod si uxorem duxerit, pœniteat de peccato desertionis, sed permaneat in conjugio, neque enim amplius indiget ullâ dispensatione. *Et paulò post:* quia longè arctiùs est vinculum conjugii, quàm Monachalis professionis.

Propositio hæretica.

Num. 47.

Monachi nullam cum Ecclesia publicè, quantumcunque solemnem emittant professionem, contrahunt obligationem.

Propositio sophistica in verbo: publicè; *in reliquis falsa & erronea.*

Num. 51.

Ex hoc ipso evidenter colligitur, Monachos qui Monacharum cum Clericatu confuderunt, jam neque esse veros Monachos, neque veros Clericos. Clericatus

enim cum Monachatu pugnant, & sunt incompatibilia.

Propositio falsa & temeraria.

Num. 78. finali.

Debetis profectò modò possitis; potestis verò, modò velitis Ecclesiam sanctam suo nitori restituere, schismata comprimere, &c. *Et post pauca ibidem.* Solus, mihi credite, obstat infœlix, & undequaque abominandus Papa, &c.

Propositio schismatica & seditiosa: Librique secundi mordax, & in Romanam Sedem contumeliosus Epilogus mordaci & contumelioso ejusdem Libri in Sedem Apostolicam prologo convenientissimus.

LIBRI III.

Prooemium.

Numero 2.

Veram aliam Hierarchiam inter nos nullam habemus, qui sub illo unico Principe & Imperatore ei militamus.

Assertio hæretica Hierarchiæ Ecclesiasticæ omnino perturbativa.

Et paulò post.

Vineam hanc maximam inter se patiuntur: officiaque aliqua, ad torpentes excitandos, inutiles expellendos, utiles advocandos, amicabili consensione ita distribuunt, ut tamen nemo eorum ex Operario fiat Dominus; sed omnes perpetuò sint Operarii, & conservi.

Repetitio hæreseos quà asserit omne ministerium Ecclesiasticum esse ministeriale & æquale.

Num. 3.

Hinc jam nobis dominium usurpamus in socios, & imperium: sacculum deponimus, ut sceptrum assumamus: ab opere cessamus, ut tantummodo collegis dominemur: nos Operarios esse obliviscimur, & typhum in socios exercemus: omnes servi ejusdem patrisfamilias æque sumus: & tamen aliquis nostrum sibi soli Oeconomi officium arrogans in suos insurgit conservos, ac dicit.

Assertio in Pontificem injuriosa, & in verbis, æquè sumus, hæretica.

CAPUT I.

Nullam esse jure Divino inter Episcopos veram Prælationem, aut subjectionem.

Titulus hæreticus, numero primo ex hæreticis principiis, consequentiâ hæretica illatus.

Num. 3.

Illa ergo tota una Ecclesia integra; quam omnes Apostoli initio, per universum orbem, in omnibus orbis partibus, fundarunt; dat similiter unitatem reliquis omnibus, quæ successu temporum, illi adhæserunt, & in dies adhærent, & annectuntur.

Assertio fraudulenta, quæ ad unitatem Ecclesiæ, ab unitate capitis maximè dependentem negandam, viam sternit.

Et paulò post.

Ita etiam Optatus unicam facit in tota Ecclesia Cathedram.

Detorsio Optati violenta, cum Optatus ibidem manifestè tradat unitatem Ecclesiæ, ab unitate Capitis sumendam.

Num. 4.

Non ergo Roma Regina, sed una ex innumerabilibus, quæ simul sumptæ, & vinctæ fide ac religione, conficiunt Reginam.

Consequentia hæretica sophisticè ex S. Augustino illata.

Num. 10.

Et hæc unitas, est unitas unius totius integralis, in re quantitativa homogenea, quæ habet partes duntaxat integrantes, sed homogeneas.

Propositio hæretica & repugnans sacræ Scripturæ asserenti Ecclesiam esse corpus constans ex partibus heterogeneis, unde hæreticum est quod subjungit paulò infra: Et consequenter nulla subjectio, nulla prælatio, sed simplex cohærentia, & situatio, cùm sola loci, seu situs diversitate.

Num. 11.

Hanc ergo Ecclesiam, quæ unus grex magnus est, dico esse unicam illam Ecclesiam, quam unicam tot adducta Patrum documenta faciebant, & hanc Ecclesiam eam solam unitatem habere con-

tendo, quæ est unitas duntaxat molis, seu magnitudinis, ex pluribus constans partibus integrantibus, sed homogeneis.

Repetitio hæreseos præcedenti numero memoratæ

Num. 13.

Hæc igitur una Ecclesia, Christi gratiâ & jussione, Apostolorum verè operâ & labore, post Christi passionem, & resurrectionem fundata; iisdem, per quos fundata est, à Christo Domino, est etiam ad regendum commissa, & commendata; non uni, quia non ab uno, sed à pluribus fundata est, & ædificata.

Repetitio hæreseos sæpiùs notatæ.

Et paulò post.

Idcirco Operarios omnes, Christus voluit conficere unicum corpus operariorum, qui in solidum, totam hanc vineam excolerent.

Assertio hæretica in verbo, in solidum, *& stulta, supponens corpus homogeneum, cujus partes diversa habent officia.*

Ibidem in fine.

Itaque jure Divino Episcopi omnes, quippe Apostolorum successores in officio ministeriali, inter se æquales cùm sint, id est, omnes æquè Operarii, in hac Ecclesia ad laborandum in solidum deputati, nulla inter ipsos potest esse, ex Divina institutione, subjectio aut prælatio.

Repetitio hæresis.

Num. 14.

Omnes, inquit Cyprianus, in solidum illam TOTAM Ecclesiam gubernant.

Hæreticus Cyprianum ad solidum & stolidum Ecclesiæ suæ regimen more suo falsò detorquet: quia Cypriani etiam ut ab ipso hoc eodem numero citantur sic habent: Episcopatus unus est, cujus à singulis in solidum PARS tenetur.

Num. 16.

Audis ex ore unius Romani Pontificis, pulcherrimam veritatis assertionem: Episcopis omnibus, inter quos se etiam connumerat, & includit, generaliter esse Ecclesiam commissam.

Verba S. Damasi, contra ipsius intentionem ad impugnandum Primatum Romanæ Ecclesiæ, malè torquet, ut patet ex præcedentibus, & sequentibus ejusdem Ecclesiæ.

Num. 18.

Sed Bellarminus nihil dicit, immò & sibi contradicit.

Verba injuriosa in Illustrissimum Cardinalem Bellarminum, qui lib. 2. c. 16. rectè dicit: successionem Romani Pontificis in Pontificatum Petri esse ex institutione Christi: rationem verò successionis, quâ Romanus Pontifex potiùs, quàm quivis alius succedit, esse ex facto B. Petri.

Et infra.

Quæ verò Ecclesia meliùs fidem retinuit, & puriùs conservavit, illa ex accidenti facta est quodammodo matrix, & radix aliarum. Ut Romanæ contigisse docebo lib. 4. seq. c. 3. sed, ut dixi, hoc fuit merum accidens, & separabile: immò & cum omnibus Sedibus Apostolicis, commune.

Propositio hæretica dupliciter, quia Romana Ecclesia, ex privilegio Petro à Christo concesso, matrix & radix est aliarum, & deficere non potest.

Num. 19.

Hîc manifestum est, hos sanctos Episcopos, se simul cum Papa Damaso, & aliis Episcopis Occidentis, agnovisse communes operarios, qui circa corpus universum Ecclesiæ laborent, non quidem inter se, sed soli Christo immediatè subjecti.

Consequentia hæretica, in illis verbis: non quidem inter se, sed soli Christo immediatè; *ex synodica Epistola Concilii Constantiensis primi, violenter & falsò illata.*

Ibidem

Unde & Ambrosius, non mundavit; inquit Damasus; non mundavit Petrus; non mundavit Ambrosius; non mundavit Gregorius; nostra enim servitia, sed tua sunt Sacramenta. Damasum, Petrum, Ambrosium, Gregorium Theologum simul jungit, & æquè Socios facit in solo & nudo ministerio & servitio, tam in exercitio ordinis, quàm jurisdictionis.

Ineptissima illatio; ineptissimè enim sic infert: Sacramenta sunt Christi, non Ministrantium: ergo qui administrant Sacramenta, omnes sunt pares in Ordine, & jurisdictione.

Num.

Num 21.

Putasne nunc distinxerit Symmachus in Episcopis potestatem jurisdictionis, à potestate Ordinis? Unicum, inquit, & indivisum in potestate est in omnibus Episcopis Sacerdotium. Et sanè loquebatur de exercitio potestatis jurisdictionis, circa Episcoporum institutiones.

Propositio falsa, Symmachus enim de conf. Episc. allegatâ epistolâ scribens de potestate Ordinis in omnibus æquali, non jurisdictionis loquitur.

Num. 22.

Intelligit (Origenes) procul dubiò quemcunque Episcopum.

Falsa & calumniosa interpretatio Origenis, qui de Romano, non quocunque alio Episcopo loquitur.

Et paulò post.

Gelasius & ipse Pontificalem potestatem, eam nimirum, quæ in omnibus residet Episcopis, cum regali potestate comparavit: Ut his duabus totus mundus regatur. Unam ergo solam & sanè eamdem agnovit, in omnibus Episcopis potestatem in solidum.

Gelasium de potestate Romani Pontificis loqui patet ex ipsa Epistola, quæ est octava, tom. 2. Conc. & ex Gregorio VII. libro 8. epist.21. Unde colligitur auctoris expositionem fraudulentam esse, eoque detortam, ut hæreticam suam opinionem authoritate Pontificiâ confirmasse videri possit.

Num. 24.

Sensit ergo Cyprianus, nullum esse in Ecclesia Episcopum, qui possit clavium uti potestate erga alium Episcopum.

Propositio falsa, quia Cyprianus lib. 3. epist. 13. Stephanum Papam hortatur, ut jubeat deponi Episcopum Arelatensem, aliumque ejus loco constitui.

CAPUT II.

Ecclesiasticam Hierarchiam inter Episcopos & Ecclesias jure solo humano Ecclesiastico esse institutam.

Titulus hæreticus ex præcedenti capite, hæreticâ consecutione, illatus.

Num 4.

Institutionem itaque primam Patriarcharum, ac Primatum & Metropolitanorum, non est cur tribuamus Concilio Nicæno: id enim gradus hos Ecclesiasticos jam reperit institutos: institutionem verò totam reduxit ad consuetudinem, non ad Petrum, ut fatetur etiam Bellarmin. de Rom. Pont. l. 4. c. 25.

Assertio duas falsitates continet: primam, quia Nicæn. Conc. can. 6. initium sic habet: Romana Ecclesia semper habuit primatum, ut patet act. 16 Concil. Chalced. secundam quod Bellarminus idem fateatur, qui tamen loco allegato, disertis verbis scribit, initio à Petro constitutos esse Patriarchas Alexandrinum & Antiochenum.

Num. 5.

Romana tamen variis usa occasionibus & opportunitatibus, sui Patriarchatûs limitibus non contenta, paulatim Monarchiam & imperium absolutum in universam Ecclesiam usurpavit.

Assertio hæretica & calumniosa, Romanæ nostræ Ecclesiæ, quæ primatum semper habuit, certi ac definiti termini per nullum Concilium constituti sunt.

Num 8.

Ut planè videas non jure Divino, non Romano Pontificio, sed synodico, & Patrum conventione, Provinciarum curam fuisse certis Ecclesiis attributam.

Assertio hæretica & simul Conciliis repugnans.

Num. 12.

Concilium Chalcedonense repetit, & confirmat Decretum Concilii Constantinopolitani, in quo similis primatus datur Ecclesiæ Constantinopolitanæ, atque erat primatus Romanæ.

Utriusque Concilii Canones, de Concilio Constantinopolitano loquentes, sunt spurii & illegitimi.

Num. 16.

Apertè igitur profitetur Ivo æqualitatem jure Divino, inter omnes Episcopos: & solâ Ecclesiasticâ institutione, quosdam actus concedi aliis supra alios: meram vero ambitionem esse, ubi unus Episcopus, quicunque ille sit, & quocunque primatu Ecclesiastico ornatus, velit sibi soli omnem potestatem Ecclesiasticam arrogare.

Calumniosa & mala illatio ex S. Ivone, qui epist.33. ad Paschalem Papam gratula-

tur ei, quod Apostolici gradus culmen ascenderit. Epist. 53. aliisque pluribus, eundem omnis Ecclesiæ Caput nominat.

CAPUT III.

Num. 9.

Morem vides antiquissimum ab ipsa Evangelica & Apostolica traditione, ut asserebat Cyprianus, emanantem; ut Episcopi, aut electione & propositione totius Ecclesiæ, etiam laïcorum (unde jam abusus irrepserant tempore Origenis,) aut saltem communi plebis assensu designarentur, & ad Episcopale munus assumerentur.

Hæ assertiones aliæque infinitæ similes, quatenus asseruut Evangelicâ & Apostolicâ traditione electionem laicis æquè ut Episcopis convenire, œcumenicis Conciliis adversantur.

Et paulò post.

Communem ponit (*Can. 6. Concil. Nicæni*) electionem, non ab Episcopis tantùm factam, sed etiam concurrente cum illis, & Clero & plebe loci, de Episcopo providendi.

Falsò, hoc can. vocem, communem; *ampliando nimis ad laicos extendit, ut patet ex translatione Isidori Mercatoris.*

Num. 52.

In ordinationibus verò totam dicimus consistere potestatem missivam Sacerdotum & consequenter in consecratione, seu missione, tota consistit Episcoporum institutio.

Propositio hæretica.

Num. 54.

Optimè & meritò factum est, ut Reges & Principes temporales; tanquam suæ plebis præcipui protectores, & generales procuratores, electiones pro ipsa, & loco ipsius peragant.

Propositio falsa, in quantum asserit consensu tacito vel expresso Pontificis non interveniente, Reges & Principes pro plebe & loco ipsius electiones peragere.

Num. 64.

Nicænus verò Canon octavus, ut Ecclesiæ praxis illum explicat, & patebit ex sequentibus, excludit duos Episcopos Inter se divisos, cùm plebis etiam divisione: non autem duos in solidum, & magnâ charitate conjunctos, & in uno eodemque agmine in solidum amicè copulatos.

Falsa, ab Auctore ad novam suam hæresim solidorum Episcoporum detorta expositio Can. 8. Nicæni, ut patet ex Innocentio I. epist. 29. ad Clerum & populum Constantinopolitanum, quâ in causa S. Chrysostomi adversus eos, qui in locum viventis alium Episcopum creaverant, Nicænum hunc Canonem id prohibentem citat.

Num. 68.

Hic video supponi, tanquam rem consuetam & ordinariam, ut Episcopus etiam Romanus, adhuc vivens, sibi eligat successorem.

Propositio falsa in verbis, tanquam rem consuetam & ordinariam, *nam præter Petrum M. Antonius neminem alium ostenderit.*

Num. 75.

Concludamus; Nihil obstare, quo minus vivente Episcopo, & suam dignitatem retinente, possit successor ipsius eligi & confirmari: ipso sic volente, & electoribus ordinariis: hoc est, Clero & plebe, seu loco plebis Principe concurrentibus, Metropolitanoque, seu Patriarcha id concedente & approbante. Nec solùm posse talem eligi & confirmari, sed etiam si omnes jam dicti conveniant, consecrari; & simul cum alio in solidum Coepiscopum fieri. Et consequenter posse, ex causis vel inhabilitatis, vel ægritudinis, vel occupationis majoris Ecclesiasticæ, & similibus, Episcopo volenti & petenti Clero ac plebe assentiente, non solùm authoritate Patriarchæ supremi, sed etiam solius proprii Metropolitani, dari Coadjutor cum futura successione.

Obstat post antiqua jura SS. Concilium Tridentinum sess. 25. c. 7.

CAPUT IV.

Num. 16.

Damasus per vim & arma, cædesque fœdissimas in Pontificatum est ingressus.

Calumnia in S. Damasum, qui judicio SS. Patrum totiusque Ecclesiæ laudatus & approbatus est, præterquam à Marcellino bis schismatico, & M. Antonio de Dominis sexies perjuro.

Num. 30.

Nostri tamen summi Pontifices omnia

sibi licere putantes, contra hæc adeo veneranda jura, & laïcos, & alienos, & irregulares, & plurimos indignissimos promovent, non quidem ita necessitate aliquâ,aut Ecclesiarum utilitate urgente; sed prece, vel precio suadentibus.

Calumnia in summos Pontifices.

CAPUT V.

Num. 5.

Ne putes tamen ordinationes has Episcoporum ex his apocryphis constitutionibus & decretalibus, legem in Ecclesia sumpsisse; non enim lege ullâ certâ, non Canone, non præcepto, aut dividi cœperunt provinciæ, aut Ordinationum Episcopalium modus præscribi, sed ipsimet Episcopi, & ratione & experimento dictante, & Spiritu Christi internè instruente, ut confusio vitaretur, & simultatibus atque schismatibus occasiones præciderentur, paulatim invexerunt morem & consuetudinem, ut circumvicini Episcopi certis limitibus inclusi, sese inter se ordinarent.

Propositio falsa, Canonibus contraria, & simul redolens Spiritum illum, qui testimonium conscientiis dat hæreticorum nostri temporis.

Num. 9.

Nunc verò, proh dolor, lex hæc sanctissima, de tribus ad minimum consecratoribus, more Pharisaïco, sicut & pluriмæ aliæ, ac præcipuæ, quibus regenda est, juxta traditiones Apostolicas, & Canones venerandos, Ecclesia; ad externam solam speciem, non sine ludibrio, redacta est, dum summus Pontifex solus sæpissimè & eligit, & approbat, & confirmat, & deputat Episcopos: eosque tradit tribus quibuscunque obviis Episcopis, etiam ex remotissimis, ac inter se distantissimis, sive etiam meris titularibus, qui re verâ nullius sint Ecclesiæ, nulliusque provinciæ Episcopi consecrandos, quod est turpiter sacris illudere Canonibus: & tamen Nicænus Canon, Episcopum non esse definit, qui sic per ludibrium sit consecratus.

Assertio in sensu Auctoris hæretica, illis verbis, Episcopum non esse, infra sæpius repetita. Eadem est injuriosa in Sedem Apostolicam.

Num. 48.

Consecratio verò est mera quædam cæremonia, cum precibus & manuum impositione, aliisque externis actibus peracta: quæ sæpe Ordinationem jam factam subsequitur.

Propositio hæretica.

CAPUT VI.

Num. 23.

Alterum caput mihi videtur gravem in se continere blasphemiam, & ethnicismum redolere, dum se Papa in terris alterum Deum facit.

Hæc propositio est calumniosa in Innocentium, qui se non alterum Deum facit, sed tantùm sese Christi Dei in terris Vicarium dicit.

CAPUT VII.

Num. 1.

Nullum Episcopum esse, jure Divino, aliorum Episcoporum Episcopum, sed unumquemque Episcopum esse in sua Ecclesia supremum, & immediatè soli Deo subjectum, in quantum Episcopus est.

Repetitio hæreseon supra memoratarum.

Ibidem in fine.

Ostendam enim jurisdictionem aliquam temporalem Ecclesiam in suos ministros, dono & privilegio Principum, quam aliunde habere non poterat, acquisivisse. Et infra num. 2. ac præsertim postquam dono Principum, ut dixi, jurisdictio etiam aliqua temporalis est data Ecclesiæ.

Propositio hæretica, quia omnis jurisdictio, quam Ecclesiæ Prælati in Ministros Ecclesiæ exercent, est immediatè vel à Christo, vel à Petro.

Num. 29.

Itaque relinquitur illis (Metropolitanis) plenissima potestas erga ipsos suffraganeos in quocunque casu, tam civili quàm criminali.

Non licet Metropolitano, inconsulto Romano Pontifice, Episcopos damnare. Julius epist. 1. post medium, Damasus epist. 3. c. 2.

Ibidem paulò post.

Atque hinc satis habemus quod miremur dum in Concilio Tridentino cernimus hanc Metropolitanorum potestatem erga suos Suffraganeos, non parum restrictam, & coarctatam.

Concilium Tridentinum antiqua jura potiùs renovavit, quàm restrinxit: pro bono Ecclesiæ eidem Concilio restringere licuisset, si placuisset.

Eodem paulò infra.

Sed totus illius Concilii (Tridentini) scopus fuit, ut amplissimam jam ex innumeris usurpationibus Papalem potestatem non modò stabiliret, sed etiam faceret ampliorem. Solus enim Papa, solaque Roma Concilium illud rexit, struxit & instruxit.

M. Antonius, qui Romano Pontifici veram obedientiam, & SS. Tridentini Concilii observantiam & receptionem sexies juratò promisit: hanc propositionem cum periculo hæreseos & schismatis temerè ac sacrilego ore perjuro effutivit.

CAPUT VIII.

Num. 3.

EST ergo gravissimus planèque intolerabilis error Binii, dum asserit Canoni huic 12. Antiocheno fuisse à Chrysostomo objectum, illum esse Arianorum.

Binius non errat: ut Author eum errorem fingat, novum Canonem Antiochenum fingit.

CAPUT IX.

Num. 8.

SEd hoc est jam ordinarium Paparum artificium, ut quæ Episcopi proprio jure possunt, eâ Apostolicâ concedant auctoritate, ut inde Episcopi fiant merè Papæ Ministri & executores.

Assertio calumniosa in Romanum Pontificem.

Num. 16.

Nescio ergo cur Concilium Tridentinum hanc visitandi provinciam facultatem, à jure Divino radicaliter habitam, & per tot Ecclesiastica jura expressa confirmatam, Metropolitanis auferre voluerit, statuendo ut ipsi Metropolitani non possint provincias suas visitare, nisi causâ cognitâ & probatâ in Concilio Provinciali.

Injuriosa reprehensio SS. Concilii Tridentini, quasi contra jus Divinum, potestatem visitandi arctasset Metropolitanorum, quibus jure Divino id non competit.

Num. 22.

Cujus tamen neque necessitatis, neque utilitatis Romæ ulla habetur ratio, sed modo pecunia currat, indifferenter omnes dispensantur.

Propositio injuriosa in Romanam Curiam

CAPUT X.

Num. 4.

HÆc tamen (quod scilicet harum Sedium Patriarchalium prærogativa & institutio ad Petrum sit referenda) cùm in propria causa à Romanis Pontificibus suas fimbrias libenter dilatantibus exagerentur; si ipsa per se, & ex se, aut aliunde fidem sibi non conciliant; ex dicentium solâ auctoritate fidem non merentur; sed redduntur suspectissima: immò in se ruinosa sunt, & facilè reprobanda.

Propositio singularem Authoris jactantiam ostentans, falsa est & temeraria.

Num. 7.

Cùm itaque planum sit, Sedes Apostolicas esse multas; non minus tali dignas titulo, quàm sit Romana.

Vana assertio.

Num. 8.

Cùm Episcopus omnis possit mittere novos Evangelii Ministros in proximas regiones, in quibus Evangelium non sit prædicatum.

Propositio hæretica, si loquatur de missione authoritativa.

Num 13.

Ut hinc habeamus Metropolitanorum institutionem esse potissimùm ad Episcoporum Ordinationem: & hos ipsos, quos jam Patriarchas vocamus, Romanum, Alexandrinum, Anthiochenum, esse inter illos, de quibus Concilium loquebatur, Metropolitanos: & consequenter privilegia harum Sedium propria Ecclesiastica, esse privilegia Metropolitica circa suorum Episcoporum Ordinationes.

Propositio erronea, ostendens in Authore ignorantiam discriminis inter Papam, Patriarcham, & Metropolitanum.

Num. 14.

Et quia tres illæ urbes (Roma, Alexandria

dria, Antiochia) fuerunt in Romano Imperio, antequam Constantinopolis excrevisset, Metropoles maximè insignes; inde habemus nos tres illos in Ecclesia Patriarchas insigniores.

Propositio temeraria, communi antiquorum Patrum opinioni repugnans. Concilii Chalcedonensis Canon, qui huic propositioni suffragari videtur, illegitimus est.

Num. 15.

Gregorius itaque, dum suo tempore, non nisi quatuor numerat Patriarchas, intelligit, ut puto, orientales: supposito tanquam notissimo, se in occidente esse quintum.

Opinio M. Antonii erronea.

Num. 16.

Ego enim non illâ conventione, sed Romanorum Pontificum posteriorum proprio conatu, Papam supra Patriarchas quatuor suspicor esse constitutos.

Propositio hæretica & graviter injuriosa.

Num. 21.

Bone Deus, quàm exorbitans dictum, quàm arrogans Assertio, Romanam Ecclesiam quatuor Patriarchales instituisse! & ineptiæ hujusmodi nobis pro sanctis oraculis obtruduntur!

Non est arrogans dictum, quod auctoritate Pontificum, Conciliorumque est munitum.

Num. 23.

Siricius dum ita statuit. Nemo extra conscientiam Sedis Apostolicæ, hoc est, Primatis, audeat ordinare Episcopum. Hoc est, non licere Episcopis quibuscunque, etiam ejusdem Provinciæ, sine concursu, seu consensu sui Metropolitani, qualis est Pontifex Romanus, in Provincia Romana, Episcopum consecrare.

Expositio fraudulenta, & dolosa, ad hoc excogitata, ut nomen Sedis Apostolicæ, Romanæ Sedi furaretur.

Num. 32.

Quod si Patriarchæ quinque illi celebres, inter se comparentur, nullam prorsus inter ipsos invenies, præter solum ordinem dignitatis, & præcedentiæ subordinationem, aut in potestate erga suos subditos disparitatem.

Propositio hæretica, Romani Pontificis primatui, quem semper habuit derogans.

Num. 34.

Et quis meliùs, atque ardentiùs paritatem hanc inter Patriarchas defendit, quam Gregorius Patriarcha Romanus? Is non potest ferre, ut Constantinopolitanus se Patriarcham universalem vocet: Quia si unus, inquit, Patriarcha universalis dicitur, Patriarcharum nomen cæteris derogatur.

Author, Gregorii authoritate abutitur.

Num. 39.

Quod igitur de Cypri Ecclesiis, in hoc Concilio statutum est, ut nulli subsint Patriarchæ; nisi suo proprio primati Ecclesiæ Constantinopolitanæ Episcopo idem de cæteris quoque judicium esse debet, quæcunque olim nulli ex his subfuerint Patriarchis. Tales verò erunt, Metropoles omnes, quæ neque sunt ex primis magnis trium illarum Patriarchalium primatum sedium Provinciis avulsæ; neque earum missionibus fundatæ: sic Æthiopicas Ecclesias nulli horum Patriarcharum subjectas invenio; sed proprio tantùm Patriarchæ: sic Persidis: sic indicas, & alias extra Romanum Imperium à viris Apostolicis & Episcopis, privatâ eorumdem operâ, aut privatorum Episcoporum missione, Christo acquisitas, erectas & constitutas.

Propositio hæretica, nullam enim Ecclesiam M. Antonius assignavit, vel assignare poterit, quæ jure, citra notam schismatis à Romani Pontificis subjectione exempta fuerit, vel eximi potuerit.

Num. 42.

De Patriarcha non est, cur sint admodùm sollicitæ, sive uni, sive alteri, sive etiam ex illis quinque nulli subsint. Habere enim unum ex his Patriarchis sibi prælatum non est de necessitate salutis, ut jam vidimus.

Propositio hæretica: neque enim potest esse membrum Ecclesiæ, extra quam nulla est salus, qui capiti Ecclesiæ subesse repugnat.

Ibidem.

Monarchiam semper & Christus à sua Ecclesia amovit; & ipsa Ecclesia abominata est.

Propositio hæretica sæpiùs repetita.

Num. 44.

Falsum enim est, unionem Ecclesiæ Catholicæ in unitate Rectoris visibilis consistere.

Propositio hæretica & schismatica, sæpiùs repetita & improbata.

Num. 49.

Et nullus Patriarcha, ex Canone Nicæno jus ullum habet in alium Patriarchatum.

Propositio falsa frequenter supra improbata.

Num. 50.

Applaudat sibi quantùm vult Innocentius, & excipiat suam Sedem, nihil refert. Quod enim de Patriarchalibus Sedibus in genere protulit; id de omnibus, etiam de Romana, verissimum est; quam à sacris Canonibus, & sanctis Patribus nunquam exceptam reperies; sed ex æquo cum aliis inclusam; eisdemque obligatam legibus: & decretis.

Propositio hæretica, & M. Antonii circa jura Romanæ Sedis, vel crassam ignorantiam, vel mentiendi libidinem affectatam prodens.

CAPUT XI.

Num. 1.

NAm exercitium potestatis Episcopalis, quæ de se est universalis, nulli certo loco, nulli gregi alligata.

Propositio hæretica, supra sæpiùs improbata.

Ibidem.

Metropolitani, qui in sua legitima ordinatione totam quam habent, consequuntur à Deo potestatem.

Propositio hæretica, in verbis: Totam à Deo.

Num. 23.

Hoc pacto sibi ipsis nostri Papæ substernunt bases, easque in altum sustollunt, ut Idolum abominationis tantò eminentiùs super illas collocetur.

Propositio, in Romanum Pontificem plus quàm calumniosa.

Num. 25.

Et tali pallio sibi Metropolitanos omnes totius Occidentis subjugare voluerunt.

Propositio falsa. Omnes enim, etiam non donati pallio, Pontifici Romano subsunt, aut subesse debent.

Num. 26.

Sed quatuor Patriarchas Orientales habere hanc subjectionem ad Romanum, ab eoque teneri pallium postulare & accipere mihi videtur falsissimum.

Propositio falsa & temeraria.

Num. 27.

Cum tamen & Concilium Nicænum, & tota Ecclesia, ut jam ostendi, ostendamque pleniùs, unumquemque Patriarcham supremum fecerit in sua Regione, ab alio prorsus independentem cum plena separatione, quoad loca & regiones, Ecclesiasticæ potestatis.

Propositio hæretica, & Concilio Nicæno repugnans.

Num. 28.

Patriarchas quippe nulli certo Ecclesiastico homini etiam jure Ecclesiastico subjectos, voluit per se ipsos sibi pallium sumere, & à nemine illum postulare, ne suprema Sedes, qualis est, quæcunque Sedes Patriarchalis, ulli Sedi videatur subjecta.

Repetitio hæreseos supra improbatæ.

Num. 30.

Imperii igitur Christiani abolitio, & Turcarum tyrannidi ad ipsum Imperium electio, Anglicanæ, Gallicanæ magna ex parte, & Germanicæ, ac Polonicæ, reliquarumque Septentrionalium Ecclesiarum à Romana dimembratio, sunt fructus egregii nostræ Papaticæ Monarchiæ. O Monarchiam toti orbi Christiano infaustam, atque infestam; O servitutem & cæcitatem Principum Christianorum, omnibus lacrhymis deplorandam, qui hæc aut non cernunt, aut de remedio opportuno non cogitant.

Propositio falsa, in Romanum Pontificem injuriosa, & seditiosa.

Num. 35.

Quod Nicolaus rescribit Bulgaris, pri-

nam Archiepiscoporum institutionem spectare ad Romanos Pontifices, non potest intelligi id semper, & ad solum Romanum Pontificem, & ubique spectare.

Expositio falsa, violenta & hæretica.

CAPUT XII.

Hierarchiam hanc Ecclesiasticam nunc plurimum turbari & confundi.

Titulus in sensu Authoris falsus & injuriosus in Romanum Pontificem, qui non per usurpationem, ut toto hoc Capite calumniatur Author, sed suo jure totius orbis terrarum Episcopos constituit, confirmat, & consecrari facit.

Num. 1.

Atque ut planè agnoscant nostri Papæ, quàm miserè errent, dum pulcherrimam, quam exposui hactenus, turbant Hierarchiam.

Repetita calumnia in Pontificem Romanum.

Num. 2.

Qui (Anacletus) ita scripsit, quicumque ille fuit, aut Divino Spiritu, quod futurum erat prævidit, aut oculis suis conspexit, Romanos nostros Pontifices verè tyrannicè, ut ipse loquitur, sibi Episcoporum omnium, etiam remotissimorum Ordinationes usurpare.

Calumniosa interpretatio verborum Anacleti, qui Romanorum Pontificum nullam mentionem facit.

Num. 57.

Objicies tertiò Gregorium irasci, quod Maximus Salonitanus Episcopus ipso nesciente & inconsulto, fuerit ordinatus. Respondeo inde Gregorium maximè irasci (Et paulò post) quia ex recentiori consuetudine, Metropolitani, aut à suo Patriarcha erant consecrandi, aut non sine ipsius assensu & Decreto.

Responsio, Auctoris ignorantiam ostendens.

Num. 58.

Quamvis dubium non sit Martinum (primum sanctum Martyrem & Pontificem Philadelphi Episcopo Orientali epist. 5. authoritate Apostolicâ præcipientem, ut constituat per omnem civitatem earum, quæ Sedi tum Hierosolymitanæ, tum Antiochenæ subsunt, Episcopos, Presbyteros & Diaconos,) sibi adhuc plusculùm aliquid tribuere, sibique ipsi nonnihil assentari.

Assertio in S. Martyrem & Pontificem calumniosa, quem M. Antonius ex charitate tantùm fecisse ait, quod summus Pontifex ex auctoritate Apostolica, quæ data est nobis à Domino per Petrum sanctissimum Principem Apostolorum, factum esse profitetur.

Num. 61. *& ult.*

Nunc satis sit minuere omnem inobedientiam & rebellionem Episcoporum adversus suos Archiepiscopos Romæ hodie, & jam diu pro Papatûs majori incremento foveri, nutriri & defendi, ut jam Episcopi nostri flocci faciant suos Archiepiscopos: Qui & ipsi non sine aliqua (ignoscant mihi quod verum dicam) stoliditate cedunt facilè; sive quia jam nihil ad ipsos, si verum Ecclesiæ regimen, & Ecclesiastica Disciplina in ipsorum Suffraganeis, totaque Provincia contemnatur; propria enim heu plurimi curant; & in regimine suarum Ecclesiarum, stertunt ac dormiunt, & ignaviâ planè contabescunt, sive quia Papæ adulantes, à quo vel timent sibi, vel sperant Metropoliticam, ei libenter & ultrò cedunt potestatem. Quod si Archiepiscopi ita contemnerent Papam, sicut ipsi, Papâ auctore, à suis suffraganeis contemnuntur, qui se eis penitus jam faciunt æquales, ordo certè hierarchicus facilè ad suam primam institutionem, integritatemque revocaretur, & primævum suum splendorem recuperaret. Utinam.

Conclusio libri tertii in Sedem Apostolicam contumeliosa, scandalosa, & proœmio libri simillima.

LIBRI IV.

De Romana Ecclesia,

Proœmium.

Proœmium calumniosum in Romanam Ecclesiam.

CAPUT I.

Ecclesiam Romanam non esse peculiarem Petri Sedem.

Titulus infrà num. 8. Explicatus his verbis. Illud est firmiter asserendum, Petrum

ita fuisse Romanæ Ecclesiæ Episcopum, ut tamen nullâ aliâ peculiari ratione, in ea urbe Episcopatum tenuerit, nisi ratione sui Apostolatûs, *hæreticus est, traditionibus, Conciliis, Patribus & historiis repugnans.*

Num. 1.

Supremus Ecclesiæ Romanæ Primatus, ipsiusque supra cæteras omnes Christi Ecclesias imperium, sicuti revera nullis solidis innititur fundamentis, ita penitiùs illum consideranti & excutienti, statim suam prodit imbecillitatem, nutat, ruit, concidit, prosternitur.

Assertio hæretica & schismatica.

Num. 5.

Ideo Vicarii Petri dicebantur Romani Pontifices, quia se in locum Petri, hoc est, puri Ministri, & servi substitutos puros ministros & servos agnoscebant.

Expositio inepta nominis Vicarii & hæretica, quatenus dicit Petrum & Petri successores esse puros Ministros.

Num. 9.

Si itaque fundatio Romanæ Ecclesiæ spectetur, eam aut magis, aut non minus Paulo deberi, quàm Petro affirmamus.

Assertio hæretica, in verbo non minus, *quam repetit infra, num.* 11.

Ibidem.

Nescio tamen cur idem Chrysostomus Petrum Romæ prædicasse asserat, tunc quando ad Romanos Paulus scribebat.

Nescis, quia scire recusas.

Num. 21.

Ubi Petri Romam adventus secundo Claudii anno ? Quod quia Eusebius in chronico, certè inconsideratè, ac indiscussè protulit, inde & Hyeronimus, & cæteri ferè omnes Scriptores posteriores errorem hauserunt.

In Eusebium, aliosque Patres, inconsiderata, ac malitiosa Censura.

Num. 25.

Neque Antiochiæ, neque Romæ Petrus propriè sedit, qui non ut sederet, sed & excurreret, Apostolatum accepit, & quocunque pergebat, semper suam Cathedram, hoc est, Episcopalem potestatem, secum deferebat, quam nulli certo loco alligatam habebat.

Propositio falsa, quæ aut ignorantiam, aut malitiam Authoris prodit.

Num. 28.

Paulus certè, ut jam ex multis conjecturis videor manifestasse, prius Romam venit, quam Petrus; & Romanam Ecclesiam fundavit, in eaque ipse prior Cathedram Episcopalem collocavit, hoc est, Apostolicam actualem potestatem exercuit, & usque ad mortem ibidem laboravit.

Conclusio falsa & temeraria, communi sententiæ Patrum & historicorum repugnans.

Num. 30.

Justinus, Irenæus, qui cum nullam de ipsius Simonis Magi extinctione per Petrum Romæ facta, mentionem habeant, valde suspectam reddunt totam historiam, de hac eadem Magi Romæ per Apostolos extinctione, & consequenter de Petri Romam adventu, occasione Magi persequendi.

Suspicio temeraria.

Num. 31.

Quare primus Petri Romam adventus omnino ponendus est circa duodecimum Neronis annum : quo enim tempore, & non priùs Baronius ponit secundum Petri adventum, id, ut probavi, planè tempus deberet esse primi adventûs. Paulus itaque integro fermè decennio priùs Romam venit quàm Petrus.

Assertio planè temeraria.

CAPUT II.

Romanam Ecclesiam esse Ecclesiam particularem tantùm, unam, ex cæteris.

Titulus hæreticus in verbo tantùm; *quem authoritate Pontificum, Patrum, Conciliorum, Historicorum malè adductâ, malè probat.*

Num. 2.

Universalitatem verò illam supremam Papatûs nunquam fuisse, aut agnitam puræ Ecclesiæ, aut in ea commemoratam.

Assertio

Assertio falsa, veritati historicæ repugnans, sicut eadem num. 11. in fine repetita.

Num. 5.

Martioos, servus servorum Dei, atque per gratiam ejus Episcopus sanctæ Catholicæ atque Apostolicæ Ecclesiæ urbis Romæ, &c. Hic certè suum Episcopatum restringit ad ipsam Ecclesiam particularem urbis Romæ, quam Catholicam vocat, vel quia erat una ex Catholicis, hoc est, fidem Catholicam amplectentibus, ac docentibus, vel quod totius Catholicæ Ecclesiæ universalis membrum esset.

Sancti Martini Papæ I. verba ineptè à M. Antonio detorquentur.

Num. 36.

Immò ipsam esse constat perfectissimè schismaticam, & quod pejus est, schismati addit tyrannidem verè Antichristianam, Caput se contra Christum, qui solus, & verum suæ Ecclesiæ Caput est, constituit.

Propositio falsa, hæretica & calumniosa in Romanam Ecclesiam.

CAPUT III.

Num. 7.

Vanam verò & commentitiam illam maternitatem respuamus, quam ei nostri Monarchici tribuunt; videlicet ideo eam esse Matrem omnium Ecclesiarum, quia ab ea omnes Episcopi habeant ordinationem & dignitatem.

Propositio priore sui parte hæretica & seditiosa.

CAPUT IV.

Constantinopolitanam Ecclesiam paribus eminere privilegiis. cum Romana.

Titulus hæreticus ab impugnationibus Canonum & Leonis Pontificis malè defensus.

Num. 20.

Hierarchiam Ecclesiasticam inter Episcopos esse de solo jure humano: & nego Primatus hosce ad res Divinas pertinere, multò magis nego, ex jure Divino Romanam Ecclesiam, aut ullam aliam particularem, ullam præeminentiam supra cæteras unquam habuisse, quod opinabatur Leo sustinere non potest, qui facilè sibi etiam scripturæ contraria solet in gratiam hujus Primatûs persuadere.

Repetitio plurium hæreseon supra improbatarum cum adjuncta gravi calumnia Leonis Papæ.

CAPUT V.

Romanum Clerum, hoc est, Cardinales, nullam habere, aut dignitatis, aut potestatis supra alios Cleros ullo jure, vel Divino, vel Ecclesiastico, prærogativam.

Titulus falsus & erroneus, in verbo, ullo jure.

Num. 5.

Omitto itaque nunc, immò contemno, etymologiam Cardinalium, quam sibi ipsi nimium blandiens excogitavit Leo nonus, dum Papam facit cardinem totius Ecclesiæ, & inde Clericos ipsius ait vocari *Cardinales*! Cardini utique illi, inquit, quo cætera moventur, viciolus adhærentes. Cardioem enim illum ab Ecclesiæ valvis, & amovi, & amoveo, & amovebo, & meam etymologiam, ut verissimam & propriam jam confirmo.

Vana jactantia. Portæ inferi non prævalebunt adversus Ecclesiam.

CAPUT VI.

Romanum Episcopum non esse propriè peculiarem Petri Successorem.

Titulus sæpiùs repetitus, hæreticus & schismaticus, quem malè probat, & contra Bellarminum & Baronium, malè defendit.

Num. 2.

Non enim Petrus habuit quicquam peculiare, in quo ei dari debeat, magis quàm cæteris simul omnibus successio.

Repetitio hæreseos præcedentibus libris frequenter improbatæ.

Num. 7.

Planum est Papatum hunc esse totum fictitium, commentum hominum, à Christi institutione remotissimum.

Repetitio hæresis, & calumniarum in Romanam Ecclesiam.

Num. 19.

Absolutè nego Romanum Pontificem esse Petri peculiarem quocunque jure successorem: ex jure enim Divino colligimus, Romanum Pontificem non posse ullâ ratione peculiari, Petro succedere.

Assertio hæretica, schismatica, & Romano Pontifici contumeliosa.

CAPUT VII.

Ecclesiam Universalem nullum habere in terris unicum Caput Universale.

Titulus hæreticus & schismaticus.

Num. 1.

Quis non videt Primatum hunc Romani Pontificis totum esse usurpatum, & Christi institutioni, sanctisque Evangeliis, & Divinis Scripturis repugnantem?

Propositio hæretica, & in Romanum Pontificem injuriosa, quam n. 2. diversâ phrase repetit.

Numero 8.

Sicut enim solâ usurpatione Papa se erexit, ita potest sublatâ usurpatione aboleri quod non modò absurdum non est, sed etiam in Ecclesia omnino necessarium.

Propositio schismatica & seditiosa.

Num. 25.

Sancti prisci Romani Pontifices, plusculum aliquid sibi quam par est tribuerunt.

Propositio in sanctos Pontifices antiquos, injuriosa.

Num 38.

Universalis Ecclesiæ Caput hoc ingens toti corpori grave, ambitio potissimum Romana genuit. Qui quidem Papatus monstrosus non statim totus in lucem est editus; sed paulatim diversis se occasionibus offerentibus, & per partes acceptis subinde incrementis, ex informi imbecilloque embryone in validum, & maturum fœtum adolevit: tandemque exactis temporibus partus ille infœlix, totique Ecclesiæ infestus ex utero prodiit.

Propositio calumniosa in Romanum Pontificem, & hæretica in verbo paulatim, in quantum indicat Pontificem Romanum non semper fuisse Caput Ecclesiæ

Num. 53.

Maneat supremnm Papatum cum potestate universali in istam Ecclesiam universalem, nullum esse in Ecclesia; neque esse posse aut debere.

Conclusio hæretica.

CAPUT VIII.

Romanum Papatum Universalem sanæ Ecclesiæ nunquam fuisse cognitum.

Titulus falsus ostendens vel authoris ignorantiam, vel in mentiendo inverecundiam, quem malè tortis Conciliorum œcumenicorum & sanctorum Patrum auctoritatibus frustra probare conatur.

Num. 53.

Sed ego quoque illiteratum & notoriè ac insigniter sceleftum ex sanctorum Patrum dictis insinuavi, sacrum Ordinem non suscipere, & sacrum ordinem posse amitti.

Hæresis Bohemorum in Concilio Constantiensi damnata.

Num. 75.

Ego verò Papatum schisma merum esse assero, ac probo, factionemque se à reliqua corporis compage avellentem. Hinc illa Ecclesiæ Orientalis, & antiqua & hodierna ab Occidentali etiam in dogmate obfirmatior aversio. Hinc certè Ecclesiarum quarundam ex illis, quæ reformationis studio omnem cum Romana communionem abjecerunt, fervor & vehementia.

Propositio schismatica & in Romanam Ecclesiam calumniosa, neque enim ejus culpâ, sed propriâ suâ malitiâ homines hæretici ab Ecclesia deficiunt.

CAPUT IX.

Optimè colligitur in Ecclesia Universali Episcopum universalem nullum dari, quia illa à particularibus Episcopis tota regitur sufficientissimè, qui à nemine turbari debent.

Hæretica assertio supra sæpe improbata.

Num. 19.

Romanus Pontifex, ipse est primus & maximus Canonum contemptor & conculcator.

Propositio calumniosa.

Num. 22.

Omnia tamen hæc Sedis Apostolicæ privilegia esse falsa, ac partim ipso facto illegitima, partim aliis erepta & usurpata ostendo.

Assertio temeraria.

CAPUT X.

Dicta & facta veterum, Papatum præ se ferentia, eidem nihil prodesse.

T*Itulus falsus est & factiosus, quem Marcus Antonius: contra auctoritates, facta & exempla Patrum, Pontificum, Conciliorum, vanè statuit.*

Num. 11.

Concilia Occidentalia, ut Lateranense sub Innocentio III. Lugdunense sub Gregorio X. & Florentinum, sub jugo Monarchiæ Romanæ Ecclesiasticæ jam dominantis gemendo, applaudere tanto Monarchæ sunt coacta.

Propositio falsa, calumniosa & scandalosa.

Num. 50.

Hic est error jam ordinarius Pontificum Romanorum, dum opinantur à Christo fuisse Petro quemdam Primatum jurisdictionalem in Ecclesiam Universalem traditum, & per Petrum in Romanos Pontifices propagatum.

Propositio hæretica & schismatica in verbo, error.

Num. 53.

Postremi tamen postrematum ætatum Papæ, jam planè omni deposità modestià, cum multis & apertis, voluntariisque usurpationibus, se ad hunc absolutum & maximum Papatum evexerunt, facti per fas & nefas totius Ecclesiæ Monarchæ absoluti, & de suo hoc exorbitanti Monarchatu, non modò encomia, sed etiam Decretales, & definitiones ediderunt.

Inverecunda, & immodesta in Romanos Pontifices calumnia.

Num. 95.

Bedam, & Anselmum, & Hugonem Victorinum, & Bernardum, inter Monarchicos, non quidem decipientes, sed potiùs deceptos reponimus. Alios verò posteriores, magna ex parte parasitos & assentatores, malæque fidei deceptores, & contra propriam scientiam atque conscientiam, contentiosos & verbosos disputatores, istbac in causa rejicimus penitus, ne dicam, contemnimus.

Propositiones contumeliosæ.

Num. 98.

Quare Bonifacii VIII. definitio, quam secutus est etiam Leo X. quâ declaratur, de necessitate salutis esse omni humanæ creaturæ, Romano Pontifici (ut capiti, putà in spiritualibus & temporalibus universali) subesse, errorem continet intolerabilem.

Propositio hæretica.

Num. 99.

Si quis verò opponat in Concilio Constantiensi, fuisse Wicleffi & Hussi articulum de Primatu Papæ ab eis negati condemnatum: Respondemus, Patres Concilii Constantiensis Monarchiam Ecclesiasticam tenuisse, & communissimo jam errore fuisse infectos.

Propositio hæretica, & in Concilium Constantiense injuriosa.

CAPUT XI.

Num. 19.

CArdinales itaque cùm primùm soli cœperunt esse Romani Pontificis Electores, per vim & injuriam, contemptâ jam firmatissimâ Apostolicâ regulâ, & totius Ecclesiæ consuetudinibus, ac statutis innumerabilibus conculcatis, iniqui fuerunt hujus Electoratûs usurpatores, & adhuc sunt iniqui ejusdem detentores, malæ fidei possessores. Quare si Sede vacante, Canonici Lateranenses cum reliquo Romanarum Ecclesiarum proprio Clero, & Senatu, populoque Romano conjuncti, Pontificem Romanum eligerent, & eumdem sic electum facerent ab Episcopis circumvicinis, etiam non Cardinalibus (si Episcopi Cardinales renuerent) consecrari, is verus & legitimus esset Rumanus Pontifex, multò magis

quàm ille, quem in Conclavi eligerent Cardinales, & consecrarent.

Propositio calumniosa in Cardinales, seditiosa & hæretica in assignatione firmæ Electionis Pontificiæ.

Num. 46.

Electio enim ipsa, ut dixi & dicam, non facit Episcopum, neque de se est aliquid spirituale, sed merè temporale, in quo Principibus condescendere, & obtemperare interdum operæ pretium esse duxit.

Propositio erronea in verbo merè *temporale, &c.*

Num. 47.

Electionem verò & confirmationem, nihil Ecclesiasticæ potestatis cuiquam conferre, sed personam tantùm designare, cui Ecclesiastica potestas sit ab Ordinatoribus solis tradenda.

Propositio scandalosa & hæretica in quantum dicit potestatem omnem per solam Ordinationem conferri.

CAPUT XII.

Legatos Romani Pontificis, extra Romanam Ecclesiam, vix ullam habere potestatem.

T*Itulus, hæreticus, schismaticus & seditiosus.*

Num. 1.

Romanam Ecclesiam possum considerare in triplici statu. Primùm sanam: deinde valetudinariam: ac demum penitus ægram: Primis temporibus sana fuit & vegeta: mediis leviori morbo laboravit: postremis prostrata decubuit & decumbit, utinam non ad mortem. Ægra demum Romana Ecclesia legationibus ad fastum dumtaxat, pompam, dominatum, & avaritiam, ac rapacitatem jam diu utitur.

Propositio falsa & contumeliosa in Romanam Ecclesiam.

Num. 21.

Postremis demum temporibus legationes Romanæ, & Nunciaturæ ad avaritiam ambitionem, & ad sola negotia terrena & temporalia, expeditæ sunt, & expediuntur, legationes sanè ordinariæ Piceni, Romandiolæ, Bononiensis, Ferrariensis, Avinionensis, & si quæ sunt similes, sunt Præturæ Provinciales, vel Præfecturæ, & Proconsulatus, non Ecclesiasticæ pro rebus Ecclesiasticis legationes, ut omnibus reipsâ notum est, & manifestum. Nuntii verò Papæ nunc dierum apud Imperatorem, Reges & Potentatus Christianos, eodemque penitus loco sunt, quo Regum Legati in Curiis Principum sæcularium, pro negotiis nimirum sæcularibus potissimum tractandis & indagandis, commorantes. Ac certè, si optimo eos nomine insigniamus, sunt Oratores, sin vero exploratores.

Propositio falsa, seditiosa in Romanum Pontificem, ejusque legatos calumniosa.

Annunciavi justitiam tuam in Ecclesia illa magna; non ex meo ingenio, ut tu ipse Domine testis es, tua, non mea, verba annunciavi, & adhuc labia mea non prohibebo, quæ, ut olim labia asinæ Balaam, tuâ solius mota virtute sunt proloquuta.

Ficta sanctitas Marci Antonii.

Omnium harum propositionum Censura per deputatos Facultatis Theologicæ Magistros & Doctores, Facultati toti, post decantatum sacrum de S. Spiritu, exhibita & approbata, lecta est, & promulgata in Aula Theologica, jussu & authoritate Magistrorum ejusdem Facultatis, solemni ritu præsidentium, præsentibus Licentiatis, Baccalaureis, cæterisque Theologiæ studiosis, ad hoc specialiter convocatis: ac pleno totius Universitatis auditorio. Et per omnia concordat cum suo originali.

De mandato dictorum DD. Decani & Magistrorum Sacræ Facultatis Theologicæ Coloniensis. *Ita testor*, Jacobus *Ellisch* Universitatis Colon. ac Theologicæ Facultatis Notarius & Bedellus.

Censura Sacræ Facultatis Theologicæ Coloniensis.

In quatuor priores libros de Republica Ecclesiastica à M. Antonio de Dominis nuper editos.

PAstoralis officii sui & administrationis à Deo sibi commissæ memor B. PETRUS ut Ecclesiam adversus futuras verum

hæreticorum insidias præmuniret [a] *fuerunt*, ait: *& pseudoprophetæ in populo sicut & in vobis erunt magistri mendaces*, qui *introducent sectas perditionis.* Quod quam verum fuerit totis jam sexdecim sæculis experta est Ecclesia & miserrimè etiamnum experitur: dum [b] *exeunt ex nobis qui non erant ex nobis.*

Fidelis tamen Deus sicuti Ecclesiæ supra B. PETRUM ædificandæ inviolabilem promisit firmitatem, ita exurgentibus, contra eam hæresibus suos excitavit excubitores, qui pro Domo Dei quæ est [c] *COLUMNA & firmamentum veritatis* indefesso studio sese opponerent, factumque id non tantùm ab Episcopis & Pastoribus, [d] *quos posuit Spiritus Sanctus regere Ecclesiam Dei*, sed etiam ab Universitatibus & Collegiis quæ ad hoc Deus in Ecclesia instituit ut *depositum* antiquæ Orthodoxæque fidei illic contra omnes *profanas* [e] *vocum novitates & oppositiones falsi nominis scientiæ* custodiretur.

Quapropter Facultas Theologica Coloniensis memor obsequii, quod Christo ejusque Ecclesiæ debet, & diligentiæ, quam contra emergentes hæreses suis temporibus Doctores ejusdem Facultatis semper præstiterunt, postquam intellexisset editum esse librum de Republica Ecclesiastica M. Antonii de Dominis, quæ & ex fœdissima Authoris apostasia, & ex edita ab eodem brevi apostasiæ apologia meritissimò suspectum habebat, ne felices Ecclesiæ progressus, quibus illa, Deo benedicente, quotidie de hæresibus jam senescentibus, triumphat, quicquam detrimenti, aut impedimenti, à novo hoc malo acciperent, putavit illud sibi meritò incumbere, ut in hunc M. Antonii librum diligentissimè inquireret.

Qua de causa cum anno Domini 1618. die 8. Februarii post privatas libri totius relectiones ex. D. SEVERINUS Binius ejusdem Facultatis D. & Decan. toti Facultati post Missam de Sancto Spiritu solemni congregatæ, in Domo Capitulari Franciscanorum Convent. & suo & aliorum DD. nomine exposuisset; *quatuor libros priores M. Antonii de Dominis de Republica Ecclesiastica* editos, apud Joannem Bilium Londini anno 1617. ab ipsis privatis lectos, multas propositiones hæreticas, schismaticas, erroneas, & calumniosas, continere; adeoque pro honore Facultatis necessarium videri, ut eadem Prædecessorum suorum vestigiis insistens ac speciatim ad hoc Serenissimi sui Principis Electoris hortatu animata è suo Collegio, quosdam Magistros NN. deputare dignetur, qui Opus totum publicâ commissione relegant, & propositiones in eo offensivas extrahant, easque deinde ad totam Facultatem referant: Facultas huic petitioni deferens, quinque DD. propositum à D. Decano negotium sollicitè commisit, supradicta Februarii die: Qui dein accuratè perlecto opere, exceptisque propositionibus infra descriptis, ult. Martii toti Facultati solemniter apud Dominicanos congregatæ easdem exhibuerunt, tanquam selectas, & præ cæteris notabiliores: cùm alioquin totus liber hæresibus, falsis, detortisque expositionibus, citationibus fraudulentis, & truncatis, calumniis, & conviciis plenus sit.

Facultas itaque singulis ritè examinatis, discussis, & ad ipsum exemplar collatis; ex tunc censuit sicuti & nunc per præsentes censet, ac declarat.

1. Totum librum, tanquam S. Scripturæ, Conciliis, Unanimi SS. PP. Doctrinæ à Christo Domino institutæ & perpetuò observatæ Ecclesiasticæ Hierarchiæ contrarium, hæreticum, schismaticum, calumniis in omnes Catholicæ Ecclesiæ Episcopos, ac nominatim in ipsum totius Ecclesiæ Caput Romanum Pontificem maledicentissimis, impudentissimis mendaciis, arrogantissimis in quoslibet Scriptores judiciis, mordacibus, & Christianâ modestiâ indignis sarcasmis plenum, damnandum esse pro ut de facto censet ac damnat.

2. In Pontificem ipsum, tanquam verum universalis Ecclesiæ Caput humillimè obsecrandum, sicut de facto obsecrat, ut pro defensione Ecclesiasticæ Hierarchiæ & Primatûs Sedis Apostol. ad exemplar Sanctissimorum Prædecessorum suorum non gravetur facere contra M. Antonium: quod in simili Primatûs impugnatione, octava Generalis Synodus petiit ab Adriano Papa contra Photium. Similiter rogandos omnes Ecclesiæ Catholicæ antistites, ac præcipuè Serenissimum & Reverendissimum Archiepiscopum & Principem Electorem nostrum, ut eundem hunc librum, ex omnibus Diœcesium suarum finibus, tanquam hæreticum & subditis noxium proscribere & relegare Ecclesiasticâ suâ authoritate dignentur.

3. Omnes Ecclesiæ Catholicæ Principes

a 2. Petr. 2.
b 1. Joan.
c 1. Tim.
d Act. 1.
e 1. Tim.

ac defensores, & universum Magistratum Civilem humillimè obsecrandos, pro ut de facto obsecrat; ut Civilibus quoque edictis, & pœnis subditorum suorum saluti & fidei contra hunc librum sic prospiciant, ut exemplaribus ubique locorum exustis, omnes intelligant, melius in hoc mundo esse, ut libri mali pereant, quam animæ Christi sanguine redemptæ per eos perdantur.

4. Ut propositiones per deputatos DD. selectæ ac per Facultatem examinatæ ad publicum veritatis eorum quæ per Facultatem acta essent testimonium, deputato ad hoc typographo tradantur, & curantibus à Facultate deputatis, in lucem emittantur: Datum Coloniæ in nostra Congregatione Generali, apud Prædicatores, in Domo Capitulari celebrata. Anno 1618. ultima Martii.

Hoc monumentum extat in Bibliotheca Sorbonica qq. 7. 81.

Anno Domini 1620.

Hyeronimus Vecchietti instaurare voluit errorem, qui à Photio refellitur in Bibliotheca sua, cod. 115. & 116. cæremoniam scilicet Agni Paschalis in cœna à Christo Domino prætermissam fuisse, nec eâdem die, quâ Judæi Agnum Paschatis comedebant, ultimam cœnam Christi celebratam fuisse, sed præcedente die. Hoc probandum suscipit in magno volumine sic inscripto: *Hyeronymi Vecchieti Florentini de anno primitivo ab exordio mundi ad annum Julianum accommodato, & de sacrorum temporum relatione libri octo.* Augustæ Vindelicorum anno 1621. Quapropter à Romanis Censoribus reprobatus est is liber, ut Janus Nicius Erythræus narrat, parte 1. Pinacothecæ virorum illustrium, pag. 196. & Jacobus Hyacinthus Serri Ord. FF. Prædic. in suis disputationibus Patavii editis super rebus Evangelii. Præterea Franciscus Suarez in 3. p. S. Thomæ, q. 5. art. 3. hanc opinionem hæreticam dicit.

Anno Domini 1620.

In decreto Romanæ Congregationis indicis sic fertur: quamquam scripta Nicolai Copernici, nobilis Astrologi, de mundi revolutionibus prorsus prohibenda esse Patres sacræ Congregationis indicis censuerunt, eâ ratione, quia principia de situ & motu terreni globi sacræ Scripturæ, ejusque veræ & Catholicæ interpretationi repugnantia, (quod in homine Christiano minimè tolerandum est,) non per hypothesim tractare, sed ut verissima astruere non dubitat, nihilominus quia in iis multa sunt Reipublicæ utilissima, Copernici scripta ad hunc usque diem typis impressa permittuntur: iis tamen correctis juxta subjectam emendationem locis, in quibus non ex hypothesi, sed asserendo, de situ & motu terræ disputat.

Anno Domini 1622.

Libellus Nicolai le Fevre, Ord. FF. Prædic. contra novam sectam illuminatorum Carnuti pullulantem. In novissimo Supplemento Jacobi Echard, ad Scriptores FF. Prædicatorum addito, illius libri mentio fit.

Anno Domini 1623.

Die 29. Maii Edictum Madriti apud Hispanos latum adversus sectam illuminatorum. Insana eorum dogmata à Quietistis innovata describit Mercurius Gallus, tom. 9.

Anno Domini 1624.

Inter protestantes hæreticos non pauci sectarum indifferentiam in Christiana Religione prædicabant. Hoc propositum Sturmii videtur in libro quem inscripsit: *media via*, apud Germanos similiter docebat Bramhallius, apud Anglos Stellinfets, tum Hobbes apud Batavos, & Episcopius. Sic olim Donatistæ, *quorum aliqui nihil interesse credebant, quâ quisque parte Christianus esset*, ut S. Augustinus narrat epist. 48. ad Vincentium. Antonius de Dominis, lib. 7. cap. 10. § . 240. & cap. 11. §. 1. ejusdem opinionis fundamenta jecit.



Anno Domini 1625.

Cardinalium Archiepiscoporum, Episcoporum, cæterorumque qui ex universis Regni Provinciis, Ecclesiasticis Comitiis interfuerunt: de Anonymis quibusdam & famosis libellis Sententia.

CUm Ecclesiasticis totius Regni Comitiis, in Civitate Parisiensi, de Rebus Ordinis nostri consuleremus, Libet ad nos perlatus fuit (Admonitio ad Regem, titulus erat) qui sine Authoris nomine editus, eò potissimùm dicebatur spectare, ut improbato Regis consilio, ejus authoritatem minueret, Majestatem deprimeret; Optimates ad diffidentiam, populum ad seditionem concitaret; & unà cum Mysteriis Politicis, quæ ab eadem Officina prodierunt, Galliæ perniciem & excidium moliretur. His itaque semel atque iterum accuratè perlectis. Primò quidem Indoluimus in tantum convaluisse nefariorum hominum nequitiam, ut qui in Reges nostros antea parricidarum manus impulerant, iidem ipsi in Successoris famam & securitatem atrocissimum stylum exerceant. Deinde cùm videremus egregium illum admonitorem, subdolo Catholicæ Religionis obtentu, contra salutem Regis, Regnique tranquillitatem, grassari, nostrarumque esse partium duceremus, providere non solùm ne germana Religio pessum eat, sed etiam ne falsa prætextu pietatis irrepat, obviam eundum periculo putavimus. Quamvis enim oratione blandâ, & ad modestiam primùm compositâ, venenum occultet, humilitatem profiteatur, charitatem ambitiosè jactet, Theologiam præ se ferat, pacis authorem pronunciet, ut speciosis nominibus, faciliùs incautis mentibus illabatur, monemus, non aliter, vel ab ipso limine, considerandum, quàm Medicos; quorum tituli remedia habent, pyxides venena. Quis enim ex libertate, Theologum; ex ficta Charitate, civem; ex simulata pietate, amicum; ex fucatis blanditiis, Regi subditum non putasset? nisi postea, dum tam liberè contra Regiam Majestatem debacchatur, judicasset reperiri non posse in subdito tantam superbiam, ut Regem accuset; in amico tam virulentam acerbitatem, ut imprecetur; in cive tam atrocem perfidiam, ut patriæ quærat excidium; in Theologo tam putidam arrogantiam, ut Principum, Rerum publicarum, belli pacisque jura ad sui sensus trutinam revocet, expendat, probet, improbet, in Reges denique ipsos imperium exerceat. Hostem itaque esse deprehendimus, non pacis interpretem, sed seditionis buccinatorem, & ubique Regiæ Majestatis prophanatorem; qui non ut Regem admoneat, sed ut universum Regnum commoveat & incendat, faces in vulgus emittit: cui tanto impensiùs à nobis est obsistendum, quanto magis eniti decet, ne Religionis simulatæ prætextu aliquam adversus puram & infucatam pietatem quod in publicæ pacis & domesticæ tranquillitatis damnum vertat, civium animis imprimatur. Jam enim antea sæpe comperimus, eam esse grassatoribus illis impiis consuetudinem, ut cùm perniciem aliquam Regno moliuntur, signa sui motus eventilatis chartis præmittant; ut serpens quod vibratâ cuspide virus parat, sibilo prænuntiat; noxius austri flatus, pestem, quam ciet, antecedit; crispatur leviter mare, & sentit se moveri antequam in fluctus assurgat: ita gladiorum licentia linguæ temeritate præludit: quæ postquam Principum patientiam contumaci sermone tentavit, ad perduellionem audacior erumpit. Quare ut Gallici nominis hostes frustra se laborare sciant, dum Regis constantiam lacessunt, & populi fidem sollicitant, placuit, unanimi totius Ordinis consensu profiteri quid nos de hujusmodi contumeliis sentiremus, & quid aliis sentiendum præscriberemus. Quod quidem ut faciliùs præstari possit, haud abs re videtur, hominis consilium, & parænese*s* (egregiæ scilicet) epitomen paucis comprehendere.

Primò quidem ut insidias quasdam faceret auribus, se civem, se Theologum & belli dissuasorem adventare profitetur, deinde pericula fingit inextricabilia, tragicos eventus ominatur, & quâ est temeritate, minatur: Crescit audacia, arma Regis damnat injustitiæ; fœdera, impietatis; consilium perfidiæ; Regni optimates, perduellionis. Ubi in nos virus evomuit, excurrit ad exteros. Veneto Senatui exprobrat Atheismum; Sabaudo levitatem & avaritiam: Reliquos omnes fœderatos suspicione perfundit: putares in orbem censuram exercere. Rursus cùm se latiùs diffudit maledicendi licentia, ad nos redit: illatas à Calvinistis contra Lutheranos in Germania clades Gallo adscribit, & quâ

est impudentiâ Regem pro famulitio Diaboli pugnare contendit. Postremò (ô parricidium!) Clementissimo, Justissimo, Religiosissimo Regi, quòd fœderatis periclitantibus, obsessis, exulibus, afflictis, pro jure gentium opem ferat, (horremus elogia) damnationis æternæ minas intentat: Hæc sunt præcipua tela, ne dicamus omnia, quibus Regem Regnumque petit, hæc convitia quibus Sanctissimam Rempublicam & Catholicos Principes insectatur. Quæ quidem, ut retunderentur, promptius fortasse fuisset negligere, quàm objecto veritatis clypeo excipere: nisi quis silentium in conscientiam verteret; & quoniam in Religione turpiter aucupium quæritur, quo Principum Majestatem in contemptum adducat; æquum est ut quæ Christiana Religio de Regum authoritate credenda proponit, citra fucum adulationis aut detractionis invidiam, aperiamus.

Reges à Deo esse, præter publicum omnium gentium atque sæculorum consensum, etiam Prophetæ denuntiant, Apostoli confirmant, Martyres confitentur, neque tantùm à Deo sed etiam Deos. Quod quidem non servilis Ethnicorum assentatio in gratiæ lenocinium effinxit: sed ipsamet veritas in ipsis sacrorum Codicum oraculis tam apertè declaravit, ut negare, sine blasphemia; dubitare, sine sacrilegio nemo possit. Dii itaque qui vocantur, consequitur ut sint, non essentia quidem, sed facultate; non natura, sed gratia; non ad perpetuum, sed ad tempus; utpote qui in terris, Dei Optimi, Maximi vice funguntur, & ejus imaginem, Majestatis imitatione mortalium oculis exhibeant. Nemo est enim adeo plumbeæ mentis, qui cùm eum intuetur cujus nutu tot hominum millia prodeunt in aciem, tot manus ferrum stringunt ad vindictam, aut comprimunt ad veniam, qui nobilitatem obscuris, egenis ubertatem, exulibus patriam, afflictis perfugium, & quibus libuerit fœlicitatem impertiatur; qui denique suorum omnium fortunas, vitam necemque in manu habeat: Nemo est, inquam: qui non eum aliquid supra mortalitatem esse Deo proximum aut simile suspicetur, credat, cogitet. Quibus enim Deus potestatem suam communicavit, iisdem majestatis suæ partem, quæ saluberrima est imperii tutela, non denegavit; ut populos sibi subditos non tam armorum terrore ad parendum cogerent, quàm ut impressa eorum animis quasi Divinæ Majestatis veneratione in obsequio benignè continerent.

Nihil enim est ad communem omnium fœlicitatem accomodatiùs, nihil ad publicam tranquillitatem utiliùs, quàm si subditi, quibus parendi necessitatem Divina voluntas imposuit, Præpositis atque Magistratibus citra tergiversationem obtemperent. Id enim natura non solùm hominum ingeniis insevit, sed etiam belluarum sensibus ingenuit, ut antecedentes sequantur Duces, Regibus suis obediant, & pro eorum salute sollicitas excubias agant. Apiculæ Regem domi colunt, foris ambiunt, volantem stipant, vacillantem fulciunt, laborantem sustinent, deficientem humeris imponunt, periclitantem etiam vitæ dispendio protegunt. Adeo naturæ leges firmæ validæque sunt, ut quæ hominum consensu vigent, animalium institutis comprobentur. Nam si ab omnibus his qui vel prudentiâ, vel authoritate in rebus publicis optimè constitutis floruerunt exempla petamus & consilia, intelligemus profecto, nihil esse tam aptum ad jus conditionemque naturæ, quàm imperium, sine quo nec domus ulla nec civitas, nec gens, nec universorum hominum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus potest; tamque parêre quàm imperare utile est & necesse: Præcipua siquidem, vel potiùs omnis imperii vis in consensu obedientium sita est. Si enim subditis Regum statuta liceret expendere, quænam esset Magistratuum authoritas? si, non probare, quæ Principum potestas? si, condemnare, quæ rerum publicarum securitas? Ruerent in Dominos servi, in Patronos clientes, in parentem liberi; & omnis civilis status disciplina pessum iret; privatæ domus discordiis, seditionibus urbes, Provinciæ rapinis, omnia tumultu flagrarent: Gentium jura corruerent, & in pristinum chaos cuncta reciderent, si major numerus excusso paucorum jugo omnia sui juris faceret. Quænam enim spes esset eum justè imperare posse qui ne prudenter quidem parêre possit?

Quare illud ipsum quod lex humana non permittit, Divina vetat; dum fraudem omnem atque contradictionem servis erga Dominos prohibet. Quid ergo si iniqui fuerint? absit ut cujusquam impotentiam, libidinem & injustitiam probemus. Sed si sensum Scripturæ quæris, nulla ex parte rebellandi consilium habemus, salva Religione parendi præceptum habemus: quamvis fortunas eripiat, libertatem tollat, servitio premat, & quæcunque

cunque Deus postulantibus Regem futura denuntiat, in suorum ruinam meditetur, tamen parendum est Regi quantumvis dyscolo; quia Deus eum instituit. Parendum est Domino quantumvis molesto; quia Deus cùm talem eum futurum præxideret, nihilominus præposuit. Regem, ut parentem, si bonus est, amare; si malus est, ex divinæ voluntatis decreto ferre debemus. Quid si Religionem ipsam expugnet, ferro sæviat, rursus ad Martyrium fideles vocet, quantumvis Hæretici reclament? tamen si Evangeliu acquiescere velimus, satiùs est fusu sanguine cælestem victoriam reportare, quàm educto gladio Christianæ patientiæ famam lædere: Quam quidem nostram sententiam improbare nemo potest, nisi qui Christi præceptum simul & exemplum improbet, nisi Martyribus cùm rebellare possent, modestiæ gloriam eripiat, & crescenti Ecclesiæ ignaviam exprobrare velit, quòd numero fortior, ferrum imperatoribus quo sæviebant non extorserit. Ea siquidem est non Christianorum, sed Hæreticorum contumacia, qui vel levissimo metu Religionis ad arma concurrunt, leges calcant, jura violant, & à Deo ordinatæ potestati quâ possunt viâ resistunt.

Christus autem jam tum natus, immò nascens, immò antequam nasceretur, ad edictum Cæsaris advolavit, neque denegavit obedientiam cui jus imperandi tradiderat; sub ejus Prætore quamvis innocens accusati non erubuit; judicium quantumvis iniquum patienter tulit, vim illatam, crucem oblatam, mortem denique non recusavit; quamvis in manu legiones Angelorum adessent; quamvis in sua morte videret in Christianorum omnium vitam, sententiam ferri. Ecclesiæ priscos Annales revolvite, parem in Apostolis, parem in discipulis, patientiam invenietis, parem in Martyribus constantiam. Cùm jam latè propagata fides esset ubique, quà patebat orbis Romanus, Christiani in carnificina crudelitatis, ferro, flammâ, belluis fidem probabant, atque patientiam: neque inter optimam conscientiam & iniquissimam fortunam constituti provocabant ad arma; quibus sumptis numero pares extitissent & virtute superiores; cùm urbes, insulas, municipia, castra ipsa, Senatum, forum implevissent; & omnes tam libenter ad cælestem victoriam per supplicia properarent.

Quare alias leges quàm à Christiana Disciplina profectas quærant qui satiùs esse putant rebellare quàm pati. Unde novum jus è Cælo defluxit ut credant nobis licere quod Apostolis & Martyribus non licuit? an in fide propagata jus esse, quod in nascente & jam adultâ nefas fuit? Nusquam Christianus aliud est: unum Evangelium & idem Jesus; qui aliter sentiunt, fidem in factionem convertunt, & ex aliena crudelitate sibi dominum & gloriam quærunt.

Neque tamen in gratiam Regum injustam dominationem adstruimus: à cujus periculo tantùm absumus quantùm distamus à metu: sed fidei, Regi, veritati debitum & necessarium non denegamus testimonium. Atque adeo quæ sentimus: tantò liberiùs profitemur, quia scimus sub quo Rege vivamus; neque enim sumus ita rerum nostrarum negligentes, ut ignoremus quantopere Religionem colat; nec tam ingrati, ut inficiemur eum esse talem qui sinceram pietatem vel sceptris suis anteponat.

Inde fit ut cùm quisque teneatur eum imperii statum in quo natus, colere, amare, complecti, & ad eum non modò tuendum sed etiam amplificandum omni ope niti, cùm à Deo præsertim ita sit institutum atque imperatum: tantùm abest ut qui Catholici non tam videri volunt quàm esse, Regum dicta, facta, cogitata ad proprii sensûs libidinem interpretentur, & quasi censoriâ virgulâ notent; quin etiam ea votis promovere, atque alere gloriâ teneatur. Cùm enim Principum ingeniis præsentiùs adsit Divinæ bonitatis auxilium, quàm privatis hominibus, non minorem injuriam Deo faciunt, qui ei de Regibus judicandi potestatem, quam ipse sibi soli reservavit, præripiunt, quàm Regibus ipsis qui solius Dei judicio subjacent. Quapropter David adulterio coinquinatus & homicidio, tamen se soli Deo peccavisse sustinebat, quia Rex erat, & alium non timebat; quia Rex erat, nullis ipse legibus tenebatur: quia liberi sunt Reges à vinculis delictorum, neque ullis ad pœnam vocantur legibus, tuti imperii majestate. Homini ergo non peccavit, cui non tenebatur obnoxius. Quis enim potest dicere Principi cur ita facis? Tamen iste sycophanta, quò se Theologum probet, districtè in contemptum Regis arguit; magistraliter definit, affirmat audacter, probat insidiosè, calumniatur apertè, diabolicè concludit.

Cùm illud in principatu beatissimum; quòd nihil cogi possit; tum illud certè est maximum, quòd penes eum pacis bel-

lique potestas sit. Ejus est enim legem legere, ut cui rerum judicium cœlitùs datum, subditis obsequii gloria relicta sit, nam in civili disciplina, sicut in cæteris artibus, aliquid esse primum expedit ad cujus nutum reliqua moveantur, atque consistant. Et nisi cardinibus illis scientiarum, quæ Principia vocantur, consensus accedat, nec veritas inquiri, nec falsitas dignosci, nec ulla disceptatio convenienter institui potest; aliquam esse regulam oportet ad quam cæterarum rerum, quæ in compagem coëunt, rectitudo probetur, aut pravitas corrigatur. Ita naturalis ordo mortalium paci accommodatus hoc poscit ut suscipiendi belli authoritas penes Principes sit; qui non liberi solùm impedimentis omnibus, sed Domini rerum temporumque, trahunt consiliis cuncta, non sequuntur. Eorum verò consilia explorare, temeritatis; eventilare, perfidiæ; reprehendere, perduellionis est intolerandæ: neque enim aliter imperii vis constare potest, quàm si uni ratio reddatur. Ut enim pretiosa unguenta si alienum aërem admittunt, proprias vires amittunt; ita Regum consilia, quæ apud Hebræos, arcana dicuntur, si populo innotescant, quod antea erant, hoc ipso esse desinunt, quòd innotescant. Quare Regum sapientissimus monet ne largiùs vinum Principibus propinetur, ne fortè quod in Consilio prudenter statutum est, in convivio per ebrietatem evulgetur. Romanos Imperatores legimus, Sphyngem in annullo, Minotaurum in militaribus signis habuisse, ut pacis bellique consilia in occulto esse debere significarent. Tamen quamvis Regum corda sint inscrutabilia, quamvis scrutator Majestatis opprimendus sit à gloria, (ille fatuus qui non potest diligere nisi quod sibi placet, extraneus ille cui nihil arcani patere debet, perfractis pudoris & reverentiæ claustris in arcanum Regis irrumpit:) Societatem cum Venetis & Sabaudo initam scelus vocat, auxilium Rhætis contra Vallitelinos datum, latrocinium, fœdus cum cæteris Principibus, quo possit injusta quorundam dominatio reprimi, inexpiabile crimen. Quibus breviter respondendum fuerat, Regem societatem iniisse, quia placuit, quia licuit; bellum suscepisse, quia justum est, vel potiùs justum esse quia suscepit; hæc inquam erant respondenda, nisi singula percurrendo hominis improbitatem, & Regis æquitatem apertiùs innotescere posse judicaremus.

Quid enim est quod in Republica Veneta reprehendi jure possit? An fides? Catholica est. An fœdus? Jam tot sæculis contractum commodo nostro, Orbis Christiani tranquillitati profuit. Amplissimo Senatui, apud quem infucata pietas sibi domicilium constituit, partim Atheïsmum exprobrat, partim malè inter se consentientium dissidia mentitur, meliorem partem à majori victam insidiosè subjicit; discordiæ pomum miserat, si fœminas invenisset.

Quod in Sabaudi fœdere reprehendat nec ipse satis verisimiliter comminisci potest. Quæ tandem injuria, si clienti propinquo, amico fratri adversus Genuenses, Regni desertores, qui etiam Lutheranorum auxilia convocarunt, debitum & expectatum præstamus auxilium? Itane verò Rex quem tot Populi firmissimum esse salutis suæ præsidium statuerunt; ad cujus fidem tanquam ad tutissimum in ærumnis portum, vitam fortunasque detulerunt, inermis, supinus, decussatis manibus, sociis injuriam fieri, eorum jura invadi, expugnari, profligari contemplabitur; & in alieno damno suum periculum considerabit? diripiantur urbes, vicinorum incendiis Provinciæ nostræ colluceant, audiamus è proximis urbibus cadentium fragorem tectorum, fœminarum ululatus, pereuntium gemitus, defluat in ripas nostras effusus sociorum sanguis, volitet hostis in propinquo, & patientiæ nostræ ferociter insultet, interim cessabimus otiosi tam de sociali salute, quàm de proprio discrimine securi; neque manum tollere, neque pedem movere fas erit, ne tam pestilentis Theologiæ Commentatores oblatrent?

Quod ad Vallitelinos spectat, cùm Rex hæreticorum factionem in Aquitania profligaret armis; neque magis imperium suum quàm Romanam fidem stabiliret; Vallitelini à Rhætis quorum ditioni suberant, defecerunt; tamque nefariæ perduellionis in exterorum armis præsidium adversus dominos suos invenerunt. Rhæti pro veteri societate, quam tot ante sæculis habent, Regis Christianissimi auxilium implorant; quid æquiùs fuit, quàm sociis laborantibus, de ditione, de salute periclitantibus, contra desertores opitulari? Cùmque res eò devenisset ut neque conscientiæ suæ nocere, nec ei quem parentis loco colit, displicere vellet, totius Regni omniumque Ordinum Primarios, & è nostris comitiis delectos, non magis in Regem fide quàm in fidem pietate conspicuos, convocavit, ut quid

de Vallitelinis agendum salva conscientia videretur, consilium darent. Ibi statutum fuit & decretum, liberum & integrum esse Regi Christianissimo, immò & debere sociis suis atque fœderatis (nempe Rhætis) contra rebelles (id est Vallitelinos) auxilium ferre.

Quid ergo est quòd cælum ac terras misceant, minas intentent, convicia (adeò excessit animis reverentia) in Regiam Majestatem evomant? quod scilicet cum Calvinistis Principibus fœdus jam antea contractum pepigerit, eo ipso tempore, quo Catholici Principes nobis infesti, cum Lutheranis societatem inierunt? Nec non ex ea quam cum Turcis pacem habemus, potiùs quàm societatem, invidiam Regi Regnoque faciunt? Equidem eorum sententiæ libenter accederemus, si cum exteris, eo fine societas iniretur; non ut afflictis, miseris, exulibus Principibus, quæ à Deo acceperant imperia restituantur, aut conserventur; non ut quorumdam libido quos nimia fœlicitas avidos facit, ab alieni dominatione imperii summoveatur: libenter in quam iis assentiremur, si eo consilio societas inita fuisset, ut fides pereat, regnet hæresis. Quam quidem esse Principis nostri mentem, tantùm abest à suspicione quantùm à veritate: nihilominus tamen id ejus esse consilium quàm magni velint emisse, quos ille terrâ marique tot annos in oppidis & arcibus circumfuso milite tanquam plagis inclusos cum inedia luctantes tenet. Ut autem temerariam, ne dicamus Hæreticam, opinionem illam enervemus, quæ non tam Catholicis ad tutelam quàm hæreticis ad rebellionem accomodata est, quâ volunt, cum diversæ Religionis hominibus nullam Principi societatem ineundam; nonne constat vel ex ipso Sacrarum Paginarum testimonio, Principes, licet Infideles (& consequenter Hæreticos) legitimos esse? ac proinde cum his, tanquam legitimis, societatem & amicitiam contrahi posse? Certè Abrahamus cum Abimelech infideli societatem pro se suisque pepigit; Loth cum Sodomæ Regibus pacto fœdere copias consiliaque conjunxit: Jacob societatem immò & affinitatem Laban idololatræ concupivit: Heber cum infidele Iabin, David & Salomon cum Ægyptiis Tyriisque Regibus, Macchabæi cum Romanis & Lacedæmoniis fœdus percusserunt: neque tamen apud Sacros Codices reprehenduntur. At verò Josaphat, cujus exemplum attulerunt, objurgatur quidem quòd cum impiis Regibus initâ societate bellum injustum, quamvis infidelibus intulisset. Ut tamen intelligamus, non belli societatem, sed armorum injustitiam damnari, nemo eidem crimini vertit quòd cum Ioram nefario principe, Dei hoste infensissimo, contra Moabitas conjurasset. Quibus itaque non placet fœdus cum hæreticis ictum, tot Patriarchas & Prophetas arguant necesse est, atque adeo Pontifices Maximos; quorum sanctitas est supra licentiam calumniæ, fides extra periculum erroris; Pontifices inquam Maximos, quòd interdum ita postulante Christianæ Reipublicæ statu, cum infidelibus pacem inierint & societatem: Quin & ipsum audacter Christum increpatent, quòd inter dapum lautitias, & profusam unguentorum fragrantiam, publicanis & peccatoribus in mensa socius femina Divinæ veritatis immitteret. Certè dum Christianus orbis sub Imperatorum crudelitate gemeret, plerique ejusdem victoriæ manum in prælio commodabant, cujus immanitati cervicem in Tribunali minimè subduxissent. Romani in Parthos, Christiani in Christianos sub infensis nomini Christiano Ducibus militabant: quippe & verè putabant aliam esse vim Religionis, aliam Imperii: neque credebant se displicere Christo: si quæ ipse Cæsaribus reddi jussisset, redderentur. Ita Valentinianus cum Gottis, Theodosius cum Arrianis amicitiam contraxit. Certè Constantinus, cognomento Magnus, Religione major, Ethnicos in exercitu suo milites non exauthoravit, à Consilio non repulit, à Senatu non summovit, Romanis cæremoniis quas improbabat, non negavit impensas, & per omnes vias æternæ urbis lætum sequutus Senatum, vidit placido ore delubra, legit inscripta fastigiis Deorum nomina, percunctatus est Templorum Origines: cumque ab impia religione abhorreret, impiorum familiaritatem, societatem, arma, consilia non recusavit.

Quare si tot Sanctissimorum virorum exemplo, cum infidelibus Societas licita sit, quam Rex cum Anglis jam tot annos corroboratam de novo confirmavit, eo certè nomine videtur esse laudanda, quòd qui locis in illis antea vexabantur Catholici, Societatis nostræ beneficio tractari cœperint humaniùs: nam ut de Batavis sileamus, quorum fœdus à prudentissimis Regibus magno Galliæ commodo fuit institutum; quis est adeo hospes in Gallia, vel potiùs in Europa, qui nesciat non alio fine cum Britanno pactas

esse nuptias, quàm ut Catholicis qui abessent, facilior in patriam reditus esset; qui adessent, securior Religionis libertas? Sed ut aliquid adversario concedamus, supponamus id factum Politicâ ratione, quæ certè maximum in Imperiis pondus habet, potiùs quàm Catholicæ Religionis amore (quem esse singularem in Rege nostro etiam hostes vel inviti fatebuntur,) non possunt tamen id jure reprebendere quod tam multorum quæ attulimus exemplorum authoritate confirmatur. Quantam ergo faciunt injuriam fidei, qui eam salvam esse non putant, nisi Regum jus pereat & Gentium jura subvertantur? Satis ipsa suis, id est, veris auxiliis tuta, præstigiosis mendaciis quæ solam veritatem colit, non eget. Itaque non videmus, cur si licet Christianis habere duces infideles adversus Christianos; iisdem non liceat Hæreticos habere socios contra hostes.

Sed Bellum, aiunt, quod Rex suscepit, injustum est, quia non habet jurisdictionem in Cæsarem: ideo non potest dicere, Tu Cæsar morere, Tu Palatine regna: ô insanæ mentis Theologum; dum Rex à Cæsare dissentit, dum fœderatis auxiliares copias mittit; bellum est, quia in Cæsarem jurisdictionem non habet; in quem si jurisdictionem haberet, non tam bellum quàm castigatio, quàm judicium foret: At injustum est quòd ad restituendum Hæreticum Principem (adde etiam Infidelem) susceptum sit. Infidelis sit dummodo legitimus: Infidelem non probamus, legitimum tuemur; Hæreticus est, sed à Deo constitutus, à quo potestas omnis data est: Hæreticum execramur, sed Principem defendimus; quem Deus instituit, restituere conamur: Extorrem alieni laris, & quod infœlicissimum est, è summa fœlicitate, non tam suâ culpâ, quàm hostium acerbitate præcipitatum, in sinum nostrum confugientem admittimus, opem implorantem auxilio levamus. Quid aliud agimus? quàm, dum in unius hominis calamitate misericordiam exercemus, conditionis humanæ recordamur? Quæ est ista adversariorum immanitas, ut quem miserrimum effecerunt, miserabilem tamen videri nolint? Si nobis creditis, in hujus exemplo causam nostram agi, & in omnes Reges sententiam ferri putabamus. Nam si Catholicis Hæreticos Principes exterminare liceat, idem sibi licere contra Catholicos Reges Hæretici præsument: Religio quidem & Imperii dignitas mutuâ sese tuentur ope, & in pari consensu optabilem concentum pariunt; tamen utraque suum jus obtinet, utraque suos terminos distinctos habet: nec Imperio violare Religionem, nec Religioni Imperium abrogare licet. Hæc qui negaverit, Christo hæresim imputet, qui jubet, reddantur cæsari quæ sunt Cæsaris, & quæ sunt Dei, Deo. Ex his vel ipsâ luce meridianâ clariùs intelligi potest, falsò Christianissimi Regis, consilium insimulari, quasi Hæreticorum consiliis in fidei perniciem acquiescat.

Nam Reginam matrem, quis est adeo frontis ejuratæ, qui vel ejus vituperare sapientiam audeat, aut pietatem in dubium revocare possit? Quæ quondam invictissimi Regis Conjux, ejus Eclypsim suâ luce reparavit; LUDOVICI Justi parens teneram ejus ætatem ab omni tutam discrimine fovit; denique tam multiplici prole fœcunda, effecit ut quibus antea contemptui propter Regum orbitatem extiteramus, nunc etiam invidiâ digni videamur.

ILLUSTRISSIMUM CARDINALEM A RUPEFOLCALDA, qui antiquorum Patrum mores innocentiâ, severitatem austeritate, puritatem integritate vel imitetur, vel antecedat: qui nihil in vita nisi laudandum, aut fecit, aut dixit, ac ne sensit quidem, impietatis arguant necesse est, qui Regis consilium Hæreticis favere comminiscuntur.

ILLUSTRISSIMUM CARDINALEM DE RICHELIEU, in quem unum præsertim spicula convertunt, negare saltem non possunt eum esse Theologiæ studio præcipuum: in qua vel primis adolescentiæ annis ad miraculum excelluit; Pietate clarissimum, ut qui doctissimis libris in lucem editis, Hæreticorum opiniones non sine maximo fructu confutaverit; consilio providum, ut cui celeberrimæ illius victoriæ navalis quam de perduellibus reportavimus, momenta causasque, quâ valet Divinâ solertiâ, contulerit; cùm nulla ex parte caninum dentem quo pruriunt, ejus innocentiæ queant infigere, hoc unum exprobrant, callidum nimis & perspicacem, qui suos sensus abscondat, alienos detegat. Tandem gratulamur Galliæ, gratulamur tibi, Cardinalis illustrissime, cujus incomparabili Sapientiâ factum est, utqui se solos sapere putabant, qui nos antea moribus leves, cultu barbaros, consilio stolidos existimabant; nunc, quæ tua gloria est & fructus noster, profundioris cogitationis & abstrusioris prudentiæ damnent.

Amplissimum autem Cancellarium, ab omni

omni maledicentiæ licentiâ tutum esse decebat, vel ob hoc unum, quòd omnia incrementa fortunæ Virtuti propriæ deberet; atque adeo in tantum laudandus in quantum Virtus intelligi potest.

Marescallus de Scbomberg hæreticis favebit, contra quos præcipuus belli author non extitit solùm, sed etiam periculosissimam tormentorum præfecturam administravit, totiesque in manifestum capitis periculum descendit, ut etiam Ducem de Mayenne, quem suum hæreticilanium nuncupabant, manu prehensum teneret, cum funesto plumbeæ glandis verbere, maximo nostro dolore, maximâ hostium lætitiâ, transfixus occubuit?

Tot Galliæ lumina, tot nobilitate conspicui, tot eruditione præstantes, tot pietate clari, tot rerum usu docti, patriæ amantissimi, Regiæ Majestatis observantissimi, hæreticos rebelles, quos armis destruunt, consiliis astruent: quam in Regno nostro ferro flammâque prosequuntur hæresim, in aliena ditione, suis opibus, suo damno confirmabunt hostilem impudentiam, quæ tantam audeat innocentiam culpare? Inanes malè feriatorum hominum cogitationes, qui credant eam esse nostrûm omnium cæcitatem, ut tam apertæ calumniæ consentiri; eam perversitatem, ut adeo falsis & in perniciem totius Reipublicæ Christianæ concinnatis argumentis commoveri possimus.

Sed quid mirum si Religiosissimi Principis Consilium insectantur? Cùm Regi nostro LUDOVICO semper invicto, sine simulatione pio, sine fastu gravi, sine austeritate severo, sine blanditiis benigno, sine ambitione magnanimo, sine astu prudenti, ipso etiam momento quo tormentis Hæreticorum propugnacula quatit, audent Hæreses propugnationem objicere? Bellum adeo difficile contra factiones Hæreticorum suscepit, ut quos invicti Reges minimè lacessendos duxerant, quos Prudentiâ & in Religionem pietate præstantes viri armis subigi posse negarant, mirabili constantiâ, fœlicitate incredibili oblederit, expugnarit, domuerit. Ergo dum Rex Christianissimus hæreticos impugnat hæresi favet; dum eam exterminare finibus Regni contendit, aliis in regionibus eam propagare laborat: ô ingratum civem, qui Regi suo debitam gloriam invidet! ô insulsum Theologum, qui profligatæ hæresi tantopere favet, ut expugnatorem ejus impugnet? Ergo dum Rex neglectis Aulæ deliciis in exercitu suos ad laborem, non tam imperiò quàm exemplo provocat, dum vigilat in castris, dum pugnat in acie, periclitatur in aggere, dum hæreticas arces expugnat, urbes diruit, copias dissipat, Ecclesiis Sacerdotes, Sacerdotibus Ecclesias restituit, exulemque Religionem post liminio tot in oppida, tot in Provincias revocat, & quasi prehensam manu reducit, scelerata nefariorum hominum licentiâ & seditiosis hostium libellis fiet ut nihil aliud ex tot laboribus & periculis, quàm apud exteros invidiam, apud suos contemptum, apud omnes infamiam, & in se festinatæ senectutis insignia consequatur? Et tamen parum erat tam insigni pietate, tam multis laboribus partam gloriam eripere, nisi tantæ innocentiæ tacitè periculum minitarentur, non ab Hæreticis quos impugnat, sed à Catholicis quorum securitati pervigil excubat. Nam quo fine, quâ mente, fatalem Galliæ, funestam orbi, omnibus bonis execrandam HENRICI semper Magni, cædem, in medium adducunt? nisi ut Regicidis stimulos, Regi terrorem addant? ut quod in Patrem crudelissimè patratum est, in se quoque fieri posse pertimescat? Cur inquam illam communem honorum omnium calamitatem revocant? nisi ut fœdi spectaculi memoriâ cicatricem jam tum successoris fœlicitate coalescentem exulcerent; & in dolore nostro lætitiam captent, qui antea forsitan in publica clade risum non tenuerant? Feros Leones diceres, qui cæsâ & devoratâ victimâ, hærentem adhuc rictibus cruorem lambunt, & prætéritæ crudelitatis gaudia taciti repetunt. Neque tantùm (Deum immortalem!) cædis tam horrendæ memoriam refricant, sed etiam quâ sunt impudentiâ, justo Dei judicio illatam esse proclamant, atque ita cædem defendunt, cujus justam esse causam contendunt; simulque suam in nos hostilem voluntatem manifestò produnt: qui tam sceleratam manum Dei Justitiæ attribuunt. Quis enim potuisset tam atrox parricidium defendere, nisi qui possit committere?

Itaque Rex Regum maxime, tuum est non magis hostium contumelias contemnere, quàm nostrum omnium, quotquot Ecclesiastici Ordinis sumus, pietatem tuam prædicare, laudare Religionem: securitatem procurare, cùm in illa tuæ Majestatis inauguratione nos inimicos futuros inimicis tuis promiseri-

mus. Perge fœliciter, procede audacter, regna tranquillè, triumpha fortiter, ingruant hostes, contumeliæ sæviant, blasphemi inronent; tibi ad salutem, ad victoriam, ad triumphum votis quàm poterimus ardentissimis adirum parabimus, assiduis precibus sollicitabimus, mittat tibi Auxilium de Sancto; impleat omnes petitiones tuas, memor sit omnis Sacrificii tui; omne consilium tuum confirmet, ut quotquot imperio tuo subjacemus, lætemur in salutari tuo & in nomine Dei nostri, Regisque prosperitate, magnificemur. Quantum verò ad istos libellos attinet, placuit nobis omnibus tam impios, sceleratos, & in perniciem totius Galliæ concinnatos libros, nostrâ sententiâ & authoritate damnare. Eos itaque seditiosos, & plurima contra fidei puritatem & pacis tranquillitatem, continentes, atque ita bonis omnibus execrandos & detestandos, damnavimus & damnamus. Datum Lutetiæ, Cleri Generalis Comitiis, decimo tertio Decembris anno 1625.

De mandato Illustrissimorum & Reverendissimorum Cardinalium Archiepiscoporum, Episcoporum, totiusque cœtûs Ecclesiastici, in Comitiis Generalibus Cleri Galliæ constituti.

LEONORIUS DESTEMPES, E. Carnotensis.

Hoc monumentum extat in Bibliotheca Sorbonica, f. 6. 74.

Anno Domini 1626.

Die 11. Januarii Gallicani Cleri cœtus in suis Comitiis Censoriam notam inussit duobus libellis, quorum alter inscribitur: Admonitio ad Regem, alter mysteria politica. Illa Censura in Cummentariis Gallicani Cleri patrio sermone in lucem editis, anno 1716. tom. 1. pag. 574. reperitur, tum in verbali processu illorum comitiorum: & inter monumenra ad historiam Ludovici XIII. pertinentia Biblioth. Sorbon. in quinto armario, radio 1. posteriori, num. 10. pag. 367. & x. 1x. posteriori radio num. 36.



Anno Domini 1627.

Juramentum seu votum emissum ab Academia Salmaticensi pro defensione & sequela Doctrinæ SS. Augustini & Thomæ.

Die 9. mensis Junii in Congregatione decem & octo Doctorum Salmanticensium actum est de defensione & sequela doctrinæ S. Augustini & Beati Thomæ, ac cum sexaginta suffragiis, uno tantùm, aut altero repugnante determinatum fuit publicè, ut tale fieret statutum, cùm verò ad vota secreta pro majori libertate ventum esset, res satis nova, & nunquam antea in Academia visa, ulla prorsus extitit contradictio & sic ab omnibus in claustro existentibus juramentum sequentis valoris emissum est.

Juro in quotidianis lectionibus quas in Academia vel Cathedræ moderator, vel voluntarius Professor legero, me docturum, atque lecturum in Theologia scholastica doctrinam Augustini & conclusiones Divi Thomæ, quas in summa Theologia docet, ubi horum SS. mens aperta fuerit, ubi verò anceps & dubia, nihil docturum, neque lecturum, quod eorum doctrinæ adversari senserim, sed quod vel juxta meum sensum, vel eorum, qui Discipuli Sanctorum Augustini & Thomæ communiter censentur, tantorum Patrum Doctrinæ magis conforme judicaverim. Excipio opinionem de Immaculatæ Virginis Conceptione: & ea quæ jure Ecclesiastico immutata sunt, vel postea immutabuntur, & quæ cum olim controversa essent, jam Constitutionibus Apostolicis definita sunt. Et si aliquando Cathedram Scoti, vel Durandi moderabor, quamvis ad id teneri nolo, licere tamen mihi volo, pro eo tantùm tempore probabiles eorum Doctorum opiniones sequi absque perjurii crimine.

Hoc monumentum extat in libro cui titulus est, *Nodus indissolubilis*, de conceptu mentis & conceptu ventris à RR. PP. Petro de Alva & Astorga. Bruxellis 1661. in Bibliotheca Regia.

Hæc formula juramenti tunc temporis in lucem edita est jussu Salmanticensis Academiæ, & pro defensione ipsius, Hispanicâ linguâ divulgatus est Tractatus super confirmatione statuti editi, ac juramenti ab Academia Salmanticensi, & sacris familiis Beatorum Dominici, & Augustini & Thomæ doctrina, quem

ex Hispanico sermone in latinum transtulit Petrus *Perzovius* Polonus, an. 1632. in-8°. Bracciani apud Andræam Pliæum Typographum Ducalem: dicatum illustrissimæ ac florentissimæ Academiæ Cracoviensi. Postea verò idem Tractatus Duaci editus est apud viduam Marci *Vyon* an. 1634. studio & curâ Ludovici *Loth*, F. Prædic. sicque inscriptus, *celeberrimæ Academiæ Salmanticensis, de tenenda & docenda doctrina Sanctorum Augustini & Thomæ Aquinatis judicium statuto, juramentoque solemni firmatum, & contra impugnantes propugnatum: per S. M. F. Basilium Pontium Legionensem. Ord. S. Augustini Cathedraticum Salmanticensem, editio tertia post unam Hispanam & alteram Romanam.* Ea scilicet editio, quæ Bracciani facta dicebatur, Romæ concinnata fuit. Ad calcem tertiæ editionis recensentur nomina eorum Magistrorum qui tali decreto subscripserunt. Contra istam defensionem Salmanticensis Academiæ sex Theologi ex Ordine FF. Minorum Hispanicâ linguâ scripserunt: *Memorial per la Religion de san Francisco, en defensa de las doctrinas del Seraphico Doctor Scoto, y otros Doctores Clasicos de la mesma Religion: sobre el juramento, que hizo la universidad de Salamanca, de leer, y ensenar tan Solamente la doctrina de S. Augustin y S. Thomas, excluiendo las demas, que fuesen, contrarias. Ex Madrid*; *an.* 1628. *in-folio.*

Anno Domini 1628.

Romana Congregatio indicis inter libros prohibitos recensuit *Elucidarium Deiparæ authore Joanne Baptista Poza* Soc. Jesu. Et an. 1632. Joannis Baptistæ *Pozæ* Soc. Jesu Cantabri scripta omnia à Congregatione indicis interdicta fuerunt, & Apologiæ ejusdem Scriptoris.

Anno Domini 1634.

Francisci Archiepiscopi Rothomagensis Normaniæ Primatis, pro pace Ecclesiæ, contra inobedientes Rothomagenses Monachos, ad Urbanum Papam VIII. libellus supplex; ejusdem ad Eminentissimum Cardinalem Barberinum Epistola. Urbani Papæ VIII. in Monachorum Rothomagensium causa, ad illustrissimos & Reverendissimos Archiepiscopum Senonensem, Lexoviensem, & Antissiodorensem Episcopos, rescriptum.

Eminentissimo Cardinali Barberino, Franciscus Rothomagensis Archiepiscopus Normaniæ Primas, Ecclesiasticæ pacis obtinere tranquillitatem.

Eminentissima pars hæreditatis Christi, pax est, cui igitur, si non tibi Eminentissimo, commendanda? Hanc nostris in partibus impunè turbant incautiùs, ne dicam impudentiùs quidam novi Monachi, qui nihil antiquum, ne nomen quidem, nisi inviti, apud nos retinent. Cùmque impendere schisma cernerem, ac Ecclesiæ Sedique Apostolicæ sub nomine Apostolicæ Sedis, specie tuendorum Privilegiorum imminere; occurrere pro meo munere cœpi, ne bonus vates, malus pastor silendo evaderem. Quod mearum itaque erat partium, implevi: quod superest, Apostolicarum est, nimirum præcipere ut devitentur qui speciem quidem pietatis habent, virtutem autem ejus abnegant, quos signanter sine pace futuros Paulus vester Timotheo suo, decurrentia contemplans tempora prædixerat. Totius rei ordinem brevi dilucidoque Commonitorio, Patri nostro, patruo verò etiam tuo colendissimo, Pontifici summo exponere aggredior. Hunc libellum supplicem meo ac Ecclesiæ meæ nomine oblatum, tuum est unico pacis zelo ac intuitu dirigere, atque intus admittere. Quá semel aure audieris de pace Christi pacificum differentem Episcopum, audiat æternùm te Christus: qui per me quamquam indignum, tantam litem componere dignatur, nec labori, nec invidiæ cedentem, nec gratiæ. A me extra judicii aleam positum est quicquid à Prima Sede concessum est; ut uno aspectu retenta superioritatis majestas, & inferiorum hinc auctoritas appareat, hinc libertas. Solis novandi cupidis mea suspecta industria esse potest: Qui Romanam antiquitatem ac unitatem salvam velit, te ducem, me præconem sequatur. Gloriosius est, pietatique Apostolicæ proximius, ingruente Schismate, Matris Ecclesiæ lacrymas prævenire quam sedare. Datum Lutetiæ, è Bibliotheca nostra Victorina, anno Dominicæ salutis 1635. die verò mensis Martii 12.

Beatissimo Patri Domno Apostolico Urbano VIII. Pontifici Maximo Rothomagensis Ecclesiæ Libellus supplex.

UT Sedes Apostolica inter Rothomagensem Archiepiscopum & novos contradicentes Monachos, judices in partibus det, qui Monachorum Privilegia vocatis partibus recenseant, & Monachis reverentiam & obedientiam Canonicam sub cujus voto Sacerdotio consecrantur, Episcopis exhibendam sub pœna revocationis Privilegiorum ipso facto incurrendæ si secus faxint, imperent.

Ades venerabilis Pontifex, controversiam novam inter fratres ac filios tuos ortam, omnibus quidem notam, paucis verò cognitam, authoritate domesticâ, sed paternâ discussurus.

Concordiæ Christianæ hostis, Angelicæ vitæ etiam in terris æmulus, Eutychyanis temporibus quietem monasticam hæresi primùm turbavit, non tamen exturbavit: retento sub Episcopatu, sanctione Chalcedonensi, Monachismo.

Necdum plenè successerat, cùm humanæ fragilitati fataliùs quiddam machinans, licentiæ frænos laxat, quamquam mox esset Caroli Magni non solùm Monarchica, sed Hierarchica illa cura, quæ summa regni amplificandi ac perpetuandi ars est, per Imperii Gallici varios Conventus ac Episcopales Synodos paulatim in Cœnobiis restringendâ.

Tertio tandem insultu, per Privilegia quæ novella prioris instituti instauratio de Suprema Sede indulgenter meruerat, gliscere cœpit, ferventissimi illius Monachi ac Doctoris mellifiui Bernardi zelo, quâ potuit viâ reprimente. Utpote qui sciret, primùm à Brunichildis favore inventa, & in Ecclesiam duris tamen conditionibus invecta, non satis quidem idoneo authore, ut Monachi de sacro Privilegiorum deposito tam magnificè ut solent, glorientur.

Quæ cum ita se habeant, haud mirum si primus Cœli ascensor & arcanorum conscius, Ecclesiæ magister Coapostolus tuus Paulus, exemplo suo ter, non tantùm Corinthiis, sed nobis posteris, tertiâ scilicet Ecclesiæ ætate, Dominum rogandum contra colaphizantis spiritûs tentationes edixerit.

Verum, parva sunt semper rerum initia, plusque patientiam Ecclesiasticam spes quàm dolor urget: spe fortis tandem melioris, nihil primò visum intolerabile. Ecclesiæ redintegrata pax erat; perstabat inviolatus Episcopalis honos; nonnullus Canonicæ disciplinæ splendor per faciem renascentium temporum etiam interdum recurrebat: usus Privilegiorum sobrius ac modicus vix oneris loco putabatur.

Quæ cuncta haud intermortuum Gregorianum temperamentum, nempe semper præsumendum nihil de Episcopis, sine Episcopis Sedem Apostolicam statnere testabantur. Nunc demum in ea (nondum enim Beatissime Pater, dicenda videntur tua) tempora incidimus, ut nisi tu omnium Ecclesiarum, si non solus, at unus Episcopus, per omnes Ecclesias doceas; Petri Cathedram, Episcopatum cum Monachatu minimè confundere, id est, haudquaquam quod à Christi oraculo prorsus est alienum, à se quæ summitas Episcopatûs est, deviare; periculosè Religiosi viri de suis Privilegiis cum Apostolorum successoribus, te Apostolicè sedente solito audaciùs contendent. Et quod magis dolendum est, ut in iis accidit quæ longo annorum tractu, augendo veterascunt & pietatis indulgentiâ reverentiam cum senectute sortiuntur, vana plerùmque pro veris, simplicioribus (dubitatur an simpliciùs) obtrudentes.

Res notior est, ut oratione nostrâ indigeat, quâ tecum ut cum Parente hodiè de rei eventu, audiente Matre Ecclesiâ simplicissime loquimur. Consulendum quippe est, An auxiliarii qui ordines nostros turbant, sint in nostro exercitu, sine ordine: nisi suo, ac proinde nullo, retinendi; &, Utrum milites gregarii, imperatoris mandata ad duces, an duces ad milites deferre ac interpretari debeant, ne decus & ordo militiæ per incerta ferantur? Nec enim imperatoriam & auxiliarem à nostris finibus arcemus militiam sub Romanis tuis aquilis semper pugnantes, ubique pugnaturi. Circumvolitanrium tuas apes culicum est, tam absurdum illud murmur: quorum nec tubam procul audio; nec lanceam magnopere reformido.

Viderint aliter illi qui secus de tuis nostrisque rebus quàm fert Ecclesiastica Regula, per se vel per alios, aut intemperanter cogitant, aut temerè judicant. Ignorant Patrum statuta, & Ecclesiæ majestatem spernunt, qui in hujuscemodi suspiciones dilabuntur temerarias: oscitantibus illis similes, qui grandi labore condire incogitantiam suam putant, si singultiente

singultiente aliquo sono, ac non sincero, sed ficto levi Crucis signo, velut extatici austeris spectatoribus illuserint.

Sed quis relictus est ambigendi locus meæ in Apostolica indulta observantiæ? cùm & Regni Christianissimi columnam, & Romanæ Ecclesiæ anchoram amplexus, inundante inaudito Monastici cujusdam murmuris repentino diluvio, sapientissimo illi Eminentissimo Cardinali Duci Richelio, qui ea de re ad me litteras publicè ac perhonorificè dederat, rescripserim: Nihil me contra concessiones Apostolicas, nibil adversus Monastica Privilegia, quorum semper æquissimus deffensor extiti, moliri: singulos amare, in neminem grassari, uni Ecclesiasticæ paci incumbere, quæ sine reformatione abusuum stare nequit, à qua tumultuantium Rothomagi, me inconsulto, Monachorum (quanquam aliàs mihi devinctissimorum) impetu & agmine: etiam inter furentes Hæreticos tranquillus Ecclesiæ nostræ status turpiter dejectus erat.

Addebam, id unum visum delicatissimis his temporibus satagere quod exemplo suo proximè docuerat, cùm Privilegia Regia quibus jejuna plebs succumbebat, Regali Edicto recenseret. Cæterùm Ambrosianum esse, proindeque Archiepiscopali munere haud indignum, Regni prudentiâ cautè ac salubriter in Ecclesia uti.

Quibus dictis conclusio continnò apposita fuit; censere me, è re nostra esse, ut Privilegia sarta tecta serventur, authoritate Ecclesiasticâ ac Regiâ recenseantur: quocumque jure usus illorum sit, facultas penes Monachos, reverentiæ & obedientiæ debitus honos ac potestas penes Episcopos maneat. neu quid videlicet Ecclesiastica Respublica detrimenti capiat: vel Lutherano simili, monastico aliquo Schismate irrevocabilitatem Privilegiorum jam jam velut in procinctu, minitante; vel separatis ab Episcoporum Principe Episcopis, quod unum Monachi specie suæ Privilegiatæ pietatis intentare creduntur, sive à Sanctitate vestra ignominiosè depressis, sive ab unitate iracundè deficientibus.

Cecinit nuper quidam verus eorum Propheta quod Sanctitatem tuam Psalmographi Pindari Sanctissimè æmulam haud latere expedit:

Obsequium ut tollant, uni se reddere fingunt
Quem procul à nostris Itala Regna tenent.

Sed ne forsan videar velle apud summum Religionis Augurem vanas divinationes texere, aut in speciem quidem Privilegiis ab Apostolica Sede manantibus favere, reipsa verò officere, quod factiosi impunè obmurmurant, hâc ætate quâ quod libet, licet; rei seriem apud te Supremum Judicem exponam, ut ab ipsa veritate dissipatis quas maledici offundunt nebulis, perspicuè ac breviter manifestum inexcusabilis abusus crimen solâ facti narratione cognoscas, expendas, Judices.

Paucis hinc mensibus, Petri clavis ad Ecclesiasticæ pacis tranquillitatem obtinendam cœlestes Thesauros aperuerat: in persona Christi, Pauli in morem, prout Ecclesiæ necessitas requirebat, toti orbi Christiano indulseras. Per Internuntios tuos Archiepiscopis mandata suas in Provincias missuris, ea Apostolica dispensatio tuo nomine credita est.

Mihi ut in mei parte muneris sors ista obtigit, pro celebranda Indulgentia ac simul Pace post bellicos nostros Monachales tumultus, quorum initio non sine dolore memini, Clerum universum convoco, mecum, quod Spiritus prædicit Ecclesiis, in domo Dei cum consensu, ut sperabam, ambulaturum.

Moneo ut sit unio cordium, sit unitas Templi. Ad id muneris ritè peragendi, Matrix Ecclesia, Basilica Rothomagensis, opportunè eligitur. Hinc Canonicus ordo (quem non minus Ecclesiastici, quàm Græci sermonis ignari, æquè perversè ac invidiosè non Regularem, sed sæcularem appellant (inde Monasticus post Parochos relaxandis vinctis, Archiepiscopo per varia conscientiæ tribunalia assessurus erat.

Plaudit populus; gratulantur boni; cuncti obedienter omnia se facturos spondent. Ejus rei causâ supplicatio per urbem habita, atque adoratus Deus, ut, bene ac fœliciter eveniret quod pro conciliandis animis Archiepiscopus jussisset. Consentientibus votis, unus grex, unus pastor visitur, confusis Hæreticis atque Schismaticis, seu publicis, seu latentibus ac domesticis.

Eo Hierarchico ordine, majorem Ecclesiæ ambonem more majorum conscendi; sermonem ad Clerum Populumque habui. Datâ pace, Monachi dixerunt Pax, & tamen ut Propheta addit reique eventus probavit, non erat pax.

Postero die, populus qui pridie ad centum hominum millia supplicaturus processerat, magnâ frequentiâ redit, ad

Sacerdotum Domini genua provolutus: absunt Monachi. Per insequentes dies, delicta sua confitentium numerus augetur; ad duo ac viginti millia uno matutino tempore concurritur.

Juvantibus paucis, fervor populi languere cœpit; ad Arcbiepiscopum monitores mittere, qui rogarent uti vellet, juberet confestim ad se copiam Confessariorum mitti, sua peccata, sua vota excepturus: sese pro Majestate Sedis Apostolicæ, pro salute Regni, pro unitate Ecclesiæ, pro omnium Ordinum concordia devoventes.

Continuò ad Monasteria varias legationes decerno; rem omnem expositturos testes fideles adjicio; ex singulis Cœnobiis, binos duntaxat requiro, qui Ecclesiasticâ necessitate urgente adsint, liberis relictis ad munia sua obeunda cæteris qui domi manerent. Accurrentibus undique ac confluentibus Dei adjutoribus innumeris, etiam antiquis exemptis, soli novi Monachi quos hæc tangit expostulatio, exceptis antiquioribus Carmelitis (quos ut Privilegiorum autbores Christi providentia nobis ultrò præter spem conciliaverat) omne prorsus auxilium denegant.

Senatores ac Optimates cum Plebe mirari, conqueri, variis scandalis moveri, non tamen murmurare, ut Monachi sperabant, aut desperare, posse Matrem Ecclesiam sine protervorum filiorum ope multitudini succurrere, quod Deo dante, cum omnium Fidelium ædificatione salubriter à nobis tandem præstitum est.

Vix per compita ac plateas, vaticinantis Spiritûs notum istud Canticum non audiebatur: *Filios enutrivi & exaltavi, ipsi autem spreverunt me.* Adeo putidum est, contra propria instituta niti, & cùm non agas quod debeas, agere contra quod agas. Privilegiati se, Ordinarii cùm non sint, subsidiarios jactitant, reique publicæ Christianæ juvandæ devotos: si juvari nolis, clamant; si velis, reclamant. Scilicet boc est militare, rebellare; & obedire, non parere: & nî caveris, adjutores desertores militiæ dici?

Proh tuam fidem, Æquissime Princeps Quiritium! licebit, te sospite, vivo ac vidente, & regnante, novis novitiis vetera vetusta convellere, omnia susque deque vertere; nec Deum, ut fœderum testem sic dignitatum vindicem timere, nec homines culpæ arbitros, pacis infideliter ruptæ osores revereri? Invito Domino colonus, messor tacente agricola, sine olitore frondator, racemator sine vinitore, remex sine nauta, sine duce miles, sine imperatore frumentator, impunè opus aggredietur, aut deseret?

Ignosce, Beatissime Pater, iterum iis quæso, quos accuso, aut si nostri Episcopatus dignitas non patitur, quos sua facta temeraria accusant, ignosce: sat torquentur, cùm agnoveris; nihil plus formidant, quàm cognoveris.

Parum est, quod in nostro agunt non nostri: minus est, quamquam eos conduxerimus, totâ die in foro otiosos stare, aut aliud agere, urgente Jubilæo: minimum, intentare litem ac provocare cùm partem assignamus quam appetunt, sive cùm pensa largimur quæ petunt, aut se petere quasi ex urbanitate dicunt, malè intellectâ unâ illâ suâ Monacbali rubricâ: *Petitâ veniâ, non obtentâ.*

Et si minimo quid minus; multò adhuc minus, cùm de rebus spiritualibus quæstio sit, suos Episcopos, si tamen Episcopos, aut si Episcopos, suos in Ecclesia agnoscunt: corrupto Ecclesiastico Canone, non ad Ecclesiastica, sed ad Regia Sæculariaque Tribunalia (quod æternùm Augustinus Donatistis exprobat) perfidè trahere.

Omnium autem pessimum ac posteritati incredibile illud erit, pacis acceptis conditionibus haud indictum bellum de integro resumere, atque hostes esse in pace, sparsis binc inde deplorandis simul ridendisque calumniis.

Quid autem illud, quòd cùm intentus gravioribus nibilque minus cogitans longè pejori à me olim debellato, te auspicante, Richerismo, novæ factioni schismaticæ nascenti occurro (Morestelli cujusdam falsam pro vera Hierarchiam in oculis Regni, nostra in Normania, supponentis, nec tam stultè quàm seditiosè sui nominis græcam originem planè referentis) impetito à Monachis, velut signo dato ad avertendum hostem, clamore persequentium præda mibi fermè elapsa est? Elusumque æternum consistorii Regii illustre illud Senatusconsultum foret, quo Sorbonæ nostræ de Religione consultatio, ut in Pario aliquo marmore cælatum Indicum ebur, contra quoscunque ab Episcopis desciscentes, in rei memoriam, novo exemplo, me instante, inclusa est.

Ut verò tam absurdum opus aliquâ subtilitate Monacbi vel ornent, vel velent; fingunt se Sedem Apostolicam ap-

pellare, specioso appellationis nomine, litis Ecclesiæ Rotbomagensis Pastori à se apud sæculares Judices intentatæ culpam prætexentes.

Et hæc, tumultuario duce quodam Baudrio, qui sancti Domioici vestem variis artibus conatus deponere, atque à me beneficio aliquo Ecclesiastico oon adjutus, eoque nomine ut hodie fit, læsus, toties vestem, causam, litem animo induit, quoties exuit.

Inde iræ, Pater Sanctissime. Cùmque percutere Pastorem ac dispergere oves nequirent, me rogante, iotercedente, spiritualia vindicante, Regis æquitate, ac pietate decernente, appellantium speciem ad Apostolica limina reportant, nihil non agentes, ut hæc nova causa æquè facillima atque gravissima, stet in limine, non ad te ingrediatur, quem nec Episcopum vellent, nec judicem.

Si judicas, cognosce; si regnas, jube.

Franciscos Rothomagensis Archiepiscopus, Normaniæ Primas, pacificè scripsi, subscripsi, Domino nostro Papæ, meo ac Ecclesiæ meæ nomine, per Apostolicum suum Nuotium, ad præveniendum Schisma, obtuli, anno Pontificatûs sui 12. Pacis Christianæ millesimo sexcentesimo trigesimo quarto, die vigesimâ secundâ mensis Decembris, Gallioni in Arce nostra.

Urbani Papæ VIII. in prædicta Monachorum Rothomagensium causa, rescriptum.

Venerabilibus Fratribus, Archiepiscopo Senonensi, ac Lexoviensi, & Antissiodorensi Episcopis, sive dilectis Filiis, eorum Officialibus, & eorum cuilibet.

URBANUS PAPA VIII.

VEnerabiles Fratres, sive dilecti Filii, Salutem & Apostolicam Beoedictionem. Ex parte dilecti Filii Procuratoris-Fiscalis Curiæ Archiepiscopalis Rothomagensis, fuit nobis nuper supplicatum, quatenus causam & causas appellationis & appellationum pro parte Regularium Rothomagensium adversariorum exemptionem ab ordinaria jurisdictiooe prætendentium, interpositæ & interpositarum, & non commissæ; quia lapsi sunt sex menses, à sententiis & decretis venerabilis Fratris Archiepiscopi Rothomagensis, ad favorem & instantiam dicti Supplicantis, pro interesse Mensæ Archiepiscopalis, & contra Regulares prædictos adversarios condemoatos in diversis pœnis, latiùs in sententiis desuper latis contentis, ad effectum ut prædictus Archiepiscopus executioni demaodaret Jubilæum à nobis, de anno Domini millesimo sexcentesimo trigesimo quarto, pro Christi Fidelibus impertitum, latis seu factis: ac nullitatis & oullitatum; ex tribus iniquitatis & iojustitiæ, necnon atteotatorum & innovatorum quorumcumque, ac quam, & quas dictus supplicans, super præmissis contra Regulares prædictos adversarios, omnesque alios sua interesse putaotes, habet & movet, habereque & movere vult & intendit, audientes & decidentes committere, aliásque & in præmissis opportunè providere, de benignitate Apostolicâ dignaremur: Nos igitur eumdem Supplicantem à quibusvis excommonicationis, suspensionis & ioterdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris & pœnis, à jure vel ab homine quâvis occasione vel causâ latis, si quibus quomodolibet inoodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati; Fraternitati vestræ, seu discretioni vestræ, Filii Officiales, per præsentes committimus & mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrûm, vocatis ad id, qui fuerint evocandi, causam & causas prædictas, cum omnibus & siogulis suis incideotibus, dependentiis, annexis & connexis, totoque negotio priocipali, etiam summariè, prout in beneficialibus, Auctoritate nostrâ audiatis, cognoscatis, sioe debito terminetis, & decidatis. Nos enim Vobis, & cuilibet vestrûm dictos Regulares adversarios, omnesque alios, quos opus fuerit, citandi, eisque & quibus inhibendum erit, etiam sub Excommunicationis aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœois inhibeodi, & inobedientes in illas incidisse servatâ formâ Concilii Tridentini, declarandi, aggravandi reaggravandi, & interdicendi; auxiliumque Brachii sæcularis ad hoc, si opus fuerit, invoeandi, cæteraque in præmissis necessaria, & opportuoa faciendi, & exercendi, & exequeodi, plenam & liberam, Apostolicâ auctoritate, tenore præsentium, concedimus facul-

tatem : Nonobstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ, apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris, die nona Maii 1635. Pontificatûs nostri, anno duodecimo. *Et inferiùs scriptum est : Joannes-Baptista Zabas. Et in superscriptione scriptum : Venerabilibus Fratribus Archiepiscopo Senonensi, & Lexoviensi, & Antissiodorensi Episcopis, aut eorum Officialibus, & eorum cuilibet.*

Hæc monumenta extant in Bibliotheca Sorbonica f. 6. 73.

Anno Domini 1635.

SEntentia Gallicani Cleri in generalibus Comitiis de nullo matrimonio Principum Regiæ stirpis apud Gallos, (sine consensu scilicet Regis, tale matrimonium si fiat,) Romæ non probatur, nec à Lovaniensibus Magistris.

Anno circiter 1636. Campanella in tractatu *de sensu rerum*, lapidibus sensum tribuit. Perabsurdus est hic error.

Anno Domini 1638.

SAcra Facultas Theologiæ Coloniensis quamdam dictionem de gratia Dei reprobavit.

Anno Domini 1639.

DIe 14. Febr. Epistola Cardinalium Archiepiscoporum & Episcoporum, Parisiis nunc agentium, ad Cardinales Archiepiscopos & Episcopos per Gallias, de damnandis duobus voluminibus, quibus præfixi sunt hi tituli, noi : *Traités des droits & libertés de l'Eglise Gallicane.* Alteri *preuves des libertés de l'Eglise Gallicane:* hæ litteræ inter acta, Titulos & Commentarios Gallicani Cleri in lucem editos, Parisiis apud Antonium Vitré, an. 1646. editæ reperiuntur, pag. 263. tum pag. 264. subjungitur, (Arrêt du Conseil Privé du Roi, donné contre le Livre intitule les libertés de l'Eglise Gallicane, avec les preuves d'icelles,) an. 1638. die 20. Decembris. Sed in nova editione Commentariorum Gallicani Cleri, Gallico sermone inscripti : *Memoires du Clergé de France.* Hæc monumenta desunt.

Anno Domini 1639.

AUgustinus Jansenii, Yprensis Episcopi, post obitum hujus Authoris, in lucem editus fuit Parisiis, sine permissu Regis & Magistratuum.

Anno Domini 1640.

O*Ptati Galli de cavendo schismate liber paræneticus* ad Ecclesiæ Gallicanæ Primates, Archiepiscopos & Episcopos, Arresto Parisiensis Senatûs tanquam in Regem injuriosus, & seditiosus, igni addicitur. Præterea in Parisiensi Concilio hic libellus reprobatus fuit. Edictum reperies in summa Conciliorum Ludovici *Bail*, tom. 2. p. 672. tum an. 1643. Idem Scriptum in generali Congregatione S. Romanæ & universalis Inquisitionis prohibitum fuit hoc decretum, habemus in Bibliotheca Sorbonica v. 9. 17. p. 76 & in actis verbalibus Gallicani Cleri, an. 1645. insertum... contra Cardinalem Richelium ille liber *de cavendo schismate* divulgatus erat.

Anno Domini 1641.

Urbanus Episcopus Servus servorum Dei. Ad perpetuam rei memoriam.

IN eminenti Ecclesiæ Militantis Sede, meritis licet imparibus, constituti, sedulò meditamur, ut quæ, ad fidei Catholicæ conservationem, à Prædecessoribus nostris providè statuta, & ordinata sunt, firmiter perpetuò observentur; & cùm opus sit nostræ auctoritatis munimine confirmentur.

Dudum siquidem à Fel. record. Pio Papa V. Prædecessore nostro emanavit Constitutio tenoris subsequentis, videlicet Pius, Episcopus, Servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Ex omnibus afflictionibus *(sequitur tenor Bullæ Pii V. quam supra Lector inveniet)* ad an. 1567. p. 109.

Deindeque piæ mem. Gregorius Papa XIII. etiam Prædecessor noster, intellecto per eum, non sine animi sui dolore, non defuisse tunc temporis aliquos Theologos, tum Studiosos, tum Professores, qui articulos in prædicta Constitutione damnatos

a[illegible]ere & pertinaciter defendere perge[illegible]t, pro ufficii sui munere eorumdem [illegible]meritatem, atque audaciam ad totius Ecclesiæ periculum pertinentem minimè contemnendam, & dissimulandam censuit; sed ad coërcenda hujusmodi ingenia per aliam suam Constitutionem sub datum quarto Kalendas Februarii, anno Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo septuagesimo nono. Pontificatûs sui anno octavo, editam Pii Prædecessoris Constitutionem prædictam suâ quoque auctoritate confirmavit articulosque ibidem comprehensos iteratò damnavit; & ne quis hâc in re constantem Sedis Apostolicæ voluntatem, ac sententiam ignorare posset, suam hujusmodi confirmationis Constitutionem, alterâ Pii V. comprehensâ, publicavit & promulgavit.

Postea recolendæ memoriæ Paulus Papa V. similiter Prædecessor noster, ad tollenda scandala & dissensiones; quæ in Ecclesia Catholica oriebantur occasione editionis librorum & operum de Auxiliis tractantium, in Generali Congregatione Sanctæ Romanæ & Universalis Inquisitionis sub die 1. Decembris anni Domini 1611. coram ipso habita decrevit, ut scriberetur Nuntiis Apostolicis quòd notificarent & ordinarent Superioribus Religionum, & Universitatibus studiorum, & Ordinis eorum nuntiaturæ, ne sinerent imprimi in materia de Auxiliis, etiam sub prætextu commentandi S. Thomam, aut alio modo, & qui vellent de hac materia scribere, & imprimere, priùs mitterent Tractatus & Compositiones ad dictam sanctam & Universalem Inquisitionem, & in executionem mentis dicti Pauli Prædecessoris, ejusdem decreti tenor omnibus prædictis per Nuntios respectivè fuit legitimè intimatus, successivéque ne contra prædictum decretum aliquid attentari contingeret, sed scandala, & dissenssiones omnino cessarent. Nos in alia Generali Congregatione dictæ S. Romanæ & Universalis Inquisitionis, Feria quinta die 22. Maii anno Domini 1625. per aliud decretum nostrum, ipsum Pauli Prædecessoris Decretum confirmavimus & innovavimus.

Novissimè tandem accepto per nos in oppido (civitate nuncupato) Lovaniensi, quosdam assertos Cornelii Jansenii olim Episcopi Yprensis, executores, ex testamento in lucem edi curasse Librum, cui titulus *Augustinus*, ex professo continentem, & tractantem materiam de Auxiliis, nullâ penitus petitâ vel obtentâ à dicta Congregatione licentiâ illum imprimendi; ejusque operis occasione Patres Societatis Jesu, nonnullas in Civitate Antuerpiensi de eadem materia tractantes Theses pariter absque licentiâ ejusdem Congregationis imprimi curasse. .... Per aliud decretum in alia plena, & Generali Congregatione ejusdem S. Romanæ & Universalis Inquisitionis coram nobis die primâ Augusti proximè præteriti habitâ, inhærendo prioribus Decretis à Paulo Prædecessore & à nobis, ut supra, editis, pro tunc dictum Librum Jansenii, cui titulus, *Augustinus*, Lovanii impressum, necnon Theses à Patribus Societatis Jesu Antuerpiæ in lucem editas, aliasque Scripturas in calce Posterioris nostri Decreti hujusmodi registratas, jam vigore anteriorum supradictorum Decretorum prohibitas, de novo prohibuimus, ac pro prohibitis omnino haberi voluimus. . . . . . .

Cùm autem ex diligenti, & matura ejusdem Libri, cui titulus, *Augustinus*, lectione postmodum compertum fuerit, in eodem Libro multas ex Propositionibus à Prædecessoribus nostris olim, ut præfertur, damnatas, contineri, & magno eum Catholicorum scandalo, & auctoritatis dictæ Sedis contemptu, contra præfatas damnationes & prohibitiones defendi; Nos huic malo in scandalum totius Reipublicæ Christianæ; & fidei Catholicæ perniciem, vertenti, opportunum remedium adhibere volentes; Constiturionis Gregorii, ac Pauli Prædecessorum prædictorum nostrorum, nec non Decretorum hujusmodi totos, & integros tenores, ac datas etiam veriores præsentibus pro totaliter expressis, & insertis habentes, motu proprio & ex certa scientia nostra, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, hâc perpetuò valiturâ Constitutione ejusdem Pii & Gregorii Prædecessorum hujusmodi Constitutiones prædictas, omniaque & singula in eis contenta, Apostolicâ autoritate tenore præsentium, perpetuò confirmamus, & approbamus; Librumque prædictum, cui titulus est, *Augustinus*, articulos, opiniones, & sententias in dictis Constitutionibus reprobatas atque damnatas, ut à nobis compertum est, continentem & renovantem, aliaque omnia Opera præsentibus nostris Litteris subinserta, quæ aliis sub posteriori Decreto nostro prædicto registratis, per præsentes addimus, atque adjungimus eâdem auctoritate, per præsentes omnino prohibemus, ac pro vetitis, & pro-

hibitis haberi volumus, & mandamus. Jubentes insuper sub omnibus pœnis & censuris in prædicta Constitutione Pii Prædecessoris, contentis (à quibus nullus Romano Pontifice inferior, excepto mortis articulo absolvere contra facientes possit) ne quis cujuscumque conditionis, & qualitatis sit etiam speciali, & specialissimâ notâ, & expressione dignus, de prædictis, ut supra, damnatis, & in prædicto Libro contentis, aliisque, (ut infra) sub insertis articulis, opinionibus, sententiis, libellis, orationibus, scripturis, epistolis, thesibus quoquo pacto loqui, scribere & disputare audeat, Librumque & alia prædicta penes se retinere, vel legere præsumat.... Opera verò addita aliis in calce posterioris nostri Decreti, ut præfertur Registratis & prohibitis, sunt sequentia, videlicet: *Liberti Fromondi Sacræ Theologiæ Doctoris, &c. Brevis anatomia hominis, Lovanii apud Jacobum Zegers, &c. anno 1641. Conventus Africanus, sive disceptatio judicialis apud Tribunal Præsulis Augustini, &c. enarratore Artemidoro Oneirocritico. A Roüen chez Nicolas de Montaigne an.* 1641.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ Confirmationis, approbationis, additionis, adjunctionis, prohibitionis, jussionis, decreti & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicæ 1641. Pridie Nonas Martii, Pontificatûs nostri anno decimo nono.

Hæc Constitutio Urbani VIII. non nisi an. 1643. die 19. Junii in urbe promulgata fuit. Eodem anno die 24. Octobris Urbanus Papa breves Litteras ad Mechliniensem Archiepiscopum dedit, quibus Bullam in eminenti commendat. Tum an. 1644. die 26. Junii, in Generali Congregatione Romanæ Inquisitionis, Bulla, *in eminenti*, genuina esse declaratur: & die 5. Decembris eadem Congregatio in Litteris ad Internuntium Bruxellis degentem datis, testificatur mentem non esse Romani Pontificis, ut Bullam suam immutet. Insequente anno, die 2. Martii, Breves Litteræ Innocentii X. ad Marchionem Castri Rodrici, Belgii Gubernatorem, ut is observanda curet decreta Pii V. Gregorii XIII. Pauli V. & Bullam Urbani VIII. *in eminenti*, simulque Innocentius X. ad Magistros Parisiensis Academiæ, & Lovaniensis, & Duacensis. Hac de re Litteras dedit. Monumenta ad hanc causam pertinentia reperies in historica collectione Pontificiorum Decretorum adversus novos errores inscripta: *Recueil historique des Bulles & constitutions, Brefs, Decrets & autres Actes concernant les erreurs de ces deux derniers siécles. A Mons.* Ista collectio Montibus Hannoniæ edita dicitur; sed dissimulato loco editionis; nam Duaci facta est: & Latina monumenta cum versione in Gallicum sermonem ibi exscripta videntur.

Anno Domini 1641.

Die 12. Aprilis: Gallicani Cleri cœtus, Librum sic inscriptum, *Somme des pechés, par le R. P. Bauny*, & Librum Cellotii de Hierarchia reprobavit, ut in verbali processu horum Comitiorum fertur, & in nova collectione Commentariorum Gallicani Cleri, tom. 1. pag. 636, tum pag. 638. & 639. duo Decreta Romanæ Congregationis ad indicem delegatæ exscripta sunt, quibus illi duo Libri prohibentur.

Anno Domini 1643.

Die 27. Januarii, Franciscus Archiepiscopus Parisiensis prohibuit, ne Liber sic inscriptus: *La Theologie familiere, ou brieve explication des Mysteres de la Foy.* In sua Diœcesi legeretur, nulla à Librariis venderetur. Eumdem libellum inter Libros reprobatæ doctrinæ recensuit sacra Congregatio Romanorum Inquisitorum, an. 1654. die 23. Aprilis. Illius Libri Author erat Joannes *Vergier de Hauranesiygirani* Abbas Administrator: qui in animo habebat antiquam disciplinam Ecclesiæ restaurare, & mysteria fidei naturali ratione explanare, sed cùm Ecclesiam jam corruptam temerè existimaret mysteriaque fidei ratione suâ metiretur perversam doctrinam clanculum disseminabat, quam Paulus Vincent. à quo sodalitas Presbyterorum missionis instituta est, manifestam fecit, ut in ipsius vita describitur. Manuscriptæ Litteræ illius S. *Cigyrani* Parisiis extant in Bibliotheca Claromontani Collegii apud Jesuitas. Quædam exscripta ex illis litteris in lucem edita sunt.

Anno Domini 1643.

Edictum Joannis-Francisci de Gondy, Parisiensis Archiepiscopi quo liber cui titulus est: Augustinus *proscribitur secundum Pontificiam Constitutionem Urbani VIII.* in eminenti

JOannes-Franciscus de Gondy, Dei & S. Sedis Apostolicæ gratiâ, Parisiensis Archiepiscopus, omnibus personis Ecclesiasticis, Secularibus & Regularibus, atque etiam Laïcis in Diœcesi nostra constitutis, Salutem in Domino. Ex quo tempore gravem & periculosam de Divinis Auxiliis; summorum Pontificum Gregorii XIII. & Pii V. curâ, contentionem extinctam à Doctis nonnullis hominibus vehementiùs excitari & renovari dolentes vidimus Pastoralis nostræ sollicitudinis esse duximus tanto maloquantocius occurrere, ac efficere ut omnes quibus Deus nos invigilare pro sua benignitate voluit solliciti essent servare unitatem Spiritûs in vinculo pacis. Eo fine decretum edidimus die 4. Martii præsentis anni, quo districtè cavimus ne in Concionibus quæ ad populum fiunt intra Diœcesis nostræ fines, ullus cujusque Ordinis, qualitatis & conditionis esset harum occasione controversiarum in contraria sibi sentientes inveheretur, doctrinam quam non probaret, hæresis aut erroris condemnaret; neve omnino in iisdem Concionibus, sub quocumque prætextu eas difficultates in contentionem disceptationemque vocaret; cùm verò acceperimus Constitutionem à SS. D.N. Papa, quâ fidelium ille omnium pater, Prædecessorum vestigiis inhærens, in hoc imminenti periculo discordiarum, Ecclesiæ paci consultum voluit; ex officii nostri ratione censuimus esse eam vobis significare uti tanquam ab ea Sede prodeuntem excipiatis; unde Apostolici Spiritûs oracula referantur; illi quâ decet reverentia & animi demissione, obtemperetis, & qui sententiarum varietatis, quàm simplicis atque unius veritatis cupidiores, inconsultiùs se, ferventiùsque gesserunt ad unam Catholicam doctrinam sectandam, Christianamque mansuetudinem, ac tranquillitatem amplexandam, communis omnium Pastoris voce revocentur. Ad hujus itaque mentem ac voluntatem toto affectu accedentes, librum cui titulus est: *Augustinus* sub nomine Reverendissimi Domini Cornelii Jansenii, Yprensis olim Episcopi editum, *propositiones* à summis Pontificibus *damnatas continentem*, theses etiam à Patribus Societatis *Jesu* Universitatis Lovaniensis occasione hujus libri editas, & quid quid tam contra, quàm pro eo libro & thesibus istis impressum est, ordinariâ nostrâ authoritate prohibemus. Et ne quis cujuscumque status conditionis, gradûs, Ordinis ac dignitatis existat, mandare aut mandari curare typis ullum possit opus de Divinis Auxiliis absque speciali nostrâ licentiâ sub anathemate interdicimus.

Renovantes præterea nostrum præcedens Decretum, sub eadem excommunicationis pœna vetamus, ne ullus in Concionibus & Catechismis eas quæstiones moveat, quæ contentiones ejusmodi excitant, nec faciunt ad ædificationem; ac denique ne quisquam *ausu temerario damnatas in ea Constitutione propositiones ullo pacto propugnet.* Datum Parisiis die 11. Decembris an. salutis 1643.

De mandato Illustrissimi ac Reverendissimi D. Archiepiscopi Parisiensis.

BAUDOUIN.

Hoc monumentum extat in Bibliotheca Sorbonica, arm. 3. 1. 13. in libro cui titulus est, *histoire du Bajasnisme.*

Ejusdem Edicti mentio fit in altero Edicto ejusdem Parisiensis Archiepiscopi an. 1656. die 15 Julii.

Anno Domini 1643.

JAcobus Noüet, è Societate Nominis Jesu Presbyter, negavit in publicis Concionibus à se dictum fuisse librum Arnaldi, Sorbonici Doctoris, de frequenti Communione, scriptis Lutheri & Calvini pejorem esse. Confessio Noüeti hac de re in nova Collectione Commentariorum Gallicani Cleri edita est, tom. 1. p. 580.

An. Domini 1643. & 1644.

QUædam Theses apud Jesuitas propugnatæ in Claromontano Collegio Parisiis, offensionem dederunt, propterea quòd naturali attritioni honestæ, nimiam vim tribuerent ad veniam in Sacramento Pœnitentiæ impetrandam,

Quare inter perversas dictiones à Romanis Censoribus, jussu Innocentii XI. Papæ an. 1679. proscriptas, hæc recensetur 57. *probabile est sufficere attritionem naturalem, modò honestam.*

In Generali Congregatione Romanæ & Universalis Inquisitionis, an 1641. die 18. Martii reprobatus fuit liber sic inscriptus: *Michaëlis Rabardei è Societate Jesu, Diœcesis Aurelianensis, optatus Gallus de cavendo schismate, benignâ manu sectus. Edit.* Parisiis an. 1641. Sacra Congregatio censuit, (multas ex illis propositionibus esse respectivè temerarias, scandalosas, piarum aurium offensivas, seditiosas, impias, potestatis Pontificiæ penitus destructivas, immunitati ac libertati Ecclesiasticæ contrarias, novatorum hæresibus proximas; erroneas in fide, & manifestè hæreticas) hoc Decretum à Generali cœtu Gallicani Cleri, anno 1645. Parisiis congregati die 19. Septembris approbatum fuit, & in suis fastis descriptum.

Anno Domini 1644.

Die 15. Martii Litteræ à quibusdam Magistris Lovaniensis Academiæ, qui Jansenii fautores erant ad Parisienses Theologos datæ, ut eos averterent à suscipienda Bulla Urbani VIII. quæ incipit, *in eminenti*, Habertus Theologus Parisiensis Ecclesiæ istas litteras edidit, an. 1644. ad calcem libri sui, sic inscripti: *Deffense de la Foi de l'Eglise de Paris.*

Anno Domini 1644.

Die 2. Septembris Burdigalensis Senatus libellum supprimi jussit, cui titulus erat, *La Theologie Morale des Jesuites, contre la Morale Chrêtienne en general*, propterea quòd calumniis, mendaciis & conviciis refertus esset.

Anno Domini 1645.

Gallicâ linguâ in lucem editus fuit libellus, sic inscriptus: *De l'Authorité de S. Pierre & de S. Paul qui reside dans le Pape, Successeur de ces deux Apôtres*; absque nomine Authoris & impressionis loco, mox alter libellus divulgatus est, cui titulus: *La grandeur de l'Eglise Romaine établie sur l'autorité de S. Pierre & de S. Paul.*

Præterea in lucem editæ sunt quædam Epistolæ Lat. sermone conscriptæ, quibus idem argumentum tractabatur. Adversus hos libellos in Generali Congregatione S. Romanæ & Universalis Inquisitionis coram Innocentio Papa X. anno 1647. die 24. Januarii latum fuit Decretum quo sic statuitur. (Sanctissimus, relatâ unanimi Theologorum ad hoc specialiter deputatorum censurâ & auditis votis Eminentissimorum & Reverendissimorum DD. Cardinalium Generalium Inquisitorum, propositionem hanc: (S. Petrus & Paulus sunt duo Ecclesiæ Principes, qui unicum efficiunt: vel sunt duo Ecclesiæ Catholicæ Coriphæi ac supremi duces summâ inter se unitate conjuncti; vel sunt geminus universalis Ecclesiæ vertex, qui in unum divinissimè coaluerunt: vel sunt duo Ecclesiæ Summi Pastores ac Præsides, qui unicum Caput constituunt, ita explicatam; ut ponat omnimodam æqualitatem inter S. Petrum & S. Paulum, sine subordinatione & subjectione S. Pauli ad S. Petrum in potestate suprema & Regimine Universalis Ecclesiæ, hæreticam censuit & declaravit) contra istud decretum Romanæ Inquisitionis editus fuit libellus, qui jussu Christianissimi Regis, an. 1647. die 6. Maii igne combustus est Parisiis per publicum executorem. Regium Edictum hac de re in Bibliotheca Sorbonæ conservatur, Arm. 11. R. 1. num. 20.

Anno Domini 1645.

Die 12. Septembris Romana Congregatio propagandæ fidei quasdam ceremonias Sinensium à Christianis observari interim prohibuit, donec à summo Pontifice judicialis sententia hac de re ferretur.

Anno Domini 1648.

Origenes defensus. Authore Petro Halloix Leodiensi, Societatis Jesu Theologo, in lucem prodiit Leodii, sed in Generali Congregatione S. Romanæ & Universalis Inquisitionis, an. 1655. die 12. Maii inter prohibitos libros recensita fuit hæc temeraria defensio Origenis.

Anno

Anno Domini 1648.

Die 26. Maii Claudius d'Achey, Bisuntinus Archiepiscopus, Bullam Urbani VIII. *in eminenti* promulgavit in Synodo sua, simulque librum *Arnaldi* de frequenti Communione proscripsit, & opuscula Joannis Verger de *Hauranne Sancyrani* Abbatis. Hoc monumentum in historica collectione Pontificiorum Decretorum adversus novos errores reperitur, pag. 59.

Anno Domini 1648.

Die 27. Julii, Duacensis Academia in suis Litteris ad Archiducem Leopoldum confitetur à perniciosis sententiis in libro Cornelii Jansenii Yprensis Episcopi enuntiatis se abhorrere, & à nonnullis Lovaniensibus sibi temerè imponi, quòd doctrinæ Jansenii defensores sint Magistri Duacenses; ibidem, pag. 54.

Anno Domini 1649.

Censura sacræ Facultatis Theologiæ Academiæ Tolosanæ.

Ex D. Rectoris, totiusque Academiæ assensu adversus Opusculum Petri de Vincentia, *contra immaculatam Conceptionem Beatæ Virginis editum.*

Dominus Raimundus *de Taillasson*, Generalis Studii Tolosani Rector, in Conventu sancti Augustini omnium Facultatum professoribus convocatis, verba fecit, paucis abhinc diebus evulgatum fuisse per Civitatem libellum quemdam, cui titulus F. Petri *de Vincentia*, &c. Opusculum de veritate Conceptionis Beatæ Virginis Mariæ, &c. Nulla apposita alicujus ordinarii facultate, aut Doctorum approbatione. Absque etiam Tipographi, locive editionis nomine, quare sacræ Facultatis Theologiæ Professores, eo antea perlecto sæpiùs, & examinato, asseruerunt & ostenderunt, quàm plura ex ibi citatis sanctorum Patrum testimonia non fideliter relata, utpote aut truncata, aut mutata, aut in alieno sensu adducta; ac sæpe hanc propositionem ex variis auctoribus ibidem citatis inculcari, Festum Conceptionis Beatæ Virginis non esse celebrandum, & talem celebrationem esse probibendam; quia *concepta est in peccato originali*, nec non sequentia verba haberi pagina sexagesimâ primâ ex Joanne de Poliaco: *videtur mihi quod non possit ab aliquo pro opinione teneri; sed potiùs pro hæresi reputari, quod B. Virgo non contraxerit originale peccatum, vel quod fuerit ab originali peccato præservata: quod si aliquis tantæ temeritatis esset, quod præsumeret asserere Beatam Virginem non contraxisse originale peccatum, certè contra talem, tanquam contra hæreticum, non argumentis, sed aliter videlicet cum igne esset procedendum*, & pag. 83. ex Joanne Dominico de Florentia: *Beata Virgo fuit concepta in peccato originali ut dicunt Sancti & omnes Doctores: dicere autem oppositum est hæreticum, tum quia est sequi hæresim damnatam Pelagii, tum quia est fidei veritati contradicere, &c.* Quibus expositis, & maturâ deliberatione perpensis, annuentibus cæteris Academiæ patribus, præfati sacræ Theologiæ Professores libellum hunc recens excusum censuerunt omnino improbandum, sicut de facto improbarunt ac damnarunt, improbant & damnant, tanquam temerarium, scandalosum, & toti Ecclesiæ Catholicæ maximè injuriosum, utpore Decretis Summorum Pontificum Sixti IV. in Extravagantibus *cum præ excelsa & grave nimis* de Reliquiis & veneratione Sanctorum, Oecumenici Concilii Tridentini sess. 5. de peccato originali; Pii Quinti Constitutione 114. in tomo 2°. magni Bullarii: Pauli Quinti Constitutione 97. in tomo 3. ejusdem Bullarii Gregorii XV. Constitutione 29. in eodem tomo apertè, & expressè oppositum; statuitur enim illis locis Festum Conceptionis Beatæ Virginis ab omnibus celebrandum, etiam sub nomine Conceptionis, illudque celebrantibus maximæ indulgentiæ conceduntur: & cavetur sub pœnis excommunicationis majoris latæ sententiæ, privationis vocis activæ & passivæ in quibuscumque electionibus, & inhabilitatis perpetuæ concionandi, legendi, docendi, seu interpretandi ipso facto, & absque alia declaratione incurrendis, ipsique sanctæ Sedi Apostolicæ reservatis, ne quis audeat libris conscriptis asserere eos hæresis labe pollutos esse, aut peccare mortaliter qui profitentur Divam Virginem absque peccato originali fuisse conceptam, vel Festum Conceptionis ejus celebrant, aut tales libros editos apud se tenere pro veris utpote à Sede Apostolica reprobatos & damnatos, aut inter privata colloquia dicere eam peccatum originale contraxisse, prout fusiùs lector bene-

volus in locis citatis poterit videre. Decretum Tolosæ in scholis dicti Conventûs sancti Augustini die nonâ mensis Augusti horâ quarta post meridiem 1649. De mandato Domini rectoris. Roux Secretarius, & Bidellus, Faramond Secretarius, & Bidellus.

Extractum ex Originali per me Secretarium infra scriptum Fondez, Secret.

Anno Domini 1650.

Die 18. Martii Inquisitorum Tribunal in Hispania censoriam noram inussit duabus & viginti Propositiunibus. Judicialis sententia in lucem edita est in libro sic inscripto: *Histoire Generale du Jansenisme*, tum in compendio.

Anno Domini 1650.

Die 27. Junii, Duacensis Academiæ Magistri quindecim Propositiones extractas è libro cujusdam Theologi, Soc. Jesu, sic inscripto: *Catechisme ou Abregé de Doctrine, touchant la Grace Divine, selon la Bulle de Pie V. Gregoire XIII. Urbain VIII. Antidote contre les erreurs du tems*, improbaverunt.

Anno Domini 1650.

Feria 5. die 6. Octobris 1650.

In Congregatione Generali S. R. E. & universalis Inquisitionis, habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis, coram Sanctissimo D. N. D. Innocentio Divinâ Providentiâ Papa X. ac Eminentissimis & R. R. D. D. S. R. E. Cardinalibus in universa Republica Christiana adversus hæreticam pravitatem Inquisitoribus, à S. S. Apost. specialiter deputatis.

Hoc anno 1650. editus est libel. Gal. idiomate, cui titulus, *Catechisme de la Grace*, sine nomine Authoris, atque impressionis loco, contra doctrinam in eo libello contentam. Libellus alter pariter, idiomate Gallico impressus est, cui titulus, *Catechisme ou Abregé de Doctrine touchant la Grace Divine, selon la Bulle de Pie V. Gregoire XIII. & Urbain VIII. Antidote contre les erreurs du tems par un Docteur, de la sainte Theologie de Douay, à Douay, chez la veuve Marc Vuion, à l'enseigne du Phœnix 1650.* Cumque in opusculis prædictis materia gratiæ Divinæ & liberi arbitrii contineretur, præfatus Sanctiss. Dominus Noster ne mentes fidelium ex eorum lectura, periculo & scandalo exponerentur, per ejusdem Sacræ Congregationis qualificatores ad hoc specialiter deputatos, doctrinam in eis contentam examinari mandavit, eorumque censurâ demum relatâ & auditis votis Eminentiss. & Reverendiss. D. D. Cardinalium Generalium Inquisitorum, libellum utrumque sive Gallico, sive alio idiomate excusum, prohibendum censuit, prout præsenti Decreto omnino prohibet. Primum siquidem, cui titulus, *Catechisme de la Grace*, quia in eo continentur quàm plures sententiæ, aliàs per fœlicis memoriæ Pium V. Gregorium XIII. & Urbanum VIII. damnatæ, ambos, verò: quia ex professo tractant materiam de Auxiliis, quam non licuit imprimere nisi priùs obtentâ à Sede Apostolicâ, licentiâ juxta decreta piæ memoriæ Pauli V. & Urbani VIII. & propterea eorum authores pœnis in prædictis Constitutionibus & Decretis Apostolicis contentis subjacent, denique quia in forma & sub nomine Catechismi vernaculâ Gallorum linguâ vulgati sunt, cum tamen materia in eis digesta superet captum vulgi; cui lac potum dare oporteat, non escam istam quam glutire non potest. Mandat præterea Sanctitas Sua, ut nemo cujusque gradûs & conditionis existat, etiam speciali & specialissimâ notâ dignus, libellos prædictos aut aliquem, ex illis apud se retineat aut legat, neve imprimere, aut curare imprimi audeat, sub censuris & pœnis contra hujusmodi delinquentes statutis, sed statim à præsenti decreti notitiâ illorum locorum Ordinariis vel Inquisitoribus consignet.

Signatum *Joannes Theomasius*, S. Rom. & universalis Inquisitionis Notarius.

Hoc monumentum extat in Bibliotheca Sorbonica arm. 11. r. 2. n. 55.

Anno Domini 1650.

Die 6. Octobris, Romano Decreto S. Officii inter prohibitos libros multa scripta recensentur, inter alia, Catechismus Gratiæ: Gallico sermone inscriptus: *Catechisme de la Grace*: hoc decretum in Galliis suscipi vetitum fuit à Curia Parisiensis Senatûs, qui tamen Catechismum Gratiæ non modo à Romanis Censoribus, sed etiam à Parisiensibus Theologis improbatum supprimi jussit.

Anno Domini 1650.

Mandatum Illustrissimi ac Reverendissimi Domini Episcopi Suessionensis. Quo liber cui titulus, Augustinus *proscribitur secundùm Pontificiam Constitutionem Urbani VIII.* in eminenti.

SImon, Dei & S. Sedis Apostolicæ gratiâ Episcopus Suessionensis, omnibus Ecclesiasticis tam Secularibus, quàm Regularibus, atque etiam Laïcis per Diœcesim nostram dispersis, Salutem in Domino. Ubi primùm extinctam summorum Pontificum Gregorii XIII. & Pii V. sollicitudine contentionem de Divinis Auxiliis quorumdam hominum, nescio quo novitatis pruritu & disputationis studio repululescere & renovari animadverterimus; tum omni adhibitâ cautione providendum nobis esse duximus ne hoc malum latiùs serperet, neve illius contagione solveretur unitas Spiritûs & vinculum pacis inter eos quibus nos Divina misericordia præposuit: Ea propter toto animi affectu in ea quæ sunt muneris nostri incumbentes, jam pridem prohibueramus, ne quid in materia tam gravi & periculosa, sive inter concionandum, sive inter legendum, aut disputandum publicè proponeretur. Sed quoniam apud nonnullorum animos anthoritas nostra tantùm quantùm debuit, non valuit, atque etiam ausu temerario datæ sunt in publicum Theses palam discutiendæ, quæ ne agitarentur, ab iisdem summis Pontificibus pridem cautum fuerat, de ratione nostri officii esse censuimus: quantocius huic malo occurrere; hac de causa ne quis intra nostræ hujus Diœcesis fines, cujuscumque sit Ordinis, gradûs & conditionis, in sacris vel Concionibus, vel Catechesibus, vel lectionibus sive disputationibus, aut etiam scriptis motas his temporibus de *Gratia* & *Divinis Auxiliis*, quæstiones proponat & agitet, neve illarum captâ occasione contraria suis dogmata invehatur, aut eorum doctrinam usurpatâ auctoritate, & censura erroris damnet, aut hæreseos, sub Anathemate prohibemus. Atque etiam ut de illis constet, à quibus cavere unumquemque volumus. Constitutionem à summo Pontifice Urbano VIII. factam, ab omnibus & singulis Diœcesis nostræ, eâ quâ decet reverentia & animi demissione excipiendam, legendam & recolendam proponimus ac significamus, atque adeo ad ejusdem summi Pontificis Urbani affectum totis viribus accedentes, *librum qui inscribitur* Augustinus, *quique prodiit in lucem, præfixo nomine Reverendissimi Domini Cornelii Jansenii Yprensis quondam Episcopi, propositiones à summis Pontificibus damnatas continentem proscribimus.* Mandamusque omnibus Superioribus Communitatum, tam Secularium quàm Regularium, & quibuscumque aliis ut dictum librum neque asservent, & retineant, neque à suis legi, sive publicè, sive privatim patiantur, sub pœnis in prædicta Constitutione indictis.

Ut autem quid simile in posterum non contingat, ne quis theses in Philosophia, sive in Theologia publicè propugnandas suscipiat nisi priùs illas censuræ nostræ, aut Vicariorum nostrorum Generalium subjecerit, sub eadem pœna vetamus & interdicimus. Atque ne quis ignorantiam prætendat, præsens Decretum à singulis Diœcesis nostræ Parochis, & quarumcumque Communitatum Superioribus publicari, & primâ quaque adventus Dominicâ cujuscumque anni publicationem renovari, sique opus fuerit ad valvas affigi, ut illius notitia ad omnes perveniat, volumus præcipimusque.

Datum Suessione quartâ die Februarii an. D. S. 1650.

SIMON, Episc. Suession.

De mandato Reverendissimi DD. Episcopi Suessionensis.

COURTONNE.

Hoc monumentum extat in Bibliotheca Sorbonica arm. 3. 1. 13.

Anno Domini 1651.

Instrumenta varia in causa Archiepiscopi Mechliniensis Jacobi Boonen, & Episcopi Gandensis Antonii Triest pro publicatione Constitutionis Urbani VIII. in eminenti.

COnstitutio Urbani VIII. data est 6. Martii 1641. publicata 19. Junii 1643. hanc Constitutionem publicari fecit decem post annis 26. Martii 1651. Antonius Triest Episcopus Gandensis hoc sequenti Decreto.

Smi. Domini N. Urbani, Divinâ Pro-

videntiâ Papæ VIII. confirmatio Constitutionum Pii Papæ V. & Gregorii XIII. prohibentium quasdam Theologorum sententias & opiniones, nec non probibitio libri, cui titulus: *Augustinus Cornelii Jansenii*, olim Yprensis Episcopi excusi Lovanii, typis Jacobi Zegeri anno 1640. aliorumque operum, ac libellorum occasione dicti libri variis in locis, & variis idiomatibus impressorum.

Antonius, Triest Dei & Apostolicæ Sedis gratiâ, Episcopus Gandensis, & omnibus Christi nostræ Diœcesis fidelibus, salutem in Domino. Noveritis quòd Clementissimus noster Rex & Princeps considerans publicam quietem suorum Subditorum in dies magis, magisque per graves controversias inter utrumque Clerum occasione publicationis Bullæ S. D. N. Urbani VIII. fœlicis recordationis infra de verbo ad verbum subjectæ, quâ proscribuntur liber, cui titulus est: *Augustinus Cornelii Jansenii*, theses PP. Societatis Jesu, & nonnullorum aliurum tractatus inibi expressi exortas turbari, voluerit serpenti malo providere. Quodque in illum finem suis litteris datis *Madriti* 14. Julii 1650. expressè Serenissimo Arcbiduci Leopoldo mandaverit, ut sine ulteriori dilatione præfatam Bullam per suam dictionem Belgicam curaret recipi, publicari, executioni mandari, ac observari, saltem quantùm colligere potuimus, donec & quousque Sedes Apostolica, post novum examen dicti libri, sive illius revisionem quam se post publicationem dictæ Bullæ procurarurum addixit, quatenus errores, si qui in illo inveniantur, expurgentur, & per illam simul, qnod respectu plurium virorum gravissimorum satis frequenter in usu fuit) quod de doctrina illius tenendum foret, declarasset, quòdque hanc Suæ Majestatis voluntatem, prædictus Arcbidux suis ad nos scriptis 28. Februarii anni currentis, nobis insinuaverit ac mandaverit, ut dictam Bullam primâ die Aprilis proximè subsequente, locis, modo, & forma consuetis per totam nostram Diœcesim publicaremus. Nos itaque pro nostra in dictam Sedem obedientia, dictosqne Regem & Archiducem observantia, mandandnm duximus, & per præsentes mandamus omnibus universis ordinario aut delegato subditis, ut præfatam Bullam recipiant, publicent, & eidem obedienter pareanr, ac per suos Domesticos & Subditos observari faciant. Hortantes omnes & singulos cujuscumque conditionis, qualitatis, aut gradûs fuerint, ut obedientes Edicto Regio (quod eodem die publicabitur) infra tres hebdomadas à die publicationis illins, in civitate scilicet nostra commorantes, nobis omnes & quoscumque libros, opuscula, tractatus, &c. In dicta Bulla recensitos, & extra illam Decanis Christianitatis ad nos illicò deferendos tradant sub pœnis in dictis Bulla & Edicto conrentis, incurrendis, & per Curiæ nostræ Officialem infligendis & exequendis. Et ne quis fortè ob ignorantiam in illa contentorum, sese excusare valeat, curavimus præfatam Bullam de verbo ad verbum, ut supra diximus de novo imprimi & huic nostræ Ordinationi inseri a6. Martii 1651. de mandato Illustrissimi ac Reverendissimi Dumini Episcopi præfati P. SIMON, Secret.

Seqnitur Constitutio in eminenti. p. 244.

Eamdem hanc Bullam publicavit Vicariatus Yprensis 27. Mart. 1651. prout patet ex ipsius hîc subjecto Decreto.

Vicarii Generalis Sedis Episcopalis Yprensis modò vacantis universo Clero & Popnlo Hnjns Diœcesis, salutem in Domino.

Sanctissimus Dominus noster Urbanus beatæ memoriæ Papa VIII. jam dudum prohibuerat librum Reverendissimi D. Cornelii Jansenii, dum viveret Episcopi Yprensis, cui titulus: *Augustinns*, uti, & Theses Patrum Societatis Jesu, Cullegii Lovaniensis eidem libro oppositas, aliaque omnia tam contra, quàm pro dictis Jansenio ac Patribus tunc impressa, vel in posterùm imprimenda, prout latiùs continetur in Bulla desnper edita *die* 8. *Martii* 1642. quæ tamen huc usque publicata non fuit propter illas, quæ ex parte Universitatis Lovaniensis, tum apud Sedem Apostolicam in urbe, tum apud Regem in Hispaniis movebantur difficultates, ex eò potissimùm capite ne in Jansenio proscriptus videretur summus Ecclesiæ Doctor Augustinus. Verùm cùm iis non ohstantibus, Sua Sanctitas dictæ Bullæ publicarionem urgere pergat, illamque Regia Sua Majestas, scriptis in eam rem ad Serenissimum Archiducem Belgii Gubernatorem litteris, absque ulteriori dilatione fieri mandaverit, addicendo nibilominus, postquam in hoc debita S. Sedi Apostolicæ obedientia fuerit exhibita, suas apud eandem preces & authoritatem per Legatum suum interponendas ad Summum Pontificem illâ obedientiâ efficaciùs permovendum, ut librum denuò examinari faciat, & deletis, si qui irrep-

serint

ferunt, erroribus, luci publicæ restitui. Nos Sanctitati Suæ, Regi nostro, ac Serenissimo Archiduci humiliter obsequi volentes, Promotori hujus Episcopatûs mandamus, Bullam ante dictam die 1ª. Aprilis per Serenissimum Archiducem ad hoc designatâ, debitè publicari, atque ab omnibus exactè observari, adeoque à dicti libri, ac rhesium, aliorumque, quæ pro aut contra prodierunt, impressione, venditiune, lectiune, ac detentione, atque in scholis, pulpitis, ac concionibus, à dicteriis inter partes, scommatibus, ac censuris omnino abstineri, sub pœna excommunicationis, aliisque arbitrio nostro infligendis. Ac ne quis hujus publicationis prætextu occasionem arripiat minus rectè sentiendi de doctrina & authoritate antedicti gloriosi Doctoris Augustini, monendos censuimus omnes & singulos, nullâ ratione per hoc intendi, ut authoritati atque existimationi, quam sanctus Augustinus in Ecclesia Catholica, Apostolica, & Romana semper obtinuit, quidquam detrahatur, aut præjudicetur, quin immò Regiam Suam Majestatem, nec non Serenissimum Archiducem præfatis suis litteris expresè mandare, ut qui aliquid contra honorem aut venerationem memoriæ, & operum ejusdem S. Augustini, aliorumque SS. Ecclesiæ Patrum dicere præsumpserint, omni meliori modo compescantur, atque curetur, ne quid committatur, quod splendorem eorumdem SS. Patrum aliquo usque offuscare, vel existimationem, gradum & authoritatem, quam in eadem Catholica Ecclesia semper obtinuerunt, possit imminuere. Utque nullus conqueri possit per Bullæ hujus publicationem in Privilegia Patris impingi ob clausulam eidem in fine insertam. *Publicationemque, affixionem, & copiæ affixæ dimissionem hujusmodi, in omnibus & quoad omnia sufficere, &c.* placuit eidem Serenissimo, per dictas suas litteras declarare mentis suæ non esse, per hujus Bullæ publicationem iis præjudicium ullum inferre, sed illa omnia, sicuti antiquitus in usu fuerunt, intacta & illæsa conservare. Actum 27. Mart. 1651. De mandato adm. RR. DD. Vicariorum M. de Cerf, Secret.

Sequitur ipsa Bulla in eminenti. p. 244.

Archiepiscopus Mechliniensis eamdem Bullam publicavit die 29. Martii 1651.

Jacobus, Dei & Apostolicæ Sedis gratiâ, Archiepiscopus Mechliniensis, omnibus has visuris, Salutem in Domino.

Notum facimus quod cùm circa publicationem Bullæ Urbani VIII. fœlicis recordationis datæ pridie Nonas Martii 1642. quâ liber cui nomen *Cornelii Jansenii Episcopi Yprensis Augustinus*, ac theses PP. Societatis Jesu adversus eumdem librum, & alia opuscula tam contra Jansenium, quàm pro ejus defensione in lucem emissa prohibentur, graves occurrerent difficultates, & præcipuè quod non pauci viri pii & docti judicarent dicti libri prohibitione lædi authoritatem doctrinæ sancti Patris Augustini, à summis Pontificibus, Conciliis, & SS. Patribus sæpiùs approbatæ, atque adeo à tota Ecclesia receptæ in ea materia quæ dicto libro principaliter exponitur; adeo ut ab his qui librum impugnant hæc sancta doctrina in contemptum adduceretur, eorumque nonnulli palam asserere non vererentur, quasdam propositiones in eodem sensu, quo à sancto Augustino traditæ sunt, jam esse damnatas; ex quo gravia oriri cœperant scandala, ac porro timebantur majora in hisce præsertim Regionibus, Hæreticis circumcinctis, quibus non levia suppeditanda videbantur argumenta ad oppugnandam perpetuam sanctæ Romanæ Ecclesiæ in rebus fidei constantiam, & infallibilitatem: ac præterea spectabiles ex omni Ordine Theologi affirmarent, Jansenium iniquè apud sanctam Sedem traductum, tanquam qui propositiones olim à sancta Sede damnatas, cum contemptu ejusdem Sedis renovasset, ac defendisset; atque ita dictam Bullam quæ hoc fundamento præcipuè nititur, subreptitiè fuisse obtentam; & interea eo prætextu vir integerrimus, & ob doctrinæ eminentiam, singularem pietatem, aliasque dotes ad Dignitatem Episcopalem evectus, & veritatis Catholicæ adversus hæreticam pravitatem acerrimus propugnator, atroci calumniâ non tantùm ut hæreticus, sed hæresiarcha voce & stylo proclamaretur, prævià maturâ deliberatione, & ex gravium virorum judicio, à promulgatione dictæ Bullæ hactenus supersedendum esse censuimus, neutiquam hoc animo (uti à malevolis quibusdam sparsum est) ut Pontificiæ Authoritati ullo pacto obsisteremus, pro qua defendenda etiam vitam & sanguinem, ubi res postulaverit, parati sumus effundere, sed hoc unico proposito, ut interea Sua Sanctitas de his, quæ commemorata sunt certior reddi posset, eique supplicari ut designatis specialiter supra-

dictis propositionibus, ac parte utrinque ex æquo auditâ, librum examinari, & cum scriptis Divi Augustini conferri mandare: dictisque malis opportuno remedio occurrere dignaretur. Cùmque per Deputatus Romam eâ causâ missos impetrari hoc non potuisset, ne ulla ex parte in negotio tanti momenri officio nostro deessemus Regiæ quoque Suæ Majestatis opem & auxilium implorandum esse duximus, ut ejus apud sanctam Sedem intercessione consequi boc daretnr. Cum verò nihilominus sanctissimus D.N. per Ministros suos dictæ Bullæ publicationem urgere pergat, & Regia quoque Sua Majestas ab iisdem Ministris interpellata ut Suæ Sanctitatis desiderio satis fiat, datis ad Sereniss. suam Celsitudinem Litteris, ab eaque nobis cum speciali mandato in hunc finèm insinuatis, quàm primùm promulgandam esse decreverit, hinc est quod Suæ Sanctitati, ac Regiæ Majestati Serenissimæque Celsitudini bumiliter obsequentes, & officii Curiæ nostræ Arcbiepiscopalis Procuratori, aliisque ad quos id pertinet mandamus, ut dictam Bullam locis, ac more consuetis, die primâ Aprilis à Serenissima sua Celsitudine designatá, ritè promulgent. Ac insuper in virtute S. Obedientiæ seriò præcipimus omnibus jurisdictioni nostræ subjectis, cujuscumque Dignitatis, Ordinis & conditionis existant, ne una pars alteram in scbolis, pulpitis & concionibus, dicteriis, scommatibus, aut censuris perstringat, sub pœna excommunicationis, aliisque arbitrio nostro infligendis. Ne verò hujus publicationis prætextu scandala supra commemorata, sinistris aliquorum interpretationibus accendantur, monendos esse duximus omnes & singulos, certò constare Sanctitatis Suæ mentem nequaquam esse, ut per hanc publicarionem authoritati doctrinæ S. Augustini quidquam detractum esse inrelligatur, sed & Regiam Suam Majestatem præfatis suis litteris, ac eriam Sereniss. suam Celsitud. iis quas ad nos dedit disertè mandare, ne harum contentionum occasione autoritatem gloriosi Doctoris S. Augustini à quoquam lædi, aut aliquo modo deprimi toleretur, sed ejus ac aliorum sanctorum Patrum honor, quem semper in Ecclesia obrinuerunt, integer atque illibatus conservetur. Deinde Regiam Suam Majestatem boc ampliùs voluisse, ut honori & existimationi Reverendissimi Jansenii consulatur; adeoque post Bullæ promulgationem & obedientiam Suæ Sanctitati præstitam, apud eamdem se per Legatum suum intercessuram, ut dictus Jansenii liber penitus examinetur, ac si quis in eo reperiatur error, expungatur, & deinde imprimi ac vulgari possit; quomodo Sua Majestas cum aliorum magnorum virorum scriptis actum esse observat. Denique & illud expresse velle serenissimam suam Celsitudinem, ne dictâ publicatione juribus, privilegüs, ac inveteratis harum Provinciarum consuetudinibus ullum præjudicium inferatur. Datum Bruxellæ 29. Martii 1651. J. A. M. V. ad mandatum Illustrissimi, ac Reverendissimi Domini Archiepiscopi. N. MARIUS, Secret.

Tria hæc supra posita edicta prohibira fuerunt à sacra Congregatione Cardinalium feriâ 5. die xi. Maii 1651. & declaratum fuit, ut, nisi eorum Autbores quàm primùm sese expurgarent, censuris, ac pœnis Ecclesiasticis intelligerent sese omninò coërcendos. Tenor Decreti bîc subjicitur.

Feria 5. die 11. Maii 1651. in Generali Congregatione sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis coram sanctissimo D. N. D. Innocentio Divinâ Providentiâ Papa X. ac Eminentissimis & Reverendissimis DD. S. R. E. Cardinalibus in universa Republica Christiana adversus hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus à sancta Sede Apostolica specialiter deputaris.

Cum ad aures sanctissimi D. N. Innocentii Papæ X. pervenisset in lucem prodiisse libellum, cui titulus: *Rationes ob quas Illustrissimus ac Reverendissimus D. Archiepiscopus Mechliniensis Belgii Primas Regiæ Catholicæ Majestatis à Consilio status, &c. à promulgatione Bullæ, quâ proscribitur liber, cui titulus:* Cornelii Jansenii, *Episcopi Yprensis* Augustinus, *abstinuit de mandato Regio Suæ Majestati exhibitæ è Gallico in Latinum translatæ* 1649. *incipien.* Jussus dicere, & finien. *& tota Ecclesia probatam & receptam.*

Nec non alium libellum inscriptum: *Raisons pour lesquelles on a trouvé convenir de publier au Diocése de Gand avec les solemnités accoutumées, certaine Bulle contre le Livre du défunt Evèque d'Ypres Jansenius, representées par Monseigneur le Reverendissime Evèque de Gand au Conseil privé de Sa Majesté Catholique de Bruxelles le* 20. *de Mars* 1647. 1649. incipit *les Raisons* & finien. *jusqu'à ce que Sa Sainteté sera duement informée.*

Item tria edicta, primum, cui titu-

lus : *Jacobus Dei & Apostolicæ Sedis gratiâ, Archiepiscopus Mechliniensis, omnibus has visuris, Salutem*, incipiendo. *Notum facimus quod cùm circa publicationem Bullæ Urbani VIII. fœlicis recordationis*, & finiendo. *Datum Bruxellæ die 29. Martii 1651 J. A. M.V.*

Secundum cui titulus : *Antonius Triest, Dei & Apostolicæ Sedis gratiâ, Episcopus Gandensis, &c. Omnibus Christi fidelibus nostræ Diœcesis, Salutem in Domino, &c.* incipiendo. *Noveritis quòd Clementissimus noster Rex, &c.* & finiendo *curavimus prædictam Bullam de verbo ad verbum, ut supra diximus de novo imprimi & huic nostræ Ordinationi inseri 26. Martii 1651.* & inferiùs *de mandato Illustrissimi ac Reverendissimi D. Episcopi prædicti, subsignat*, P. SIMON, *Secret.*

Tertium, cui titulus: *Vicarii Generales Sedis Episcopalis Yprensis modo vacantis universo Clero & Populo hujus Diœcesis, Salutem* incipiend. *Sanctissimus D. N. Urbanus beatæ memoriæ Papa VIII. jam dudum, &c.* & finiend. *sicuti antiquitus in usu fuerunt intacta relinquere, & illæsa conservare. Actum 27 Mart. 1651.* & inferiùs, *de mandato admodùm RR. DD. Vicariorum* subsignat, M. DE CERF, *Secret.*

In quibus libellis & edictis multa contineri autoritati sanctæ Sedis Apostolicæ præjudicialia, Sanctitas Sua prædictos libellos, & edicta in præfata sacra Congregatione examinari mandavit. In qua maturè ac diligenter in eis contentis consideratis & perpensis, auditisque super præmissis, votis DD. Cardinalium, Sanctitas Sua tam libellos, quàm edicta prædicta prohibenda censuit, pro ut præsenti Decreto damnat, & prohibet, & pro damnatis ac prohibitis haberi vult & mandat. Ac nisi eorum authores quam primùm sese oppugnaverint, censuris ac pœnis Ecclesiasticis intelligant se omnino coërcendos. Jubet autem quòd nullus deinceps cujuscumque gradûs, & conditionis existat sub pœnis in sacro Concilio Tridentino, & indice librorum prohibitorum contentis, aliisque arbitrio Sanctitatis Suæ infligendis, supradictos libellos, & edicta audeat quocumque idiomate imprimere vel imprimi curare, legere, vel apud se retinere, &c. Nonobstantibus quibuscumque contrariis.

Joannes-Antonius Thomasius sanctæ Romanæ & Universalis Inquisitionis, Notarius.

Anno à Nativitate D. N. J. C. 1651. indic. 4. die verò 17. mens. Maii Pontific. Sanctiss. in Christo Patris & D. N. D. Innocentii Divinâ Providentiâ Papa X. anno ejus septimo, supradictum Decretum affixum & publicatum fuit ad valvas Basilicarum S. Joan. Lateran & S. Petri de urbe, nec non ad valvas Palatii sacræ Inquisitionis, & Cancell. Apost. ac in acie Campi Floræ, ut moris est, per me Hieronymum Mascellam ejusdem sanctiss. D. N. Papæ & sanctiss. Inquisitionis cursorem.

Prædictum Decretum insinuatum fuit Archiepisc. Mechliniensi 16. Jun. 1651. & eodem mense etiam Episcopo Gandensi : cumque nihilominus uterque in contumacia persisteret, utrumque Innocentius X. ad Curiam Romanam citavit sequenti Decreto.

Sanctissimus D. N. Innocentius Papa X. feriâ 5 Maii 1651. in Congregatione Generali S. Romanæ & Universalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico Montis Quirinalis suo particulari Decreto prohibuit ac damnavit libellum, cui titulus: *Rationes ob quas Illustrissimus ac Reverendissimus Dominus Archiepiscopus Mechliniensis Belgii Primas, &c. à promulgatione Bullæ, quâ proscribitur liber, cui titulus :* Cornelii Jansenii *Episcopi Yprensis Augustinus, abstinuit ex mandato Regio Suæ Majestati exhibitæ è Gallico in Latinum translatæ* 1649. incipien. *Jussus dicere* finien. *Et tota Ecclesia probatam & receptam.* Nec non alium libellum, cui titulus : *Raisons pour lesquelles on a trouvé convenir de publier au Diocèse de Gand, avec les solemnités accoutumées, certaine Bulle contre le livre du défunt Evêque d'Ypre Jansenius representées, par Monseigneur le Reverendissime Evêque de Gand, &c. le* 20. *de Mars* 1647. 1649. incipien. *Les raisons*, & finien. *jusqu'à ce que Sa Sainteté sera duëment informée.*

Item tria edicta, primum, cui titulus: *Jacobus Dei & Apostolicæ Sedis gratiâ, Archiepiscopus Mechliniensis omnibus has visuris salutem*, incipien. *Notum facimus quòd cùm circa publicationem Bullæ Urbani VIII. fel. record.* & finien. *Datum Bruxellis die 29. Martii 1651. J. A. M. V.*

Secundum cui titulus: *Antonius Triest, Dei & Apostolicæ Sedis gratiâ, Episcopus Gandensis, & omnibus Christi nostræ Diœces. fidelibus, Salutem in Domino*, incipien. *Noveritis quòd Clementissimus noster Rex, &c.* & finien. *Curavimus prædictam Bullam de verbo ad verbum, ut supra diximus, de novo imprimi, & huic nostræ Ordinationi inseri 26. Mart. 1651.* & inferiùs *de mandato Illustrissimi ac Reverendissimi Domini*

Episcopi prædicti subsignat *P. Simon Sec.*

Tertium cui titulus: *Vicarii Generales Sedis Episcopalis Yprensis vacantis universo Clero & Populo hujus Diœcesis, salutem*, incipien. *Sanctissimus D. N. Urbanus beatæ memoriæ Papa VIII. jam dudum, &c.* & finien. *sicuti antiquitus in usu fuerunt intacta relinquere, & illæsa conservare. Actum 27. Martii* 1651. & interiùs *de mandato admodùm RR. DD. Vicariorum* subsignat, M. De Cerf, *Secret.*

Eodemque Decreto, mandavit & voluit, quod nisi eorum Autbores quàm primùm sese expurgarent censuris ac pœnis Ecclesiasticis, intelligant sese omnino coërcendos, & prout latiùs in dicto Decreto continetur. Cùmque Decretum prædictum Jacobo Archiepiscopo Mechliniensi sub die 16. mensis Junii proximæ præteriti, Aotonio verò Episcupo Gandensi intra prædictum mensem Jnnii fuerit legitime præsentatum ac intimatum, prædictique Jacobus Archiepiscopus, & Antonius Episcopus ut supra, iisque ad præsentem diem nullatenus, ut par erat, sese expurgaverint, sed in dies ejusdem Sanctissimi D. N. Mandatis rebelles ac contumacees existant, Sanctitas Sua ut bujusmodi contumacia, quæ in scandalum Cbristi Fidelium, & Ecclesiæ Catholicæ vergit, debitis pœnis] mulctetur & coërceatur re maturè cum nonnullis S. R. E. Cardinalibus ad id specialiter deputatis discussâ, auditisque eorum votis, eidem Jacobo Archiepiscopo Mechliniensi, & Antonio Episcopo Gandavensi, ac eorum euilibet mandat ac præcipit, ut infra sex menses proximos à die intimationis, ac notificationis Præsentium computandos, quorum duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos pro ultimo, & peremptorio termino eis assignat, comparere debeant, & quilibet ipsorum comparere debeat coram SanctitateSua, & sancta Sede Apostolica personaliter, & non per Procuratorem, seu excusatorem, vel aliam ioterpositam personam ad sese purgandum de contentis in libellis ac edictis prædictis respectivè. Aliàs dicto termino elapso, ex nunc prout ex tunc, eadem Sanctitas Sua prædictum Jacobum Archiepiscopum Mecbliniensem & Antonium Episcopum Gandavensem ac eorum quemlibet ab ingressu Ecclesiæ, exercitio Puntificalium, ac officio suspendit, ac interdicit, & pro suspensis, ac interdictis haberi vult nullo in præmissis privilegio suffragante. Voluit insuper, & decrevit Sanctitas Sua, quod præsentes dictis, Jacobo Archiepiscopo, & Antonio Episcopo, personaliter, si ipsorum præsentiæ commodè baberi potuerint, sin autem domi eorum solitæ habitationis, dimissâ earumdem præseotium copiâ, vel si ad eas tutus non patuerit accessus per affixionem ad valvas Majoris Ecclesiæ Civitatum Mecbliniensis, Bruxellensis & Gandavensis respectivè intimentur, ac notificentur, & sic præsentatæ & intimatæ perinde arctent & afficiaut eosdem Jacobum Arcbiepiscopum & Antonium Episcopum, & eorum quemlibet, ac si eis personaliter præsentatæ & intimatæ fuissent. Datum Romæ die 18. mensis Novembris 1651. De mandato Sanctissimi D. N. Papæ F. De Albitiis, *Secret.*

Hoc Decretum per litteras Internuntii intimatum fuit Archiepiscopo Mechliniensi 12. Dec. 1651. Episcopo Gandeusi 11. ejusdem.

Sequitur copia suspensionis contra Archiepiscopum Mechl. & Episc. Gand.

In Dei nomine. Amen. Cunctis ubique pateat evidenter, & sir notum quod anno à Na:ivitate D. N. Jesu Christi 1652. indic. 5. die verò 19. Dec. de mane, Pontificatùs autem sanctissimi in Cbristo Patris & D. N. D. Innocentii Divinâ Providentiâ Papæ X anno ejus nono, fuit per Sanctitatem suam prumulgata infra scripta sententia tenoris sequentis videlicet. Innocentius Papa X. Christi nomine invocato. Per hanc nostram declaratoriam sententiam, quam anditis votis nonnullorum venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium ad id specialiter deputatorum ferimus in his scriptis, pronuotiamus, sententiamus, dicimus, & declaramus Jacobum Archiepiscopum Mecbliniensem, & Antonium Episcopum Gandavensem ob non paritionem præcepti ad comparendum per Procuratorem coram nobis, & ab objectis sese repurgandum infra terminum in eodem præcepto præscriptum pro ut in actis Decreti legitimè executi, & in actis reproducti, incidisse, & incurrisse damnabiliter in pœnas interdicti ab ingressu Ecclesiæ, suspensionis ab officio, & exercitio Pontificalium, & alias pœnas in eodem præcepto contentas, litterasque declaratorias desuper opportunas, ac publicè affigendas in locis ubi opus fuerit, decernendas & relaxandas fore & esse, prout decernimus, relaxamus & affigi mandamns, & ita pronuntiamus, sententiamus, declaramus, suspendimu

suspendimus, interdicimus, & affigi mandamus. Omni meliori modo, &c. ita pronuntiamus. Lata, data & in his scriptis promulgata fuit supradicta sententia per supra dictum Sanctissimum D. N. Innocentium Papam X. sedentem in Sede posita in stantia solitæ Audientiæ, in Palatio Apostolico Montis Quirinalis, lecta verò & publicata per me infra scriptum de mandato Sanctitatis suæ, ibidem præsentibus Reverendissimis DD. Camillo, Pamphilio, & Fabio chisio S. R. E. Cardinalibus hâc die 19. Decemb. 1652. de mane horâ 17. Franciscus de Albizz, Secret. in quorum fidem &c. Datum ex Palatio S. Romanæ & universalis Inquisitionis hâc die 21. Decembris 1652.

Contra hanc sententiam suspensionis & interdicti fecit decretum, Concilium Brabantiæ, quod è Flandrico in Gallicum idioma translatum ita sonat.

AYant été representé au Conseil de Brabant, par le Conseiller & Procureur General, que quoiqu'il soit manifeste & notoire que les habitans de ces Païs, de quelque état & condition qu'ils soient ne sont point citables ni ajournables hors du Païs, ni en personne, ni par Procureur, pas même devant la Cour de Rome; que de même aussi aucunes provisions de la Cour de Rome soit de generales, soit de censures spirituelles, excommunication, suspension, interdit, ou autres, ne peuvent dans ce Païs être publiées, ou mises en exécution sans la duë provision de Lettres-Patentes, à la deliberation du Conseil de par deça: le tout en consequence des privileges notoires, coutumes & anciens usages existans, même avec l'approbation du Saint Siege, & que néanmoins nonobstant tout cela, il est venu à notre connoissance, que récemment il est tombé dans l'esprit de quelques factieuses & turbulantes personnes, d'afficher sur la porte de l'Eglise de sainte Gudule dans cette Ville, un certain Ecrit d'une main inconnuë, sans jour, sans date, sans superscription, sans sceau, sans expression de commission, & ceci sans aucun signe de legalité, par lequel écrit il est fait mention de certaine censure de suspension, & interdiction, que Sa Saintete auroit decretée contre l'Archevêque de Malines, & l'Evêque de Gand, sous prétexte qu'ils n'auroient ni en personne, ni par Procureur comparus a Rome pour se purger sur certaines prétenduës dénonciations, ce que led. Conseil avoit bien expressément défendu au susd. Archevêque sur certaines grieves peines pour la conservation des privileges, libertes & exemptions, repos & bien de ce Païs; & que le susdit Ecrit par Ordonnance du Conseil ayant été publiquement exposé trois jours de suite à la vûë de tout le monde, pour être vû & reconnu par un chacun, avec assurance d'une recompense de trois cens florins pour celui qui auroit pû découvrir l'Auteur, ou l'afficheur du même decret; sans que jusqu'à cette heure personne n'ait comparu, qui ait voulu reconnoître cet Ecrit pour le sien; & sans que d'ailleurs les Auteurs d'icelui ayent eté découverts, par où le susdit Conseil a d'autant plus sujet de le regarder pour une fausse fabrication à l'insçû, & sans mandement ou ordre du S. Siege. Pour ces causes les Messieurs dud. Conseil pour empêcher le progrès du mal, qui par pareilles turbulentes factions, & pernicieux commencemens, tendant à manifeste sedition & trouble, doit être avec raison apprehendé, ont après mûre déliberation, ordonné & commandé, ordonnent & commandent par cette, que le susdit Ecrit diffamatoire sera publiquement cassé & laceré par notre premier Huissier de notre Conseil de Brabant dans la Salle, le monde y étant pour la plûpart assemblé, en condamnant & abolissant la memoire à perpetuité, avec exprès commandement à tous ceux qu'il appartiendra de tenir ledit Ecrit pour cassé & aboli à perpetuité, avec défense d'en tirer aucun propos préjudiciable contre l'Archevêque de Malines & contre l'Evêque de Gand, ou contrevenans, sous peine de correction arbitraire: & afin que cette puisse parvenir à la connoissance de tout le monde, le susdit Conseil a ordonné & ordonne par cette que le duplicat de cette sera par tout affiché dans tons les lieux publics où l'on a coûtume de faire les affichemens & publications. Donné à Bruxelles ce 12. de May 1653. paraphé. Assel. Vt. & étoit soussig. G. V. Guindertaclen.

Copie d'un Decret de Son Altesse Serenissime l'Archiduc Leopold au Conseil de Brabant.

AUdio quòd Concilium Brabantiæ constituerit cras mane die Veneris in præsentia rrium aut quatuor Consiliariorum lacerare affixionem factam ad valvas Ecclesiæ sanctæ Gudulæ, & declarare illam pro libello diffamatorio, & eum hoc ipsis per Cancellarium inhibue-

rim, ipseque non adsit, tibi tanquam seniori injungere volui, ut toti Concilio nomine meo indices, ne procedant ad talem executionem, donec ulteriùs me resolvam in isto negotio. Non dubito quod Concilium obediet, neque credere possum, quod ipsi in casu inobedientiæ me velint provocare ad demonstrationem magis rigidam contra ipsos. Confirmatum rubricâ Sereniss. Suæ Celsit. Archiducis Leopoldi. Inscriptio erat. Al. Consilio de Brabante Tuldeus. Inferiùs erat. R^{ta}. 22. Maii 1653. circa xi. noctis.

Lettre de l'Archiduc Leopold à l'Evêque de Gand.

Leopold-Guillaume, par la grace de Dieu, Archiduc d'Austriche, Duc de Bourgogne, &c. Lieutenant-Gouverneur & Capitaine General des Païs-Bas, & de Bourgogne, &c.

Très-Reverend Pere en Dieu, trèscher & bien amé. Vous ne pouvez ignorer, que jusquà present nous avons au nom, & selon les ordres, & intention du Roi Mon seigneur, rendu tous les devoirs convenables & possibles pour assoûpir les controverses, disputes, inquiétudes & agitations publiques, qui se sont élevées à l'occasion du Livre imprimé à Louvain en l'an 1643. de feu l'Evêque d'Ypre *Jansenius*, d'autant que vous avez témoigné ouvertement, aussi bien que les autres Partisans dudit feu *Jansenius*, qui croyez avoir quelque sujet de ne pas alors déferer aux Bulles, Brefs & Declarations émanées de Sa Sainteté en ce regard, lesdits Partisans prétextans tantôt la fausseté de la Bulle, tantôt la subreption & obreption d'icelle, puis la nullité à cause de n'avoir été ouis, & finalement les Autorités de Sa Majesté même, pour le defaut du *Placet*, & les privileges & usages du Païs, & pour le défaut de la publication dansces Provinces; & qu'en tout cela vous a été donné, & à ceux de l'Université de Louvain adherans au party de *Jansenius* l'espace de tems plus que necessaire à faire les remontrances, tant vers Sa Sainteté, que vers Sa Majesté, & en outre pour vous appaiser, & rendre votre esprit satisfait des objections que l'on faisoit contre lesdires Bulles & Brefs, & que tout cela s'étant ainsi passé, & y ayant eté employé le cours de plus de dix ans, pendant lesquels les ames & esprits de plusieurs, qui ont voulu penetrer dans ces profondes matieres, ont été bourelées, & agitées de diverses inquiétudes, jusquà produire des scandales, & une alteration du repos, & de la tranquillité publique, capables de passer à des scissions & factions plus pernicieuses, outre les mésintelligences qui se sont par là engendrées avec la Cour de Rome fort préjudiciables au Service de Sa Majesté, & au bien public dans l'etat & conjoncture presente des affaires, de quoi ne seroit arrivé autre chose, finon que le tout ouï, & meurement examiné, Sa Sainteté auroit persisté en l'exécution des Bulles, & Sa Majesté après pareils devoirs rendus vers icelle, declaré à diverses fois son intention fixe & constante être, qu'en ce sujet seroit rendu une pleine deference aux Bulles & Brefs de Sa Sainteté, en sorte qu'elle demeureroit justement contente & satisfaite; ce néanmoins en l'acte de publication desdites Bulles vous vous auriez laissé aller à y inserer quelques clauses, qui auroient rendu votre sincerité suspecte à Sa Sainteté, & donné occasion aux Ministres de la Cour de Rome de les interpreter autrement, comme contraires & prejudiciables à l'Autorité du S. Siege, peut-être au dehors de vôtre pensée & intention, dont seroient découlées encore des difficultés & controverses toutes nouvelles avec ledit Saint Siege sur ce qu'auriez été mandé à Rome, pour vous en expurger, premierement en personne, & puis par Procureur, lesquels sont dans une chaleur recente, & non moins capable de produire des mauvais effets, & intrigues plus indissolubles que les precedentes, n'étant convenables ni raisonnable que par tous ces procedes les affaires de Sa Majesté souffrent & ayent préjudice, ni que le repos & tranquillité publique en demeure davantage alterée; & attendu qu'au fond, il est clair & évident, qu'en ce qui concerne la substance, essence & le principal de la matiere, la volonté constante de Sa Majesté, est que les Declarations, Definitions & Commandemens de Sa Sainteté sortent à un plein & entier effet, c'est pourquoi, à grande & meure déliberation de Conseil, & par l'advis de l'Assemblée pour ce ordonnée, nous vous faisons la presente, afin qu'en dedans le terme de huit jours vous vous resolviez à une pure, simple, & absoluë resignation de vous conformer aux Bulles, Brefs, & Declarations de Sa Sainteté en ce qui touche le fait principal de la matiere, en retractant lesdites clauses & conditions, qui ont donné l'ombrage à Sa Sain-

teté, & au S. Siege, & qui à la verité n'etoient simbolisans ni compatibles avec la pure, simple & absoluë publication desdites Bulles qui vous en avoit eté encbargee avec une declaration, que sur ce sujet pour la grande reverence que portez au S. Siege, vous n'entendez de soutenir des procedures non plus par deça qu'en la Cour de Rome, ains qu'êtes prêt de complir ponctuellement, précisement & sincerement à toute telle satisfaction que Sa Sainteté désirera de vous pour cette occasion, non plus ni moins, que si vous aviez passe par un Jugement rendu, soit enla Cour de Rome, ou par deça, *per judices delegatos in partibus*, c'est en quoi vous prierez Sa Sainteté de vous faire tenir ses Ordres & Commandemens, pour témoigner réellement & par effet une prompte obeïssance, la suppliant encore de vous absoudre de l'infliction des censures puis nagaires ensuivies. Constituant en outre Procureur, pour en votre nom renouveller, & confirmer pardevant le Saint Siege à Rome cette votre simple, nuë & absoluë submission, vous déclarant que moyennant ce nous continuerons nos soins & supplications envers Sa Sainteté, afinque la satisfaction qu'Elle desirera de vous, ou voudra vous imposer ne sera publique, ni exterieure, ni capable d'engendrer scandale ou la moindre tache & soüilleure à votre réputation, ni à la dignité qu'avez jusqu'à present deservi & soutenu avec tant de merite, voulant esperer que vous ne ferez aucune difficulté de vous conformer à cette notre intention, & que vous ne donnerez pas sujet à Sa Majesté ni à nous de vous abandonner en une cause tant importante à votre prupre repos & conscience. A tant très-Reverend Pere en Dieu très-cber & bien amé, Notre Seigneur vous ait en sa sainte garde. De Bruxelles le 18. de Juillet 1653. C. Ho. Vt *Leopoldus*, inferiùs, *D. Gottignies*: plus bas, à l'Evêque de Gand.

Paruit mandatis Pontificis & Suæ Majestatis Episcopus Gandensis, & à censuris absolutus fuit 23. *Septemb.* 1653.

Hæc monumenta manuscripta apud S. M. N. De Marcilly asservantur in Sorbona.



Anno Domini 1651.

Edictum Philippi IV. Hispaniarum Regis promulgationem Bullæ in eminenti *apud suos subditos fieri imperantis.*

PHilippus, Dei gratiâ, Rex Castellæ &c. omnibus Litteras præsentes inspecturis, Salutem.

Cùm Bulla Urbani VIII. data 8. Martii 1641. & publicata Romæ 19. Junii 1643. quâ prohibentur aliquæ sententiæ & opiniones Theologorum, speciatimque libri, cujus titulus est, *Augustinus Cornelii Jansenii, &c.* jam pridem huc missa fuisset ut promulgaretur, omnibusque innotesceret: quod huc usque non fuit uniformiter observatum in omnibus Diœcesibus, propterea quòd Theol. nostræ Univers. Lovaniensis, aut saltem plerique illarum huic promulgationi sese opposuissent, varias causas prætexentes, tempusque & moram postulantes ut suas rationes possint eidem summo Pontifici Urbano VIII. proponere. Quòd cùm fecissent, & deputati nomine Universitatis diu multùmque, tum verbo, tum scriptis eas proposuissent in Congregatione Romanæ & Universalis Inquisitionis, Summus Pontifex auditâ relatione iterum statuisset Decreto edito 16. Junii 1644. ut Bulla supradicta plenum & integrum sortiretur effectum. Cui sententiæ minus acquiescentes præfati Doctores nos audissent per Deputatos ad Curiam nostram Madritum missos: ubi rursus audita fuissent quæcunque illis placuit pruponere & allegare, nullâque repertâ causâ legitima impediendi aut protrabendi ulteriùs promulgationem & executionem Bullæ supradictæ, misissemus ad charissimum consobrinum nostrum Leopoldum Archiducem Austriæ, Ducem Burgundiæ, Gubernatorem Belgii, &c. Quid super hoc negotio fieri vellemus. Cùm denique tum sub idem tempus qui nunc Sedem Apostolicam tenet Innocentius X. ejusque prædecessor Urbanus VIII. instițerint ut Regiam potestatem nostram interponeremus quò prædicta Bulla executioni mandaretur. ..... Idcirco postulationi Summi Pontificis satisfacere volentes, & vestigiis prædecessorum nostrorum insistere, Regiâque autboritate providere incommo-

dis..... quæ ex Bullæ promulgatione oriri possent injuncta Archiepiscopis & Episcopis; mandato ad omnes justitiæ administros priùs misso ut authoritati Ecclesiasticæ opem suam ac robur adjungerent innovavimus, & per præsentes innovamus, respectu quorumcunque cujuscunque sint status, dignitatis, aut qualitatis prohibitiones easdem cum illis quæ in Bullis continentur. Et ut exactior sit mandati nostri executio, injunximus, & injungimus omnibus edicti nostri transgressoribus mulctam 500. florenorum pro prima vice, & pro secunda vice pœnam exilii in sexennium ......

Datum Bruxellæ, ultimo Februarii, anno Christi 1651. & nostri Regni 30.

Hoc monumentum extat in Historica Collectione Pontificiorum Decretorum, adversus novos errores, p. 66. in Bibliotheca Sorbonica arm. 11. r. 2. p. n. 12.

Anno Domini 1651.

Litteræ 85. *Episcoporum Gallicanæ Ecclesiæ ad Romanum Pontificem datæ, quibus postulant ut Papa ipse de quinque propositionibus Jansenii articulatè exscriptis judicium ferat.*

BEATISSIME PATER.

Majores causas ad Sedem Apostolicam referre solemnis Ecclesiæ mos est, quem fides Petri nunquam deficiens perpetuò retineri pro jure suo postulat. Æquissimè huic legi obsequentes de gravissimo circa Religionem negotio Sanctitati tuæ scribendum esse censuimus. Decennium est ex quo vehementissimis turbis Gallia magno nostro mœrore commovetur, ob librum posthumum & doctrinam Reverend. *Cornelii Jansenii* Yprensis Episcopi. Tales quidem motus sedari oportebat tum Concilii Tridentini authoritate, tum Bullæ illius quâ Urbanus VIII. fœlicis memoriæ adversus Jansenii dogmata pronuntiavit, & Decreta Pii V. ac Gregorii XIII. in *Baium* edita confirmavit. Atque hujus quidem Bullæ veritatem ac robur novo diplomate vindicasti; sed quia nulli sigillatim propositioni certa censuræ nota inusta fuit, locus etiamnum aliquis quorumdam cavillis & effugio relictus est. Intercludendum autem penitus speramus: si, ut precamur, S. T. quid hac in re sentiendum sit clarè distinctéque definiat. Obtestamur ergo ut has præsertim propositiones de quibus disceptatio periculosior, ac contentio ardentior est S. T. expendat & perspicuam ac certam de unaquaque sententiam ferat.

Prima: aliqua Dei præcepta hominibus justis volentibus & conantibus secundùm Præsentes quas habent vires sunt impossibilia: deest quoque illis gratia quâ possibilia fiant.

Secunda: interiori gratiæ in statu naturæ lapsæ nunquam resistitur.

Tertia: ad merendum & demerendum in statu naturæ lapsæ non requiritur in homine libertas à necessitate, sed sufficit libertas à coactione.

Quarta: Semipelagiani admittebant prævenientis gratiæ interioris necessitatem ad singulos actus, etiam ad initium fidei, & in hoc erant hæretici quod vellent eam gratiam talem esse cui posset humana voluntas resistere.

Quinta: Semipelagianum est dicere Christum pro omnibus omnino hominibus mortuum esse, aut Sanguinem fudisse.

Experta est nuper Beatitudo tua quantum Apost. Sedis in gemini Eccl. Cap. errore profligando valuerit authoritas: continuò sedata est tempestas atque ad Christi vocem & imperium venti & mare obedierunt. Quamobrem flagitamus, Beatissime Pater ut clarâ firmâque de propositionum istarum sensu prolatâ sententiâ cui Reverend. ipse *Jansenius* morti proximus opus suum subjecit, Caliginem omnem discutias, animos fluctuantes componas, dissidia prohibeas, Ecclesiæ tranquillitatem splendoremque restituas. Dum hæc spes mentibus nostris affulget Sanctitati tuæ multos & prosperos annos, sæculoque Beatissimam æternitatem Rex sæculorum immortalis adjiciat optamus ac vovemus.

Hoc monumentum ibidem reperitur ut supra.

Anno Domini 1651.

In cœtu Gallicani Cleri Parisiis reprobatus fuit Libellus Gallico sermone inscriptus: *Remontrances faites au Roi sur le pouvoir & l'authorité que Sa Majesté a sur le Temporel de l'Etat Ecclesiastique.* Vide processum verbalem horum Comitiorum & novam editionem Commentariorum Gallicani Cleri.

Anno

Anno Domini 1653.

Die 29. Martii in generalibus Comitiis Gallicani Cleri, agendi ratio qua Minimi Fratres Valentinæ Urbis in Delphinatu, sine permissu Episcopi usi sunt, ut Corpus Mariæ *Tessonniere*, tanquam sanctæ mulieris, publicæ venerationi Fidelium exponerent, improbata fuit, præsertim eo quod authoritatem Valentini Episcopi contempsissent. In verbali processu istorum Comitiorum sic fertur, & in nova editione Commentariorum Gallicani Cleri, tom. 1. p. 653.

Anno Domini 1653.

Bulla Innocentii Papæ X. adversus errores Jansenii.

Innocentius Episcopus, servus servorum Dei.

Universis Christi Fidelibus, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Cum occasione impressionis libri, cui titulus: *Augustinus Cornelii Jansenii, Episcopi Yprensis*, inter alias ejus opiniones orta fuerit, præsertim in Galliis, controversia super quinque ex illis: Complures Galliarum Episcopi apud nos institerunt, ut easdem propositiones nobis oblatas expenderemus, ac de unaquaque earum certam ac perspicuam ferremus sententiam.

Tenor verò præfatarum propositionum est prout sequitur.

Prima: *aliqua Dei præcepta hominibus justis volentibus & conantibus secundùm præsentes, quas habent vires, sunt impossibilia: deest quoque illis gratia, quâ possibilia fiant.*

Secunda: *interiori gratiæ in statu naturæ lapsæ nunquam resistitur.*

Tertia: *ad merendum & demerendum in statu naturæ lapsæ non requiritur in homine libertas à necessitate, sed sufficit libertas à coactione.*

Quarta: *Semipelagiani admittebant prævenientis gratiæ interioris necessitatem ad singulos actus etiam ad initium fidei: & in hoc erant hæretici, quod vellent eam gratiam talem esse, cui posset humana voluntas resistere vel obtemperare.*

Quinta: *Semipelagianum est dicere Christum pro omnibus omnino hominibus mortuum esse, aut sanguinem fudisse.*

Nos quibus inter multiplices curas, quæ animum nostrum assiduè pulsant, illa in primis cordi est, ut Ecclesia Dei nobis ex alto commissa, purgatis pravarum opinionum erroribus, tutò militare, & tanquam navis in tranquillo mari, sedatis omnium tempestatum fluctibus, ac procellis, securè navigare, & ad optatum salutis portum pervenire possit.

Pro rei gravitate coram aliquibus S. R. E. Cardinalibus ad id specialiter sæpiùs congregatis à pluribus in sacra Theologia Magistris easdem quinque Propositiones, ut supra nobis oblatas, fecimus singillatim diligenter examinari, eorumque suffragia, tum voce, tum scripto relata maturè consideravimus, eosdemque Magistros, variis coram nobis actis Congregationibus prolixè super eisdem, ac super earum qualibet disserentes audivimus.

Cùm autem ab initio hujusmodi discussionis ad Divinum implorandum auxilium multorum Christi fidelium preces, tum privatim, tum publicè indixissemus, post modum iteratis eisdem ferventiùs, ac per nos sollicitè implorata Sancti Spiritus assistentiâ, tandem Divino numine favente, ad infra scriptam devenimus declarationem & definitionem.

Primam prædictarum propositionum: *aliqua Dei præcepta hominibus justis volentibus, & conantibus secundùm præsentes, quas habent vires, sunt impossibilia, deest quoque illis gratia quâ possibilia fiant* temerariam, impiam, blasphemam, anathemate damnatam & hæreticam declaramus, & uti talem damnamus.

Secundam: *interiori gratiæ in statu naturæ lapsæ nunquam resistitur:* hæreticam declaramus, & uti talem damnamus.

Tertiam: *ad merendum & demerendum in statu naturæ lapsæ, non requiritur in homine libertas à necessitate, sed sufficit libertas à coactione* hæreticam declaramus, & uti talem damnamus.

Quartam: *Semipelagiani admittebant prævenientis gratiæ interioris necessitatem ad singulos actus, etiam ad initium fidei, & in hoc erant hæretici, quod vellent eam gratiam talem esse, cui posset humana voluntas resistere, vel obtemperare*, falsam & hæreticam declaramus, & uti talem damnamus.

Quintam: *Semipelagianum est dicere, Christum pro omnibus omnino hominibus*

mortuum esse, aut Sanguinem fudisse: falsam, temerariam, scandalosam & intellectam eo sensu, ut Christus pro salute dumtaxat prædestinatorum mortuus sit, impiam, blasphemam, contumeliosam, Divinæ pietati derogantem & hæreticam declaramus, & uti talem damnamus.

Mandamus igitur omnibus Christi Fidelibus utriusque sexûs ne de dictis propositionibus sentire, docere, prædicare aliter præsumant, quam in præsenti nostra declaratione & definitione continetur, sub censuris, & pœnis contra hæreticos, & eorum fautores in jure expressis.

Præcipimus pariter omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, aliisque locorum ordinariis, nec non hæreticæ pravitatis Inquisitoribus, ut contradictores & rebelles quoscunque per censuras & pœnas prædictas, cæteraque juris & facti remedia opportuna, invocato etiam ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachii sæcularis omnino coerceant & compescant.

Non intendentes tamen per hanc declarationem & definitionem super prædictis quinque Propositionibus factam approbare ullatenus alias opiniones, quæ continentur in prædicto libro Cornelii Jansenii.

Datum Romæ apud S. M. Majorem, anno Incarnationis Dominicæ 1653. pridie Kal. Junii Pontificatûs nostri anno 9.

Anno Domini 1653.

Breves Litteræ Innocentii X. Papæ ad Regem Christianissimum.

INNOCENTIUS PAPA X.

CHarissime in Christo Fili noster; Salutem & Apostolicam Benedictionem. Constitutionem, quâ post longam accurati examinis indaginem; & Spiritûs Sancti lumen publicè, ac privatim sæpiùs imploratum, quid sentiendum sit de quibusdam propositionibus declaravimus & definivimus, Majestati tuæ cum his Litteris mittimus. Ex ea sententiam Catholicæ fidei in gravi hoc negotio à nobis audies, nec dubitamus quin eadem futura sit cùm populis Christianis salutaris, tum summoperè grata pietati tuæ: cùm præsertim & ipse per Oratorem tuum pro Sanctæ hujus Sedis super his decisione apud nos institeris. Majestati tuæ Benedictionem Apostolicam amantissimè impartimur.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris die 31. Maii 1653. Pontificatûs nostri anno 9.

Anno Domini 1653.

Breves Litteræ Innocentii X. ad Episcopos Galliæ.

INNOCENTIUS PAPA X.

VEnerabiles Fratres; Salutem & Apostolicam Benedictionem. Rectè atque ordine fecit Fraternitatum vestrarum pietas, quæ cum in Ecclesiis illis propositionum de quibus ad nos scripsistis, occasione, turbas ingentes excitari cerneret, ascendit ad locum hunc sanctum, quem elegit Dominus, ut Catholicam super his veritatem à nobis quæreret.

Nos igitur post longam accurati examinis indaginem, & preces luminum Patri Deo enixè porrectas, quid sentiendum sit de propositionibus illis declaravimus ac definivimus hâc Constitutione, quam cum his Litteris ad vos mittimus. Ex ea sententiam orthodoxæ fidei gravi hoc in negotio à nobis audietis, nec dubitamus quin futura sit cùm populis Christianis salutaris, tum summoperè grata insigni zelo Fraternitatum vestrarum quibus Benedictionem Apostolicam peramanter impartimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris die 13. Maii 1653. Pontificatûs nostri anno 9.

Hæc tria monumenta extant in Bibliotheca Sorb. in libro cui titulus est: *Recueil Historique*, arm. 11. r. r. p. n. 12.

Anno Domini 1653.

Scriptio Defensorum Jansenii Yprensis Episcopi in tres columnas divisa & Innocentio Papæ X. oblata ut Librum Jansenii à Censura subducerent.

Beatissimo Patri INNOCENTIO Papæ X. brevissima quinque Propositionum in varios sensus distinctio, apertaque de iis tum Calvinistarum ac Lutheranorum, tum Pelagianorum ac Molinistarum, tum S. Augustini ejusque Discipulorum sententia.

BEATISSIME PATER.

EPiscopi Gallarum quorum votis atque expectationi Vestra Sanctitas satisfacere se velle testatur circa quinque Propositiones controversas judicium ab ipsa postulant, quod & veritatem dilucidare ac confirmare, & controversias componere, & pacem Ecclesiæ restituere idoneum sit.

Petunt ergo ut de iis quæ in controversiam inter nos & adversarios vocata sunt, expressam sententiam ferat, non de iis de quibus nulla contentio, nulla quæstio, nulla difficultas exorta est *Hoc ex variis omnium Episcoporum qui ad Vestram Sanctitatem scripserunt, litteris manifestum est. Quapropter primum officii est Sanctitatis Vestræ oculis id apertè exponere de quo hinc & nos contendimus, ut de re quæ inter nos & adversarios in controversiam vertitur, ipsi constet. De propositionibus autem non in sensu alieno ad quem trahi possent, quique à nobis respuitur, sed in sensu legitimo*, qui à nobis defenditur, *atque adeo de fide*, Catholica in iis contenta, *controversia est*, deque iis sic sumptis, *distinctum ac perspicuum judicium expectatur.*

Ne igitur in toto hoc negotio ullus pateat æquivocationi, calumniæ, malignitati, dubitationi locus; veros & germanos propositionum sensus quos sustinemus, quosque impugnant adversarii, si aliquid agunt; *ante omnia vestræ Sanctitati quam brevissimè ac dilucidissimè fieri potest, exponimus, atque ex una parte errores illis contrarios, quos adversarii tuentur, & ex alia hæreses similiter illis contrarias, quas impugnare se jactitant cum propositiones impugnant subjicimus. Ut Sanctitati vestræ innotescat, nos neque ad dextram, neque ad sinistram declinare, sed doctrinæ Ecclesiæ unicè adhærere, & inde Calvinistarum eorumque sequacium, hinc Pelagianorum eorumque reliquiarum hæreses ac errores ex æquo detestari.*

De utrorumque sententia circa has quinque Propositiones, & de nostra quæ inter hanc & illam est media, apertè & sincerè id quod profitemur, Sanctitati Vestræ aperimus, prætermissis atque in suum tempus ac ordinem dilatis eorum omnium quæ asserimus, invictis ut putamus probationibus, nunc nihil aliud intendentes quam ut primo aspectu, ac veluti in Compendio exhibeamus, tum id de quo judicium fieri postulent, expectentque universi Galliæ Episcopi, tum etiam quàm Catholicè sentiamus.

PRIMA PROPOSITIO.

Aliqua Dei præcepta hominibus justis volentibus & conantibus secundùm Præsentes quas habent vires sunt impossibilia.

Deest quoque iis *Gratia* quâ possibilia fiant.

SENSUS HÆRETICUS.	PRIMA PROPOSITIO.	PROPOSITIO.
Qui primæ Propositioni malignè affingi posset, quem tamen legitime sumpta non habet.	*Ut à nobis intelligitur ac defenditur.*	*Primæ contraria ut ab adversariis defenditur.*
JUstis omnibus quantumlibet volentibus & co-	ALiqua Dei præcepta aliquibus justis volentibus & conantibus invalidè & imperfectè secundùm præsentes	OMnia Dei Præcepta justis volentibus & conantibus

nantibus secundùm præsentes quantascunque vires quæ à graria magna & efficaci habentur, mandata Dei sunt impossibilia. Deest quoque illis semper & quamdiu vivunt gratia quâ possint vel unum ex mandatis Dei sine peccato adimplere.

Hæc propositio est hæretica, Calviniana, aut Lutherana, & à Concilio Tridentino damnata.

quas habent vires, parvas scilicet & infirmas, seu auxilio efficaci ad plenè volendum & operandum necessario destitutis impossibilia sunt proximè & completè, seu ab iis adimpleri proximè non possunt. Deest quoque illis Gratia efficax quâ præcepta illis proximè possibilia fiant, seu deest illis speciale illud auxilium, sine quo justificatus, ut ait Concilium Tridentinum in accepra justitia, id est in observatione mandatorum Dei perseverare non potest.

Sustinemus ac demonstrare parati sumus hanc Propositionem ad fidem Ecclesiæ pertinere, & in sancti Augustini Doctrina indubitatam esse, atque à Concilio Tridentino definitam

secundùm præsentes quas habent vires sunt semper possibilia per gratiam eorum libero arbitrio subjectam. Nec unquam ipsis deest gratia ad operandum vel saltem ad orandum proxime necessaria quâ possibilia fiant.

Sustinemus ac demonstrare parati sumus hanc propositionem, quæ est Molinæ & adversariorum, esse Pelagianam vel Semipelagianam, quia gratiæ ex se efficacis ad singulos actus necessitatem destruit atque ita declaratum est in Congregatione Romanæ de Auxiliis *sub Clemente VIII. & Paulo V.*

SECUNDA PROPOSITIO.

Interiori Gratiæ in statu naturæ lapsæ nunquam resistitur.

SENSUS HÆRETICUS.

Qui secundæ Propositioni malignè affingi posset, quem tamen legitimè sumpta non habet.

INteriori Gratiæ efficaci in statu naturæ lapsæ eatenus nunquam resistitur, quatenus voluntas hominis respectu Grariæ efficacis merè passive se habet, & veluti inanime quoddam nihil omnino agit, nec cooperatur, nec liberè assentitur.

Hæc Propositio est hæretica, Calviniana, Lutherana, & à Concilio Tridentino damnata.

Alius sensus erroneus.

Interiori gratiæ sumptæ pro simplici quâdam illuminatione intellectûs & suasionevoluntatis in statu naturæ lapsæ nunquam resistitur.

Hæc Propositio est erronea, quia talis gratia non est vera gratia Christi, ut docet S. Augustinus in lib. de Gratia Christi.

Alius sensus erroneus.

Interiori gratiæ Christi cùm adhuc parva est, & dat tantùm voluntatem inchoatam, in statu naturæ lapsæ nunquam resistitur, quantum ad effectum interiorem ad quem disponit.

Hæc Propositio est falsa & erronea.

Secunda PROPOSITIO.

Ut à nobis intelligitur ac defenditur.

GRatiæ Christi ad singulos pietatis actus proximè necessariæ nunqam resistitur, hoc est, nunquam illa frustratur eo effectu ad quem à Deo proximè datur.

Sustinemus ac demonstrare parati sumus hanc propositionem ad fidem Ecclesiæ pertinere, & in S. Augustini doctrina indubitatam esse.

PROPOSITIO *secunda*.

Contraria, ut ab adversariis defenditur.

GRatiæ Christi ad singulos pietatis actus, seu operandi, seu saltem orandi, necessariæ in statu naturæ lapsæ aliquando resistitur, hoc est, illa aliquando frustratur eo effectu ad quem à Deo proximè datur.

Sustinemus ac demonstrare parati sumus hanc propositionem quæ est Molinæ & adversariorum, esse Pelagianam vel Semipelagianam, quia gratiæ Christi ad singulos actus necessariæ vim & efficaciam destruit. Atque ita declaratum est in Congregatione Romana de Auxiliis.

TERTIA

TERTIA PROPOSITIO.

Ad merendum & demerendum in ſtatu naturæ lapſæ, non requiritur in homine libertas à neceſſitate, ſed ſufficit libertas à coactione.

SENSUS HÆRETICUS.

Qui tertiæ Propoſitioni malignè affingi poſſet, quem tamen legitimè ſumpta non habet.

AD merendum & demerendum in ſtatu naturæ lapſæ non requiritur in homine libertas à neceſſitate naturali qualis etiam reperitur in motibus indeliberatis, ſed ſufficit mera libertas à coactione.

Hæc Propoſitio hæretica eſt, Calviniana, aut Lutherana.

Tertia Propoſitio ut à nobis intelligitur ac defenditur.

AD merendum & demerendum in ſtatu naturæ lapſæ non requiritur in homine libertas à neceſſitate infallibilitatis, ſed ſufficit libertas à coactione cum judicio rationis ſi conſideretur præcisè eſſentia libertatis & meriti, quamquam ex ratione ſtatûs ſemper reperiatur indifferentia potentiæ quâ voluntas etiam ſub gratia proximè neceſſaria, & ex ſe efficaci poteſt non velle, non tamen ut unquam ſimul cum eadem gratia non velit.

Suſtinemus ac demonſtrare parati ſumus hanc propoſitionem eſſe Catholicam & Auguſtinianam.

Propoſitio *tertiæ contraria; ut ab adverſariis defenditur.*

AD merendum & demerendum in ſtatu naturæ lapſæ requiritur in homine libertas à neceſſitate infallibilitatis, ſeu neceſſaria eſt indifferentia proxima agendi & non agendi quâ voluntas inſtructa omnibus ad agendum prærequiſitis pro ſuo nutu modo ſe flectit in unam partem modo in oppoſitam.

Suſtinemus ac demonſtrare parati ſumus hanc propoſitionem, quæ eſt Molinæ & adverſariorum, Pelagianam eſſe, quia gratiæ ex ſe efficacis ad ſingulos pietatis actus neceſſariæ, poſſibilitatem deſtruit, atque ita declaratum eſt in Congregatione Romana de Auxiliis.

QUARTA PROPOSITIO.

Semipelagiani admittebant prævenientis Gratiæ interioris neceſſitatem ad ſingulos actus etiam ad initium fidei; Et in hoc erant hæretici, quod vellent eam gratiam talem eſſe cui poſſet humana voluntas reſiſtere vel obtemperare.

SENSUS HÆRETICUS.

Qui quartæ Propoſitioni malignè affingi poſſet, quem tamen legitimè ſumpta non habet.

GRatia Chriſti præveniens talis eſt ut liberum arbitrium hominis ab ea motum & excitatum non poſſit diſſentire ſi velit. Aliter dicere, Semipelagianum eſt.

Hæc Propoſitio eſt hæretica, Calviniana, aut

Quarta Propoſitio ut à nobis intelligitur ac defenditur.

SEmipelagiani admittebant prævenientis gratiæ interioris neceſſitatem ad ſingulos actus imperfectos etiam ad initium fidei: & in hoc hæreticè ſentiebant quod vellent eam gratiam talem eſſe ut voluntas illi pro nutu ſuo obtemperaret vel eam reſpueret, ſeu ut ex ſe efficax non eſſet.

Suſtinemus ac demonſtrare parati ſumus hanc propoſitionem, quoad primam partem quæ ſpectat quæſtionem facti, eſſe veram:

Propoſitio *quartæ contraria ut ab adverſariis defenditur.*

SEmipelagiani non admittebant prævenientis gratiæ interioris neceſſitatem ad ſingulos actus imperfectos, nec ad initium fidei; nec in hoc errabant quod vellent eam gratiam talem eſſe ut ex ſe efficax non eſſet.

Suſtinemus ac demonſtrare parati ſumus hanc propoſitionem quæ eſt Molinæ & adverſariorum, Pelagianam aut Semipelagianam eſſe, quia gra-

Lutherana, & à Concilio Tridentino damnata.

quoad secundam verò ad fidem Ecclesiæ pertinere, & in S. Augustini doctrina indubitatam esse.

siæ efficacis ad singulos actus necessariæ Catholicam fidem, & simul omnem S. Augustini authoritatem destruit. Atque ita declaratum est in Congregatione Romana de Auxiliis.

QUINTA PROPOSITIO.

Semipelagianum est dicere, Christum pro omnibus omnino hominibus mortuum esse aut sanguinem fudisse.

SENSUS HÆRETICUS.

Qui quintæ Propositioni malignè affingi posset, quem tamen legitimè sumpta non habet.

CHristus mortuus est tantummodò pro prædestinatis, ita ut ii soli per meritum mortis Christi veram fidem ac justitiam accipiant.

Hæc Propositio est hæretica, Calviniana, aut Lutherana, & à Concilio Tridentino damnata.

Quinta Propositio, *ut à nobis intelligitur ac defenditur.*

SEmipelagianum est dicere, Christum pro omnibus omnino hominibus, seu nemine excepto mortuum esse, eo sensu ut omnibus nemine excepto per mortem ejus oblata sit gratia ad salutem necessaria, quam consequi in nutu arbitrii sit positum sine gratiæ ex se efficacis adjutorio.

Sustinemus ac demonstrare parati sumus hanc propositionem ad fidem Ecclesiæ pertinere, & in sancti Augustini doctrina indubitatam esse.

Propositio *quintæ contraria ut ab adversariis defenditur.*

NOn est Semipelagianum, sed Catholicum dicere Christum morte suâ omnibus omnino hominibus, seu nemine excepto communicasse gratiam proximè necessariam ad sperandum, aut saltem ad incipiendum & ad orandum.

Sustinemus ac demonstrare parati sumus hanc propositionem; quæ est Molinæ & adversariorum continere doctrinam Concilio Tridentino contrariam atque etiam esse Pelagianam, aut Semipelagianam, quia gratiæ Christi ex se efficacis ad singulos actus necessitatem destruit. Atque ita declaratum est in Congregatione Romana de Auxiliis.

Hæc sunt Beatissime Pater ad quorum omnium plenam explanationem, probationem, confirmationem à vestra Sanctitate & verbo & scripto audiri postulavimus, & ad quorum discussionem pergere parati sumus, quam brevissimè feret rei gravitas & amplitudo, & quàm diligentissimè patientur Sanctitatis Vestræ, curæ & occupationes. Interea jam videt ex supra expositis nullam de Calvinianis, Lutheranisve, Hæresibus inter nos, atque adversarios esse aut fuisse quæstionem. Si illas ipsi anathemathisant, ex animo eas pariter ipsi anathematizavimus, neque cum de his hodie quæstio non sit, eorum impugnationem contra nos suscipere possunt nisi ut nos calumnientur, atque sub illorum prætextu & involucris sensum Catholicum quem sustinemus condemnationis periculo exponent, suumque nostro contrarium, Pelagianum scilicet, aut Semipelagianum, & cum eo sexaginta & ampliùs nefandos errores ex illo ut ostendemus necessariò consequentes, pro fide Catholica obtrudant. Iterum atque iterum, Beatissime Pater, Sanctitati vestræ cum omnibus Galliæ Episcopis humillimè supplicamus, ut de re proposita & controversa claram firmamque proferat sententiam: profitemurque coram ipsa. Nos & universos sancti Augustini Discipulos ac Defensores (*qui ut olim aiebat S. Prosper ad Rufinum, c. 2. nunc etiam in ipsis his locis, in quibus adversus eum querimonia concitatur, propitio Deo ad perceptionem Evangelicæ, Apostolicæque Doctrinæ saluberrimis ejus disputationibus imbuuntur; & quotidie in membris Corporis Christi in quantum ea ipse multiplicat dilatantur.*) Pro indubitata tanti doctoris, atque adeo Ecclesiæ doctrina prædictas propositiones ut à nobis superiùs expositæ sunt perpetuò defensuros, quamdiu de illis expresè, ut supra expositæ sunt intellectis, prolatum non erit (quod à Sanctitate Vestra pos-

tulamus) solemne definitivumque judicium, quo nobis apertè constet eas in sensu quem asserimus Catholicum esse damnatas.

Quod quidem nunquam fore Deo adjuvante confidimus, ut vel ex eo conjicere licet, quod jam pridem omnium sermonibus percrebuerit, Vestram Sanctitatem ita sibi proposuisse de prædictis propositionibus agere ut ante omnia statuerit suo loco stare & illibatam servari debere S. Augustini authoritatem, cujus doctrinæ notissima pars, & quasi summa est gratia ex se efficax, cum qua prædictæ propositiones inviolabili insolubilique nexu conjunctæ sunt quemadmodum videre est in ipso limine scripti sequentis, in quo ejusdem gratiæ ex se efficacis ad singulos actus necessitas solidissimis apertissimisque demonstrationibus comprobatur.

Quæ omnia Sanctitatis Vestræ correctioni ac judicio subjicimus. Subscriptum Romæ die lunæ 19. Maii 1653.

Sic subscriptum, natalis *Delalane* Doctor Facultatis Parisiensis, Abbas B. M. de Valle Crescente.

Tussanus *Desmares*, Presbyter Congregationis Oratorii Domini Jesu.

Ludovicus *de Saint Amour*, in Sacra Facultate Parisiensi Doctor, ac Socius Sorbonicus.

Nicolaus *Manessier*, in Sacra Facultate Parisiensi Doctor, ac Socius Sorbonicus.

Ludovicus *Angran*, ejusdem Sacræ Facultatis Parisiensis, Licentiatus ac insignis Ecclesiæ Trecensis Canonicus.

Hoc monumentum extat in Bibliotheca Sorbonica, in libro cui titulus est: *Journal de St. Amour*, pag. 469. F.7. 115.

Anno Domini 1653.

Assertiones non tolerandæ in praxi, & authoritate Superiorum meritò prohibendæ.

I.

Poenitenti habenti consuetudinem peccandi contra legem Dei, naturæ, aut Ecclesiæ, etsi emendationis futuræ spes nulla appareat, nec est neganda, nec differenda absolutio, dummodo ore proferat se dolere, & proponere emendationem

II.

Potest aliquando absolvi qui in proxima occasione peccandi versatur, quam potest & non vult omittere; quinimò directè, & ex proposito quærit, aut ei se ingerit.

III.

Copula cum conjugata consentiente marito, non est adulterium. Et mollities, sodomia, bestialitas sunt peccata ejusdem speciei infimæ; adeoque sufficit in primo casu dicere in confessione se esse fornicatum, & in secundo se procurasse pollutionem.

IV.

Licet sacramentaliter absolvere dimidiate tantùm confessos ratione magni concursûs pœnitentium, qualis verbi gratiâ potest contingere in die magnæ alicujus festivitatis, aut Indulgentiæ.

V.

Licitum est tam in judicio, quàm extra judicium jurare cum restrictione mentali, non habito respectu ad intentionem ejus qui petit juramentum.

VI.

Licet aliquando interficere adversarium, aut illum infamare (etiam imponendo illi falsa crimina) sine peccato mortali.

VII.

Licet Clerico vel Religioso calumniatorem, gravia crimina de se vel de suâ religione spargere minantem occidere; quando alius defendendi modus non suppetit, uti suppetere non videtur, si calumniator sit paratus eâ vel ipsi religioso, vel ejus Religioni publicè ac coram gravissimis viris impingere, nisi occidatur.

VIII.

Præceptum servandi festa non obligat sub mortali, seposito scandalo, si absit contemptus.

IX.

Quidam putant probabiliter nondum a-

nimato fœtu licere aborrum ad vitandum scandalum aut mortem, procurare. Ex quo apparet non condemnandam facilè puellam abortum facientem, cùm nondum est animatus fœtus, ne deprehensa gravida occidatur, aut infametur.

X.

A parato maleficium, maleficio solvere licet idipsum petere.

XI.

Qui apud mendicantes communicant intra dies Paschales, satisfaciunt præcepto Ecclesiæ de Communione annua, nec tenentur illi in sua Parochia communicare.

XII.

Peccata in Confessione omissa ob instans periculum vitæ, aut aliam causam, non tenemur posteà in Confessione exprimere.

XIII.

Non solùm licitum est defendere (defensione occisivâ) quæ actu possidemus, sed etiam ad quæ jus inchoatum habemus, & quæ nos possessuros speramus. Quare licitum est tam hæredi, quàm legatario contra injustè impedientem ne vel hæreditas adeatur, vel Legata solvantur, se taliter defendere; sicut & jus habenti in Cathedram, vel Præbendam, contra eorum possessionem injustè impedientem.

XIV.

Vocare Deum in testem mendacii levis, non est tanta irreverentia, propter quam velit, aut possit damnare hominem.

XV.

Ad defendendum honorem suum, acceptare duellum, & occidere provocantem non est mortale peccatum.

XVI.

Non tenetur quis sub pœna mortalis peccati restituere quod ablatum est per parva furta, quantacumque sit summa talis.

XVII.

Absolutionis capax est homo, quantumvis laboret ignorantiâ mysteriorum fidei, & etiamsi per negligentiam quoque culpabilem nesciat mysterium Sanctissimæ Trinitatis, & Incarnationis D. N. Jesu Christi.

MONITIONES.

Monendi sunt Confessarii, quòd non habeant potestatem remittendi obligationem solvendi, aut differendi solutionem debitorum; dandi veniam, vel restituendi famam, vel satisfaciendi pro injuriis illatis: ac proinde non impendant absolutionem, nisi pœnitentes parati sint satisfacere, sive pro debitis, sive pro injuriis illatis; extra casus in quibus leges permittunt illud; quarum Confessarii tantùm sunt interpretes.

Monendi quoque quòd juxta Concilium Tridentinum nihil possunt circa casus reservatos, ac proinde ne se immisceant, ab iis absolvendo, nisi in summa necessitate.

Supra scriptas assertiones numero septemdecim Sacra Facultas Theologica in studio generali oppidi Lovaniensis congregata in Curia Academica 30. Martii, & 26. Aprilis 1653. judicavit & resolvit in praxi non tolerandas & Superiorum authoritate meritò prohibendas. Adjungendas quoque censuit duas suprascriptas monitiones, confessariis inculcandas.

Infra erat scriptum:

Ita meo & eximiorum Dominorum & Magistrorum nostrorum legentium & regentium nomine fateor, & attestor.

Signatum.

Theodorus LYLVOLTIUS; Sacræ Theologiæ Doctor, & Professor Ordinarius, & sacræ Facultatis supradictæ pro tempore DECANUS.

Anno Domini 1654.

Epistola Illustrissimi ac Reverendissimi D. D. Jacobi BOONEN, *Archiepiscopi Mechliniensis: Ad Eminentissimos Cardinales Inquisitionis Romanæ præfectos, à Jesuitis adversus eumdem interpellatos.*

Eminentissimi ac Reverendissimi Patres ac Domini,

Sacræ vestræ Congregationis Litteras die 18. Aprilis signatas, sequentis Maii die 21. recepi, quibus indicat se precibus Rectoris Collegii Lovaniensis Societatis

tatis JESU hujus Diœceseos inclinatam, censuisse injungendum mihi ut Presbyteris Societatis JESU ejusdem Collegii, alioqui examinatis & approbatis, licentias audiendi confessiones personarum secularium concedere non, prætermittam; nisi forsan aliquid in hoc subsit, quod animam meam contristet; justasque causas intra trimestre coram ipsa sacra Congregatione allegandas, hujusmodi licentias denegandi habeam: Futurum alioquin ut alteri Episcopo Facultas demandetur eosdem examinandi atque approbandi, si intra præmissum spatium congruas denegationis meæ rationes proferre neglexero.

Hoc est, Eminentissimi Patres, quod vergente extremâ senectâ meâ ad dandum supremo Judici totius villicationis meæ rationem, supra quàm dici potest animum meum contristat; quòd non tantùm mundum in maligno esse positum, sed quotidie videam in pejus & pejus refrigescente charitate declinare. Hujus miserandæ declinationis causa (ut partim experientiâ propriâ observavi; partim ex judicio & relatu virorum, qui mihi ab integritate morum, zelo animarum, doctrinâ, & rerum usu probati sunt, sæpiùs cognovi) prima & potissima est hodierna multorum Confessariorum indulgentia, quâ nimis laxant habenas peccatoribus, fidentes quibusdam noviter inventis opinionibus quorumdam Theologorum, quorum studium non tendit ad sectandum Evangelicam veritatem, & traditam nobis à Sanctis Patribus vitæ normam; sed *ad excusandas excusationes in peccatis*, & eorum turpitudinem pallio probabilitatis obvelandum. De quibus Propheta Ezechiel: *Væ qui consuunt pulvillos sub omni cubito manus, & faciunt cervicalia sub capite universæ ætatis ad capiendas animas.* In ejusmodi perniciosis excessibus eò usque processum est, ut si quis omnia insolentia paradoxa ex quorundam libris & praxi excerpere velit, quibus hodie Ecclesiæ præcepta de observandis Jejuniis, festis, lectione Horarum Canonicarum eluduntur: simoniæ, privatæ vindictæ, mendacia, perjuria palliantur: obligatio vitandi occasiones peccatorum exrenuatur: Sacramentorum valor & effectus evidenti periculo nullitatis exponuntur; non epistola una, sed liber integer conscribendus foret. Cùm autem laxæ regulæ, quæ depravatis hominum affectibus allubescunt, facilè eorum judicio probentur, visi sibi sunt hoc successu earum autores utilem Ecclesiæ operam præstitisse; & ausi petulanter gloriari se probabilitatum rotis quotidie Cæli viam ampliare; hoc est, se terminos arctæ viæ quæ ducit ad vitam, semel à prima & inflexibili veritate fixos, denuò propriis suis adinventionibus refigere.

Dum adversus adulterinam hanc Theologiam solidioris doctrinæ Christianæque disciplinæ cultorum querelas audivi; & non cessant hæretici nobis vicini improperare Ecclesiæ nostræ Catholicæ, talia à quibusdam ejus Doctoribus circa mores tradi, qualia nec inter gentes audiuntur: laxiores & periculosiores articulos, quorum copia hisce jungitur, partim ex libris publicè editis, partim ex observatione praxis quorundam mihi fideliter relatâ colligi curavi; & superque eruditorum meæ Diœceseos, tum secularium, tum regularium judicium & censuram exquisivi. Quibus visis & expensis conatus sum mollioribus remediis huic malo occurrere, per me & examinatores meos monendo admittendos ad excipiendum Confessiones, ut sibi à laxiori doctrinâ caverent, subinde quoque erudito aliquo scripto curavi unum vel plures ex hujusmodi articulis refutari. Sed cùm observaverim hanc cautelam nequaquam sufficere, & acrioribus remediis opus esse; proposui non admittere, vel seculares vel regulares ad munus Confessarii, nisi promitterent etiam juramento, quòd à dictorum articulorum praxi sibi caverent. Contigit sub hoc tempus, hoc est anno 1652. die 28. Aprilis, sese præsentare examini plures Religiosos Societatis JESU. Judicavi me opportunè tunc posse exequi, quod animo conceperam; & siquidem inchoando à dictis Religiosis Societatis: tum quia existimabam quod dum illi ad dictam promissionem præstandam & observandam essent voluntarii, aliorum quoque ordinum religiosi non essent refractarii: tum quia Patres Societatis laxioribus doctrinis inveniendis & practicandis præ ceteris esse addictos certis experimentis didici: è quorum multis unum observatum est in examine: anno & die supradictis coram examinatoribus à me deputatis instituto. In illo enim, dicti Religiosi Societatis ex proposito circa articulos periculosos examinati, multos ex illis mordicus sustinuerunt, nominatim illum (quem etiam aliunde mihi constat à Religiosis ejusdem Societatis aliquoties fuisse practicatum) quod liceat sacramentaliter absolvere dimidiatè tantùm con-

fessos, ratione magni concursus pœnitentium, qualis verbi gratiâ potest contingere in die magnæ festivitatis aut Indulgentiæ. Quo semel admisso passim confessiones non integræ erunt, cùm dicti Patres ad sua Templa trahant magnam populi frequentiam, & insuper graves peccatores metu explicandi graviora sua crimina avidè arrepturi sint opportunitatem obtinendi absolutionem præmissâ tantùm explicatione unius alteriusve levioris delicti. Hinc septem ex dictis Religiosis Societatis, qui cæteroquin specimen sufficientis doctrinæ dederant, distuli admittere ad Confessiones sæcularium audiendas, donec cùm juramento promitterent, quòd non conformarent se præfatis articulis in dirigendis conscientiis. Quia verò prævidebam fore quòd juramentum non præstarent sine Superiorum suorum assensu, hinc dictam copiam articulorum illis tradidi, ut superioribus suis exhiberent; promiseruntque se illis exhibituros. Sed nullum hactenùs responsum vel illi, vel superiores eorum mihi dederunt, nisi quòd ab uno è Societate, quem judicabam esse Professorem in eorum Collegio Lovaniensi, mihi dictum sit, aliquos quidem ex dictis articulis editos esse à Jesuitis in Francia, sed Belgas ad ea non attendere. Ad quod replicabam, quòd cùm non solerent permitti impressiones librorum Societatis, nisi postquam à tribus Theologis per Provincialem Deputatis approbati essent, nemini dubium esse posset, quin omnes de Societate haberent pro probabili id quod tot Theologis cum autore libri visum fuisset imprimi posse. Quibus omnibus consideratis huc usque non potui comprehendere, cur per exactionem dictæ promissionis dicti Patres sibi per me aliquod gravamen inferri existimarent. Quòd si prætensa sua gravamina allegassent, ea maturè expendissem; & si justas aliquas querelas proposuissent, nequaquam inhærere proposito meo voluissem: non enim mihi mens fuit quidquam iniquo animo adversus illos statuere; sed ruinam salutis ovium mihi commissarum ab invalescente hodie laxitate quorundam Confessariorum, quam præsertim à Societate verebar, avertere. Quia verò suspicari non potui alio ipsos prætextu ad subterfugiendum uti, quàm quia fortè inter censuratos articulos aliqui sunt, quos forsan existimant benignâ interpretatione se posse in meliorem partem trahere, vel plausibilibus argumentis ita stabilire, ut non videantur tam acrem Censuram mereri: ne multas intricatas disputationes sine spe utilitatis cogerer ingredi: eosdem articulos transmisi Facultati Theologicæ Academiæ Lovaniensis maturiùs expendendos, ut tantummodò excerptis inde assertionibus, quæ planè evidentis sunt absurditatis, dignâ eos Censurâ perstringeret: & si quas alias paris absurditatis, vel ex libris, vel ex praxi Confessariorum comperisset, illis excerptis adjiceret, prout factum est partim 30. Martii, partim 26. Aprilis 1653. dum assertiones numero 17. judicavit in praxi non tolerandas, & authoritate Superiorum meritò prohibendas, ut ex adjuncta copia videri potest.

Ut igitur, *Eminentissimi Domini*, mandato vestro in omnibus paream quantùm possum; & interim in eliminandis perniciosis doctrinis id quod Episcopalis est muneris non prætermittam; paratus ero Religiosos Societatis, quando nihil obstabit aliunde, ad excipiendum confessiones admittere; dummodò cum juramento debitè autorisati promittant; quòd saltem 17. istis assertionibus, quas similiter aliis tam secularibus quàm regularibus proponam, nunquam, in praxi se conformabunt: quod confido Eminentias vestras æquissimum judicaturas.

Duo insuper sunt, de quibus Eminentias vestras hâc occasione certiores reddere volui: nimirum quòd à Regularibus non observetur Decretum sacræ Congregationis negotiis & consultationibus Episcoporum & Regularium præfectæ, de die 15. Junii anni 1647. quo declaratur Regularibus non competere licentiam absolvendi, à casibus Ordinario loci reservatis, aut in posterùm reservandis; proinde non posse illâ facultate uti sine licentia ab Ordinario obtenta; tametsi dictum decretum curaverim tertiâ mensis Octobris anni 1647. omnium Ordinum Regularium superioribus insinuari. Nam unus tantùm regularis ex Ordine sancti Augustini facultatem illam à me petiit; cui etiam tanquam viro cordato & timorato eamdem concessi. Cæteri prætenduntnescio quæ privilegia, aut privilegiorum communicationes: insuper decreti nullitatem, quia ipsis inauditis emanarit. Alii dicunt illud tantùm esse declaratorium, proindeque non valere adversus sua privilegia, quæ non cessant fine decreto, ut aiunt abrogatorio. Quin etiam aliqui sunt tam temerarii, ut audeant dicere, nequidem sanctissimum Dominum ipsorum privilegia revocare, aut limitare posse, cùm sint eis concessa ob sua merita.

Alterum est, quòd Regulares plurimi in mea Diœcesi Confessiones excipiunt, etsi nec à me, nec à prædecessoribus meis approbati sint; prætendentes satis esse quòd approbati sint ab alterius Diœcesis Episcopo. Ideoque nuper mandavi ut ex copia Mandati adjuncta patet, omnibus Regularibus, ut nomina & tempus approbationis à me, aut prædecessoribus meis datæ, exhiberent: quod à Plerisque factum est, & deprehensum quoque multos se intrusisse in munus Confessarii in mea Diœcesi sine dicta approbatione. Sed, quod non satis mirari p , ubi mandatum illud venit ad notitiam Abbatis sancti Angeli in Belgio Suæ Sanctitatis Internuntii, voluit, & mihi insinuari curavit, ut dictum mandatum revocarem: cùm tamen prætérquam quod antiquitus ita observatum sit, & in Synodo Provinciali Mechliniensi à summo Pontifice Paulo V. confirmatâ, pro regulâ constitum sit, tit. 5. c. 1. de Sacramento pœnitentiæ verbis comprehensis articulo hîc juncto, etiam sanctissimus D. N. nuper suo brevi, expedito anno Domini 1648. 14. Maii in causâ Episcopi Angelopolitani, idipsum voluerit observari; decernens Regulares, etiam Societatis Jesu in una Diœcesi ab Episcopo approbatos ad Confessiones personarum secularium audiendas, nequaquam posse in alia Diœcesi hujusmodi confessiones audire, sine approbatione Episcopi Diœcesani, prout Eminentiis vestris scio esse notorium.

Hæc sunt, Eminentissimi ac Reverendissimi Patres ac Domini, quæ pro disciplinæ Ecclesiasticæ bono, sacræ Congregationi vestræ significare volui, confidens pio ejus zelo & vigilantiæ, quòd non gravabitur mihi adhuc alios efficaciores modos & media præscribere, quibus ejusmodi non negligendis abusibus obviare possim; & cum omni submissione venerando purpuras vestras maneo.

Eminentissimis Dominationibus vestris Bruxellis 17. Julii 1654.

Humillimus famulus,
Jacobus Archiepiscopus Mechliniensis.

Hæc duo monumenta extant in Bibliotheca Sorbonica v. VIII. 14.



Anno Domini 1653.

Edictum Regis Franciæ prò suscipienda Bulla Innocentii X.

LOüis, par la Grace de Dieu, Roi de France & de Navarre; à nos ames & feaux Conseillers en nos Conseils les Sieurs Archevêques & Evêques de nos Royaumes, Païs & Terres, &c. & de notre obéïssance, Salut. Notre S. Pere le Pape ayant par sa Bulle, de laquelle copie est cy-attachée sous le contre-scel de notre Chancellerie decidé cinq propositions diversement enseignées, & après avoir invoqué le Saint Esprit, & pris les avis de plusieurs Cardinaux, Prelats, & autres Grands & Sçavans Personnages decerné ce qui en doit être crû: A quoi il s'étoit d'autant plus volontiers disposé, qu'il avoit souventefois été requis de notre part de le faire, afin de prévenir les divers maux qui en pouvoient naître, si le remede eût eté plus long-tems differé, & le sieur *Bagny*, Archevêque d'Athenes, Nonce de Sa Sainteté près de notre personne, nous ayant reqnis de sa part, en nous presentant son Bref, en date du 31. May d'employer notre authorité pour la publication & l'exécution de la susdite Bulle dans l'étenduë des Etats que la Divine Bonté nous a soumis. Nous qui à l'imitation des Rois nos Prédecesseurs, nous glorifions bien davantage du titre de Roi très-Chrétien & Fils aîné de notre Mere sainte Eglise, que de ceux qui sont communs aux autres Princes & Monarques, ayant vû qu'en ladite Bulle il n'y a rien de contraire aux libertés de l'Eglise Gallicane & droits de notre Couronne, & désirans en cette rencontre donner une marque assurée de notre pieté envers Dieu & de notre reconnoissance de tant de graces desquelles nous lui sommes redevables & de notre devotion envers Notre Saint Pere le Pape, nous voulons & entendons que ladite Bulle soit reçuë par tout notre Royaume, & pour cet effet vous exhortons & admonestons que vous ayés à la faire publier & exécuter suivant sa forme & teneur en toute l'étenduë des Archevêchés & Evêchés de notre Royaume, Païs, Terres de notre obéïssance.

Mandons en outre, ordonnons & très-

expressément enjoignons à tous nos Officiers & Sujets qu'il appartiendra, & qui feront par Vous ou vos Promoteurs requis, de tenir la main à l'execution des Presentes, de vous aider & assister, sans attendre autre commandement de notre part que celui contenu en cesdites Presentes. Car tel est notre plaisir. Donné à Paris le quatriéme jour de Juillet l'an de Grace 1653. & de notre Regne le 11. *Signé*, LOUIS : *Et plus bas*, par le Roi, DELOMENIE.

Hoc monumentum extat in libro cui titulus est, *Recueil historique* in Bib. Surb. arm. 11. p. n. 12.

Anno Domini 1653.

Censura Sacræ Facultatis Theologiæ Remensis, specialiter congregatæ ex requisitione Dominorum Officialium Remensium Sede Archiepiscopali vacante, super duabus Positionibus Thesis Philosophicæ in scholis Dionysianis Remensibus propugnatæ, die decimâ tertiâ Augusti, anni 1653.

Cum Sententia Doctorum Sacræ Facultatis Theologiæ Parisiensis, super dicta Censura.

Requisition faite par Messieurs les Officiaux de la Cour Spirituelle de Reims, le Siege Archiepiscopal vacant, A la Faculté de Theologie, de s'assembler, pour examiner la Thése de Philosophie proposée & soutenuë, en l'Abbaye de Saint Denys dudit Reims le treiziéme Août 1653. & leur envoyer son avis.

LEs Officiaux de la Cour Spirituelle & Metropolitaine de Reims, le Siege Archiepiscopal vacant, à tous qu'il appartiendra, Salut. Le Promoteur nous a remontré, que le 13. Août dernier, F. François *Fouet*, Prêtre, Chanoine Regulier de l'Ordre de S. Augustin, en l'Abbaye de saint Denys de Reims, Professeur en Philosophie en ladite Abbaye, ayant proposé en public une Thése de Philosophie, & icelle fait soutenir en la grand'Salle de ladite Abbaye, par F. Thomas *le Berger* aussi Chanoine Regulier de ladite Abbaye; plusieurs personnes de probité & de doctrine ont estimé qu'il y avoit en ladite These quelques Positions suspectes en la Foi, & sujettes à censure, ce qu'etant parvenu à notre connoissance, nous aurions, afin d'en connoître la verite & prévenir le scandale, donné (lui ce requerant) notre Decret, du 16. dudit mois, par lequel nous aurions requis les Docteurs de la Faculté de Theologie de l'Université dudit Reims, de se vouloir assembler pour examiner ladite These en toutes ses parties, & nous en donner leur avis, après l'avoir meurement & exactement considerée, ensuite duquel Decret, les Docteurs de ladite Faculté, se seroient assemblés le 28. dudit mois, mais au lieu d'examiner avec loisir & meure deliberation, toutes les Positions contenuës en ladite These, dix d'entre eux, du nombre de vingt-cinq, qui s'y rencontrerent ayans été d'avis, contre le sentiment des autres qui se seroient retirés de l'assemblée, d'en déliberer sur le champ, nous auroient le même jour envoyé leur avis, sur l'une des Positions de ladite These, & par icelui nous auroient fait entendre, que ladite Position n'étoit en aucune façon erronée, scandaleuse, ou suspecte en la Foi, ni contraire aux Bulles des souverains Pontifes, & notamment à celle d'Innocent X. & qu'en outre ils la trouvoient conforme à la doctrine des anciens Peres & Théologiens de saint Augustin, saint Bernard, saint Thomas & autres. Mais comme cet avis ne s'est trouvé avoir été donné que par le moindre nombre des Docteurs de lad. assemblée, les autres s'en étant departis avant la résolution, sur la pensée qu'ils avoient; que l'affaire, pour son importance, seroit remise à une autre assemblée, pour y être resoluë, après qu'elle auroit été meurement pesée & considerée, nous aurions trouvé bon, d'entendre d'office les autres Docteurs de ladite Faculté, qui n'avoient déliberé en lad. assemblée, & ensuite de leurs dépositions, ordonné qu'il prendroit communication de leurs auditions, lesquelles ayant vû, il a remarqué, qu'en ladite assemblée sont intervenuës plusieurs contestations particulieres, qui en ont interrompu les deliberations, & particulierement celle qui a été formée par le P. François *le Febvre* Docteur de ladite Faculté, & Prieur de ladite Abbaye de saint

Denys, qui auroit empêché que le Syndic, & quelques autres Docteurs de lad. Faculté fussent ouis en leurs suffrages, pour lui être suspects; comme si ès matieres de la Foi, & de doctrine, aucuns Docteurs pouvoient être tenus suspects; joint que lui même qui avoit fait proposer, & soûtenir la These dans le Convent, duquel il est Superieur, se devoit abstenir d'être en ladite assemblée, & s'en retirer, pour donner liberté aux Docteurs de dunner leurs sentimens, sur la verité des Positions y contenuës; au lieu de quoi il seroit demeuré present aux deliberations, bien que plusieurs Docteurs de l'Assemblée l'eussent prié & interpellé de se retirer; & bien que plusieurs eussent été d'avis de choisir & nommer quelque nombre des plus anciens & experimentés de ladite Faculté, pour examiner à loisir lesdites Positions, & en rapporter en la premiere Assemblée pour en resoudre: Neanmoins ledit Pere *le Febvre* auroit tellement insisté, pour l'interêt qu'il avoit à la confirmation de ce qui étoit contenu en ladite These proposée de son avis & autorité, qu'il auroit attiré à son sentiment, dix seulement desdits Docteurs, qui auroient donné leur avis sur le champ, sans attendre la nomination d'un autre Syndic, en la place de celui qui étoit sorti, & nonobstant que le plus grand nombre des Docteurs pour lors assemblés, se fussent retirés, & aucun d'entre eux protesté de nullité, ainsi qu'il résulte de ladite information par nous faite; pourquoi n'estimant pas qu'il y aye lieu de s'arrêter à ladite résolution, ainsi precipitée & faite contre les formes legitimes; il nous auroit requis vouloir ordonner que ladite These sera renvoyée à ladite Faculté, pour être examinée plus exactement: Sur quoi faisant droit, & vû ladite Déliberation du 28. Août dernier, & le Procès verbal de l'audition d'aucun des Docteurs de ladite Faculté, nous avons ordonné que ladite These sera portée de nouveau au sieur Doyen de ladite Faculté, & qu'il sera supplié d'assembler les Docteurs pour examiner exactement avec loisir, & mûre deliberation les Positions de ladite These, qui sont soupçonnées, & nous en envoyer leur avis & resolution, sans qu'aucun des Docteurs de ladite Faculté soit exclu de suffrage. Donné sous le scel de nôtredite Cour le 13. Septembre 1653. Signé, *Thuret*, & *Richard*.

Er le 14. desdits mois & an, nous ayant eté rapporté par Maître *Thiery Richard*, Greffier de notre Cour, que suivant norre decret donné le jour d'hyer; il a presenté ladite These & notredit Decret à Maître Pierre *Mogis*, Doyen de ladite Faculte, & l'a prié & requis d'assembler derechef lesdits Docteurs, & qu'il ne s'en est voulu charger, avons ordonné, attendu ledit refus, que ladite These & notredit Decret seront portes & mis entre les mains de Maître Jean *Lallemand*, Chanoine & Penitencier de l'Eglise de Reims, Syndic de lad. Faculté, & le plus ancien des Docteurs; & qu'il sera prie & requis d'assembler ladite Faculte, pour deliberer mûrement sur les Positions contenuës en lad. These, au desir de notre Decret precedent, Signé, *Thuret* & *Richard*.

Et le deuxiéme Octobre audit an, auroient été mis en norre Greffe, par Maître Nicolas *Colin*, Docteur en Theologie, Greffier commis de ladite Faculte, deux Decrets de ladite Faculté donnes au desir de notredite réquisition, desquels Decrets la teneur ensuit.

ANno Domini millesimo sexcentesimo quinquagesimo tertio, mensis vero Septembris die decimâ quintâ, in Congregatione Sacræ Facultatis Theologiæ Remensis apud S. Patricium habita, S. M. Joanne *Lallemant*, ejusdem Facultatis Syndico Præside, ut antiquiori Doctore, propter absenriam Decani; exhibirum est ab eodem Præside quoddam Decretum spiritualis Curiæ Remensis, datum diebus decimâ tertiâ & decimâ quartâ hujus mensis, quo rogabatur prædicta Facultas, ut sedulò examinare vellet Theses Philosophicas in scbolis Dionysianis nuper propugnatas propter causas in eodem decreto expressas, unde petiit idem Præses duos ex Dominis Doctoribus designari, quorum alter Syndici, suo loco, alter verò, scribæ absentis munere fungeretur: Nominati sunt igitur S. Magistri Henricus *Melot*, in Syndicum, & Nicolaus *Colin* in scribam: quibus peractis rogavit omnes & singulos Magistros sententias, qui censuerunt requisitioni & votis dictæ Curiæ respondendum esse, proindeque deputarunt S. Magistros Carolum *Roland*, Michaëlem *Loreau*, Guillelmum *Marlot*, & Gerardum *Audry*, qui unà cum Prodecano, & Prosyndico præfatis, dictas Theses accuratè per singulas partes examinarent, ut, si quid in illis animadversione, aut censurâ dignum judicarent, proximis

comitiis Facultati renuntiarent; quatenus juxta rei exigentiam, quid statuendum foret, ex omnium calculis decerneretur: & ita conclusum est.

ANno Domini millesimo sexcentesimo quinquagesimo tertio, in comitiis Sacræ Facultatis Theologiæ Remensis, quarto Kalendas Octobris, in sacello Sancti Michaëlis post celebratum Missæ Sacrificium, S. M. Joannes *Lallemant* dictæ Facultatis Syndicus ut Doctorum antiquior, absente Decano, Præses, novum Spiritualis Curiæ Remensis Decretum datum die vigesimâ quartâ Septembris perlegi curavit, quo rogabatur eadem Facultas, ut sine ulla dilatione de Thesibus Dionysianis sententiam ferret; nominatis igitur S. Magistris Henrico *Melot*, qui Syndici, & Nicolao *Colin*, qui scribæ absentis vices gererent, S. M. Carolus *Roland* obtulit rescriptum, in quo continebatur id, quod à Doctoribus deputatis in illis Thesibus Censurâ dignum repertum est, præsertim circa duas Positiones nonæ appendicis primæ columnæ, quarum prima est.

Quamvis fateamur ad liberè operandum, non sufficere libertatem à coactione, sed præterea requiri libertatem à necessitate purè naturali & cæca; altera. *Nihilominus tamen fidenter asserimus cum Divis Augustino & Thoma & omnibus Catholicè sentientibus necessitatem voluntariam non officere libertati.* Quo rescripto per S. M. Gerardum *Audry*, unum ex prædictis deputatis, perlecto, rogati suffragia Magistrorum singuli post maturam deliberationem censuerunt unanimi consensu, præfatum rescriptum approbatione dignissimum, dictasque positiones omnino improbandas, & notâ censuræ infra positæ, inurendas, & sic conclusum est.

Tenor Censuræ.

Sacra Theologiæ Facultas Remensis in Thesibus Dionysianis sibi à Spirituali Curia Remensi, ad examinandum Missis, sequentes positiones, ex nona appendice primæ columnæ excerptas improbavit, & de illis ita censuit.

Prima Positio.

Quamvis fateamur, ad liberè operandum, non sufficere libertatem à coactione, sed præterea requiri libertatem à necessitate purè naturali & cæca.

Hæc positio, quatenus, ad liberè operandum, præter libertatem à coactione, non aliam requirit libertatem à necessitate, quam libertatem à necessitate purè naturali & cæca, est temeraria, scandalosa, & in fide suspecta; utpote restringens Decreta summorum Pontificum Pii Quinti, & Gregorii Decimi-tertii, hanc trigesimam nonam propositionem, in eorumdem Bullis relatam, condemnantium. *Quod voluntariè fit, & si in necessitate fiat, liberè tamen fit.* Et Innocentii Decimi, in Bulla nupera, super quinque Propositionibus condemnatis, Anathemate percutientis tertiam hanc propositionem. *Ad merendum & demerendum, in statu naturæ lapsæ, non requiritur libertas à necessitate, sed sufficit libertas à coactione.* His enim Decretis summi Pontifices, ad liberè operandum, excludunt à voluntate omnem necessitatem libertati contrariam; prædicta autem positio, solam excludit necessitatem purè naturalem, & cæcam: quod non sufficit.

Altera Positio.

Nihilominus tamen fidenter asserimus cum Divis Augustino, & Thoma, & omnibus Catholicè sentientibus, necessitatem voluntariam non officere libertati.

Hæc positio, prout jacet, captiosa est, & piarum aurium offensiva, propter duos eosque oppositos sensus, quos admittere potest? quippe quæ, uno modo sumpta, nempe de necessitate voluntatis consequente, Catholicum; altero modo accepta, scilicet de necessitate voluntatis antecedente, hæreticum sensum reddit: quæ æquivocatio, in omni doctrina summopere fugienda est, maximè verò, ubi agitur de libertate actionis humanæ, quam summi Pontifices, & novissimè Innocentius Decimus, ab omni necessitatis vinculo semper vindicarunt.

De mandato S. M. Prodecani & S. Doctorum. *Signatum*, COLIN, Scriba commissus.

Decretum Officialium Remensis Curiæ Spiritualis, quo rogantur Domini Doctores Sacræ Facultatis Theologiæ Parisiensis, sententiam dicere, super positionibus, & Censurâ supra scriptis.

ROgantur per Officiales Remenses Sapientissimi Domini Doctores Sacræ Facultatis Theologiæ Parisiensis, super positionibus, & Censurâ supra scrip-

tis dicere sententiam. Datum Remis die primâ Octobris, anno Domini millesimo sexcentesimo quinquagesimo tertio, sub sigillo Curiæ Spiritualis Remensis. Signatum THURET, Officialis. RICHARD, Scriba, & sigillatum sigillo ejusdem Curiæ.

Sententia Doctorum Sacræ Facultatis Theologiæ Parisiensis.

NOs infra scripti, in Parisiensi Theologiæ Facultate Doctores, lectis & attente consideratis, tam Positionibus prædictis, quàm illarum Censurâ, sentimus, ejusmodi Positiones meritò à Remensi Theologiæ Facultate esse damnatas, atque veris, & convenientibus Censuræ notis affectas, in cujus Sententiæ nostræ fidem subscripsimus hâc die 17. Decembris anno Domini millesimo sexcentesimo quinquagesimo tertio. Signatum, E. *Du Fresne de Mincé*, Sorbonicus.

Chapelas, Navarricus, sancti Jacobi à Laniena Pastor.

I. *Charton*, Sorbonicus, Pœnitentiarius Parisiensis.

Morel, Sorbonicus.

R. *Corner*, summus Navarræ Moderator.

I. *Cocqueret.*, Navarricus, Collegii Grassinæi Gymnasiarcha.

E. *Amyot*, Sorbonicus, sancti Mederici Pastor.

Le Moyne, Sorbonicus, Professor Regius.

M. *Grandin*, Sorbonicus, Professor Regius, & Sacræ Facultatis Syndicus.

Beaucellier, Choletteus, Propœnitentiarius Parisiensis.

Guischard, Navarricus, Professor Regius.

Le Blond, Navarricus.

Franciscus *Joisel*, Navarricus, Canonicus Dolensis.

F. Andræas *Houbereau*, FF. Minorum Guardianus.

F. C. *Magnien*, Minor.

Chamillard, Sorbonicus.

Et ego subsignatus Sacræ Theologiæ Doctor, & Professor Regius, Sententiæ Doctorum Remensium subscribo, insuperque, cum summo Pontifice Innocentio Decimo, prædictam Positionem intellectam de libertate electiva, seu quæ ad meritum, & demeritum requiritur (quæ sola propriè dicta libertas Censeri & nominari solet) hæreticam expresse declaro, & SS. Augustino, & Thomæ injuriosam. Ita censeo.

Signatum *Hallier*, Sorbonicus, Professor Regius.

Hæc monumenta extant in Bibliotheca Sorbonic. vv. 8. 4.

Anno Domini 1653.

Litteræ Episcoporum Gallicanæ Ecclesiæ Innocentio Papæ X. Gratulantium de ipsius Constitutione adversus quinque Propositiones Jansenii.

BEATISSIME PATER.

OPtata pervenit ad nos tandem Constitutio illa, quâ vestræ Sanctitatis auctoritate quid sentiendum sit de controversis quinque Propositionibus quæ sunt excerptæ è Cor. Jansenii Ypr. Episcopi libris perspicuè decernitur. Excitatæ in Belgio contentiones flagrabant etiam in Galliis & latissimum incendium per universas Ecclesiæ partes minabantur, ni pesti grassanti & certissimam perniciem allaturæ obstitisset Beatitudinis Vestræ indefessum studium, & ex altò petita potestas, quæ sola acerrimam illam animorum Collisionem compescere poterat. Agebatur de re magni momenti, de aditu scilicet ad salutem, per necessaria Christianæ gratiæ præsidia, & humanæ voluntatis adjumentis illis excitatæ ac fotæ conatus liberos; atque de Divinâ Christi pietate ac beneficentia in universum genus humanum. Hujus doctrinæ lucem recentioris illius auctoris disputationibus obscuratam, pristino nitori restituit juxta veterem fidei regulam ex scripturis & antiquâ Patrum traditione, in Conciliis olim & nuper, auctoribus summis Pontificibus constitutam, prolatum à Sanctitate Vestra postulantibus Compluribus Galliarum Episcopis Decretum. Quo in negotio illud observatione dignum accidit ut quemadmodum ad Episcoporum Africæ relationem, Innocentius I. Pelagianam hæresim damnavit olim, sic ad Gallicanorum

Episcoporum consultationem hæresim ex adverso Pelagianæ oppositam Innocentius X. auctoritate suâ proscripserit. Enim verò vetustæ illius ætatis Ecclesia Catholica, fultâ Cathedræ Petri communione & auctoritate fulta, quæ in Decretali epistola Innocentii ad Africanos data elucebat, quamque dein Zosimi altera ad universos orbis Episcopos epistola subsecuta est, Pelagianæ Hæresis damnationi absque cunctatione subscripsit. Perspectum enim habebat non solum ex Christi Domini nostri pollicitatione Petro facta, sed etiam ex actis priorum Pontificum, & ex anathematismis adversus Apollinarium & Maced. nundum ab ulla Synodo œcumenica damnatos, à Damaso Paulò antea jactis judicia pro sancienda Regula fidei à summis Pontificalibus lata, super Episcoporum consultatione (sive suam in actis relationis sententiam ponant, sive omittant, prout illis cullibuerit) Divinâ æque ac summâ per universam Ecclesiam authoritate niti: cui Christiani omnes ex officio, ipsius quoque mentis obsequium præstare teneantur. Eâ nos quoque sententiâ ac fide imbuti, Romanæ Ecclesiæ præsentem quæ in summo Pontifice Innocentio X. Viget auctoritatem debitâ observantiâ colentes Constitutionem Divini Numinis instinctu à Beatitudine vestra conditam, nobisque traditam ab Illustrissimo Athenarum Episcopo, Nuncio Apostolico & promulgandam curabimus in Ecclesiis ac Diœcesibus nostris, atque illius executionem apud fideles populos urgebimus. Neque verò pœnæ deerunt adversus temerarios illius violatores quæ à jure hæreticis confliguntur, quibus juxta Constitutionis tenorem & Breve Sanctitatis Vestræ nobis directum, contumaces omnes nullo conditionum, vel statuum discrimine facto perstringemus: præsertim cum in Galliis ad Episcopos in solidum isthæc cura pertineat ubi nullos hæreticæ pravitatis inquisitores constitui patitur mos antiquus ex jure communi profectus. Sanè spondere possumus Beatitudini Vestræ nihil fore quod Decreto Apostolico, nostræque in exequendo sollicitudini moram afferre possit, præcipuè cum piissimus ac Christianissimus Rex noster, cui Breve Apostolicum, unà cum exemplo Constitutionis Illustrissimus Nuncius tradidit, interpellato quoque Regiæ Majestatis præsidio nos ad illius Decreti executionem, Edicto suo ad nos dato pro ea quam debet Ecclesiæ Constitutis tuitione constanter hortetur; & Magistratibus universis, atque cæteris sibi subditis, tum ad vim arcendam, tum ad amputandas quæ fortè possent ab hæreseos reis excitari de foro competenti cavillationes præcipiat, quatenus executionem illam omni studio & operâ juvent atque tueantur. Quare cùm Rex Cælestis hac in causa fœderatum habeat Regem Terrarum (si fas ita loqui cum Sixto III.) Sanctitas Vestra per Petræ soliditatem jam contusis veritatis hostium animis securos ab omni externa perturbatione de nova hæresi triumphos aget. Porrò nos Innocentio X. Cujus ore Petrus locutus est ut Leoni I. acclamat quarta Synodus, hanc Divinam Lauream gratulati, sacros inter Ecclesiæ fastos quod olim de Synodis œcumenicis fieri solitum, Constitutionem istam ab eo editam lubentes ex animo reponemus cui optatissimam in longæva vita felicitatem adpræcantur qui sunt cum ea quâ par est veneratione.

Beatiss. Pater,

Sanctitatis Vestræ,

Devotissimi & addictissimi Filii Cardinales, Archiepiscopi & Episcopi Galliæ in Parisiensi Urbe congregati.

Hoc monumentum extat in Bibliotheca Sorb. arm. 11. r. 1. p. n. 12.

Anno Domini 1653.

Die 23. Septembris *Gondrinus* Senonensis Archiepiscopus occasione Pontificii Decreti ab Innocentio X. prolati adversus 5. propositiones *Jansenii*, pastorales litteras dedit, quibus doctrinam S. *Augustini* commendat perinde quasi hæc in magno periculo versetur.

Gilbertus autem de *Choiseul* Conseranensis Episcopus die 9. Octobris ejusdem anni simile documentum in sua Diœcesi divulgavit. Interim cùm Pastoralis epistola Senonensis Archiepiscopi delata Pictavii fuisset, Magistratus locum tenens in causis criminalibus secundùm sententiam duorum Magistrorum Theologiæ illas litteras nomine Senonensis Archiepiscopi editas tenebris addixit die 2. Decembris in sua Regione.

Præterea *Mazarinus* Cardinalis duodecim Episcopis curam commisit deliberandi; quid in hoc negotio agere expediat. Sed anno 1654. Senonensis Archiepiscopus in Comitiis Gallicani Cleri communi judicio hujus cœtûs sententiam suam submisit

Anno

Anno Domini 1654.

Antistitum Parisiis agentium Litteræ ad cæteros Archiepiscopos & Episcopos Galliarum contra Jansenistas.

Reverendissimis ac Religiosissimis DD. Archiepiscopis & Episcopis per Gallias Fratribus observantissimis.

Cardinales, Archiepiscopi & Episcopi Parisiis agentes: Salutem in Christo & felicitatem.

QUod B. quondam Augustino & aliis Concilii Carthaginensis & Milevitani Patribus, magnis illis Divinæ gratiæ defensoribus, assertoribusque contigit, idem nunc prorsus evenisse nobis videtur. Sperabant illi, sed frustra, post librum quemdam, cujus Auctor Scriptorque fuerat Pelagius, ab Innocentio Primo Papa anathematisatum & damnatum Pelagianos non ausuros ulteriùs de gratia illa perversa & perniciosa sentiendo loquendoque, pectora fidelia & simpliciter Christiana turbare, sed tanti præsulis authoritati cessuros. Et spes quoque nobis erat homines eos qui se Cornelii Jansenii Episcopi Yprensis amatores, sectatoresque profitentur, post ejus ab Innocentio X. anathematizatas & damnatas quinque opiniones desituros tandem ab omni motu, atque cùm suo ille decreto imperasset ventis, futuram in Ecclesia tranquillitatem magnam, sed contra planè quam expectatum à nobis fuerat accidit; mirarique satis non possumus post æquissimam sanctissimamque Constitutionem illam, quâ Beatissimus Pater Innocentius X. prædictas quinque Propositiones damnavit, & iis quidem verbis quibus, nihil dici potest expressiùs, nihil clariùs, homines illos affirmare, immò & persuadere aliis velle res duas vanas omnino & inanes: alteram quinque illas propositiones non esse Jansenii: alteram, damnatas esse eo in sensu qui ad Jansenium nihil pertineat. Potest enim quicquam esse absurdius quàm tueri id velle, cui refellendo revincendoque nihil opus sit rationibus nihil disquisitione etiam mediocrè, aut levi, sed solâ Pontificiæ Constitutionis quæ per se ipsam rem totam apertè dirimit, lectione? Et quidem cùm ejusmodi sint duæ res illæ, ut multis videri possint ipsæ per se & sponte suâ ruituræ, atque adeo spernendæ prorsus & negligendæ: nobis tamen quibus compertum est eas ignorantibus infirmisque non paucis esse offendiculo, quibusque pro muneris nostri ratione id præsertim incumbit ut tollamus omnia scandala de Regno Dei, visum fuit occurrendum esse huic malo, comprimendumque maturè hoc virus, quod jam aliquos occupavit. Quod ut fieret accuratiùs, & pro ea quâ par erat gravitate dignitateque, quotquot in hac urbe Regni primaria negotiorum Ecclesiasticorum causâ fuimus Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi, collecti in unum censuimus, hoc quidquid est rei, committendum esse curæ ac diligentiæ Illustrissimorum, Reverendissimorum Fratrum nostrorum Archiepiscoporum Turonensis, Ebrodunensis, Rothomagensis, Tolosani, & Episcoporum Eduensis, Montalbanensis, Rhedonensis, Carnotensis: Sic tamen ut quidquid inter se ipsi legissent, observassent, sensissent, referrent ad nos. Lis verò ex ipsa Constitutionis lectione, atque insuper ex opere Janseniano, quod etiam quantùm ad quinque illas Propositiones attinet, studiosè legerunt expenderuntque, (quamquam sola per se ad id sufficiat Constitutio.) Manifestum & perspectum fuit illas quinque propositiones verè esse Jansenii & damnatas esse in vero ac proprio verborum sensu, & eo planè quo à *Jansenio* traduntur & explicantur. Atque cum id ipsi ad nos, scilicet in unum rursus congregatos, retulissent & à nobis quoque idem cognitum & exploratum fuisset, declaravimus, & hoc nostro judicio declaramus rem planè ita se habere, & nullum dubitandi esse locum. Quare & eos qui quinque illas propositiones tuentur, aut probant, verè esse ex eorum numero quos Innocentius X. suâ illâ in Constitutione vocat contradictores & rebelles. Et quos vult à Patriarchis, Archiepiscopis & Episcopis per censuras & pœnas contra hæreticos, & eorum fautores in jure expressas, cæteraque juris & facti remedia opportuna, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis omnino coerceri & compesci. Id verò nos omnes, quantùm in nobis quidem erit, effecturi sumus. Rogamusque quotquot hinc absunt, Gallicani Cleri dilectissimos Fratres nostros, ut idem quoque pro virili præstent; ut sic idem omnes sentiamus secundùm

Jesum Christum; & unanimes atque uno ore honorificemus Deum & Patrem Domini Nostri Jesu Christi, ædificemus Ecclesiam Dei: atque adeo nos ipsos & eos qui nos audiunt curæque nostræ sunt ab ipso commissi, salvos faciamus.

Anno Domini 1654.

Epistola Antistitum Parisiis agentium ad Innocentium X. data, adversus subterfugia Jansenistarum.

Sanctissimo Patri Innocentio X. Pontifici Maximo.

BEATISSIME PATER.

POst promulgatam ab universis Galliarum Episcopis Sanctitatis Vestræ Constitutionem, quâ quinque Propositiones è libris *Cornelii Jansenii*, Yprensis Episcopi, excerptæ damnantur, nihil aliud expectandum videbatur; præcipuè à Gallis, qui in Sede Apostolica colenda semper potiores fuerunt, quàm ut purâ & non fucatâ concordiâ, in veræ fidei unitate omnium animi conspirarent. Sed dissidiorum auctor tam singulare, & piis omnibus summoperè expetendum bonum Galliis invidit: quodque palam obtinere non poterat, nempè ut à debita Sedi Apostolicæ reverentia, per apertum Constitutionis editæ contemptum recederetur, callidis molitionibus ad simplicium & incautorum mentes subvertendas aggredi tentavit. Quare ad munus Episcopale pertinere putavimus, recèns excitatas à Clericis numero paucis contentiones, definitione nostrâ compescere: quâ Constitutionis Apostolicæ integra executio quæ nobis commissa est adversus alienas à vero illius sensu expositiones sanciatur. E vetere fidei deposito, cujus custodia Cathedræ Petri à Christo concredita est, partem adimere tentant; decreti Apostolici Majestatem ad fictas controversias dirimendas turpiter dejiciendo. Quinque etenim Propositiones Decreto illo proscriptas damnare se quoque profitentur: sed alio planè sensu, quàm qui à Jansenio traditus & explicatus est: ad quem Propositiones illas nullatenus pertinere constantissimè asserunt. Hâc arte restaurandis disputationibus iisdem sibi locum apertum relinquere parant, & redivivæ litis prolixam materiam. Quare ut his incommodis præverteretur, & Constitutioni auctoritas sua constaret, atque sincera ejus executio sequeretur, Nos in hac Urbe Parisiensi congregati censuimus, & per epistolam encyclicam, his litteris adjunctam declaravimus, Propositiones illas & opiniones esse *Cornelii Jansenii*, & in sensu ejusdem *Jansenii* à Sanctitate Vestra damnatas disertis & manifestis verbis. Quam enim auctor ille usurpatione privatâ, novam Doctrinam sub specie veteris inducebat, necessum fuit ut Apostolica Sedes, judicio lato, ex publica & antiqua Ecclesiæ traditione refelleret, ne Christianæ fidei doctrina, pravis ab illo scriptore ad testimonia veterum Patrum quos laudat adhibitis interpretationibus obrueretur. Nihil quippe aliud egit Constitutione suâ Innoc. X. quam ut auctoritatis suæ præsidio antiquam fidem muniret non dicendo nova, sed dicendo novè juxta receptas in Scholis Theol. locutiones, quibus *Jansenius* quoque utitur. Eo pacto Beatitudo Vestra liquidò explicuit atque confirmavit, regulam fidei de gratia & libero arbitrio, quam ex parte priùs assertam adversus Manichæos, quod attinet ad arbitrii libertatem, postea Decessores vestri Innocentius I. & Zozimus, cooperantibus Africanorum Conciliorum litteris contra Pelagianos plenè constabiliverant: Quamque deinde Cælestinus I. ac Concilium Arausicanum, juxta Capitula à Sede Apostolica transmissa, & superiori sæculo Tridentinum, sollicitè atque diligenter enucleatam definierant. Quapropter & constitutionem ordine Canonico latam, atque genuino in sensu intellectam, quem litteræ istæ patefaciunt, devotissimo obsequio nos suscipere testamur: præterea verò daturos operam profitemur, ne quis curæ nostræ subditus, impunè contraria vestris definitionibus docere, scribere, aut loqui præsumat, pœnis in hæreticos à jure decretis, alioquin à nobis statim puniendus. Ex qua concordi omnium sententia subscriptionibus nostris firmata, Beatitudo Vestra facilè intelliget, nulli è Collegio nostro propositum fuisse ut aliquid dignitati Constitutionis adversum proferret, ant scriberet; Quinimo designatum esse nobis, plenissimâ veneratione sacram B. Petri Sedem & Sanctitatem Vestram colere; cui prosperos & fœlices annos vovent, qui sunt cum ea, quâ par est observantia.

Beatiss. Pater,

Sanctitatis Vestræ,

Devotissimi & addictissimi Filii, Cardinales, Archiepiscopi & Episcopi Galliæ in Parisiensi Urbe congregati.

Anno Domini 1654.

Responsum Innocentii Papæ X. ad Episcopos Galliæ.

Dilecti Filii nostri, ac venerabiles Fratres, Salutem & Apostolicam Benedictionem. Ex litteris quas à vobis die 28. Martii proximè elapsi ad nos datis à venerabili Fratre Episcopo Lodevensi accepimus, jucundum sanè accidit, probari nobis luculentiùs vestræ pietatis zelum in iis partibus obeundis, quas nos omnibus Pastoralis officii Administris injunximus, ut quâ par est obedientiâ, ubique servari curent Constitutionem nostram quâ, die 31. Maii anni 1653. damnavimus in quinque Propositionibus *Cornelii Jansenii* doctrinam ejus libro contentam, cui titulus: *Augustinus*. Atque ideo placet auctam exinde in vos benevolentiam nostram hoc itidem locupletissimo litterarum nostrarum testimonio palam fieri majoribus etiam in dies argumentis vobis præclariùs constitutam; ac simul vos dilecti Filii nostri, & venerabiles Fratres, ac cæteros quoscumque Regni istius Episcopos hortamur quàm vehementer in visceribus Christi Jesu, ut studio & conatu prorsus unanimi conspirantes in Domino in id sedulò operam detis, quod opportunius validiùsque contulerit ad executionem stabiliendam, ac firmandum penitùs usum ejusdem nostræ Constitutionis, nostri itidem Decreti, quo Sanctionem ipsam necessariò consequente, die 23. Aprilis anni 1654. libri quoque de ea re editi damnantur. Id verò si vos unà, & constanter exequimini, piæ sollicitudinis zelum, quo sanctæ huic Sedi ac nobis egregiè obsecuti hactenus estis insigni profectò meritorum incremento cumulabitis; ac sponte propensam in vos Pontificiam voluntatem excitabitis majorem in modum ad benevolentissimos erga vos sensus Apostolicæ charitatis, quâ interim vobis ex animo benedicimus. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die 29. Septembris 1654. Pontificatûs nostri anno decimo.

Hæc tria monumenta extant in Bibliotheca Sorbonica in libro cui titulus: *Recueil Historique*, arm. 11. r. 2. p. n. 12.

Anno Domini 1654.

Die 23. Aprilis in generali Congregatione Romanæ Inquisitionis, plures libelli pertinentes ad causam *Cornelii Jansenii* Yprensis Episcopi prohibentur, item liber inscriptus: *Jus Belgarum*, circa Bullarum Pontificiarum receptionem. Alia Decreta Romanæ Inquisitionis, tum indicis anno 1554. & 1555. prolata reperies ad calcem indicis librorum prohibitorum. Censura perversæ cujusdam doctrinæ Fratrum quorumdam mendicantium Andegavensium, lata ab Illustrissimis ac Reverendissimis in Christo Patribus DD. Archiepiscopis, Episcopis, aliisque Cleri Gallicani Deputatis in majoribus Comitiis Lutetiæ, aliisque Episcopis Parisiis agentibus extraordinariè convocatis adversus libellum, cui titulus est: *Très-humble Remontrance faite par les Religieux à un grand Prelat de France*. In verbali Processu Gallicani Cleri, an. 1655.

Anno Domini 1655.

Iterumque anno 1655. in generali cœtu Gallicani Cleri Parisiis congregati, duo libri reprobati sunt, alter sic inscriptus: *De l'Obligation des Fidelles de se confesser à leurs Curés*: Tacito cognomine Auctoris. Alter *Bagoti* Jesuitæ. *Défense du Droit Episcopal, & de la liberté des Fidelles touchant les Messes & les Confessions d'obligations.*

Hujus Censuræ monumentum ad calcem verbalis processûs Gallicani Cleri, an. 1682. adjectum fuit & iterum editum in nova Collectione monumentorum Gallicani Cleri, tom. 1. pag. 672.

Anno Domini 1655.

Isaac Pereyre in lucem edidit libellum sic inscriptum: *Systema Theologicum* ex præadamitarum hypothesi. Hic error à N. Alexandro refellitur in suis dissertationibus, sec. 17.

Anno Domini 1656.

Epistola Antistitum Gallicani Cleri ad Alexandrum VIII.

BEATISSIME PATER.

NOn obscura sunt Divini Numinis consilia, cur Beatitudinem Vestram ad Episcopatûs apicem, id est, ad Apostolicæ Sedis Principatum, Suffragantibus omnium votis, evexerit. Intererat quippe rei Christianæ, ut is unitatem Ecclesiæ his difficillimis temporibus regeret, qui pietate suâ cæleste præsidium fidelium gregi promereri posset, atque prudentia suâ, æque ac constantiâ fluctus illos superare, quibus Petri navis, cujus clavo feliciter tenendo admotus est, atrociter concutitur. Nos sanè qui à Christo Domino in partem sollicitudinis vocati sumus, ministerio nostro id egimus superioribus annis apud felicis memoriæ Innocentium X. ut Constitutionem ederet, quâ motus in Galliis excitati ob Jansenii Yprensis quondam Episcopi doctrinam certis capitibus comprehensam, compescerentur. Promulgatum à Gallicanis Episcopis Decretum studiosè amplexi sunt Fideles Populi; demptis paucis, qui de Jansenii doctrina nihil constitutum fuisse palàm cùm simularent intimis animorum sensibus ex illius damnatione urebantur. Horum cavillationes sine mora comprimendas rati, judicio suo decreverunt Religiosissimi Episcopi, quinque Propositiones illas ad Jansenium pertinere ejusque opiniones fuisse proscriptas. Quam suam sententiam cùm retulissent ad eundem Pontificem Maximum, illam humanissimis verbis non solùm probavit, sed auctoritatis Apost. Pondere de integro confirmavit, Brevi dato ad hunc Cleri Gallicani Cœtum, qui tunc prope diem cogendus erat, nisi moræ quædam obstitissent. Porrò dum Conventum agimus, primum nobis studium fuit tuendæ Religionis, quam ab infestis Calvinianæ hæreseos sectatorum molitionibus vindicare curavimus impetrato à clementia Christianissimi nostri Regis edicto, quo nefarios illorum conatus repressum iri nobis meritò pollicemur. Priorem curam excepit alia illi Germana ob erroris societatem, de profliganda Janseniana doctrina, Brevis Apostolici Majestate, quod frequenti cœtu legi, promulgari, in acta redigi, omniumque subscriptionibus muniri decrevimus. Eâdem sanè mentis alacritate illud suscepimus, quâ Concilii Africani Patres ab ipsis expetitam Zozimi Epistolam amplexi sunt; quæ Pelagii atque Cælestii errores, quos clanculum propagabant peremptorio Decreto prostravit. Iisdem artibus grassantur novæ sectæ Discipuli; ac præterea ut à capitibus suis fulminis Apostolici amoliantur ictum (licet obfirmato animo quinque Propositiones Jansenio iterum abjudicent,) ad facti quæstionem, in qua Ecclesiam falli posse docent: controversiam deducere nituntur: Quas ingeniorum versutias verâ prudentique verborum complexione infregit Breve Apostolicum; quod tricis illis syllabarum ad umbratiles scholarum disputationes relegatis, decisionisque auctoritate ad juris quæstionem restrictâ, doctrinam Jansenii, quam opere suo illo explicuit, in propositionum confixarum materia, Pontificiâ Constitutione damnatam fuisse declarat. At enim ut se damnationi subducant, celeberrimum B. Augustini nomen obtendunt, cujus doctrinæ se profitentur esse sectatores; repudiato etiam, si res eorum ita ferant, ipso Jansenio. Hujus tamen pravas & detortas, quas ad Doctoris egregii locos adhibent, interpretationes amplectuntur; sicque Magistrum illum optimum à Cœlestino laudatum, dum verbis colunt, adultero sensu violant. Quod à nobis adnotari oportuit in actis de Brevis promulgatione confectis, ut eorum calliditatibus iretur obviam, quibus incautorum, & simplicium animis illudunt; ac si Augustinum assererent ipsi; à cujus tamen sententia pertinaciter discedunt, quæ per Constitutionem de iis quæ sunt Regulæ fidei adversa latam, constabilita est; sicque in priorem illam fulguriti Janseniani erroris damnationem recidunt. Totam videremur debellati hostis gloriam in Decessorem refudisse; nisi constaret orbi Christiano, quis tunc fuisset particeps curarum, & præcipuus rerum administer, quem parens optimus ad laudis ex hoc egregio facinore partæ communionem adscivisset. Decoris istius pars maxima pertinet ad Sanctitatem Vestram, quæ quidem cum suis nunc auspiciis res Ecclesiæ universæ inexhaustâ sollicitudine gerat, illud augere perget meditatâ, & uberiore, si opus sit, Catholici dogmatis illustratione. Nos sanè officio nostro non deerimus, nec reliqui Episcopi

quos

quos Encyclicâ epistolâ monuimus de rebus in hoc Conventu actis, deque iis, quæ nobis gerenda videntur in Provinciis, ut Fideles omnes obsequio suo & usu Constitutionem firment, pœnis alioquin à jure decretis adversus hæreticos Episcopali judicio coërcendi. Finita est causa Rescriptis Apostolicis; utinam finiatur & error, si licet verbis Augustini vota nostra concipere, quorum compotes erimus, si Alexandri VII. Pontificis Maximi Sanctitas, juxta veterem ritum, Divino Numini illa consecraverit; à quo vicissim longævitatem Beatitudini Vestræ studiosissimè postulant, qui sunt cum ea, quâ par est reverentia & veneratione.

Beatiss. Pater,

Obsequentissimi & devotissimi Filii vestri Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi, & Ecclesiastici viri in Generalibus Cleri Gallicani Comitiis congregati.

Anno Domini 1656.

Alexandri Papæ VII. solemnis Bulla quâ Constitutionem Innocentii X. adversus quinque propositiones Jansenii Yprensis confirmat.

Alexander, Episcopus, Servus servorum Dei.

Universis Christi Fidelibus, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

AD Sacram Beati Petri Sedem & universalis Ecclesiæ regimen, inscrutabili Divinæ Providentiæ dispositione nullis nostris Suffragantibus meritis evecti, nihil nobis antiquiùs ex muneris nostri debito esse duximus, quàm ut sanctæ fidei nostræ ac sacrorum dogmatum integritati, traditâ nobis à Deo potestate opportunè consuleremus.

Ac licet ea quæ Apostolicis Constitutionibus abundè fuerunt definita, novæ decisionis, seu declarationis accessione nequaquam indigeant, quia tamen aliqui publicæ tranquillitatis perturbatores illa in dubium revocare, vel subdolis interpretationibus labefactare non verentur, ne morbus iste latiùs divagetur, promptum Apostolicæ auctoritatis remedium censuimus non esse differendum. Emanavit siquidem aliàs à felicis recordationis Innocentio PP. X. Prædecessore nostro, Constitutio declaratio & definitio, tenoris qui sequitur, videlicet.

Sequitur Bulla.

INNOCENTIUS X.

CUm autem, sicut accepimus, nonnulli iniquitatis Filii prædictas quinque Propositiones, vel in libro prædicto ejusdem Cornelii Jansenii non reperiri, sed fictas & pro arbitrio compositas esse, vel non in sensu ab eodem intento damnatas fuisse asserere magno cum Christi Fidelium scandalo non reformident. Nos qui omnia quæ hac in re gesta sunt sufficienter & attentè perspeximus: utpote qui ejusdem Innocentii Prædecessoris jussu, dum adhuc in minoribus constituti Cardinalatûs munere fungeremur, omnibus illis congressibus interfuimus, in quibus Apostolicâ auctoritate eadem causa discussa est eâ profectò diligentiâ, quâ major desiderari non posset, quamcumque dubitationem super præmissis in posterum auferre volentes, ut omnes Christi Fideles in ejusdem fidei unitate sese contineant; ex debito nostri Pastoralis officii, ac maturâ deliberatione præinsertam Innocentii Prædecessoris nostri Constitutionem, declarationem & definitionem harum seriè confirmamus, approbamus & innovamus; & quinque illas Propositiones ex libro præmemorati Cornelii, *Jansenii* Episcopi Yprensis, cui titulus: *Augustinus*, excerptas, ac in sensu ab eodem Cornelio intentu damnatas fuisse declaramus & definimus; & uti tales, injunctâ scilicet eâdem singulis notâ, quæ in prædicta declaratione, & definitione, unicuique illarum sigillatim inuritur iterum damnamus.

Ac eundem librum sæpedicti Cornelii *Jansenii*, cui titulus: *Augustinus*, omnesque alios tam manuscriptos, quàm typis editos, & si quos forsan in posterum edi contigerit, in quibus prædicta Cornelii *Jansenii* doctrina, ut supra damnata defenditur, vel astruitur, aut defendetur, vel astruetur, damnamus itidem atque prohibemus. Mandantes omnibus Christi Fidelibus, ne prædictam doctrinam teneant, prædicent, doceant, verbo vel scripto exponant, vel interpretentur publicè vel privatim, palam vel occultè imprimant, sub pœnis & censuris contra hæreticos in jure expressis ipso facto, absque alia declaratione incurrendis.

Præcipimus igitur omnibus venerabi-

libus Fratribus nostris, Patriarchis, Primatibus, Metropolitanis, Archiepiscopis, Episcopis, cæterisque locorum Ordinariis, ac hæreticæ pravitatis Inquisitoribus & Judicibus Ecclesiasticis, ad quos pertinet, ut præinsertam Innocentii Prædecessoris Constitutionem, declarationem & definitionem, juxta præsentem nostram determinationem ab omnibus observari faciant, ac inobedientes, & rebelles prædictis pœnis, aliisque juris & facti remediis, invocato etiam, si opus fuerit, brachii sæcularis auxilio, omnino coërceant. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo quinquagesimo-sexto, decimo-septimo Kal. Nov. Pontificatûs nostri anno secundo.

Anno Domini 1656.

Breves Litteræ Alexandri Papæ VII. ad Joannem ab Austria Belgii Gubernatorem contra Fautores Jansenii Yprensis.

Dilecte Fili, nobilis vir, Salutem & Apostolicam Benedictionem. Accepimus ex litteris dilecti Filii Hieronymi, Abbatis Montis-Regalis, quod nobis jam antea minime obscurum erat, egregiam esse Nobilitatis tuæ pietatem, & in tuenda Ecclesiæ dignitate constantiam. Id etsi minimè novum nobis acciderit, gratissimum tamen fuit. Neque enim spectatæ virtutis fructus suavis esse non potest, præsertim ubi Christi charitas intercedit, quâ te ut obsequentissimum filium complectimur. In Domino itaque, à quo omnis boni operis initium perfectioque deducitur laudamus, cohortamurque te vehementer ut pergas eâ quam tibi illthic clarissimus Filius noster Philippus Rex Catholicus potentiam tribuit, Dei gloriæ inservire; quam optimi ac sapientes imprimis Principes antiquissimam semper sanctissimamque habuerunt. Quæ profectò integra inviolataque retinebitur, si nihil unquam de Sanctæ hujus Sedis amplitudine reverentiaque decedet. Quod igitur tuâ pietate dignum est, authoritate omni conatuque tuendam hanc suscipe, ne permittas pravas nonnullorum voces, ac doctrinas latiùs serpere proseminarique, qui magno cum audientium scandalo ac pernicie damnatas jampridem ab hac Fidelium omnium matre ac Magistra Cornelii *Jansenii* Yprensis olim Episcopi sententias, aliò sanctæ hujus Sedis sensum ac mentem perversè trahentes, docere & propugnare non verentur. Adeo enim palam apertum est, quid de his Propositionibus Beati Petri Cathedra pronunciaverit, decreveritque, ut vel graviter hanc contemnere, vel hujusmodi homines seipsos atque alios seducere necesse sit; quodque ait Propheta, bonum malum, ac malum bonum dicere, ponentes tenebras lucem ac lucem tenebras. Persequere itaque Deo adjuvante quod cœpisti ac ternam quam obtines potestatem omnium Regi ac Dominatori subjice; qui ut est fidelis & verax, facienti tibi dona abundanter retribuet, à quo fecunda omnia Nobilitati tuæ precamur, & Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die 23. Decembris 1656. Pontificatûs nostri anno secundo.

Inscriptum erat,

Joanni ab Austria, Belgii Gubernatori.

Hæc monumenta extant in Bibliotheca Sorbonica in libro cui titulus est; *Recueil historique*, arm. 15. r. 2. p. 22.

Anno Domini 1656.

Die 3. Augusti, in Romano indice prohibitorum librorum recensitæ sunt duæ litteræ *Arnaldi* & aliæ scriptiones ad easdem litteras defendendas editæ: tum plura alia scripta. Biblioth. Sorbon. v. VIII. 2. & ad calcem indicis librorum prohibitorum.

Anno Domini 1656.

Rothomagi & Parisiorum Curiones synodicas litteras ad omnes Galliarum Curiones dederunt, quibus eos hortabantur, ut unà cum ipsis quasdam decisiones novorum Casuistarum moralem disciplinam corrumpentes ab Ecclesia reprobari postularent. Interim Antistites Gallicani Cleri Parisiis congregati ægrè tulerunt, quod Sacerdotes secundi Ordinis, non communicato consilio cum Episcopis, qui Pastores & Doctores primi Ordinis sunt, synodicas litteras de rebus ad moralem disciplinam pertinentibus & cum fide Catholica connexis usquequaque mitterent,

Anno Domini 1657.

Epistola Illustrissimi ac Reverendissimi D. Antonii Triest, Episcopi Gandavensis, ad Sacram Facultatem Theologiæ Lovaniensem, cum Censura dictæ Facultatis in aliquot Propositiones morales.

ADmodum Reverendi ac eximii Domini,

Illustrissimus ac Reverendissimus Dominus Archiepiscopus Mechliniensis nuper defunctus piæ & recolendæ memoriæ, pro singulari sua erga gregem sibi commissum vigilantia & sollicitudine, miserat ante annos aliquot S. vestræ Facultati nonnullas propositiones morales admodùm laxas & perniciosas examinandas, ac censurandas, ut si ita judicium vestrum ferret, earumdem praxim in Diœcesi sua prohiberet, & animarum Rectoribus ac Confessariis exprefsè mandaret ne ullo pacto eas sequerentur, admitterent, aut docerent: quod & juxta Censuram vestram præstitit, ac facti sui rationem Sacræ Congregationi Cardinalium S. Concilii Tridentini Interpretum aperuit; dictasque propositiones, ut præfertur, censuratas transmisit, ut authoritate suâ superiori, pium illud incœptum promovere dignarentur. Eminentissimi Patres zelum atque prudentiam ipsius, ut accepimus, summoperè laudarunt, litteris ad ipsum datis Romæ 14. Novembris 1654. & renuntiarunt dictas propositiones à se remissas ad S. Congregationem Generalis Inquisitionis examinandas & qualificandas, ut eo peracto opportunè tanto malo prospiceretur. Remedium illud Christianæ Religioni & Ecclesiasticæ disciplinæ pernecessarium hactenus expectatum est, nondum tamen obtentum.

Interea experimur summo animi nostri & proborum omnium dolore nimiam illam quorumdam recentiorum licentiam in excogitandis *vanis & inutilibus quæstionibus, quæ proficiunt potiùs ad impietatem, & serpunt ut cancer*, stabiliendisque novis opinionibus & commentis, continuò augeri & invalescere; probabilitates, quibus solis innituntur, magis magisque recipi & confirmari; Ecclesiasticam disciplinam paulatim pessum dari; dogmata Evangelica negligi; mores perverti; virtutes sperni; vitia speciosis prætextibus obvolvi; & à corrupta natura passim magnis amplexibus arripi: ac sensim omnem solidæ & sinceræ pietatis normam à Fidelium cordibus exulare: quibus enim modis & authoribus quævis fermè jam sunt probabilia, iisdem fiunt & licita; mendacia fraudes, perjuria, calumniæ, homicidia, usuræ, furta, simoniæ, & si quid nefandi ipsa quoque natura exhorret, nonnisi à rudibus & idiotis modò perpetrari videntur. Acutiores verò & sagaciores illi rerum inspectores tot circumstantiis, suppositionibus, modis, conditionibus, involucris, ista vitia norunt obducere, & fucatâ malitiâ in virtutes quodam modo transformare, ut non solùm hominibus, sed & ipsimet Deo facilè imponerent, si possent.

Immò verò principiis ipsorum inhærendo, leges omnes & jura tam positiva, quam naturalia probabilitatibus tandem cedere debebunt. Docent enim nonnulli *authoritatem unius Doctoris probi & docti, reddere opinionem probabilem, & hanc unicuique licitum esse, etiam reluctante conscientiâ, sequi*: cui præmissæ si subsumantur aliæ duæ sequentes opiniones; *Quòd nempe Confessarius teneatur sub peccato mortali absolvere eum qui juxta probabilem sententiam operatus est, quamvis à parte rei sit falsa, & talis à Confessario judicetur: neque Judex secularis possit talem illæsâ conscientiâ punire.* Quid quæso inde sequetur, nisi gravissimorum etiam criminum reos, modò doceant se unius Doctoris probi & docti opinionem secutos ab omni lege & pœna, tam in foro poli, quàm in foro fori immunes esse & liberos.

Et hæc quidem fusiùs fortassis quàm necesse erat apud eximias DD. vestras, longe meliùs de similibus instructas, deposuimus; ut doloris nostri & scriptionis hujus causas cognoscant: quæ animum nostrum eò penitiùs feriunt, quòd intelligamus laxas & perniciosas hujusmodi opiniones non modò nimis liberè per Diœcesim nostram disseminari & practicari; verùm etiam quandoque pro concione plebeiis, non sine prudentiorum & cordatorum scandalo, publicè tradi, doceri, & inculcari. Quid autem in privatis colloquiis, & præsertim sacris Confessionibus agatur, supremus animorum scrutator & arbiter noscit; pravos saltem effectus & conscientiarum corruptelas Confessarii plurimi, aliique viri probi quotidie experiuntur ac deplorant.

Urget interim subditarum ovium cura à supremo pastore Christo Domino nobis commissa, premit officii debitum; & instat reddenda ministerii ratio; ut

pro viribus nostris opportunum quantociùs remedium adferamus; à nobis enim illam exiget, non ab illis ad quos non pertinet de ovibus; *sed si speculator*, id est Episcopus. *viderit gladium*, etiam perversæ doctrinæ, *venientem & non insonuerit buccina; & populus se non custodierit, veneritque gladius & tulerit de eis animam, ille quidem in iniquitate sua captus est; sanguinem autem ejus de manu speculatoris requiram*, inquit Duminus apud Propbetam suum Ezecbielem. Neque enim solummodò conqueritur paulò inferiùs quòd Pastorum incurià & desidiâ *greges facti sint in rapinam* luporum, seu hæreticorum, verùm etiam quod *oves factæ sint in devorationem omnium bestiarum agri*; quæ licet apertè non invadant aut rapiant, occultè tamen inficiunt & devorant gregem. Ac per eas non incongruè intelligi possent perniciosarum istarum opinionum magistri, qui speculationibus suis nonnisi terrena & carni allubentia sapere videntur, animos autem ad Cœlestia & verè Christiana non dirigunt: & *cùm purissimam aquam biberint, reliquam pedibus suis turbant*, & ovibus præbent bibendam. *Quod omnes hæretici faciunt*, inquit sanctus Hieronymus in hunc locum., *ut carpant eloquia Scripturarum, & quantùm in se est, maculent: sed & Ecclesiastici viri qui dogmatum non custodiunt veritatem, sed de suo corde confingunt, magistramque habent præsumptionem suam, simili errore tenentur; qui cùm populo persuaserint vera esse quæ fingunt, & in theatralem modum plausus concitaverint & clamores, immemores fiunt imperitiæ suæ, & adducto supercilio, libratisque sermonibus atque trutinatis, magistrorum sibi assumant authoritatem.*

Ut itaque conscientiæ meæ & officio bac in re satisfaciam, præter antedictas propositiones nuper 30. Martii & 26. Aprilis 1653. à Sacra vestra Facultate censuratas, nonnullas alias bisce jungo ad me delatas, atque judicio meo & virorum Doctorum sæcularium & Regularium quos super iis consului, perniciosas; easque, ne temerè aut leviter in re tanti momenti procedam; ad Ex.DD. vestras transmitto & unicè rogo; dignentur pro singulati suo in Religionem & veritatem Catholicam zelo, jam toties comprobato, dictas propositiones, prout hîc jacent expressæ, maturè perpendere & examinare: & quas in praxi perniciosàs, aut non tolerandas judicaverint, censurâ suâ singulis vel junctim apposita. notare; ut ego deinde quod muneris mei fuerit statuam, & easdem ad Sanctam Sedem transmittam, opemque denuò pro universali remediu implorem, si Eximiis DD. vestris operæpretium, aut necesse videatur, super quo earum judicium gratum quoque erit intelligere: & non solùm mihi, sed & fidelibus universis singulare beneficium præstabunt. Deus sacrum vestrum cœtum Ecclesiæ & Reipublicæ Christianæ diutissimè servet, quod anîmitùs vovet & precatur. *Inferiùs habebatur.* Admodùm reverendarum & Ex. DD. vestrarum bumilis Servus. Signabat. Antonius Episcopus Gandavensis. Gandavo 9. Aprilis 1657.

Responsum Sacræ Facultatis Theologicæ Lovaniensis ad præcedentes Litteras.

ILlustrissime ac Reverendissime Domine,

Quandoquidem Ill^mæ. Gratiæ vestræ pro pio & sancto illo zelo, quo gregi sibi commisso diu noctuque sollicitè (uti Præsul & Pastor bonus) invigilat, nostrum judicium exposcere placuerit super suspectis quibusdam quæ in Diœcesi sua invehi incipiunt, dogmatibus: nolentes vel officio nostro, vel observantiæ quam Ill^mæ. G. V. debemus, deesse, eadem ista dogmata attentè & iteratis sæpè vicibus, tam Collegialiter quàm seorsim antè; pro materiæ gravitate perpendimus & examinavimus; ac deprehendimus (uti schedæ hisce junctæ indicabunt) quòd tantopere ab orthodoxis Doctrinæ Christianæ principiis exorbitent, tamque latam portam varii generis vitiis aperiant, ut omnes in ea unanimiter simus sententia, Præsulum Ecclesiæ esse illa, tanquam salutari Christi doctrinæ dissentanea profligare, & à Diœcesibus suis omni convenientiori, quo id expedire judicaverint modo, eliminare: recurrendo etiam in istum finem ad Sanctam Sedem, eique supplicando, ut & ipsa manum salutarem huic tam pernicioso utrique Reipublicæ malo adhibere dignetur. Neque enim dubitare de ea possumus quin visâ enormitate, potestate sibi à Domino in ædificationem concessâ usura sit, & ne illud pestilenti suo afflatu latiùs in Ecclesia, precioso Cbristi Sanguine redempta proserpat, efficaciter præpeditura. Interea preces nostras apud D. O. M. enixè interponemus ut Ill^mæ. suæ G. in adulto boc senio renovari faciat ut aquilæ juventutem suam, eamque Ecclesiæ

&

& nobis multis adhuc annis sospitem conservet & incolumem. *Infra habebatur.* Ill^mæ ac Rever^mæ Gratiæ vestræ, ad omne obsequium devotissimi famuli, Decanus & Facultas S. Th. in Acad. Lovan. Signabat, *Gerardus van Werm* pro tempore Decanus suo & totius S. Facultatis nomine. Lovanii 5. Maii 1657.

Assertiones quædam Doctrinæ Moralis per Facultatem Theologicam Lovaniens. ad requisitionem Reverendissimi D. Episcopi Gandavensis examinatæ, & suis sigillatim Censuris perstrictæ, die 4. Maii anni 1657.

ASSERTIO. I.

Licitum est quærere directè occasionem proximam peccandi prò bono spirituali, aut temporali nostro vel proximi.

CENSURA.

Falsa, temeraria, perniciosa, atque ab auditu Fidelium procul arcenda assertio.

II.

Nemo tenetur occasionem proximam peccati vitare cum magno sui detrimento. Unde nec concubinarius tenebitur dimittere concubinam, quæ ipsi nimis utilis est ad lucrandum bona temporalia mediâ negotiatione? vel etiam ad oblectamentum concubinarii, vulgò *Regalo*, dum deficiente illâ, nimis ægrè ageret vitam, & aliæ epulæ tædio magno afficerent concubinarium, & alia famula ad id nimis difficile inveniretur.

CENSURA.

Præcedentis assertionis consectaria, & similibus notis inurenda assertio: Continens præterea corollarium, uti Epicureorum placitis consonum, ita Christianorum regulis (quibus manum, pedem & oculum quoque dextrum scandalizantem abscindere atque à nobis abjicere præcipimur) adversum.

III.

Probabile est non peccare mortaliter, qui imponit falsum crimen alicui ut suam justitiam & honorem defendat: & si hoc non sit probabile, vix ulla erit opinio probabilis in Theologia.

CENSURA.

Ne umbram quidem præfert probabilitatis; sed cumulum complet temeritatis, spatiosam calumniatoribus & impostoribus portam aperiens.

IV.

Fas est viro honorato occidere invasorem qui fustem vel alapam nititur impingere; vel calumniam inferre, si aliter hæc ignominia vitari nequit. Idem quoque licet, quamvis post illatam fugiat.

CENSURA.

Prior pars sub indiscreta sua generalitate nefariam & humanæ vitæ injuriosam continet doctrinam. Posterior quoque non tam justam violentiæ repulsionem, quàm privatæ vindictæ executionem spirat.

V.

Licitum est occidere calumniosum actorem, testes, & injustum Judicem ad servandam vitam, honorem, vel res familiares.

CENSURA.

Abominanda execrandaque assertio, assassinatibus, sicariatibus, & intoxicatibus temerè patrocinans; Judicibus, Advocatis, aliisque publicis Justitiæ Ministris, quin & ipsis quoque Principibus præsentissimum procreans periculum.

VI.

Videtur probabile omnem fœtum; quandiu in utero est, carere animâ rationali, & tunc primùm incipere eamdem habere cùm paritur, ac consequenter dicendum erit in nullo abortu homicidium committi.

CENSURA.

Falsa & Philosophiæ ac Theologiæ principiis dissentanea assertio: perniciosè quoque concludens, siquidem, ut in Apologetico pro Christianis cap. 9. monet Tertullianus: Homicidii festinatio est prohibere nasci; nec refert natam quis eripiat animam, an nascentem disturbet: homo est & qui futurus est, & fructus omnis jam in semine est. *Quapropter ad homicidii reatum quòd attinet, inculcanda potiùs fuerit fidelibus Augustini sententia ista serm. 244. de tempore:* Mulier quæcunque fecerit hoc per quod jam non possit concipere, quantoscunque parere poterat, tantorum homicidiorum ream se esse cognoscat.

VII.

Clarum & certum est Judicem non

posse punire aliquem qui secutus est opinionem probabilem.

CENSURA.

Assertio relata ad eam probabilitatem quam assertio 26. seu ultima obtendit prorsus falsa est, & judiciariæ potestatis perperam coarctiva, seditionum ac rebellionum invectiva, publicæ tranquillitatis turbativa, nec in Republica rectè ordinata ullatenus toleranda.

VIII.

Permissum est furari, non solùm in extrema necessitate, sed etiam in gravi.

CENSURA.

Furari nullo casu permissum est, quia intrinsecè malum: surripere autem alienum, permissum quidem est in extrema necessitate, quando aliter haberi non potest: sed illud extendere indefinitè ad necessitatem gravem, est dare ansam pauperibus ad passim furandum.

IX.

Famuli & famulæ domesticæ possunt occultè heris surripere ad compensandam operam suam, quam majorem judicant salario quod recipiunt.

CENSURA.

Hæc assertio falsa est, naturam hominis de se pronam ad malum præcipitans in furta, ac domesticam pacem perturbans: eò vel potissimùm quòd ista compensatio ipsorummet famulorum & famularum judicio relinquatur.

X.

Qui cessit foro, potest sibi retinere bona quibus indiget ad sustentationem familiæ ne indecorè vivat, licet debita pro quibus cedit, sint ex injustitia & notorio delicto contracta.

CENSURA.

Hæc assertio in sua generalitate falsa est & perniciosæ sequelæ, utpote plerosque fures & alienorum bonorum usurpatores liberans à restitutione.

XI.

In causa æquali potest Judex aliquid ab una partium accipere ut sententiam in ejus favorem ferat.



CENSURA.

Falsa est, justitiæ perversiva, & immanibus ac quotidianis corruptelis viam sternens.

XII.

Qui alium movet, aut inducit ad inferendum grave damnum tertio, non tenetur ad restitutionem istius damni illati.

CENSURA.

Apertè falsa est, & receptissimis Justitiæ regulis contraria.

XIII.

Usura non est dum ultra sortem aliquid exigitur tanquam ex benevolentia & gratitudine debitum; sed solùm si exigatur tanquam ex justitia debitum.

CENSURA.

Hæc assertio periculosa est, & serviens ad excusandum & palliandum usuras de jure præsumptas.

XIV.

Contractus Mohatra licitus est, etiam respectu ejusdem personæ, & cum contractu revenditionis præviè inito, cum intentione lucri.

CENSURA.

Falsa est & palliativa usurarum, præsertim cùm emptori imponitur onus revendendi, uti in assertione.

XV.

Dare temporale pro spirituali non est simonia, quando temporale non datur, tanquam pretium, sed duntaxat tanquam motivum conferendi vel efficiendi spirituale; vel etiam quando per temporale fit solùm compensatio gratuita pro spirituali, aut è contra. Et id quoque locum habet etiam si temporale sit principale motivum dandi spirituale; immò etiam si sit finis ipsius rei spiritualis, sic ut illud pluris æstimetur quàm res spiritualis.

CENSURA.

Variæ istæ formalitates, ut plurimùm pallia sunt latentis simoniæ, & quamvis fieri subinde possit ut nulla propriè dictæ simoniæ labes subsit, plerumque tamen subsunt sordes simoniæ affines.

XVI.

Pro intercessione ad beneficium obtinendum, potest aliquid dari sine simoniæ suspicione.

CENSURA.

Falsa est & perniciosa, hominibusque ambitiosis & indignis aditum aperiens ad beneficia per pecuniam promiscuè procuranda.

XVII.

Satisfacit præcepto Ecclesiæ de audiendo Sacro qui duas ejus partes, immò quatuor simul à diversis celebrantibus audit.

CENSURA.

Falsa est & præceptorum Ecclesiæ elusiva, nec majorem habet apparentiam de quatuor Sacri partibus, quàm de viginti.

XVIII.

Urgens metus gravis, est causa justa Sacramentorum administrationem simulandi.

CENSURA.

Irreligiosa est, & Sacramentis Christi injuriosa.

XIX.

Qui mediante commendatione vel munere ad magistratum vel officium publicum promotus est, poterit eum restrictione mentali præstare juramentum quod de mandato Regis à similibus solet exigi, non habito respectu ad intentionem exigentis: quia non tenetur fateri crimen occultum.

CENSURA.

Patrocinatur humanæ ambitioni: justificat perjuria, & mandatum Regium inutile reddit.

XX.

Superfluum non est quod homines servant pro statu sui, vel parentum qualitate habitâ, vel adipiscendâ, ideoque vix poterunt inter seculares inveniri qui superfluum habeant.

CENSURA.

Prior pars in sua generalitate falsa est; & cum posteriori quæ inde deducitur, elidit obligationem eleemosynæ & misericordiæ impendendæ à Scriptura Sacra crebrò inculcatam.

XXI.

Non est nisi veniale, etiam absque utilitate se cibo & potu usque ad vomitum ingurgitare, nisi ex hujusmodi vomitibus gravia valetudini incommoda oriantur.

CENSURA.

Scandalosa est & falsa in sua generalitate, ac laxans habenas potatoribus ad se liberaliter ingurgitandum & inebriandum.

XXII.

Qui dormire nequit nisi vesperi sumptâ cœnâ, non tenetur jejunare, immò neque in prandio collationem sumere; quamvis hoc modo, isti incommodo obviare posset, quia nemo tenetur pervertere ordinem refectionum.

CENSURA.

Falsa est & fundata super frivolo prætextu.

XXIII.

Defessus ex quocunque labore licito, vel illicito, v. g. cum fœminis commixtione, liberatur à lege jejunii.

CENSURA.

Falsa, & castis auribus horribilis.

XXIV.

In rigore loquendo videtur quòd homo non teneatur unquam per totam vitam suam elicere actum amoris Dei.

CENSURA.

Impia, & primam legem Christianæ vitæ evertens.

XXV.

Ut actio quæpiam sit peccaminosa; oportet ut procedat ab homine qui noscit & percipit quid boni malive in ea sit; & antequam id videat, aut animum reflectat, actio neque bona est, neque mala.

CENSURA.

Est contra communia Christianæ Theologiæ principia, & innumera etiam immanissima hominum peccata excusat cum pernicie animarum.

XXVI.

Authoritas unius Doctoris probi & docti reddit opinionem probabilem.

CENSURA.

Perniciosa est & innumeras absurditates invehens in omni materia doctrinæ moralis.

Inferiùs habebatur.

Ita judicatum per Collegium S. Facultatis Theologicæ Universitatis Lovaniensis die 4. Maii anni 1657. ac de mandato DD. Decani & reliquorum Magistrorum ejusdem Facultatis subscripsit. Signatum, *Georgius Lipsius* istius Facultatis Bedellus & Notarius publicus.

Hoc monumentum extat in Bibliotheca Sorbonica v. 8. 14.

Anno Domini 1657.

PONtificia Constitutio Alexandri Papæ VII. præcedente anno emissa adversus quinque Propositiones *Jansenii* Yprensis, in generalibus Comitiis Gallicani Cleri comprobata fuit, simulque ibi perscripta formula subscribendi Pontificiis Decretis Innocentii Papæ X. & Alexandri VII. Formulæ illius tenor sequitur unà cum Edicto Regio.

FORMULAIRE.

Dressé par les Evêques de France contre les cinq Propositions.

JE me soumets sincerement à la Constitution du Pape Innocent X. du 31. May 1653. selon son veritable sens, qui a été determiné par la Constitution de Notre Saint Pere le Pape Alexandre VII. du 16. Octobre 1656. & je reconnois que je suis oblige en conscience d'obeïr à ces Constitutions, & je condamne de cœur & de bouche la doctrine des cinq Propositions de *Cornelius Jansenius* contenuës dans son Livre intitulé, *Augustinus*, que ces deux Papes & les Evêques ont condamnees, laquelle doctrine n'est point celle de saint Augustin que Jansenius a mal expliqué contre le vrai sens de ce saint Docteur.



I. EDIT DU ROI.

Pour la signature du Formulaire, composé par les Evêques de France en 1657.

LOüis, par la Grace de Dieu, Roi de France & de Navarre. A tous presens & à venir, Salut. La qualité de Roi Très Chretien & de Fils Aîné de l'Eglise, & les graces particulieres que nous avons reçuës de la Bonté divine depuis notre avenement à la Couronne, nous engageant d'employer nos soins & notre autorité à arrêter le cours de toutes sortes d'opinions nouvelles, capables de troubler le repos des consciences, la paix de l'Eglise, & la tranquillité de l'Etat. Et comme nous avons reconnu que la doctrine enseignée dans le Livre de *Jansenius*, Evêque d'Ypre, s'étant répanduë dans notre Royaume avoit partagé les esprits, qu'elle avoit excité beaucoup de troubles, & meu diverses contentions non-seulement dans l'Ecole & parmi les Theologiens, mais même entre les Personnes de toute sorte de condition & de sexe : Nous avons dès les premieres années de notre Regne tenté toutes sortes de moyens, afin d'assoupir ces differends dans leur naissance, & d'en empêcher le progrès : Et comme la chaleur de ces disputes croissant de jour en jour, faisoit connoître à tout le monde la necessité de les terminer ; un grand nombre d'Evêques de notre Royaume, ayant prié & invité le Pape d'en prendre connoissance, & de les décider, & leurs prieres ayant été appuyées par les offices & les instances de notre Ambassadeur, le Pape Innocent X. après avoir entendu respectivement les Parties, condamna par son Decret en forme de Constitution cinq Propositions extraites du Livre de *Jansenius*, comme étant le précis de la doctrine, & les principes qu'il a voulu établir dans toute la suite de son Ouvrage, & dont il semble avoir entrepris la démonstration. Cette Constitution ayant été reçuë avec respect par tous les Evêques de notre Royaume, qui la firent publier chacun dans l'étenduë de son Diocèse, en conformité des ordres que nous fimes expédier sur ce sujet.

Les Sectateurs de la doctrine de *Jansenius*, au lieu de se soumettre au Jugement prononcé par le Chef de l'Eglise, & accepté par les Evêques, rechercherent toute sorte d'artifices, soit pour en diminuer l'autorité, ou pour en éluder l'exécution.

Dans ce dessein ils firent publier un E-

dans lequel expliquant les cinq Propositions en trois sens differens, ils soutenoient hardiment que le Pape ne les avoit pas condamnées dans le sens qui leur est naturel, & selon lequel ils pretendoient les avoir defendues.

Mais cette premiere tentative ne leur ayant pas réüssi, tant parce que les plus grossiers en apperçurent aussi tôt l'illusion, qu'à cause que le Pape declara ouvertement qu'il avoit condamné ces Propositions dans le sens auquel *Jansenius* les avoit avancées & soutenuës; les Auteurs de ces nouveautés ont depuis passé dans une autre extremité, & ils se sont efforcés par divers Ecrits, de persuader que les Propositions condamnées n'ont point été enseignées par *Jansenius*, & qu'elles ne se trouvent point dans son Livre; & quoique d'abord il les ayent defenduës avec chaleur, qu'ils ayent entrepris de les faire passer pour des verités orthodoxes & pour les maximes les plus constantes de la doctrine de saint Augustin, ils les ont néanmoins depuis desavoüées comme des Propositions fabriquées à plaisir, & comme des chimeres que l'on auroit supposées pour les combattre avec avantage. Par ce procedé si peu sincere, & si contraire à la verité, ils ont fait assez voir quel est l'esprit & le caractere de ceux qui pour se rendre Chef de parti, & par des motifs de cabale & de jalousie, ont resolu de se signaler en débitant des opinions nouvelles: Et bien que le Pape Alexandre VII. par une seconde Constitution confirmative de la premiere, ait nettement declaré que les cinq Propositions condamnées par son Predecesseur etoient tirees du Livre de *Jansenius*, & condamnées dans le sens dans lequel cet Auteur les avoit enseignées; que la Faculté de Theologie ait rendu un Jugement doctrinal conforme à cette definition; que les Evêques de notre Royaume assemblés par notre permission, ayent accepté & approuvé par diverses déliberations, le contenu dans les deux Constitutions; que chaque Evêque en particulier en ait fait faire la publication dans son Diocèse, & que même pour en faciliter l'exécution, & afin qu'il ne manquât rien de tout ce qui peut partir d'une autorite legitime, nous avons permis & ordonné la publication de ces deux Bulles par nos Lettres-Patentes verifiées en notre presence en notre Cour de Parlement de Paris, & depuis enregistrées dans nos autres Parlemens. Ce Concours de Puissance Ecclesiastique & Seculiere, n'a pas eté suffisant pour reduire les Disciples de *Jansenius* à retracter de bonne foi des erreurs que l'Eglise a condamnées & reprouvées par un consentement unanime; & bien loin de deferer au Jugement de leurs Superieurs, il a assez paru que les declarations qu'ils ont faites d'accepter les Constitutions, & de s'y soumettre, n'ont rien eu de sincere, & qu'elles ont été en effet desavoüées, & par leurs discours & par leurs écrits qu'ils ont incessamment publiés, dans lesquels écrits, ils se sont efforcés de publier, tantot que leur doctrine étoit celle de saint Augustin, tantot que leurs sentimens etoient entierement conformes à ceux de saint Thomas: Et cette opiniâtreté a passé si avant, que suivant les traces des Herefiarques des siecles passés, ils ont continué d'insinuer & d'enseigner en secret leur doctrine, & ils ont qualifié de violence & de persecution les procedures legitimes & regulieres, qui ont été tenuës, pour, s'il eut eté possible, les reduire dans le devoir. Et comme les moindres etincelles excitées par le souffle de l'ambition & des interêts particuliers & cachés du voile de la pieté, & des apparences de séverité & de reformation, causent souvent de grands embrasemens, si l'on ne les etouffe dans leur naissance, parce qu'en matiere de Religion, il n'y a jamais de contentions ni de partialités legeres, & dont les suites ne puissent être funestes, l'experience nous ayant de plus fait connoître que tant s'en faut que la voye de douceur & la dissimulation dont on a usé jusqu'à present; air pu ramener les esprits, & produire l'obeïssance & la retenuë, qu'au contraire ceux qui sont attachés à ces opinions ont tiré avantage de ce que la souscription d'un Formulaire arrêté par les deliberations des Archevêques & Evêques de notre Royaume en l'année 1656. n'auroit pas été exécutée dans tous les Diocèses, & que ceux qui l'avoient voulu mettre en pratique, en avoient été empêchés par des appellations comme d'abus sous pretexte que par notre Déclaration enregistree en notre Cour de Parlement de Paris, il n'etoit fait mention de la souscription d'aucun Formulaire: Et comme la tolerance d'une doctrine si generalement condamnée pourroit attirer de mauvaises suites, il est d'autant plus necessaire de les prevenir, que l'on ne peut douter que ceux qui cherchent de differens pretextes pour ne point signer ledit Formulaire,

ne contribuent encore à fomenter les divisions de l'Eglise, qui pourroient, avec le tems, en produire dans l'Etat, & qu'ils ne soient du moins fauteurs d'heresie en ce qu'ils appuyent par leur résistance une doctrine condamnée par les Constitutions de deux Papes, par les suffrages des Evêques, & par l'avis de la Faculté de Theologie de Paris, outre que ce refus de signer un Formulaire publié par les Evêques dans leurs Diocèses, cette desobéissance si formelle & si opiniâtre aux ordres des Puissances legitimes, telle qu'elle paroît par les Ecrits qui se débitent tous les jours, est une hardiesse insupportable & une rébellion manifeste, qui doit être punie suivant les Canons, dans le for exterieur, avec toute la severité que les Loix Civiles & Canoniques prononcent contre les Fauteurs d'heretiques & contre les Perturbateurs du repos public. Sçavoir faisons, que Nous pour ces causes, & autres grandes & importantes considerations à ce Nous mouvans: De l'avis de notre Conseil, où étoit notre très-honorée Dame & Mere, notre très-cher & bien aimé Frere unique le Duc d'Orleans; notre très-cher, & très-aimé Cousin le Prince de Condé, plusieurs Princes, Ducs & Pairs, & autres notables Personnes de notredit Conseil, & de notre certaine science, pleine puissance & autorité Royale, avons par ces Presentes signées de notre main; dit, statué & ordonné; disons, statuons & ordonnons; voulons & nous plaît que les Bulles de nos Saints Peres les Papes Innocent X. & Alexandre VII. regîstrées en notre Cour de Parlement de Paris, soient publiées en tout notre Royaume, Pays, Terres & Seigneuries de notre obéïssance, pour être executées, gardées & observées inviolablement selon leur forme & teneur: Faisant très-expresses inhibitions & defenses à toutes Personnes de quelque rang, qualité & condition qu'elles soient de contrevenir ausdites Bulles, à peine d'être traités comme rebelles, désobéïssans à nos Commandemens, séditieux & perturbateurs du repos publics: Enjoignons à tous nos Juges ressortissans sans moyen en nos Cours de Parlement, de proceder contre eux, & de les punir des peines portées en tel cas par nos Ordonnances.

Et afin de terminer toutes les contestations; & faire cesser les divisions qui partagent nos Sujets sur ces matieres, & pour concourir par notre autorité à établir une entiere uniformité dans leur sentiment à cet égard: Nous avons par cesdites Presentes & de la même autorité que dessus, enjoint & ordonné, enjoignons & ordonnons à tous Ecclesiastiques, Seculiers & Reguliers, de signer le Formulaire cy-attaché sous le contre-scel de notre Chancellerie, qui leur sera presenté par les Archevêques & Evêques, dans les Diocèses desquels ils ont fait leur demeure pendant les trois dernieres années, ou dans les Diocèses desquels les Benefices dont ils sont pourvûs se trouveront situez: Et ce nonobstant toutes Exemptions, Privileges, Loix Diocesaines, Droits de Jurisdictions Episcopales, ou quasi-Episcopales, qui pourroient être pretenduës par aucuns Chapitres, Abbayes, Communautés Seculieres & Regulieres, ou par aucuns Particuliers, ausquels Privileges & exemptions, Droits de Jurisdictions & de Loix Diocèsaines, Nous avons, en tant que besoin est ou seroit, dérogé par ces Presentes pour ce regard, comme étant ce qui concerne la pureté de la Foi, & la determination des Questions doctrinales particulierement reservée à la personne & au caractere des Evêques: & ne pouvant leur être ôtée par aucuns privileges. Et en cas de refus par aucuns Ecclesiastiques, Seculiers ou Reguliers de souscrire ledit Formulaire, voulons qu'il soit procedé contre eux par les Evêques ou par leurs Officiers suivant les Constitutions Canoniques & les Loix de notre Royaume, nonobstant tous Privileges; comme aussi nonobstant toutes appellations simples ou comme d'abus, & sans préjudice d'icelles, pour lesquelles ne voulons être differé, comme s'agissant de Police & de Discipline, dans laquelle les Appellations comme d'abus ne doivent avoir aucun effet suspensif aux termes de nos Ordonnances.

Voulons en outre qu'à faute d'avoir par lesdits Ecclésiastiques, Seculiers ou Reguliers pourvûs de Benefices, souscrit ledit Formulaire un mois après la publication qui en aura été faite par Ordonnance de l'Evêque ou de ses Grands-Vicaires; les Benefices, Dignités, Personats, Offices Seculiers ou Reguliers, même les Claustraux & Amovibles, & generalement toutes sortes de Benefices dont ils seront pourvûs, & ausquels ils prerendront droit, demeureront vacans & impetrables de plein droit, sans qu'il soit besoin d'aucune Sentence, ni Declaration judiciaire, & sans qu'ils puis-

sent être rétablis dans leursdits Offices & Benefices, encore qu'ils voulussent postérieurement signer ledit Formulaire, & pour cette fin, ordonnons que ceux qui auront été pourvûs en leur lieu & place desdits Benefices, soit par le Collateur ordinaire, suit en Cour de Rome, y soient maintenus. Enjoignons aux Collateurs d'y pourvoir incontinent après ledit mois, & jusqu'à ce qu'il ait été pourvû, voulons que les fruits desd. Benefices soient saisis à la Requête de nos Procureurs Generaux, ou de leurs Substituts, & employes au profit des Hôpitaux des lieux.

Et afin qu'à l'avenir nul n'ait rang & autorité dans l'Eglise, qui puisse renouveller ces divisions ou troubler l'Etat, en adherant à ces nouvelles Doctrines: Nous voulons pour la police & la paix de notre Royaume, qu'aucune Personne ne puisse être cy-après pourvüë de quelque Benefice que ce soit, Seculier ou Regulier, qu'il n'ait auparavant souscrit ledit Formulaire en personne entre les mains du Lieutenant General, ou en son absence du plus ancien Officier du Bailliage ou Sénechaussée plus proche du lieu de sa demeure, de laquelle souscription Acte lui sera expedié en bonne forme, par Greffier d'icelui, dont la minute demeurera au Greffe.

Ce que nous voulons être pareillement observé par ceux qui seront dorénavant promeus à l'Ordre de Sous-Diaconat un mois après avoir reçu ledit Ordre, & faute de quoi nous les déclarons incapables de tenir, ou posseder aucuns Benefices, tant Seculiers que Reguliers, de quelque nature & condition qu'ils soient: Declarant nulles & de nul effet toutes Bulles, Provisions ou Nominations qu'ils pourroient obtenir, quand bien même ils souscriroient ledit Formulaire après led. tems expiré, ce que nous entendons avoir lieu seulement à l'Egard de ceux qui n'auront pas souscrit ledit Formulaire par l'Ordre de leur Evêque, ou de ses Grands-Vicaires.

Voulons & entendons que le même soit observé, tant pour les Evêchés, Abbayes & autres Benefices étant à notre nomination, que pour ceux qui sont à la Collation des Evêques, ou en Patronage Laïc ou Ecclesiastique; soit que plusieurs desdits Benefices soient vacans & conferés par mort, resignation, permutation ou en quelque autre maniere que ce soit; ce faisant, déclarons dés-à-present nulles & de nul effet les Provisions, Bulles & Nominations qui pourroient être subrepticement obtenuës, ou des Collateurs ordinaires, ou en Cour de Rome par ceux qui n'auront pas souscrit ledit Formulaire.

Ordonnons aussi que ceux qui prendront à l'avenir les Degrés dans les Universités de notre Royaume, ou qui seront élûs aux Charges, Principautés & Regences desd. Universités ou des Colleges en dépendans, signeront ledit Formulaire entre les mains du Greffier de chaque Université, ou de la Faculté en laquelle il prendra ses Degrés, aupa avant que de prendre aucun desdits Degrés, à peine de nullité desdits Degres, Nomination & autres Graces qui pourroient être accordées en conséquence; & de privation desdites Charges & Regences, & que tous ceux qui sont presentement dans lesdits Degres ou dans lesdites Charges desdites Universités & Colleges, souscriront ledit Formulaire entre les mains dudit Greffier un mois après la publication des Presentes sous les mêmes peines.

Voulons de plus & ordonnons que tous ceux generalement qui seront reçus à faire Profession à l'avenir dans les Monasteres de notre Royaume, ayent à souscrire ledit Formulaire, & que ladite souscription soit inserée dans l'acte de leur Profession, à peine aux Supérieurs d'en répondre en leurs propres & privés noms, & de desobeïssance.

Voulons pareillement que ceux qui seront cy-après élûs ou nommés pour exercer aucunes Charges ou Offices dans les Monasteres, fassent ladite Souscription, à peine de nullité de toutes élections & nominations qui pourroient être faites de leurs personnes en quelque maniere que ce puisse être.

Et d'autant que le Livre de *Jansenius* intitulé *Augustinus*, a donné lieu aux derniers troubles & contestations des Catholiques, & aux nouvelles divisions de l'Eglise, ausquelles Nous avons résolu d'apporter le remede qui dépend de notre autorité: Nous avons fait & faisons très-expresses inhibitions & défenses à tous nos Sujets de quelque qualité & condition qu'ils soient, de vendre ou de débiter ledit Livre, ni même de le garder sans la permission de l'Evêque ou

de ses Grands-Vicaires. Enjoignant à tous Imprimeurs & Libraires qui en ont presentement, de les porter, ou faire porter dans la quinzaine, après la publication des Presentes, au Greffe de l'Archevêché de Paris, ou ès Greffes des Bailliages & Senechaussees dans le Ressort desquelles ils sont leur demeure, à peine de punition.

Mais, parce que cette division qui avoit commence à l'occasion dudit Livre de *Jansenius* a beaucoup augmenre par la liberté effrenee que plusieurs se sont donnés d'ecrire, composer & publier divers libelles contre les Bulles des Papes Innoc. X. & Alexandre VII. contre les déliberations des Evêques & les Censures de la Faculté de Theologie, & principalement contre le Formulaire dressé pour établir la paix dans l'Eglise, & l'uniformité dans les sentimens, afin d'empêcher ce desordre. Nous avons fait & faisons par cesd. Presentes, très-expresses inhibitions & defenses à tous nos Sujets de quelque qualité & condition qu'ils soient, d'écrire ou composer, imprimer, vendre ou debiter, directement ou indirectement sous quelque nom ou titre que ce puisse être, aucun Ouvrage, Lettres ou Ecrits tendans à favoriser, soutenir ou renouveller en quelque maniere que ce soit la Doctrine condamnée de *Jansenius*, ou à contredire ledit Formulaire, sous peine d'être traités comme Fauteurs d'heretiques, & comme Perturbateurs du repos public: Voulons que ceux qui ont écrit, enseigné ou prêché aucune chose contraire ausdites Bulles & Formulaire, soient tenus en signant ledit Formulaire de se retracter, dont sera fait mention dans l'acte qui sera expedié de leur souscription. N'entendant au surplus déroger à ce qui a ete fait par la Faculté de Theologie de Paris contre ceux qui ont refusé de signer la Censure de ladite Faculte du premier jour de Fevrier 1656. ni aux Arrêts rendus en notre Conseil contre aucuns des Chanoines du Chapitre de Beauvais le 21. Juillet & 2. Octobre 1659. que nous voulons être exécutés selon leur forme & teneur.

Si DONNONS EN MANDEMENT à nos Amés & Feaux les Gens tenans notre Cour de Parlement de Paris, que ces Presentes ils ayent à faire lire, publier & enregistrer avec ledit Formulaire, & le contenu en icelle faire garder & observer, en ce qui dependra de l'autorité de notredite Cour en toute l'etenduë de son Ressort, sans souffrir qu'il y soit contrevenu en aucune maniere: CAR TEL EST NOTRE PLAISIR. Et afin que ce soit chose ferme & stable à toujours, Nous avons fait mettre notre scel à cesdites Patentes. Sauf en autres choses notre droit & l'autruy en toutes. Donne à Paris au mois d'Avril l'an de grace 1664. & de notre Regne le 22. *Signé*, LOUIS: *Et plus bas*, Par le Roy, DE GUENEGAUD, & à coté est ecrit: *Visa* SEGUIER, pour servir aux Lettres-Patentes contenant la volonte & la résolution du Roy sur l'heresie du Jansenisme.

Lûës, publiées & registrées: oüy & ce requerant le Procureur General du Roi, pour être exécutées selon leur forme & teneur. A Paris en Parlement, le Roi seant, le 29. Avril 1664. Signé, DU TILLET.

Hæc monumenta extant in libro cui titulus est: *Recueil historique*, in Bibliotheca Sorbonica arm. 11. r. 2. p. n. 12.

Anno Domini 1657.

JUssu Alexandri Papæ VII. die 6. Septembris in generali Congregatione S. Romanæ Inquisitionis proscriptæ sunt decem & octo Litteræ familiares Gallico sermone conscriptæ, quarum prior inscribitur: *Lettre écrite à un Provincial de ses amis sur le sujet des disputes presentes de Sorbonne, &c.*

Harum Litterarum Auctor erat Dominus *Paschal*, cujus stylo *Arnaldus* usus est, ut in duabus prioribus Litteris insinuet, non aliud genus proximæ potestatis ad rectè agendum impellentis esse præter illud quod per efficax auxilium Divinæ Gratiæ cum ipso effectu conjungit & applicat ad actum: Thomistasque & cæteros Contradicentes temerè irridet. Multa etiam alia scripta pro defensione Jansenianæ Doctrinæ simul prohibita sunt.



Feria

Anno Domini 1657.

Feriâ quintâ die sextâ Septembris

In Congregatione Generali S. Romanæ & universalis Inquisitionis habita in Palatio Apostolico apud Sanctam Mariam Majorem, coram Sanctissimo D. N. Alexandro, Divinâ Providentiâ Papâ VII. ac Eminentissimis & Reverendissimis D. D. S. R. E. Cardinalibus, in universa Republica Christiana contra Hæreticam pravitatem Inquisitoribus Generalibus, à sancta Sede Apostolica specialiter deputatis.

SAnctissimus D. N. Alexander Papa VII. præsenti Decreto prohibet & damnat Libros infra scriptos, eosque pro damnatis & prohibitis haberi voluit sub pœnis & censuris in sacro Concilio Tridentino, & in indice Librorum prohibitorum contentis, aliisque arbitrio Sanctitatis suæ infligendis.

Decem & octo Epistolæ Gallico idiomate conscriptæ, quarum prior inscribitur.

Lettre écrite à un Provincial par un de ses amis sur le sujet des disputes presentes de la Sorbonne. De Paris ce 23. Janvier 1656. Incipit: *Monsieur, Nous étions bien abusés*, &c.

2. *Lettre, &c. de Paris ce 29. Janvier 1656.* Incipit: *Monsieur, Comme je fermois*, &c.

3. *Troisiéme Lettre, &c. De Paris ce 9. Fevrier 1656.* Incipit: *Monsieur, Je viens de recevoir*, &c.

4. *Quatriéme Lettre, &c. De Paris le 25. Fevrier 1656.* Incipit: *Monsieur, il n'est rien tel que*, &c.

5. *Cinquiéme Lettre, &c. De Paris le 20. Mars 1656.* Incipit: *Monsieur, Voicy ce que je vous ay promis*, &c.

6. *Sixiéme Lettre, &c. De Paris ce 10. Avril 1656.* Incipit: *Monsieur, Je vous ai dit*, &c.

7. *Septiéme Lettre, &c. De Paris ce 25. Avril 1656.* Incipit: *Monsieur, Après avoir appaisé*, &c.

Tom. III. Pars II.

8. *Huitiéme Lettre, &c. De Paris ce 26. May 1656.* Incipit: *Monsieur, Vous ne pensiez pas que personne*, &c.

9. *Neuviéme Lettre, &c. De Paris ce 3. Juillet 1656.* Incipit: *Monsieur, Je ne vous feray pas plus*, &c.

10. *Dixiéme Lettre, &c. De Paris ce 2. Août 1656.* Iocipit: *Monsieur, Ce n'est pas encore ici*, &c.

11. *Onziéme Lettre écrite par l'Auteur des Lettres au Provincial, aux Reverends Peres Jesuites, du 18. Août 1656.* Incipit: *Mes Reverends Peres, j'ai vû les Lettres que vous*, &c.

12. *Douziéme Lettre, &c. Du 9. Septembre 1656.* Incipit.: *Mes Reverends Peres, J'étois prêt à vous écrire*, &c.

Treiziéme Lettre, &c. Du 30. Septembre 1656. Incipit: *Mes Reverends Peres, Je viens de voir votre dernier écrit*, &c.

14. *Quatorziéme Lettre, &c. Du 23. Octobre 1656.* Incipit: *Mes Reverends Peres, Si je n'avois que répondre*, &c.

15. *Quinziéme Lettre, &c. Du 25. Novembre 1656.* Incipit: *Mes Reverends Peres, Puisque vos impostures croissent*, &c.

16. *Seiziéme Lettre, &c. Du 4. Decembre 1656.* Incipit: *Mes Reverends Peres, Voicy la suite de vos calomnies*, &c.

17. *Dix-septiéme Lettre, écrite par l'Auteur des Lettres au Provincial, au Reverend Pere* Annat, *Jesuite, ce 23. Janvier 1657.* Incipit: *Mon Reverend Pere, Votre procedé m'avoit, &c.*

18. *Dix-huitiéme Lettre, au Reverend Pere* Annat, *Jesuite, sur la copie imprimée à Cologne le 24. Mars 1657.* Incipit: *Mon Reverend Pere, Il y a long tems que vous*, &c.

Lettre d'un Avocat au Parlement à un de ses amis, touchant l'Inquisition qu'on veut établir en France, à l'occasion de la nouvelle Bulle du Pape Alexandre VII. à Paris le 1. Juin 1657. Iocipit: *Monsieur, Vous croyez que toutes vos affaires*, &c.

Antonii Arnaldi Doctoris & Socii Sorbonici. Opera sequentia.

Lettre de Monsieur Arnauld, Docteur de Sorbonne, à une personne de condition, sur ce qui est arrivé depuis peu dans une des

Eeee

Paroisses de Paris à un Seigneur de la Cour.

Seconde Lettre de Monsieur Arnauld, *Docteur de Sorbonne à un Duc & Pair de France, pour servir de Réponse à plusieurs Ecrits, qui ont été publiés contre sa premiere Lettre, sur ce qui est arrivé à un Seigneur de la Cour dans une Paroisse de Paris.*

Epistola & Scriptum ad sacram Facultatem Parisiensem in Sorbona congregatam, die 6. Decembris anni 1655.

Scripti pars altera, ad sacram Facultatem Parisiensem in Sorbona congregatam, die 10. Decemb. 1655.

Epistola, & alter Apologeticus ad sacram Facultatem Parisiensem in Sorbona congregatam, die 17. Januarii 1656.

Epistola inscripta; Viro Sapientissimo Henrico Holdeno, sacræ Facultatis Parisiensis Doctori: Incipiens, *Eâ temporum conditione*, &c.

Vera S. Thomæ de Gratia sufficienti & efficaci doctrina dilucidè explanata.

Propositiones Theologicæ, de quibus hodie maximè disputatur, clarissimè demonstratæ.

Tabulæ Suffragiales de terminandis fidei litibus, ab Ecclesia Catholica fixæ, Authore *Thoma Anglo* ex Albiis *East-Saxone.*

ET *quia circumferuntur quædam folia impressa, anno 1657. quorum titulus est:* Tredecim Theologorum ad examinandas quinque Propositiones ab Innocentio X. Selectorum Suffragia, seu ut appellant, Vota summo Pontifici scripto tradita. Eadem Sanctitas Sua præsenti hoc Decreto illa prohibet, & declarat, ac decernit, iis tanquam apocryphis nullam fidem esse adhibendam, nec à quocumque allegari posse, vel debere. Et præterea Epistolas, libellos, ac libros alios quoscunque in quibus Doctrina *Cornelii Jansenii*, Episcopi Yprensis, in quinque Propositionibus per Constitutiones Innocentii Prædecessoris, & Sanctitatis Suæ damnata, asseritur, aut quomodolibet approbatur, vel defenditur; tam impressos, quàm imprimendos quocunque idiomate, vel quomodolibet etiam in scriptis evulgatos, vel in futurum evulgandos, Sanctitas Sua omnino damnat & prohibet, ac damnatos & prohibitos esse voluit, mandans, ut nemo cujuscumque gradus & conditionis existat, etiam speciali seu specialissimâ notâ dignus libros prædictos, aut aliquem ex illis apud se retinere, legere, aut imprimere, aut imprimi curare audeat; sub pœnis & censuris contra hujusmodi delinquentes statutis; sed statim quicumque illos habent, vel in futurum quandocumque habebunt, locorum Ordinariis, seu Inquisitoribus sub iisdem pœnis exhibere teneantur.

Insuper eum hac occasione & prætextu in lumen prodeant plures libri continentes & tractantes materiam *de Auxiliis*, nullâ prorsus petitâ, vel obtentâ licentiâ ab hac sacra Congregatione, contra formam Decretor. Pauli V. & Urbani VIII. Prædecessorum suorum (quæ quatenus opus sit, Sanctitas Sua denuò confirmat, innovat, & inviolabiliter observari mandat, sub censuris & pœnis in eisdem contentis) ideo illis inhærendo, dictos libros editos, & in futurum quomodolibet edendos absque eo quòd fiat de illis specialis mentio, ipso facto, absque alia declaratione pro expressè prohibitis haberi voluit, & decrevit.

Joannes *Lupus* Sanct. Rom. & Universalis Inquisitor Not.

Hoc monumentum reperitur ibidem ut supra.

Arrêt du Conseil d'Etat, contre les Lettres au Provincial.

VEU PAR LE ROY ETANT EN SON CONSEIL, l'Arrêt donné en iceluile 12. Août dernier, sur le sujet de plusieurs plaintes renduës à Sa Majesté, de ce qu'encore que les Constitutions des Papes Innocent X. & Alexandre VII. condamnent la Doctrine de *Jansenius*, Evêque d'Ypre, contenuë dans le Livre intitulé, *Augustinus*, & que lesd. Conclusions ayant eté reçuës par l'Assemblée Generale du Clergé de France, publiées par les Prelats dans leurs Diocèses, exécutées par les Universités, même confirmées par les Declarations de Sa Majesté, lesquelles ont été registrées dans les Cours de Parlement; neanmoins on voyoit tous les jours dans le Public de nouveaux Ecrits & Imprimés, qui tendoient à soutenir ladite doctrine condamnée: & un entr'autres sous le ti-

tre de *Ludovici Montaltii Litteræ Provinciales*, *&c.* lequel outre les Propositions heretiques qu'il contient, est outrageux à la réputation du feu Roy Louis XIII. de glorieuse memoire, & à celle des principaux Ministres qui ont eu la direction de ses affaires; par lequel Arrêt Sa Majesté pour y pourvoir incessamment, afin d'en prévenir les mauvaises suites, a ordonné que ledit Livre, intitulé: *Ludovici Montaltii Litteræ Provinciales, &c.* seroit remis pardevers le sieur Baltazar, Commissaire à ce Deputé, pour être vû & examiné, & avoir le sentiment des sieurs Evêques de Rennes, Rodez, Amiens & Soissons, ensemble des sieurs *Grandin*, *Lestoch*, *Morel*, *Bail*, *Chapelas*, *Chamillard*, *du Saussoy*, & des Peres *Nicolai* & *Cangy*, Docteurs en Theologie de la Faculte de Sorbonne, que Sa Majesté a commis à cet effet, pour donner leurs avis, en être dressé Procès-verbal, & le tout rapporté à Sa Majesté, & y être pourvû ainsi qu'il appartiendra; le Procès-verbal desdits Commissaires du 7. du present mois de Septembre, par lequel après avoir diligemment examiné ledit Livre, ils déclarent que les heresies de *Jansenius* condamnées par l'Eglise sont soutenuës & defenduës, tant dans lesdites *Lettres de Loüis Montalte*, & dans les *Notes de Guillaume Wendroch*, que dans les *Disquisitions* adjointes *de Paul Irenee*. Que cela est si manifeste que si quelqu'un le nie, il faut necessairement, ou qu'il n'ait pas lû ledit Livre, ou qu'il ne l'ait pas entendu, ou ce qui pis est, qu'il ne croye point heretique ce qui a été comme heretique condamné par les saints Pontifes, par l'Eglise Gallicane, & par la sacrée Faculte de Theologie de Paris, que la detraction & petulance est tellement familiere à ces trois Auteurs qu'ils ne pardonnent à la condition de personne, non pas même au Souverain Pontife, aux Rois, aux Evêques, & aux principaux Ministres du Royaume, à la sacrée Faculté de Theologie de Paris, ni aux Familles Religieuses; & que ledit Livre est digne de la peine ordonnée de Droit pour les Libelles diffamatoires & Livres heretiques. OUY le Rapport dudit sieur Baltazar: Et tout consideré. SA MAJESTE' E'TANT EN SON CONSEIL, a Ordonné & ordonne que ledit Livre, intitulé *Ludovici Montaltii Litteræ Provinciales*, *&c.* sera remis pardevers le sieur Daubray Lieutenant Civil au Châtelet de Paris, puur à la diligence du Procureur de Sa Majesté, le faire lacerer & brûler à la Croix du Tiroir par les mains de l'Executeur de la Haute Justice, dont Sadite Majesté sera certifiée dans la huitaine: Faisant cependant très-expresses inhibitions & defenses à tous Imprimeurs, Libraires, Colporteurs & autres de quelque qualité & condition qu'ils soient, d'imprimer, vendre & débiter, ni même retenir ledit Livre, sans notes, ou avec les notes, additions, & disquisitions desdits Wendrock & Paul Irenée, sur peine de punition exemplaire. Et sera le present Arrêt executé nonobstant oppositions ou appellations quelconques, dont si aucunes interviennent, Sadite Majesté s'est reservée la connoissance d'icelles, interdire à tous autres Juges. Fait au Conseil d'Etat du Roy, Sa Majesté y etant, tenu à Paris le vingt-troisieme de Septembre mil six cens soixante. *Signé*, PHELYPEAUX.

Exécution de l'Arrêt du Conseil d'Etat condamnant au feu les Lettres au Provincial.

Extrait des Registres du Châtelet de Paris.

L'An mil six cens soixante, le 14. Octobre. Nous soussignés Greffiers de la Chambre Civile, Tournelle & Police du Châtelet de Paris: en consequence de l'Arrêt du Conseil d'Etat du Roy, du 23. Sept. dernier. *Signé*, PHELYPEAUX, & scellé; portant entre autres choses que le Livre intitulé: *Ludovici Montaltii Litteræ Provinciales*, *&c.* seroit brûlé par les mains de l'Executeur de la Haute Justice à la Croix du Tiroir, avec deffense à tous Imprimeurs, Libraires, Colporteurs & autres de quelque qualité & condition qu'ils soient, d'imprimer, vendre & débiter, ni même retenir ledit Livre; pour l'exécution duquel Arrêt Sa Majesté a renvoyé pardevant Monsieur le Lieutenant Civile, pour à la diligence de Mr. son Procureur audit Châtelet, être exécuté; auquel Arrêt est attaché la commission dudit jour avec contre-scel; & en vertu de la Sentence renduë par mondit Sieur le Lieutenant Civil, le 8. du present mois, sur les remontrances & conclusions de mondit Sieur Procureur de Sa Majesté, portant que ledit Livre cy-dessus mentionné seroit brûlé audit

lieu de la Croix du Tiroir par l'Exécuteur de la Haute Justice, conformément audit Arrêt; & que pour sçavoir les Auteurs, ceux qui ont fait icelui, imprimé & vendu, qu'il en seroit informé à la Requête dudit sieur Procureur de Sa Majesté saisir & arrêter les exemplaires dudit Livre pour être le procès fait aux coupables suivant la rigueur des Ordonnances; & icelle Sentence lue & affichée à son de trompe & cry public ès lieux & places accoutumés; nous nous sommes transportés sur l'heure du midy au Carrefour de ladite Croix du Tiroir, où étant, & après avoir fait allumer un feu par ledit Exécuteur de la Haute Justice, aurions par la bouche d'icelui à haute & intelligible voix, fait repeter tout le contenu en ladite Sentence cy-dessus datée, & ensuite fait mettre dans le feu ledit Livre intitulé *Ludovici Montaltii Litteræ Provinciales*, *&c.* par les mains dudit Exécuteur, lequel après avoir été converti en cendres, nous nous serions retirés, dont & de ce que dessus avons dressé le present Procès-Verbal, pour servir & valoir à moi que de raison. *Signé*, BERTHELOT.

Anno Domini 1659.

Decretum contra Librum, cui titulus est: Apologie pour les Casuistes.

Feriâ V. die 21. Augusti.

In Congregatione Generali Sanctæ Romanæ, &c.

SAnctissimus D. N. Alexander Papa VII. præsenti Decreto prohibet & damnat Librum, cui titulus: *Apologie pour les Casuistes, contre les calomnies des Jansenistes, où le Lecteur trouvera les verités de la Morale Chrêtienne si nettement expliquées & prouvées avec tant de solidité, qu'il lui sera aisé de voir que les maximes des Jansenistes n'ont que l'apparence de la verité, & qu'effectivement elles portent à toutes sortes de pechés, & aux grands relâchemens qu'elles blâment avec tant de severité. Par un Theologien & Professeur en Droit Canon. A Paris.* M. DC. LVII. eumque pro damnato & prohibito haberi vult. Mandat propterea Sanctitas Sua, ut nemo cujuscunque gradûs & conditionis existat, etiam speciali & specialissimâ notâ dignus prædictum Librum apud se retineat, aut legat: neve imprimere, aut imprimi curare audeat, sub pœnis & censuris in sacro Concilio Tridentino, & in indice Librorum prohibitorum contentis, aliisque arbitrio Sanctitatis Suæ infligendis, sed statim quicumque illum habet, vel in futurum quandocumque illum habebit, locorum Ordinariis, seu Inquisitoribus sub iisdem pœnis exhibere teneatur.

Anno à Nativitate D. N. Jesu-Christi 1659. &c.

Joannes *Lupus* Sanctæ Romanæ & Universalis Inquisitionis, Notarius.

Hæc monumenta reperiuntur ibidem ut supra.

Anno Domini 1660.

IN Generalibus Comitiis Gallicani Cleri improbata fuit versio Romani Missalis in Gallicam linguam.

Anno Domini 1661.

DIe primâ Julii: Constitutio Alexandri Papæ VII. de Inquisitione.

Anno Domini 1661.

DIe 7. Januarii Epistola Eminentissimorum Cardinalium, Illustrissimorum, ac Reverendissimorum Archiepiscoporum, totiusque Cœtûs Cleri Gallicani, in Comitiis Generalibus Lutetiæ Parisiorum an. 1661. congregati nomine scripta ad SS. in Christo Patrem ac Dominum Alexandrum VII. Pontificem Maximum super editione Missalis Romani è Latino in Gallicam linguam conversi, ejusque prohibitione. Hæc epistola ab Antonio *Vitrey* Typographo Parisiis in lucem edita est, an. 1661. In collectione Authorum versiones Scripturæ in vernaculam linguam condemnantium.



Anno

Anno Domini 1661.

Die 12. Januarii Alexander Papa VII. *proprio motu* eandem versionem Missalis Romani Gallico sermone, in Galliis editam improbavit. Præfati Decreti tenor sequitur.

Decretum Alexandri Papæ VII. contra versionem Missalis Romani Gallico sermone in Galliis editam.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

AD aures nostras ingenti cum animi mœrore pervenit, quòd in Regno Galliæ quidam perditionis filii in perniciem animarum novitatibus studentes & Ecclesiasticas Sanctiones ac praxim contemnentes: ad eam nuper vesaniam pervenerint, ut Missale Romanum Latino idiomate longo tot sæculorum usu in Ecclesia probato conscriptum, ad Gallicam vulgarem linguam convertere, sicque conversum typis evulgare, & ad cujusvis ordinis & sexûs personas transmittere ausi fuerint, & ita Sacrosancti ritûs Majestatem Latinis vocibus comprehensam dejicere & proterere, ac sacrorum Mysteriorum dignitatem vulgo exponere, temerario conatu tentaverint. Nos quibus licet immeritis, vineæ Domini Sabaoth à Christo Salvatore nostro plantatæ, ejusque pretioso Sanguine irrigatæ cura demandata est, ut spinarum ejusmodi, quibus illa obrueretur obviemus incremento, earumque, quantùm in Deo possumus, radices succidamus, quemadmodum novitatem istam perpetui Ecclesiæ decoris deformatricem, inobedientiæ, temeritatis, audaciæ, seditionis, schismatis aliorumque plurium malorum facilè productricem abhorremus & detestamur, ita Missale præfatum Gallico idiomate à quocunque conscriptum, vel in posterum aliàs quomodolibet conscribendum & evulgandum, motu proprio, & ex certâ scientia ac matura deliberatione nostris, perpetuò damnamus, reprobamus; & interdicimus, ac pro damnato, reprobato & interdicto haberi volumus, ejusque impressionem, lectionem & retentionem universis & singulis utriusque sexûs Christi fidelibus cujuscumque gradûs, ordinis, conditionis, dignitatis, honoris & præeminentiæ, licet de illis specialis & individua mentio habenda foret existant, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ ipso jure incurrendæ perpetuò prohibemus; mandantes quòd statim quicumque illud habuerint, vel in futurum quomodocumque habebunt, realiter & cum effectu exhibeant, & tradant locorum Ordinariis, vel Inquisitoribus, qui nullâ interpositâ morâ exemplaria igne comburant: & comburi faciant, in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 12. Januarii 1661. Pontificatûs nostri an. 6.

Anno Domini 1661.

Breves Litteræ Alexandri Papæ VII. ad Antistites Gallicanæ Ecclesiæ quibus ad præcedentes Litteras Cœtûs Gallicani Cleri respondet.

ALEXANDER PAPA VII.

DIlecti Filii nostri ac venerabiles Fratres, Salutem & Apostolicam Benedictionem. Accepimus Litteras à vobis, die 7. Januarii scriptas, & in eis insigniter expressum Pastoralis vigiliæ studium, quo vestrarum Ecclesiarum regimini, & præsertim conservandæ puritati veteris disciplinæ & antiqui moris, incumbitis non sine paternæ mentis gaudio perspeximus. Est enim profectò sapiens Filius corona Patris, nec alia ex re ulla majorem in tantis Pontificiæ curæ molestiis consolationem haurire possumus; quam ex tam amatorum filiorum in Dei & Ecclesiæ sanctæ causam impensis, cogitationibus, & operibus. Porro præcipuus zelus, quem in comprimendis, vel in ipso exortu cunctis ab universalis Ecclesiæ consuetudine quoquo modo alienis abusibus profitemini, eximiâ certè laude dignissimus est; hunc enim si sacri præsules diligenter adhibeant, Apostolico deposito custodito, suas Ecclesias ab omnibus prophanis & perniciosis demum novitatibus facilè tueri ex illis primum integritatis suæ splendorem illibatum usque servare, & penitus asserere poterunt. Quod autem speciatim ad nupetam in vulgarem linguam translari Mis-

falis editionem pertinet optatis piis vestris Apostolicâ sollicitudine & curâ etiam ante litteras vestras acceptas, jam satisfactum fuisse planè gaudemus: nam ubi primùm ea res à nobis istioc audita fuit, illi statim obviam itum est expressâ nostri brevis animadversione; quod ex eodem diplomate melius cognosci poterit, quare studium vestrum in hac etiam re valde commendamus utque constanter idem retinere omnibus in rebus ad vestrarum Diœcesum Gubernium pertinentibus in Dei gloriam, & domus ejus decorem in dies magis enitamini etiam atque etiam, vos hortamur, idque non eu sanè quod tam egregiè currentibus, aliis quam virtutis propriæ calcaribus opus esse credamus, sed ut muneris nostri debito, & simul pietatis filialis devotioni vestræ, quam officiis paternis etiam in hac re carere nolle scimus satis superque fiat. Cæterùm omnia planiùs, ex venerabili Fratre Archiepiscopo cæsareæ Apostolico Nuncio nostro & laudum vestrarum apud nos assiduo teste coram intelligetis. Interim Religiosis laboribus vestris propitium & retributorem Deum ex corde rogamus, Apostolicamque Benedictionem vobis dilecti filii nostri, venerabiles fratres, ac dilecti filii peramanter impertimur.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 7. Februarii 1661. Pontificatûs nostri an.6.

ARREST DU CONSEIL d'Etat, par lequel le Roi ordonne que les traductions qui ont été faites du Missel Romain en François seront supprimées; avec défenses d'en vendre, ni acheter, à peine de quinze cens livres d'amende & confiscation des exemplaires.

SUR ce qui a été remontré au Roi, étant en son Conseil, par les Députes de l'Assemblée Generale du Clergé, que par la déliberation du 7. Decembre dernier, elle auroit prohibé la lecture & l'usage des traductions en François du Missel Romain, faites depuis peu, par le sieur Voisin & autres, comme une nouveauté contraire à la pratique de l'Eglise, & ensuite auroit supplié Sa Majesté d'interposer son autorité pour l'execution d'une si sainte résolution; & d'autant que les Libraires ne cessent point de faire le débit de ces Livres, ni le peuple de s'en servir, lesdits Deputes supplioient Sa Majesté d'empêcher la continuation de ces désordres, par les moyens qu'elle jugera être plus à propos. La matiere mise en déliberation. LE ROY ESTANT EN SON CONSEIL a ordonné & ordonne que lesdits Livres contenans les traductions en François du Missel Romain, seront supprimés, suivant ladite deliberation de l'Assemblée, & que tous les exemplaires seront saisis en quelque part du Royaume qu'ils se trouvent, soit dans les boutiques des Libraires, ou dans les maisons particulieres. Enjoint au Lieutenant Civil de proceder incontinent à ladite saisie dans l'etendue de cette Ville, de Paris, & aux autres Lieutenans des Bailliages & Senechaussées chacun en son ressort; pardevant lesquels les Particuliers qui auront lesdits Livres, seront tenus de les presenter pour être supprimes, à peine de quinze cens livres d'amende; & sous pareille peine & confiscation des exemplaires; Sa Majeste fait inhibitions & defenses à tous Libraires, de vendre aucun desdits Livres, & à ses Sujets de les acheter. Fait au Conseil d'Etat du Roi, Sa Majesté y étant, tenu à Paris le 16. jour de Janvier 1661. *Signé*, DE GUENEGAUD.

LOUIS, par la grace de Dieu, Roi de France & de Navarre, à notre amé & féal Conseiller en notre Conseil d'Etat & Lieutenant Civil de notre bonne Ville de Paris, le sieur Aubray, Salut. Ayant ordonné par l'Arrêt de notre Conseil d'Etat, dont l'Extrait est cy-attaché: la suppression des Livres contenans les traductions en François du Missel Romain, suivant la déliberation de l'assemblée Generale du Clergé de France, & que tous les exemplaires seront saisis en quelque part du Royaume qu'ils se trouvent, soit dans les boutiques des Libraires ou dans les Maisons des Particuliers, Nous voulons & vous mandons très-expressément, que conformément audit Arrêt, vous ayez à proceder incontinent à la saisie desdits Livres, dans l'étendue de notredite Ville de Paris. Mandons aussi aux autres Lieutenans des Bailliages & Senechaussées de ce Royaume de faire le semblable, chacun dans leur Ressort.

Enjoignons aux Particuliers qui auront desdits Livres, de les representer pardevant eux pour être supprimés. Faisons très-expresses inhibitions & défenses à tous Libraires de vendre aucun desdits Livres, & à nos Su-

jets d'en acheter sur les peines contenues aud. Arrêt, à l'exécution duquel Nous entendons que vous teniez soigneusement la main, & que vous nous informiez de la diligence que vous y aurez apportée chacun à votre égard. Mandons à tous Huissiers ou Sergens sur ce requis que vous en ce faisans ils obeïssent, sans autre permission que la presente & celle que vous leur en donnerez; & parce qu'on aura besoin dudit Arrêt, & des Presentes en divers lieux, Nous voulons qu'aux copies collationnées par nos amés & feaux Conseillers & Secretaires, foi soit ajoûtée comme à l'original: Car tel est notre Plaisir. Donné à Paris le 16. jour de Janvier, l'an de grace 1661. *& de notre Regne le dix-huitième.* Signé, LOUIS: Et plus bas, *par le Roi,* DE GUENEGAUD *& scellé du grand sceau de cire jaune.*

Collationé aux originaux par moi Conseiller-Secretaire du Roi & de ses Finances.

Hæc duo monumenta extant in Collectione Auctorum versiones Scripturæ in vernaculam linguam condemnantium, pag. 72. & s.

Anno Domini 1661.

Die 8. Junii Generales Vicarii Eminentissimi Cardinalis de *Retz*, Parisiensis Archiepiscopi, quodam Edicto declararunt, tempore Innocentii papæ X. non aliud actum fuisse, quam inquisitum, utrum Propositiones illæ quinque de gratia, veræ & Catholicæ, an potius falsæ & hæreticæ forent. Occasione illius Edicti Alexander Papa VII. breves Litteras scripsit ad Generales Vicarios Cardinalis de *Retz* Parisiensis Archiepiscopi super hac re. Harum Litterarum tenor sequitur.

Breves Litteræ Alexandri Papæ VII. ad Vicarios Generales Cardinalis de Retz.

Dilecti Filii, Salutem & Apostolicam Benedictionem. Non sine magna profectò admiratione, justo animi dolore, quo paterna viscera commoveantur, publicatum vestro nomine die quintâ Junii anni hujus, edictum perlegimus. In quo sanè in primis non minus temerariâ, quàm mendaci narratione, profertur tempore felicis recordationis Innocentii X. non aliud actum fuisse, quam inquisitum an Propositiones illæ quinque de gratia veræ & Catholicæ, an potiùs falsæ & hæreticæ censendæ forent. Cùm eo planè tempore nedum de Propositionibus ipsis cognitio habita fuerit, verùm quod è *Jansenii* libro *Augustinus* nuncupatu extractæ essent, & ita in sensu ab eodem *Jansenio* intellectæ damnatæ: ut nos ipsi Constitutione nostra 17. Kal. Novemb. 1656. luculenter expressè declaravimus, quòd cùm adeo falsum patensque mendacium in re tali asserere minimè veriti sitis, ubique malorum zizaniorum in agro Dominico seminatores, Ecclesiæ Catholicæ Perturbatores, & quòd in vobis est Authores turpissimi schismatis esse deprehendimini. Porro autem etsi protervia in vobis dignoscitur, cavillationibus subdolis, & circuitibus obviam eundi Ecclesiæ definitionibus, quibus etiam totius Franciæ Episcoporum & Prælatorum obsequium & zelus, & Christianissimi Regis pietas tam anxiè præsto est: Nos tamen Pontificiæ charitatis mansuetudine, nondum sævâ viâ procedere, sed paternâ clementiâ potiùs uti voluimus, sperantes nimirum fore, ut universalis Pastoris vocem audituri saltem sitis, & suis litteris acceptis edictum statim abrogaturi, ne sanctæ hujus Sedis indignationem & auctoritatis vim experiamini; memores verborum Dei: *omnis qui ceciderit supra illum lapidem conquassabitur, supra quem ceciderit comminuet illum.* Cæterùm vobis ut bene agere velitis intellectum & resipiscentiæ Spiritum à Domino precamur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris 1. Augusti 1661. Pontificatûs nostri anno 7.

Anno Domini 1661.

Secundum Edictum quo Generales Vicarii absentis Archiepiscopi Parisiensis, ultimâ die Octobris quæstionem juris à quæstione facti in causa Libri à *Jansenio* conscripti, & ab Apostolicâ Sede reprobati, ita distinguunt ut dubitationem de quæstione facti ad propriam sententiam *Jansenii* spectantis permittant. Parisiis in lucem editum fuit hoc Edictum.



Anno Domini 1661.

IN Generalibus Comitiis Gallicani Cleri improbata fuit responsio ad Inquisitionem D. *Launoii* ParisiensisTheologi in privilegia Præmonstratensis Ordinis..... Parisiis apud Fredericum *Leonard*, viâ Jacobæa ad insigne scuti Veneti 1661. Hic Libellus in Jurisdictionem Laudunensis Episcopi injuriosus erat, ut patet ex Litteris Cœtûs Gallicanæ Ecclesiæ, quæ in verbali processu illorum Comitiorum exscriptæ sunt; & in nova editione Commentariorum Gallicani Cleri.

Anno Domini 1661.

DIe 11. Decembris Alexander Papa VII. Bullam emisit, quâ Pontificia Decreta Sixti IV. Pauli V. & Gregorii XIII. de Immaculata Conceptione B. M. semperVirginis confirmat,& interdicit ne quis in publicis Concionibus & lectionibus contrariam doctrinam tradat simulque vetat quempiam asserere, quod propter hoc contrariam opinionem tenentes,videlicet gloriosam Virg. Mariam cum originali peccato conceptam fuisse, hæresis crimen aut peccatum mortale incurrant.Sequitur tenor prædictæ Bullæ.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

SOllicitudo omnium Ecclesiarum, quam, licèt meritis & viribus longè impares, Dei optimi Maximi voluntate, & providentiâ gerimus, in id nos anxiè tenet intentos, & vigilantes, ut scandala, quæ inter fideles pro humanæ naturæ corruptione & fragilitate necesse est ut veniant, quantùm fieri potest, paucissima exoriantur, utque exorta quàm celerrimè, & quàm diligentissimè amoveantur: nam iis, per quos veniunt, certam peccati perniciem, quibus verò præbentur, præsens afferunt labendi periculum; quorum Nos pro nostro pastoralis officii debito,& damnum summopere dolemus, & discrimine assiduè urimur.

Sanè vetus est Christi Fidelium erga ejus Beatissimam Matrem Virginem Mariam pietas, sentientium ejus animam in primo instanti creationis, atque infusionis in corpus, fuisse speciali Dei gratiâ & privilegio, intuitu meritorum Jesu Christi ejus filii, humani generis Redemptoris à macula peccati originalis præservatam immunem, atque in hoc sensu ejus Conceptionis festivitatem solemni ritu colentium & celebrantium; crevitque horum numerus, atque hujusmodi cultus post editas à felicis recordationis Sixto PP. IV. prædecessore nostro, in ejus commendationem Apostolicas Constitutiones, quas S. Concilium Tridentinum innovavit, atque observari mandavit. Aucta rursus & propagata fuit pietas hæc, & cultus erga Deiparam post erecta hoc nomine, approbantibus Romanis Pontificibus, Religiosum Ordinem, & Confraternitates, ac concessas ab iisdem indulgentias; ita ut accedentibus quoque plerisque celebrioribus Academiis ad hanc sententiam, jam ferè omnes Catholici eam complectantur.

Et quia ex occasione contrariæ assertionis in Concionibus, Lectionibus, conclusionibus, & actibus publicis, quòd nempe eadem Beatissima Virgo Maria fuerit concepta cum peccato originali, oriebantur in populo Christiano, cum magna Dei offensa, scandala, jurgia, & dissensiones; felicis recordationis Paulus Papa V. etiam prædecessor noster, vetuit horum opinionem præfatæ sententiæ contrariam publicè doceri, aut prædicari. Quam prohibitionem piæ mem. Gregorius PP. XV. similiter Prædecessor noster ad privata etiam colloquia extendit; mandans insuper in favorem ejusdem sententiæ, ut in sacrosancto Missæ Sacrificio, ac Divino officio celebrandis tam publicè, quàm privatim, non alio quàm Conceptionis nomine uti quicumque debeat.

Nihilominus, prout venerabiles Fratres Episcopi fere omnes Hispaniarum cum Ecclesiarum suarum capitulis, daris ad nos Litteris exposuerunt, accedente etiam insinuatione charissimi in Christo filii nostri Philippi, earum Hispaniarum Regis Catholici, qui specialem super hoc misit ad Nos Oratorem venerabilem Fratrem Ludovicum Episcopum Placentinum, per quem etiam delatæ fuerunt ad nos supplicationes Regnorum earumdem Hispaniarum, pergunt aliqui contrariæ illius opinionis assertores contra præfatas prohibitiones, tum privatim, tum publicè præfatam sententiam, aut impugnare, aut vellicare, & favorem à Romanis Pontificibus cultui, & festo secundùm

dùm illam præstitum ita interpretari, ut frustrentur; immò Ecclesiam Romanam huic sententiæ, & cultui juxta illam Beatæ Virgini exhibitn favere negant, pios Christi fideles è sua pacifica quasi possessione deturbare conando; unde offensiones, scandala & jurgia, quibus obviare voluerunt Paulus V. & Gregorius XV. nostri Prædecessores perdurant adhuc, & ex occasione eorumdem adversantium majora his incommoda in posterùm prudenter & meritò timentur. Quapropter super his tam præfati Episcopi cum Ecclesiarum suarum Capitulis, quàm memoratus Philippus Rex, ejusque Regno nobis pro opportuno remedio instanter supplicari fecerunt.

Nos considerantes, quod Sancta Romana Ecclesia de inremeratæ semperque Virginis Mariæ Conceptione festum solemniter celebrat, & speciale, ac proprium super hoc Officium olim ordinavir juxta piam, devoram & laudabilem institutionem: quæ à Sixto IV. Prædecessore nostro tunc emanavit, volentesque laudabili huic pietati & devotioni, & festo, ac cultui secundùm illam exhibito in Ecclesia Romana post ipsius cultùs Institutionem nunquam immutato, Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum exemplo favere, necnon tueri pietatem & devotionem hanc colendi & celebrandi Beatissimam Virginem, præveniente, Scilicet Spiritùs Sancti gratiâ, à peccato originali præservatam; cupientesque in Christi grege unitatem Spiritùs in vinculo pacis, sedatis offensionibus, & jurgiis, amotisque scandalis, conservare: ad præfatorum Episcoporum cum Ecclesiarum suarum Capitulis, ac Philippi Regis, ejusque Regnorum oblatam nobis instantiam ac preces, Constitutiones & Decreta à Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris, & præcipuè à Sixto IV. Paulo V. & Gregorio XV. edita in favorem sententiæ asserentis, animam Beatis. Mariæ Virginis in sui creatione & in corpus infusione Spiritùs Sancti gratiâ donaram, & à peccato originali præservatam fuisse, necnon & in favorem festi, & cultùs Conceptionis ejusdem Virginis Deiparæ secundùm piam istam sentenriam, ut præfertur exhibiri, innovamus; & sub censuris & pœnis in eisdem Constitutionibus contentis observari mandamus.

Et insuper omnes, & singulos, qui præfatas Constitutiones, seu Decreta ita pergent interpretari, ut favorem per illas dictæ sententiæ, & festo, seu cultui secundùm illam exhibito frustrentur, vel qui hanc eandem sententiam, festum seu cultum in disputationem revocare, aut contra ea quoquo modo directè, vel indirectè, aut sub quovis prætextu; etiam definibilitatis ejus examinandæ; sive Sacram Scripturam, aut Sanctos Patres, sive Doctores glossandi, vel interpretandi, denique alio quovis prætextu, seu occasione, scripto, seu voce, loqui, concionari, tractare, disputare, contra ea quicquam determinando, aut asserendo, vel argumenta contra ea afferendo, & insoluta relinquendo, aut alio quovis excogitabili modu disserendo, ausi fuerint, præter pœnas & censuras in Constitutionibus Sixti IV. contentas, quibus illos subjacere volumus, & per præsentes subjicimus, etiam concionandi, publicè legendi, seu docendi, & interpretandi facultate, ac voce activâ & passivâ in quibuscunque electionibus eo ipso, absque alia declaratione, privatos esse volumus, necnon ad concionandum publicè legendum, docendum & interpretandum perpetuæ inhabilitaris pœnas ipso facto incurrere absque alia declararione; à quibus pœnis nonnisi à nobis ipsis, vel à Successoribus nostris Romanis Pontificibus absolvi, aut super iis dispensari possint: necnon eosdem aliis pœnis nostro & eorumdem Romanorum Pontificum Successorum nostrorum arbitrio infligendis pariter subjacere volumus, prout subjicimus per præsentes, innovantes Pauli V. & Gregorii XV. superiùs memoratas Constitutiones, sive Decreta, ac Libros in quibus præfata sententia, Festum, seu cultus secundùm illam in dubium revocatur, aut contra ea quomodocumque, ut supra, aliquid scribitur, aut legitur, seu Locutiones, Conciones, Tractatus & disputationes contra eadem continentur, post Pauli V. supra laudatum Decretum edita, auc in posterum quomodolibet edenda, prohibemus sub pœnis, & censuris in indice Librorum prohibitorum contentis, & ipso facto absque aliâ declaratione pro expressè prohibitis haberi volumus, & mandamus.

Veramus autem Sixti IV. Constitutionibus inhærentes, quempiam asserere, quòd propter hoc contrariam opinionem tenentes, videlicet Gloriosam Virginem Mariam cum originali peccato fuisse conceptam, hæresis crimen, aut mortale peccatum incurrant, cùm à Romana Ecclesia, & ab Apostolica Sede nondum fuerit hoc decisum, prout Nos nunc mi-

nimè decidere volumus, aut intendimus: quin potiùs contrariam illam opinionem hæresis, aut peccati mortalis, aut impietatis damnare audentes, præter pœnas, quibus eos subjecit Sixtus IV. aliique Prædecessores nostri Romani Pontifices, gravioribus aliis pœnis subjicimus, quas in contrafacientes huic nostræ Constitutioni superiùs inflximus. Volentes quòd contra hujus nostræ Constitutionis transgressores, etiam regulares cujusvis Ordinis, & Instituti, etiam Societatis Jesu, & quomodolibet exemptos, & alias quascumque Ecclesiasticas & Sæculares personas cujuscumque statûs, gradûs, ordinis, aut dignitatis, tam Ecclesiasticæ, quàm sæcularis, ut præfertur, tam Episcopi & Prælati Superiores, aliique locorum Ordinarii, quàm hæreticæ pravitatis ubique locorum deputati Inquisitores procedant, & inquirant, atque in eos strictè animadvertant. Nos enim iis, & eorum cuilibet contra eosdem transgressores procedendi & inquirendi, ac pœnis coërcendi & puniendi liberam facultatem, & auctoritatem iisdem auctoritate & tenore tribuimus, & impartimur, eosque, ut præfertur, procedere, inquirere, & punire districtè præcipimus, & mandamus. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus, ac quibusvis indultis, & Litteris Apostolicis quibusvis personis quantumcumque qualificatis, & in quacumque, etiam Cardinalatûs, Patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, & quàvis aliâ dignitate & honore constitutis, etiam quod contra eos procedi, interdici, suspendi, vel excommunicari nequeat quomodolibet concessis. Quibus omnibus, & eorum singulis etiamsi pro sufficienti illorum derogatione de eis: ipsorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per generales, etiam id importantes, clausulas, mentio habenda, aut alia exquisita forma observanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum inserti forent, præsentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, harum serie specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Ut autem hæc nostra Constitutio, & præmissa omnia ad eorum omnium, quorum interest notitiam congruentiùs pervenire possint, in virtute sanctæ Obedientiæ, & sub pœna privationis ab ingressu Ecclesiæ eo ipso incurrendæ præcipimus, & mandamus omnibus, & singulis locorum Ordinariis, ac eorum Vicariis, Suffraganeis & Officialibus quibuscumque, & aliis singulis ad quos quomodolibet spectat, & pertinet, quatenus hujusmodi nostram Constitutionem singulis suæ Diœcesis, vel Districtûs Prædicatoribus & aliis; quibus expedire judicaverint, opportunè insinuent, & publicent, ac insinuari, & publicari faciant, ne quis in posterum quoquomodo ignorantiam de præmissis possit prætendere, aut se contra præmissa valeat excusare. Volumus, & similiter eâdem auctoritate decernimus, & mandamus, quòd præsentes Litteræ per aliquos ex nostris Cursoribus in Basilicarum S. Joannis Lateranensis, ac Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ valvis; ac in acie campi Floræ de Urbe de more publicentur, & affigantur; quæ affixio & publicatio ita omnes & singulos ad quos spectet, afficiat, & arctet, ac si illis personaliter intimatæ fuissent; & quòd illarum transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsùs fides adhibeatur, quæ præsentibus Litteris adhiberentur, si ostensæ, vel exhibitæ forent. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 8. Decembris 1661. Pontificatûs nostri anno septimo.

Hoc monumentum extat in libro, cui titulus est: *Recueil historique*, in Bibliotheca Sorbonica, arm. 11. r. 2. p. 22.

Anno Domini 1661

Die 12. Decembris in Claromontano Collegio Societatis Jesu Parisiis propugnata est Thesis, in qua Romanis Pontificibus ex Cathedra loquentibus eadem infallibilitas, ac sancto Petro, de dogmatibus Catholicæ fidei non solùm tribuitur, sed etiam in quæstionibus facti, ut in hac assertione enuntiatur. *Datur ergo in Ecclesia Romana controversiarum fidei judex infallibilis, etiam extra Concilium Generale, tum in quæstionibus juris, tum in quæstionibus facti. Unde post Innocentii X. & Alexandri VII. Constitutiones, fide Divinâ credi potest; Librum, cui titulus est*, Augustinus Jansenii, esse hæreticum, & quinque Propositiones ex eo decerptas esse Jansenii, & in sensu Jansenii damnatas.

Bibliotheca Sorb. arm. 11. rad. 3. n. 4. hæc Thesis offensionem dedit, propterea quod Generales quæstiones juris cum singulari controversia cujusque facti, quale istud est, an Jansenius ipsas quinque dictiones eidem attributas scripserit, nec ne temerè confundat.

Anno Domini 1662.

FACULTAS THEOLOGIÆ Lovaniensis.

Censura quam hic subjicimus, habetur Codice actorum Academiæ Lovaniensis, & refertur in præfatione Libri Lovanii Editi, anno 1662. *sumptibus Hieronymi Nempæi, cui titulus* : Fundamenta medicinæ *Vopisci Fortunati Plempii* Amstelodamensis Artium & Medicinæ Doctoris, atque in Academia Lovaniensi Professoris primarii. *Hæc sunt viri illius eruditi verba ipsissima, quibus etiam quâ occasione res tota gesta sit copiosè refert.*

Die decimâ Maii, Eminentissimus Princeps Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, A, primæ auctoritatis, dedit Romæ Litteras ad eximium Dominum, ac Magistrum nostrum C. L. Theologiæ Doctorem Lovaniensem, quibus obiter hæc inserit. *Miror illic*, Lovanii, *grassari errores Philosophiæ Cartesianæ : prodeunt enim ex crassa ignorantia* ; & postea indicat ducere illos ad Atheismum.

Eodem anno die primâ Julii Illustrissimus Pronuntius Apostolicus Hieronymus *Vecchius* misit Bruxellâ, ad venerandam Facultatem Artium litteras, quibus eam perstringit ; quòd permittat doceri Philosophiam Cartesianam juventuti Catholicæ perniciosam : bis acceptis litteris Artium Facultas in Corpore ut loquuntur, congregata, duos è suo Concilio delegavit, qui satisfacerent Illustrissimo Domino & ejus animum explerent.

Postea die nonâ Augusti, defendendæ pro gradu Licentiæ in Medicina erant Theses in schola Medica, Cartesianam hæresim continentes; quibus non mediocriter commotus idem Illustrissimus Pronuntius 27. Augusti scripsit ad *Magnificum* Dominum Academiæ Rectorem, Epistolam, cujus hoc est exemplum.

MAGNIFICE DOMINE,

Hortatus nuper fui venerandam Facultatem Artium, ut conaretur Epicureis dogmatibus Cartesianæ Philosophiæ obsistere : & antiquam Aristotelicam tueri doctrinam. Et ipsi quidem hortationem nostram planè lubentes amplexi, ita se facturos promiserunt. Licet autem monitum hoc pro omnibus generaliter, ac præsertim pro Medicis sufficere putavimus, en tamen prodeunt Theses cum impertinentibus, 29. Augusti manè propugnandæ in schola Medica, in quibus non agnoscuntur in Corporibus, nisi motus, quies, situs, figura & magnitudo : quod videtur Sacrosanctum Altaris Sacramentum subvertere : Argumenta, quæ brutis asserunt animam, non esse probabilia : Dubium esse an vivant bruta : Nihil esse sub Cælo novi (sepositâ animâ rationali) videlicet (prout intelligi puto ab Auctore) nullas animas, nullas qualitates de novo produci, quia nullæ sunt. Omitto, laudes, quæ Cartesio attribuuntur.

Cùm itaque gliscenti huic malo remedium apponi oporteat, sedulò commendo Dominationi vestræ, ut statim adhibito Theologorum aliorumque prudentium virorum consilio, discuriat, memoratas Theses, si quæ propositiones Cartesianis erroribus obnoxiæ in eis reperiantur, vel Theses ipsas proscribere velit in totum, vel mandare, ut saltem propositiones quæ Cartesii novitatem continent, seu sapiunt, expungantur. Præstabunt in hoc Dominatio vestra, & alma Universitas rem sanctissimo Domino nostro pergratam, quem de vestra vigilantia operaque docebo.

Epistolam hanc Magnificus Dominus communicavit cum S. Facultate Theologica, Thesesque memoratas examinandas obtulit, rogans ut quàm primùm de iis sententiam suam exprimeret. Ipsa verò concordi animo & suffragio exhibitas & pervisas Theses gravibus, severis, ac diris censuris perstrinxit ; quasdam tanquam *temerarias toti antiquitati insultantes, profanæ novitati applaudentes, exoticas, in fide periculosas, intolerabiles* ; *alias, ut falsas, insulsas, præsumptuosas, venerandæ antiquitati injuriosas, erroneas, veritati Catholicæ fidei inimicas, Conciliis adversas, Scripturis Sacris & principiis fidei dissentaneas.* Aliquas ut *insolenter superciliosas, docentibus contumeliosas, discentibus perniciosas, erroneas, Scripturis, Conciliis, ac*

Patribus dissonas. Ipsum denique Thesium corpus spurcitiis atque illecebrosis fœditatibus esseresperſum, ut neutiquam illæ potuerint, absque præsentissimo multorum scandalo publicè exponi: & in coufertissimo omnigeoorum auditorum confluxu evulgari, ac cunctis promiscuè adventantibus disttibui; addidit præterea eadem Sacra Facultas in Thesibus illis Cartesium non paucis alioquin erroribus sanitati fidei Christianæ dissonis obnoxium immeritò exrolli, errorum autem ipsius specimen subjunxit.

Primò. *Per substantiam nihil aliud intelligere possumus quam rem quæ ita existit, ut nullà alià indigeat ad existendum. Et quidem substantia, quæ nullà planè re indigeat unica tantùm potest intelligi, nempe Deus: alias verò omnes nisi ope concursùs Dei existere posse percipimus.* Et post: *possunt autem substantia corporea & mens, sive substantia cogitans creata sub hoc communi conceptu intelligi, quòd sint res, quæ solo Dei concursu egent ad existendum.* Parte primâ princip. Philos. num. 51. & 52. superiùs hanc dat censuram Sacra Facoltas Theologica, *ex eo consequens est, quod præter animam rationalem non detur ulla forma substantialis, ne quidem in brutis & plantis: quod etiam variis locis innuit.*

Secundò. *Omnino repugnat dari accidentia realia, quia quidquid est reale, potest separatim ab omni alio subjecto existere, quidquid autem ita separatim potest existere, est substantia, non accidens. Nec refert quod dicatur accidentia realia non naturaliter, sed tantùm per Divinam potentiam à subjectis suis sejungi; nihil enim est aliud fieri naturaliter quàm fieri per potentiam Dei ordinariam quæ nullo modo differt ab ejus potentia extraordinaria, nec aliud quidquam ponit in rebus, adeo ut, si omne id quod naturaliter sine subjecto esse potest, sit substantia; quidquid etiam per quantumvis extraordinariam Dei potentiam potest esse extra subjectum, substantia est dicendum.* Responsio ad object. post medit. num. 7. de his sic censuit Facultas Sacra. *Ex hoc consequens est non remanere accidentia panis & vini sine subjecto in Eucharistia.*

Tertiò. Extensio Corporis est attributum ejus naturam essentiamque coostituens, in medit. seu notis, pag. 172. & parte 1. priocip. Philosop. num. 53.

Quartò. *Cognoscimus præterea hunc mundum, sive substantiæ corporeæ universitatem nullos extensionis suæ fines habere.* Parte 2. princip. Philosop. num. 21.

Quintò. *Hincque etiam facilè colligi potest, atque omnino si mundi essent infiniti, non posse non illos omnes ex una & eadem materia constare; nec proinde plures, sed unum tantùm esse posse.* Ibid. num. 22. isto modo res in Academia oostra acta, & Doctrina *Cartesii* profligata.

Hoc Decretum refertur in præfatione Libri sic inscripti, *Fundamenta Medicinæ Vopisci Fortunati Plempii Amstelodamensis, Artium & Medicinæ Doctoris, atque in Academia Lovaniensi Professoris Primarii Lov.* 1662. sumptibus Hieronymi Nempæi, tum in Philosophia universali Joannis Dubamel, tom. 5. ad calcem.

Anno Domini 1662.

BElvacensis Episcopus, tum Andegaveosis Regi sigoificat, subscriptionem formulæ adversus quinque Propositiones *Jansenii*, in ipsius sensu reprobatas sibi displicere.

Anno Domini 1662.

Decreta consultissimæ Facultatis juris Canonici die Martis 21. & Jovis 23. Martii, Parisiis excudebat Dionysius Langlæus in Monte Domini Hilarii sub Pelicano.

Decretum consultissimæ Facultatis Juris Canonici die Martis 21. *Martii, anno Domini* 1662. *horis pomeridianis.*

COngregata est maodato Theodorici *Bignon*, Senatoris & Decaoi Facultas super relatione ei facta à M. Joanne *Doujat*, Antecessore & Syndico Facultatis, quod cootra Senatusconsultum diei 6. Septembris 1656. quo cavetur ut Theses propugnandæ manu Præsidis & Syndici priùs subscribantur, Senatus consulto 12. Martii an. 1661. confirmatum; Typis mandatæ esseot Theses *ex cap. ut debitus 59. è de appellat.* à M. Jacobo *Vincent.* Cadomensi Diœcesis Baioceosis, Præside M. Petro *Halley*, Antecessore pro Baccalaureatu propugnandæ auspiciis Illustrissimi ac Revereodissimi Domini Fr. de *Nesmond*, Episcopi Baiocensis, quarum in quarta sectione habebaotur hæc verba, *à Vicario Pontificis Maximi ad eumdem Pontificem*

Pontificem Maximum, utpote qui idem cum Deo commune sibi cum nemine Tribunal habet, appellatio interponitur, quæ verba idem cum Deo tanquam minimè necessaria, & ex quorum minus sanâ interpretatione duriores consequentiæ deduci possent, curâ Domini actûs Præsidis, vel delenda omnino, vel certè adbibito temperamento debito sic explicanda censuisset, ut nulla ejus dicti in alium à mente respoodentis, & pravum sensum detorquendi aosa superesset, idque tam D. Hallæo die 14. hujus mensis quam iterum candidato clariùs postridie sigoificasset, quodque eo urgente Thesium impressionem ob maximum D. Baiocensis discessum consensisset ut interim componerentur, illasque subscriptas, sed adjectâ eâ conditione quæ superiùs allata est postridie redditurus foret. Ab eo tempore nec sibi, nec bidello visum eumdem candidatum, donec die Dominicâ 19. currentis mensis, typis excusas, nullâ correctione adhibitâ Theses detulit, & præter morem quibus visum per Urbem distribuit. Ex quo variis interpretationibus ea verba in minus sanum intellectum deflectentibus, non nulli offendi cœperint. Quapropter conventum à se quam primùm licuerit Dominum Decanum, qui & ipse propositiooem prout jacebat improbare se ostenderat, remque omnem, utpote magni momenti ad Facultatis judicium deferendam cum ipso censuerat. Quibus relatis adjecit Decanus diem actûs se inconsulto dictam, Thesesque ad se non ante allatas quàm aliis pluribus oblatæ fuissent, nec sibi exhibitam privati examinis schedam in quibus violatam fuisse disciplinam contendebat: Nihilominus ostensâ deinde schedâ, precibus M. Petri *Halley* & D. Episcopi Baiocensis causâ cui Theses dicatæ essent, se actui peragendo coosensum præbuisse.

Post hæc auditis, tum Syndici, tum dicti M. Petri *Halley* rationibus, ubi hic aulâ excessit, re in consilium missâ Decretum est Thesim emendari debere, & in quarta Sectione vel expungi omnino ea verba, vel sic reponi, *utpote qui suum à Deo &. Tribunal habet*. Et sic emendatam iterum ad eosdem qui priùs exemplum accepissent, à respondente, aut ejus operâ deferri, alioquin actum à Decano impediendum: utque Facultas die Jovis disputationi destinato, ante meridiem, vel statim à meridie conveniret, ut si hæc conclusio executioni mandata non esset, quid agendum videretur: in posterum autem servanda senatusconsulta & statuta ad disciplinam pertinentia, sub pœnis quæ io iis contineotur, & etiam graviuribus si casus ferret. Hoc verò Decretum statim dicto M. Petro *Halley*, & candidato significatum est qui ei se satisfacturos polliciti sunt, testati formam Typorum nondum dissolutam, sed adhuc integram esse, itaque curaturos ut postridie sub meridiem sufficiens Thesium correctarum numerus Decano traderetur cum nominibus eorum quibus denuò deferendæ essent ut commuoi omnium curâ, quando uous tanto oneri impar esset, ad omnes, si fieri posset, ante meridiem diei Jovis sequentis perferrentur.

De mandato DD. Decani & Doctorum Consul. Facult. VACHOT.

Decretum consultissimæ Facultatis Juris Canonici, die Jovis 23. Martii.

FAcultate horâ secundâ post meridiem congregatâ, retulit Decanus executioni mandatam non esse conclusionem a 1. hujus mensis, renuntiatumque fuisse à M. Petro *Halley*, atque à candidato, propter Typorum confusionem excudi infra tam breve tempus novas Theses minimè potuisse; sed paratos se verborum quæ in Thesi arguerentur, quæque corrigenda censuisset Facultas interpretationem quæ Facultati videretur afferre: addiditque se à D. Baiocensi Episcopo & scripto, & verbo rogatum aliquid temperamenti admittere, aut excogitare, ne disputatio differretur, ac posse candidatum declarare se eam propositionem tueri nolle: & consentire ut deleretur ex decreto Facult. ipsaque deinde D. Episcopus comitia ingressus, dato sedendi loco ad dextram Decani, idem temperamentum proposuit, ut scilicet neque agitaretur, neque explicaretur Thesis, sed verba quæ negotium facessebant expungerentur; itaque auditis iterum D. *Halley* & candidato, remotis ipsis, decretum est ut in gratiam dicti D. Episcopi preces suas interponentis, & propter eos qui invitati jam advenerant, & in inferiori aula actum præstolabantur, de conclusionis dictæ diei rigore aliquid remitteretur, permitteretur que actûs celebratio, modo in ipso ejus ingressu candidatus recitato publicè libello, cujus verba à Facultate præscriberentur, ambiguam illam Thesium suarum partem retractaret, quæ pars consentiente præside deleretur à majori Bidello in exemplis Thesium ei per

candidatum traditis, antequam quæ superant adstantibus in ipso actu distribuerentur, quorum omnium narratio, sive processus verbalis fieret, à Præside & candidato subscribendus: eaque de re certiores fierent D. Cancellarius, D. Primus Præses, ac DD. Regii Fisci Triumviri: atque ut Decretum Facultatis tam hujusce diei quàm 21. simul cum scripto perlegendo ab eodem candidato Typis mandaretur, & valvis scholæ apponeretur. Caveretur denique ne in posterùm à M. Petro *Halley* aliove quoquam Doctore hujusmodi novitates proferrentur, tum vocatis Petro *Halley*, Præside & candidato significatum est ipsis à Decano Decretum Facultatis cui se obtemperaturos annuerunt. De mandato DD. Decani & Doctorum consultissimæ Facultatis. VACHOT.

Sequitur tenor scripti à M. Jac. Vincent, Baccalaureatûs candidato perlecti.

Præsules Illustrissimi, Illustrissime Senator idemque S. Decane, Doctores clarissimi, Viri ornatissimi.

Cùm super relatione M. Joan. *Doujat*, Antecessoris & Syndici Facultati facta de quadam positione sec. 4. cujus verba sunt *à Vicario Pontificis Maximi ad eumdem Pontificem maximum, utpote qui idem cum Deo commune sibi cum nemine Tribunal habet, appellatio interponitur.* Cujus propositionis verba illa idem cum Deo quidam putaverunt posse detorqueri in pravum sensum, & ea D. Syndicus, vel deleri tanquam minimè necessaria, vel certè debito temperamento adhibito explicari debere censuisset, Facultas congregata in Comitiis die 21. hujusce mensis sub vesperam habitis decreverit alias Theses Typis mandandas in quibus vel omnino hæc verba delerentur, vel saltem sic reponerentur, *utpote qui suum à Deo commune cum nemine Tribunal habet*, & deferendas tam DD. Doctoribus, quàm cæteris viris quibus per Urbem distributæ forent, cumque id propter brevitatem temporis & Typorum confusionem minimè executioni demandari potuerit, & propter plurimorum Antistitum, & specialiter Illustrissimi D. Episcopi Baiocensis convocationem, aliorumque clarissimorum virorum frequentiam minus commodè in alium diem hoc certamen publicum differri posse videatur; lubens assentior & acquiesco sententiæ Facultatis, ut illa verba pro non scriptis habeantur, tanquam quæ imprudenter exciderunt; sed omnino deleantur, neque ea tueri, & defendere, quando ita Facultati visum est, ampliùs aut cupio, aut debeo *licet profiteri possim nullo me novitatis studio hæc verba affectasse.* Rogo itaque D. Decanum & Facultatem, ut mecum dispensare velint, & ad certamen publicum accingi sinant propter clarissimorum virorum præsentiam.

Processus-Verbalis eorum quæ acta sunt in Scholis inferioribus eodem die 23. Martii post Comitia Facultatis peracta.

Cum Decani & Syndici curâ, Libellus à Candidato Jacobo *Vincent* legendus & approbatus à Facultate, traditus fuisset à Bidello eidem Jacobo Vincent, descendit Decanus indutus togâ purpureâ, cum cæteris Doctoribus insignia Doctoratûs habentibus in aulam inferiorem, & cum ipsis sedit in loco superiore, prope pulpitum, tum M. Petrus *Halley* præfatus est se, quando ita Domino Decano, Facultati & Syndico placuerat consentire ut positio in sectione quarta de qua actum fuerat in Comitiis Facultatis deleretur, nec ea agitaretur ullatenus in disputando; deinde jubente Decano, cùm Candidatus ex scripto recitavisset quod ei præscriptum fuerat à Facultate, M. Nicolaus *Vachot*, Presbyter Magnus Bidellus & Scriba sumpto calamo eam positionis partem delevit in exemplaribus quæ ipsi tradita fuerant à Candidato, & præsentavit Illustrissimo Episcopo Baiocensi, Decano & adstantibus.

VACHOT, Scriba Facultatis & Major Bidellus.

PAULUS minor Bidellus.

Hoc monumentum extat in Bibliotheca Telleriana, p. 415. col. 2.

Anno Domini 1663.

Articuli Illustrissimo Convenarum Episcopo oblati & per eumdem ad Summum Pontificem transmissi, quibus S. Augustini Discipulorum circa quinque propositionum materiam doctrina continetur.

I.

Cum ex S. Augustini sententia quam tota S. Thomæ schola defendit, gratia efficax voluntatem indeclinabiliter &

infallibiliter, citra tamen necessitatem, vi Divinæ motionis flectens & determinans ad singulos Christianæ pietatis actus necessaria sit, nunquam contingit ut vel oremus sicut oportet, nisi cum ea operatur ut oremus, nobisque interpellandi & gemendi inspirat affectum; nec ut Dei mandata servemus, nisi cum illa facit ut in ejus præceptis ambulemus; nec denique ut inimici tentationes superemus, nisi cum nobis victoriam largitur. Et tamen cùm nonnumquam justi tentationibus succumbant, & in varia peccata prolabantur, etiam cum illa vitare imperfectè, ac remissè volunt atque conantur; manifestum est justis istis in illo imperfectæ, ac remissæ voluntatis statu, vitio licet suo mandatum violantibus, efficacem illam & victricem, quâ præsente, nunquam vincimur, gratiam non adesse.

De his ergo justis quibus illa magna non adest gratia, licet parva & imperfecta non desit, verè utrumque dici potest, & potuisse illos Dei mandata servare, tentationique resistere, eosdemque alio sensu non potuisse. Potuerunt enim prorsus: quia non solùm liberi arbitrii virtutem & gratiam habitualem habuerunt; sed etiam gratiam actualem, quæ sufficiens dici potest Thomistarum sensu, qui gratiæ per se efficacis necessitatem supponit.

At quia absente gratiâ efficaci nunquam contingit ut voluntas sicut oportet tentationi resistat, constansque est apud Thomistas dogma, gratiam sufficientem ab efficaci separatam non complecti omnia ad piè agendum necessaria; ideo usitatissimâ Scripturis Patribusque locutione & Thomistis omnibus probatâ, hoc sensu dici potest justos illos ejusmodi sufficienti gratiâ instructos tentationi cui succubuerunt resistere non potuisse: quia nimirum ejusmodi potestatem non habuerunt quæ complecteretur omnia ad agendum necessaria, cum gratiam efficacem ad agendum utique necessariam non habuerint.

Quare cùm dicimus nos sine gratia per se[a] efficaci non posse agere, id hoc uno sensu intelligimus, eum cui deest gratia illa per se efficax non habere omnia quæ requiruntur ad actu agendum.

II.

Gratia interior duplex est: alia efficax quæ semper producit illum effectum ad quem impellit voluntatem; alia inefficax quæ voluntatem excitat ad effectum quem non producit.

Prior gratia ea est quam simpliciter, propriè & absolutè efficacem Thomistæ vocant: huic resisti quidem semper potest, ut iidem docent; at nunquam ita resistitur, ut effectu illo privetur ad quem impellit voluntatem: quod aliis verbis sic exprimunt, ut resisti posse dicant in sensu diviso non autem in sensu composito.

Secunda autem ea est quam tum excitantem, tum inefficacem, tum sufficientem idem significantibus verbis vocant; huic verè resistit ac renititur voluntas, eamque eo effectu privat ad quem excitat, & ad quem potestatem largitur, superiùs explicato Thomistarum sensu sufficientem. Potest quidem illi voluntas consentire, nec tamen si absit gratia efficax unquam consentit; non defectu antecedentis potestatis; sed liberâ sui ipsius in oppositum determinatione.

Sed quamvis illa gratia per se spectata effectu illo careat ad quem tendit, ad quem voluntatem excitat, & ad quem per antecedentem Dei voluntatem destinatur, adeoque falsum sit hoc sensu omnem Christi gratiam semper habere eum effectum quem Deus vult, si tamen spectetur ut cum absoluta Dei voluntate conjuncta, merito hoc sensu efficax dici potest, quia semper id in corde hominis operatur quod Deus absolutâ voluntate intendit. Certum est enim apud Thomistas, auxilium sufficiens respectu unius actûs semper esse efficax respectu alterius ad quem efficiendum decreto absoluto Divinæ voluntatis destinatur; adeoque apud illos omnis gratia est efficax alicujus effectûs, ejus nimirum ad quem proximè ordinatur, & quem Deus absolutâ voluntate intendit juxta illud Isaïæ: *Verbum quod egreditur de ore meo non revertetur ad me vacuum, sed faciet quæcumque volui.*

III.

Ad merendum & demerendum in statu naturæ lapsæ non sufficit libertas à coactione; sed requiritur libertas à necessitate; quamvis enim gratia per se efficax infallibiliter & insuperabiliter voluntatem ad agendum determinet, atque ita nunquam voluntas illi actu dissentiat: non tamen inducit necessitatem, quia non tollit dissentiendi potestatem. Est ergo perpetuò in homine lapso illud quod Thomistæ statuunt activæ indifferentiæ genus

[a] Hæc clausula ad majorem harum vocum (*sine gratia per se efficaci non possumus agere*,) explicationem, communi partium consensu coram Illustrissimo Convenarum Episcopo adjecta fuit.

quam proximam dicere nihil vetat, dummodo ab hoc verbo semoveas illum sensum ut voluntas per efficacem gratiam mota credatur nunc consentire, nunc dissentire, sive quod idem est, nunc actualem consensum, nunc verò actualem dissensum cum ejusmudi gratia componere.

IV.

Tantùm abest ut Semipelagiani ideo hæretici fuerint quod dicerent gratiæ nos consentire & dissentire posse, ut potiùs certum & minimè dubium sit cuicunque gratiæ etiam efficaci resisti posse, id est, com quacumque gratia simul remanere activam, atque ut supra dictum est, proximam dissentiendi potestatem, licet actu, ut etiam supra dictum est, nunquam efficaci gratiæ dissentiatur.

V.

Gratuitæ prædestinationis doctrina maximam jure meritò apud omnes scholas Catholicas authoritatem obtinet, hujus autem doctrinæ hæc summa est ab omnibus ejus defensoribus recepta; solis electis, si spectetur non antecedens, sed absoluta & efficax Dei voluntas, salutem æternam absoluto Dei Decreto destinatam esse cum ea gratiarum ac beneficiorum serie quibus certissimè liberantur quicumque liberantur, quorum beneficiorum utique præcipuum est perseverantiæ dunum, quod nemo proprium esse prædestinatorum inficiatur: hinc sequitur Christum, cujus absoluta voluntas paternæ semper conformis extitit, hoc decretum nec precibus, nec morte suâ simpliciter & absolotè mutare voluisse: Itaque solis illis absolutè & efficaciter promereri voluit salutem æternam & perseverantiæ donum quos sibi à Patre datos & de manu sua à nemine raptum iri in Evangelio dicit. De his capitibus apud omnes gratuitæ prædestinationis deffensores convenit; quibus ea tantùm Christi mortis omnibus impensæ generalitas excluditur, quâ collatæ omnibus hominibus asseruntur gratiæ ita sufficientes, ut præterea efficacem ad volendum, seu operandum non requirant.

Sed hâc opinione demptâ nihil obstat, imò prorsus veritati consentaneum est dicere Christum pro omnibus omnino hominibus mortuum esse, ac Sanguinem fudisse, tum quia antecedenti voluntate salutem omnium voluit, tum quia sufficiens pro omnibus pretium obtulit.

Falsum autem est & hæreticum dicere, Christum pro salute duntaxat prædestinatorum mortuum esse, cum multis reprobis omnibusque adeu justificatis gratias traditâ à Thomistis notione sofficientes meruerit, quibus ad salutem pervenire possent, quamvis nemo iis bene utatur, & inaccepta justitia perseveret, nisi uberioribus illis & efficacibus auxiliis adjuvetur.

His articulis subjectæ erant infra scriptæ declarationes in exemplari subsignato & apud Illustrissimum Convenarum Episcopum deposito.

De supradictis artic. hæc declaramus.

1. His nostram omnem circa materiam quinque Propositionum, doctrinam cuntineri.

2. Hos articulos à nobis ut Orthodoxos & ab omni hæreseos suspicione alienos defendi.

3. Minimè illos Jansseniani sensûs nomine, vel à summis Pontificibus Innocentio X. & Alexandro VII. vel ab Illustrissimis Galliæ Episcopis intellectos, sed prorsus ab omnibus tum Pontificiis Constitutionibus, tum Episcoporum in Jansenium decretis intactos esse.

Æquum igitur ut suum de his articulis judicium illi Theologi proferant quibus aliqua fortè de nostra fide suspicio est.

Nam si eos ab erroris nota immunes agnoscant, fateantur etiam necesse est, nulli circa quinque Propositionum materiam hæresi obnoxios eorum defensores.

Sin ambiguos censeant, nec satis clarè nostram illis sententiam exprimi, exponant dubitationis causas, & perspicuam ad omnia responsionem accipient.

Postremò, si aliquid in iis erroris & hæreseos arguant, ubi distinctè notaverint in quo potissimum capite hæresim collocent; omnibus eorum scrupulis, ac difficultatibus, quantùm fieri poterit satisfaciemus: hâc autem capitali, quia fidem attingit, controversiâ excussâ cœteræ si quæ supersunt suspiciones facilè diluentur.

Parisiis, die 23. Januarii, anno 1663.

Horum articulorum, & declarationum exemplar à Theologis à quibus offerebantur subscriptum, depositum fuit apud Illustrissimum Convenarum Episcopum. His autem perlectis, expeditàque difficultate circa vocem, non posse, *per clausulam, art. 1. superadditam nihil in iis deprehensum est Constitutionibus contrarium, aut à fide Catholica alienum.*

Isti quinque articuli ab Alexandro Papa VII nec approbati sunt, nec reprobati. Sed eo quod Romanus Pontifex hos articulos ad se delatos non adhuc improbaverit, Jansenii Fautores temerè concludunt eosdem articulos à Papa approbatos fuisse, qua de re vide Monitum Doctoris Theologi Parisiensis adversus Libellum recèns editum pro quinque articulis ad Alexandrum Papam VII. transmissis. *Hoc Monitum cujus Author erat Claudius* de Precelles *Sorbonicus Doctor, in lucem editum fuit an.* 1692. *Rursusque inter varias disputationes ad Opera Theologica Martini* Grandin *additas, p.* 478. *Tum inter monumenta ad Gallicas Litteras cujusdam Sorbonici Doctoris, contra Institutiones Theologicas Gaspardi* Juenio *adjuncta, pag.* 204. *deinde, pag.* 244. *Præfatio Observationum Doctoris Theologi Parisiensis in expositionem doctrinæ Augustinianorum quinque articulis comprehensam, Authore Claudio* de Precelles. *Denique, pag.* 250. *monitum R. P.* Goudin *in Sacra Facultate Parisiensi Doctoris, ac Professoris, ex Ordine S. Dominici: super famosis quinque articulis eorum qui se Augustinianos vocant.*

INSTRUMENTUM A SANCTI *Augustini Discipulis, apud Illustrissimum Convenarum Episcopum depositum, ut idem Illustrissimus Præsul Summum Pontificem de Orthodoxa eorum fide & erga Sedem Apostolicam observantiâ scriptis ad Suam Sanctitatem Litteris certiorem faceret.*

NOS infra scripti, Illustrissimum & Reverendissimum D. D. Convenarum Episcopum: tum nostro, tum eorum qui nobiscum in eadem causa versantur nomine cum summa reverentia obsecramus, ut pro ea benignitate quâ ex mandato Christianissimi Regis componendis dissidiis inter Theologos occasione libri *Jansenii*, Yprensis olim Episcopi obortis & procurandæ paci aliquot abhinc mensibus incubuit, tam pio operi ultimam, si fieri potest, manum adhibere dignetur: Quod non difficulter ab illo perfectum iri speramus, si quemadmodum nostram coram ipso fidem sincerâ doctrinæ nostræ circa quinque Propositionum materiam expositione probavimus, & ab omni erroris suspicione purgavimus; ita eum nostræ erga Summum Pontificem ejusque Constitutiones de prædictarum Propositionum damnatione editas observantiæ testem & Internuntium habere possimus. Quamobrem eumdem Illustrissimum Antistitem enixè & humiliter deprecamur, ut nostro omnium nomine scriptis ad S. P. Alexandrum VII. Litteris articulos nostros, circa quinque Propositionum materiam transmittat: testeturque nos eosdem articulos sincerè illius judicio subjicere: Nunquam nos in molestis & importunis illis controversiis quibus tot per annos Ecclesiæ pacem turbatam dolemus quasque æterno planè silentio abolendas peroptamus, aut authoritati Sedis Apostolicæ quam devotissimo obsequio semper prosecuti sumus, & ad extremum usque spiritum, Deo adjuvante, prosequemur, detractum voluisse, aut executioni editarum ab eadem Sede Constitutionum ullo modo obsistere intendisse, immo paratos nos esse iisdem illis Constitutionibus eam reverentiam & observantiam quam Sedis Apostolicæ Majestas & summa ejus authoritas exigit impendere. Ac si quid præterea à nobis exigendum Summo Pontifici visum fuerit ad testificandum quàm sincerè sancitæ per Apostol. Constitutiones fidei adhæreamus, & easdem Constitutiones intactas & illibatas servare velimus. illud nos fideliter præstituros pollicemur. Quæ quidem ut nostro nomine, & eorum nobiscum in eadem causa versantur Illustrissimus Convenarum Episcopus S. D. N. Alexandro VII. significare possit, præsens instrumentum propriâ nostrâ manu subsignatum apud ipsum deposuimus. Actum Parisiis die septimâ Junii, anno millesimo sexcentesimo sexagesimo tertio.

DECLARATION MISE *entre les mains de Monseigneur l'Evêque de Comenge par les Disciples de S. Augustin: & presentée au Roi par ce Prélat, le* 24. *de Septembre* 1663.

MONSEIGNEUR l'Evêque de Comenge employé par le Roi, pour travailler à procurer la paix de l'Eglise & à accommoder les differends qui se sont élevés entre les Theologiens en ces derniers tems, ayant eu la bonté de nous faire sçavoir que Sa Majesté désiroit avoir de nous des preuves effectives de la fidelité, avec laquelle nous voulons accomplir les promesses que nous avons faites dans notre Acte du 7. Juin dernier, de donner à N. S. P. le

Pape toutes les assurances qu'il pourroit souhaiter *de la sincerité avec laquelle nous adherons aux décisions de foy qu'il a faites dans ses Constitutions Apostoliques, & de la résolution où nous sommes de ne blesser & de ne violer en aucune maniere tes mêmes Constitutions.* Nous supplions très humblement ce Prelat, tant en notre nom, qu'au nom de ceux pour lesquels nous agissons dans cette affaire; de vouloir s'employer auprès de Sa Majesté, pour l'assurer que nous demeurons toujours dans la même disposition, & pour le témoigner, nous déclarons.

1. Que nous condamnons & rejettons sincerement les cinq Propositions condamnées par nos Saints Pères les Papes Innocent X. & Alexandre VII.

2. Que nous ne voulons jamais soutenir ces mêmes Propositions, sous prétexte de quelque sens & de quelque interpretation que ce soit.

3. Que nous n'avons point d'autres sentimens sur la matiere de ces Propositions que ceux qui sont contenus dans les articles qui ont été envoyés au Pape de notre part, & que nous avons soumis à son Jugement, & desquels il paroît par quelques termes du premier Bref que Sa Sainteté a été satisfaite.

4. A l'égard des décisions de fait qui sont contenuës dans la Constitution de N. S. P. le Pape Alexandre VII. par lesquelles il est défini que les cinq Propositions ont été extraites du Livre de Jansenius, & condamnées dans le sens de cet Auteur? Nous déclarons que nous avons & aurons toujours pour ces definitions tout le respect, toute la déference, & toute la soumission que l'Eglise exige en de pareilles occasions, & dans des matieres de cette nature, reconnoissant qu'il n'appartient pas à des Theologiens particuliers de s'élever contre la décision du Saint Siege, de les combattre ou d'y résister.

5. Que nous sommes dans une ferme résolution de ne contribuer jamais à renouveller ces sortes de contestations, dont nous avons eu beaucoup de douleur de voir la paix de l'Eglise troublée durant tant d'années.

Comme nous esperons que Sa Majesté sera satisfaite de notre soumission; & qu'elle reconnoîtra qu'on ne peut rien désirer de nous, après ce témoignage d'obeïssance aux Constitutions du Saint Siege, nous esperons aussi qu'elle aura agreable que M. l'Evêque de Comenge l'assure de notre attachement inviolable à son service & à ses interêts, & de la parfaite obeïssance que nous lui rendrons toute notre vie en qualité de ses très-humbles, tres-soumis & très-fidelles Sujets & Serviteurs.

Et afin que M. l'Evêque de Comenge puisse faire ces déclarations à Sa Majesté en notre nom, & au nom de ceux pour lesquels nous agissons dans cette affaire, nous avons signé le present Ecrit. Fait à Paris le 24. Septembre 1663.

Hæc tria postrema monumenta extant in Bibliotheca Sorb. arm. 11. r. 3. n. 2.

Anno Domini 1663.

Breves Litteræ Alexand. PP. VII. ad Galliarum Episc. datæ quibus significat cum lætitia se accepisse illorum in dies crescere numerum qui recta sapiunt, Constitutioni Innocentii Papæ X. obsequuti harum litterarum tenor sequitur.

ALEXANDER PAPA VII.

Venerabiles Fratres; Salutem & Apostolicam Benedictionem. Ut nulli Vestrûm incompertum est, quantâ sollicitudine Innocentius X. fœlicis recordationis Prædecessor noster Jansenianam hæresim radicitùs evellere conatus fuerit: quantâ nos ipsi curâ, & instantiâ idem propositum indesinenter prosequi non destiterimus: ita nobis probè compertum est, atque perspectum, quàm indefesso studio plerique vestrûm Constitutiones Apostolicas in Jansenii causa editas executioni mandari procuraverint. Illud autem non mediocri gaudio animum nostrum perfudit; quòd ex Litteris ex Gallia recèns allatis, accepimus illorum in dies crescere numerum, qui rectè sapiunt, præfatis Constitutionibus sese ultrò subjicientes; illorum verò decrescere, qui à veritate auditum avertunt, & variis inanium interpretationum argumentis decepti, Decretis Apostolicis refragantur. Is fuit egregiùs sanè laborum vestrorum fructus; majoris scilicet & potioris partis, ut multi, iique cæterorum nomine Primarii exemplo vestro, consilio & operâ ad saniorem doctrinam inducti, eâ quâ par est, ut credimus, animi demissione sese paratissimos exhibuerint ad illa omnia præstanda, quæ ipsis à Sede Apostol. præscribentur. Unde jam meritò sperare possumus, juvante Domino, brevi fore

ut fœliciter cœptum opus fœliciùs perficiatis; præsertim si ut per dictas Constitutiones mandatur in dictam executionem seriò incumbentes, tandem obtineatis, ut omnes eàdem fide, & charitate concordes in via Domini ambulent, implorato etiam, si opus fuerit, Regis Christianissimi subsidio, cujus in hac præsertim causâ maximus zelus mirum in modum enituit; quod re verâ, ut summâ laude dignum reputamus, ita eidem maximæ gloriæ & singulari apud Deum merito versum iri judicamus. Pergite igitur, VENERABILES FRATRES, operi ultimam alacriter manum admovete, & procurate impensè, ut omnes præfatis Constitutionibus Apostolicis se, ut par est, subjiciant; & quinque Propositiones ex *Jansenii* Libro, cui nomen, *Augustinus*, excerptas & in sensu ab eodem Authore intento, prout illas per dictas Constitutiones Sedes Apostolica damnavit; sincero animo rejiciant & damnent. Ad quod illa omnia remedia quæ vobis pro executione earumdem Constitutionum efficaciora, magisque opportuna videbuntur adhibere poteritis. Cæterùm eximiam charissimi filii nostri REGIS CHRISTIANISSIMI pietatem à nobis sæpiùs probatam & laudatam animo recolentes, plurimùm de illâ nobis pollicemur; nec dubitamus potissimùm, ubi opus erit, quin is ad frangendam nonnullorum, si qui remanserint, contumaciam, vobis auxiliares manus porrigere, & brachium Regium præstare dignetur. Illi denique ac Fraternitatibus vestris Benedictionem Apostolicam Paterno animo impartimur. Datum Romæ apud S. M. Majorem, sub Annulo Piscatoris, die Julii 1663. Pontificatûs nostri anno nono.

Anno Domini 1663.

Litteræ Antistitum Parisiis degentium adversus quinque Articulos à Jansenistis oblatos.

Alexandro VII. Pontifici maximo.

BEATISSIME PATER.

Ubi primùm Sanctitatis Vestræ Breve, datum 29. Julii anni 1663. in Galliam perlatum est, de his quæ in eo continentur certior factus Rex noster Christianissimus, pro ea quâ est pietate & in hæresim Jansenianam odio, statim moneri voluit illius Fautores, ut, qui litteris ad Sanctitatem Vestram eorum nomine missis omne obsequium fuerant polliciti, Fidem sincerè tandem liberarent: hi paucis post diebus scripto ad Regem Christianissimum misso declararunt, se Constitutionibus Apostolicis obtemperare ex animo, neque posse majoris observantiæ dare argumentum. Subinde Rex Christianissimus jussit convenire Cardinales, Archiepiscopos & Episcopos, qui tum aderant in Aula Regia, coram queis Sanctitatis Vestræ breve, ac Jansenistarum illud Scriptum legeretur, ut eo diligenter perpenso & excusso constaret an id probandæ eorum fidei sufficeret. Iis itaque 2. hujus mensis die Lutetiæ congregatis primùm Sanctitatis Vestræ Breve perlectum, ac summo honore susceptum est; quo quidem nobis inotuit quanti apud eam simus, constititque tantùm Sanctitati Vestræ debere nos, quantùm persolvere difficile sit, tum ob eximiam Sanctitatis Vestræ de nobis & nostra in hacce causa agendi ratione existimationem, tum ob paternam erga Ecclesiam Gallicanam Charitatem, quâ Jansenianam hæresim, quâ hîc plurimorum animos veneno suo veluti dira quædam pestis afflavit, omnino extinguere molitur. Deinde vero productum est Jansenistarum illud scriptum, in quinque divisum articulos, cujus tenorem integrum ad Sanctitatem Vestram mittimus. Quartum hîc dumtaxat articulum referimus, utpote quo præcipuam offensionis causam contineri nos arbitremur, illi cumulatè suo tum officio, tum erga Sanctitatem Vestram obsequio se satisfacere asserunt. An res ita se habeat, judicet Sanctitas Vestra ex his eorum verbis è gallico idiomate in Latinum sermonem conversis.

« Quod spectat ad decisiones facti quæ « continentur in Constitutione Alexandri « VII. quibus definitum est quinque Propo- « sitiones ex Jansenii Libro excerptas esse, « & in sensu ab eodem Authore intento « damnatas, declaramus nos eas defini- « tiones omni cultu, obsequio & observan- « tiâ, quam exigit à fidelibus Ecclesia in « similibus causis, & in ejusmodi naturæ « rebus prosequi & semper esse prosecu- « turos; arbitrati ad privatos Theologos « nullatenus pertinere in Sanctæ Sedis de « cisiones insurgere, eas oppugnare, vel « eis resistere. «

Mirifica nostrûm omnium, quotquot

aderamus in his verbis reprehendendis extitit consensio. Visa sunt enim subdola, simulatum dumtaxat obsequium præ se ferentia, mente versipelli & callidâ concinnata: eòque periculosiora quòd formulæ, ideo in Conventibus nostris institutæ, ut V. S. Constitutioni debita reverentia magis ac magis sanciretur, uniformitatem dissolvant & evertant. Istud itaque scriptum rejiciendum censuimus tanquam fictum & nullatenus Catholicum, necessumque esse duximus ut mentem apertiùs exponant, exprimantque luculentiùs implicatas animi cogitationes, cum ex eorum scriptis & sermonibus liquidò constet eos in id juxta incumbere, ut obsequium silentio dumtaxat, non verò mutatâ sententiâ & doctrinâ significent. His ita S. V. expositis prout postulat nostra communis erga eam officii ratio, superest ut ei confirmemus nihil quidquam in omni vita nobis antiquiùs, neque tam fixum unquam fore, quàm ut sedulò curemus ut Constitutiones Apostolicas & Beatitudinis Vestræ Breve recèns ad nos datum, omnes seriò exequantur; præsertim cum in eo toti sint Jansenistæ, ne quinque Propositiones è *Cornelii Jansenii* Libris excerptas, & in sensu ab eodem Authore intento damnatas sincero animo rejiciant & damnent, parati aliàs ad omne obsequium erga Sanctam Sedem Apostolicam, dummodo illius Authoris doctrinam ut Orthodoxam non anathematisent. Porro eorum pertinaciam nos faciliùs fracturos confidimus, quod & S. V. suâ auctoritate deliberationis nostræ, quæ tota quanta est in Apostolica fundatur Constitutione, executioni semper præsto sit futura, & Regem etiam Christianissimum habemus ejus rei non modò adjutorem, sed & authorem, & acerrimum defensorem; cujus sanè pietas S. V. manifesta & in nuperrimo ejus Brevi honorificè testata, ea est, ut in Religionis & Sanctæ Sedis tuendæ studio nunquam pares illi Principes habitura sit Ecclesia. Quæ cùm ita sint, Beatissime Pater, nihil nobis reliquum est, quam ut Benedictionem Apostolicam supplices flagitemus, & annos Beatitudini Vestræ longævos enixè precemur; ut Petri navis Jansenianæ hæreseos procellis jactata vehementiùs, in portu tandem, ejus ductu feliciter conquiescat. Ita ex animo vovent.

Beatissime Pater,

Sanctitatis Vestræ,

Devotissimi & obsequentissimi Filii, Cardinales, Archiepiscopi & Episcopi Galliæ, Parisiis congregati.

Cardinalis ANTONIUS BARBERINUS, Præses.

De mandato Illustriss. & Rever. Dominorum prædictorum.

DE FAGET

Parisiis 2. Octob. 1663.

LETTRE CIRCULAIRE à Messeigneurs les Archevêques & Evêques du Royaume.

MONSIEUR,

NOUS sommes persuadés que vous serez jaloux, aussi bien que nous de ménager comme un précieux trésor, la part que vous devez prétendre à la gloire commune de tous les Evêques de France. Ceux qui nous ont précédé dans la suite de plusieurs siécles, nous l'ont transmise dans une pureté de conduite, qui a fortifié notre zele, & qui nous a heureusement engagés à honorer la Religion de leurs exemples, par la fermeté de notre imitation. La Lettre Circulaire que l'Assemblée Generale du Clergé de France, écrivit à tous les Evêques de ce Royaume le 15. Juillet 1653. marque la soûmission que nous avons accoutumé de rendre au Saint Pere, est comme l'heritage des Evêques de France, lesquels dans un Synode tenu sous Carloman & Pepin, firent une déclaration solemnelle, de vouloir garder l'unité avec l'Eglise Romaine, & être sujets à saint Pierre & à son Vicaire jusqu'à la fin de leur vie. J'ajouterai qu'Alcime Avite, Evêque de Vienne, qui par sa sainte vie, par sa prudence & par son admirable doctrine a soutenu la foy dans la France contre l'Arianisme, écrivant au Pape Hormisdas, l'assure que non seulement l'Eglise de Vienne, mais aussi toutes celles de France, sont dans une parfaite volonté de suivre tout ce qu'il ordonneroit touchant les matieres de la Foy.

C'est le point solide de notre gloire, qui rend notre foy invincible, & notre autorité infaillible, lorsque nous tenons l'une

l'une & l'autre inséparablement attachées au centre de la Religion, en nous liant au Siege de saint Pierre, pour la créance & pour la discipline, dans l'unité de l'esprit de l'Eglise. Et parce que les forces de l'enfer ne sçauroient prevaloir contre une force si redoutable à toutes les puissances des tenebres, nous esperons plus que jamais une victoire achevée contre l'heresie Jansenienne, puisque le soleil du Vatican a mêlé la plénitude de son jour aux lumieres de notre conduite, en condamnant avec nous, & nous avec lui cette nouvelle doctrine si funeste à la paix de l'Eglise & aux repos des consciences.

Vous connoîtrez cette verité plus clairement que par le passé, par ce dernier Bref que notre Saint Pere le Pape nous a fait l'honneur de nous écrire. Nous vous l'envoyons avec la déliberation que nous avons prise, pour nous confirmer toujours davantage dans le respect & dans la soumission que nous devons au Saint Siege. Nous esperons de votre pieté que vous mettrez la derniere main pour arrêter le cours de ceux qui voudroient être rebelles à la lumiere, puisque nous pouvons dire à ces aveugles volontaires, ce que disoit saint Augustin après que le Pape Innocent eut approuvé ce qui avoit été déliberé dans les Conciles d'Afrique, *la cause est finie*. Il n'est plus question de deliberer sur le sens des cinq Propositions extraites du Livre de Jansenius, puisque c'est une affaire achevée; le Pape, les Evêques de France, & tous les Prelats des autres Royaumes les ayant flétries, & même les ayant condamnées dans le sens de *Jansenius*. Il n'est plus question d'écouter quelque petit nombre de refractaires, lesquels avec trop de temerité s'écartent du corps de la Religion, en se separant de la créance & de la discipline du Clergé, puisque les Brefs Apostoliques élevent notre conduite, & que les Oracles qui partent de la Chaire de saint Pierre, sur laquelle l'Eglise est fondée, approuvent nos ouvrages, & donnent des loüanges à ce que nous avons fait. *Celui-là peut-il croire qu'il est dans l'Eglise, lequel s'écarte de la Chaire de S. Pierre, sur laquelle l'Eglise est fondée*, disoit le Pape Pelage II. écrivant aux Evêques d'Istrie.

Nous avons consulté le Pape touchant ces nouvelles Doctrines; pourra-t-on nous blâmer d'avoir suivi les exemples de la plus sainte antiquité, & d'avoir marché sur les vestiges des plus grands Evêques qui nous ont précedé, Alexandre Evêque d'Alexandrie s'adressa au pape S. Sylvestre contre les emportemens d'*Arius*. Denys aussi Evêque d'Alexandrie, écrivit au Pape Xiste touchant l'heresie de *Sabellius*. Saint Cyrille porta ses plaintes au Pape Celestin, lorsqu'il vit naître celle de *Nestorius*. Les Prelats de Cypre reclamerent l'autorité du Pape Theodore, contre les nouveaux heretiques qui troubloient leurs Diocèses.

Qui peut donc trouver à redire si presque tous les Prelats de ce Royaume ont eu recours au Saint Siege, pour condamner l'heresie de *Jansenius* dans les regles les plus saintes de l'Eglise? On ne doit plus croire que des personnes soient innocentes, qui se sont renduës opiniâtres depuis si long-tems contre une condamnation établie, & si souvent réïterée par la puissance legitime de l'Eglise. Un Concile de Carthage avoit autrefois ordonné qu'un Evêque perdroit son Evêché, qui diroit de quelque Donatiste qu'il se seroit reconcilié à l'Eglise, lorsqu'il ne seroit pas assuré de son dire. Tout doit être suspect de la part d'un esprit rebelle qui résiste à l'Eglise, le simple soupçon de l'erreur rend en quelque façon criminel, si l'on n'ajoute la diligence au zele, pour en purger la honte ou le reproche. C'etoit à peu près la pensée de Victor, Evêque de Carthage écrivant au Pape Theodore. Et Celestin écrivant aux Evêques de France, dit que la verité se presente à ceux ausquels la fausseté déplaît, & que c'est être Complice de l'imposture, lorsqu'on se tait, ou qu'on la dissimule. Le Concile General de Latran sous Innocent III. veut que ceux qui sont notés du seul soupçon d'heresie soient frappés du glaive de l'excommunication, à faute de faire paroître leur innocence, & ordonne que leur conversation soit évitée, jusqu'à tant qu'ils ayent satisfait. Celestin ne voulut plus écouter *Celestius* après qu'il eut été condamné, & le fit chasser des confins de l'Italie; *Sciens damnatis*, dit S. Prosper, *non examen judicii; sed solùm pœnitentiæ remedium esse præstandum*.

Nous avons trop bien reconnu que les Articles de la Declaraion signée *La Lane* & *Girard*, sont captieux & pleins d'artifices, pour nous y arrêter davantage. Nous leur pouvons dire avec saint Augustin, *Que cherchez-vous encore? Un nouvel examen, puisque vos Dogmes ont été déja*

condamnés par le Siege Apostolique, avec une si ample connoissance de cause? Il ne faut plus que les Evêques examinent cette heresie qui doit être reprimée par les Puissances Chrêtiennes.

C'est donc, Monsieur, en suivant ces regles que Nous vous prions de faire executer ce Bref selon sa forme & teneur, & d'autant plus que notre grand Roi nous honore de sa protection. Vous jugerez sans doute que nous lui pouvons donner en cette rencontre, la loüange que S. Leon donnoit à l'Empereur Marcian, puisque notre genereux Monarque fait paroître *un esprit sacerdotal & Apostolique*, & fait voir qu'il a des sentimens dignes de sa Religion, & de la glorieuse qualité de Roi Très-Chretien & de Fils aîne de l'Eglise, en soutenant, comme il fait, la cause de la foi avec tant de vigueur, qu'il semble que les conquêtes de l'Evangile doivent faire la plus noble partie de ses victoires. *Présentons à Dieu nos Sacrifices & nos vœux, afin qu'il augmente son zele contre les ennemis de la Religion : & qu'en protegeant constamment les privileges & les droits de la sainte Eglise, la dextre de Dieu maintienne son empire*, pour user des termes de saint Leon écrivant à l'Empereur Theodose. Nous attendons dans deux mois au plus tard, que vous donniez avis aux Agens Generaux du Clergé, de la souscription que vous aurez faite, & du refus ou de la soumission des Sujets de votre Diocèse; & que vous refuserez toute sorte d'emplois à ceux qui manqueront en ce point de satisfaire à leur devoir. Et aussitôt après que nous en serons informés, nous prétendons nous joindre à votre zele pour proceder par les voyes Canoniques contre les Delinquans, afin que cette juste severité nous obtienne les plus favorables effets de la misericorde de Dieu, que nous vous souhaitons comme à nous, qui sommes dans la communion de la Charite qui nous duit lier tous ensemble.

MONSIEUR,

Vos très-humbles & très-affectionnés Serviteurs & Confreres les Cardinaux, Archevèques & Evèques assemblés à Paris.

Le Cardinal ANTOINE BARBERIN, President.

Par commandement de Nosdits Seigneurs, DE FAGET,

A Paris le 2. Octobre. 1663.

Hæc tria postrema monumenta extant in libro cui titulus est, *Recueil historique*; in Biblioth. Surb. arm. 11. r 2. p. n. 12.

Anno Domini 1664.

Die 4. Januarii, Edictum Regis in secretiori Consilio quo igni addicitur; *Manuale Catholicum, Authore Aletophilo Charitopolitano* : & Libellus inscriptus : *Le Journal de S. Amour.*

Anno Domini 1664.

Die 29. Aprilis, Christianissimus Rex in Curia Parisiensis Senatus, cui ipse præfuit, Regium Edictum de subscribenda formula, quæ in Comitiis Gallicani Cleri ordinata fuerat, adversus Librum *Jansenii* Yprensis, inscribi jussit.

Anno Domini 1664.

Die 7. Junii. Domini *de Perefix*, Parisiensis Archiepiscopi Edictum, pro subscribenda formula, in quo scripto humanam fidem & Ecclesiasticam, non autem Divinam Pontificiis Constitutionibus adhibendam esse dicit, quantùm ad quæstiones facti de sententia *Jansenii* Yprensis in ipsius Libro enuntiatas. Hæc obligatio humanæ & Ecclesiasticæ fidei, nec Divinæ, à pluribus impugnata fuit. Cujus distinctionis allatæ suasor fuit, Gasto *de Chamillart* è Societate Sorbonica Doctor & Theologiæ Professor, tum etiam Martinus *Grandin*, Sorb. Doctor, cujus scriptum hac de re inter Opera Martini *Grandin*, in lucem editum est, tom. 2.

Anno Domini 1665.

Die 15. Februarii Alexander Papa VII. formulam juramenti ad reprobandas quinque Propositiones ex *Cornelii Jansenii* Libro, cui nomen *Augustinus* excerptas, & in Sensu ab eodem Authore intento, perscripsit & ordinavit, simulque Constitutionem hac de re promulgavit ad perpetuam rei memoriam, cujus tenor sequitur.

Alexander Episcopus, servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Regiminis Apostolici Divinâ Providentiâ nobis quamvis immeritis

commissi ratio postulat ut ad ea potissimùm, quæ Catholicæ Religionis integritati, & propagationi animarumque saluti & Fidelium tranquillitati consulere apta & idonea esse judicantur, animum & curam omnem, quantumlibet in Domino applicemus. Quamobrem *Cornelii Jansenii* hæresim, in Galliis præsertim serpentem, ab Innocentio X. felicis recordationis Prædecessore nostro ferè oppressam, adinstar colubri tortuosi, cujus caput attritum est in varios gyros & cavillationum defluxus euntem; singulari Constitutione ad hunc finem editâ, altero assumptionis nostræ anno extinguere conati fuimus. Sed ut multiplices hostis hominum generis artes adhibet, nondum plenè consequi potuimus, ut omnes errantes in viam salutis redirent; qui tamen unicus erat votorum & curarum nostrarum scopus, quibus operam & industriam suam egregio sanè studio venerabiles Fratres nostri Archiepiscopi Regni Galliæ earumdem Constitutionum Apostolicarum executioni præcipuè intenti contulerunt, & charissimus in Christo Filius noster Rex Christianissimus, singulari pietate auxiliarem dexteram strenuo ac constantissimo animo porrexit. Cùm autem præfatus Rex Christianissimus eodem Religionis zelo ductus, per suum in Urbe Oratorem nobis significari exponique curaverit, nullum aliud remedium opportuniùs pestiferæ hujus contagionis reliquiis extirpandis adhiberi posse, quàm si omnes certam formulam subscriberent nostrâ auctoritate firmatam, in qua quinque Propositiones ex *Cornel. Jans.* libro cui titulus, *Augustinus*, excerptas sincerè damnarent, ac proinde illam à nobis quantò citiùs expediri, ad quælibet effugia præcludenda, omnesque removendos obtentus flagitaverit. Nos tam piis dicti Regis Christianissimi votis benignè annuendum esse ducentes, Formulam infrascriptam ab omnibus Ecclesiasticis etiam venerabilibus Fratribus nostris Archiepiscopis & Episcopis, nec non aliis quibuscumque Ecclesiastici Ordinis, tam Regularibus, quàm Secularibus etiam Monialibus, Doctoribus & Licentiatis, aliisque Collegiorum Rectoribus atque Magistris subscribi districtè mandamus, idque intra tres menses à die publicationis, seu notificationis Præsentium; aliàs contra eos qui intra terminum præfatum non paruerint irremissibiliter procedi volumus juxta Canonicas Constitutiones, & Conciliorum Decreta.

Formula à supradictis subscribenda.

EGo N. Constitutioni Apostolicæ Innocentii X. datæ die 31. Maii 1653. « & Constitutioni Alexandri VII. datæ 16. « Octobris 1656. Summorum Pontificum « me subjicio, & quinque Propositiones ex « *Cornelii Jansenii* libro, cui nomen, *Augustinus*, excerptas & in sensu ab eodem « Auctore intento, prout illas per dictas « Constitutiones Sedes Apostolica damnavit sincero animo rejicio ac damno, & ita « juro, sic me Deus adjuvet, & hæc sancta Dei Evangelia. «

Decernentes insuper præsentes Litteras semper & perpetuò validas & efficaces existere, & fore, suosque plenos & integros effectus sortiri, & obtinere, sicque per quoscunque judices ordinarios & delegatos, ubique judicari, & definiri debere, sublatâ eis & eorum cuilibet quàvis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate; ac irritum & inane esse, si secus super his à quocumque, quàvis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca Venerabilibus Fratribus Archiepiscopis & Episcopis, aliisque locorum ordinariis committimus & mandamus ut singuli in suis Diœcesibus, ac locis suæ Jurisdictioni subjectis præsentes Litteras, & in eis contenta quæcumque exequantur & exequi ac observari ab omnibus curent, & inobedientes quoscumque per sententias, censuras & pœnas, aliaque juris & facti remedia, appellatione postpositâ, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, brachii secularis auxilio, omnino compellant. Volumus autem ut præsentium transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem fides prorsus adhibeatur, quæ ipsis originalibus Litteris adhiberetur, si essent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostram Constitutionem & ordinationem infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac BB. Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, anno Incarnationis Dominicæ 1665. 15. Kal. Martii, Pontificatûs nostri anno decimo.

J. Cardinalis Prodatarius S. Ugolinus.
Visa de Curia P. CIAMPINUS.

A tergo verò Regiſtrata à Secretario Brevium.

Anno à Nativitate Domini, &c.

DECLARATION DU ROI, pour l'exécution de la Bulle de Notre-Saint Pere le Pape du 15. Fevrier 1665.

LOUIS par la grace de Dieu, Roi de France & de Navarre. A tous preſens & à venir; Salut. Le deſſein que nous avons de voir tous nos Sujets reünis dans une même creance ſur les matieres de la Foi & de la Religion, nous obligeant de veiller inceſſamment pour empêcher le progrès de toutes les nouveautés qui pourroient troubler le repos des conſciences, & la paix de l'Egliſe, & de l'Etat; il n'y a point de ſoin que nous n'ayons apporté pour faire ceſſer toutes les contentions, & pour arrêter le cours des erreurs qui pouvoient alterer la pureté de la Foi, que nous avons reçuë de nos Ancetres. Dans ce deſſein nous avons appuyé de notre autorité les décisions qui ont été faites par les Papes & acceptées par l'Egliſe, pour détruire la nouvelle Secte qui s'eſt élevée à l'occaſion de la doctrine de *Janſenius*, Evêque d'Ypre, contenuë en ſon Livre intitulé *Auguſtinus*. Et depuis la naiſſance de cette nouvelle Secte, juſqu'à notre Declaration du mois d'Avril de l'année derniere 1664. nous avons employé tous les moyens poſſibles pour en arrêter le cours, & même les Prelats de notre Royaume ayant jugé à propos après diverſes Deliberations, de dreſſer un Formulaire de profeſſion de Foi, & imploré le ſecours de notre autorité, pour obliger tous les Eccleſiaſtiques de notre Royaume à le ſouſcrire; nous avons par noſdites Lettres & Declaration, regiſtrées en notre preſence en notre Cour de Parlement de Paris autoriſé ledit Formulaire, & ordonné que tous ceux qui refuſeroient de le ſigner, lorſqu'il leur ſeroit preſcrit par les Mandemens de leurs Evêques, demeureront privés de leurs Benefices, & declarés indignes d'en poſſeder à l'avenir, & qu'il ſeroit procedé extraordinairement contre eux, ſelon la rigueur des Conſtitutions Canoniques. Mais quoique Dieu ait beni nos ſoins par un heureux ſuccès, & que nous ayons tellement arrêté le cours de cette hereſie naiſſante, qu'il n'y ait plus preſentement qu'un bien petit nombre de gens, qui par un aveuglement affecté, & par des ſubtilités étudiées, reſiſtent aux définitions reçuës par le conſentement unanime de l'Egliſe: neanmoins comme les principaux chefs de cette cabale continuent les efforts qu'ils ont toujours faits pour éluder la condamnation de leurs erreurs, & mépriſant les Deciſions du Saint Siege, le Jugement des Evêques, & l'avis de la Faculté de Theologie de Paris, refuſent de ſigner le Formulaire dreſſé par les Prelats de notre Royaume; Nous avons reſolu de mettre la derniere main pour achever un ouvrage ſi utile & ſi avantageux au bien de la Religion & de l'Etat. Et quoique chacun connoiſſe la fauſſeté des pretextes les plus ſpecieux dont les Sectaires ſe ſont ſervi pour colorer le refus qu'ils ont fait juſques ici, de ſigner le Formulaire, que la diſtinction du fait & du droit, dont ils ont fait leur principale défenſe, ſoit aſſez detruite par le Bref des Papes Innocent X. & Alexandre VII. par leſquels ils ont nettement declaré, que le deſſein du Saint Siege a été de condamner les cinq Propoſitions extraites du Livre de *Janſenius*, au ſens de cet Auteur, & que l'autorité des Aſſemblées generales du Clergé de France, jointe au conſentement preſque unanime des Archevêques & Evêques de notre Royaume, dut être d'un aſſez grand poids pour les engager à recevoir ledit Formulaire: Vû même que le Pape l'avoit ſuffiſamment approuvé, ſoit en louant la conduite des Evêques par leſdits Brefs que Sa Sainteté leur a adreſſés, lorſqu'ils lui ont donné connoiſſance de la reſolution par eux priſe d'en ordonner la ſignature; ſoit en blâmant ceux qui ont refuſé d'y ſouſcrire, ou qui vouloient en alterer le ſens par des diſtinctions captieuſes. Et néanmoins connoiſſant que toutes ces conſiderations n'ont pas été aſſez puiſſantes pour vaincre l'opiniâtreté de ceux qui veulent ſe ſignaler dans ces ſortes de conteſtations, & qui dans ce deſſein fomentent la diviſion de l'Egliſe; nous avons cru que le meilleur moyen de détruire toutes les fauſſes ſubtilités dont ils ſe ſervent, & d'ôter tout prétexte même aux Evêques qui ont fait refus juſques à preſent de ſigner & faire ſigner dans leurs Dioceſes, étoit de conſulter encore une fois le Chef de l'Egliſe, afin que joignant ſon autorité à celle des Archevêques & Evêques de France, ce concours

cours de Puissances les obligeât à se soumettre & à souscrire ce qui avoit été si solemnellement decidé. Pour cette fin nous avons fait demander à Sa Sainteté, par notre Ambassadeur Extraordinaire en Cour de Rome, qu'il lui plût ordonner la signature d'un Formulaire: Et Sa Sainteté ayant repondu favorablement aux instances qui lui ont été faites de notre part, & ayant fait expedier sa Constitution en date du 15. du mois de Fevrier dernier, par laquelle elle auroit ordonné la signature d'un Formulaire inseré en lad. Constitution: Nous, pour concourir par notre autorité à faire cesser toutes les divisions, qui jusques à présent ont partagé nos Sujets sur ces matieres, & à etablir une entiere uniformité dans leurs sentimens à cet égard, ayant résolu d'appuyer ladite Constitution; Sçavoir faisons, que pour ces causes & autres à ce Nous mouvans, après avoir fait examiner en notre Conseil la Constitution de N. S. P. le Pape Alexandre VII. dudit jour 15. Fevrier de la presente année 1665. ensemble le Formulaire inseré en ladite Constitution, & reconnu qu'en icelle il n'y a rien de contraire aux libertés de l'Eglise Gallicane, ni aux droits de notre Couronne, ni même au Formulaire dressé par les Evêques de notre Royaume. Nous, de l'avis du Conseil, & de notre certaine science, pleine puissance & autorité Royale, avons par ces Presentes signées de notre main, dit, statue, & ordonne: disons, statuons, & ordonnons, Voulons & Nous plaît, que ladite Constitution de N. S. Pere le Pape, dudit jour 15. Fevrier 1665. ci-attachée sous le Contrescel de notre Chancellerie, soit reçuë & publiée en tout notre Royaume, Pays, Terres & Seigneuries de notre obeïssance, pour y être gardée & observée inviolablement selon sa forme & teneur.

Exhortons à cette fin & néanmoins enjoignons aux Archevêques, Evêques de notre Royaume & Terres de notre obeïssance, de signer, & de faire signer incessamment, par tous les Ecclesiastiques de leurs Diocèses, tant Seculiers que Reguliers, ledit Formulaire purement & simplement aux termes ausquels il est conçu dans ladite Constitution; sans user d'aucune distinction, interpretation, ou restriction qui déroge directement ou indirectement ausdites Constitutions des Papes Innocent X. & Alexandre VII. par lesquelles les cinq Propositions extraites du Livre de *Jansenius* ont été condamnées d'heresie, au sens de l'Auteur. Comme aussi de nous certifier par écrit par lesdits Archevêques & Evêques, qu'il aura été satisfait à la signature dudit Formulaire dans les trois mois portés par ladite Constitution, à compter du jour de la publication qui sera faite des Présentes dans le Bailliage, Senechaussée, ou Siege Royal au Ressort duquel est située chaque Eglise Metropolitaine ou Cathedrale.

Déclarant que ceux qui se serviront dans leurs signatures des distinctions, interpretations, ou restrictions susdites, auront encouru les peines portées par ladite Constitution, & par ces Presentes.

Et afin que les Ordonnances que lesd. Archevêques & Evêques, ou leurs Grands-Vicaires feront publier pour ladite signature soient exécutées sans difficulté: Nous ordonnons à tous Ecclésiastiques, Seculiers & Reguliers, même aux Moniales, de signer led. Formulaire dans led. tems de 3. mois, nonobstant toutes Exemptions, Privileges, Loix Diocesaines, droits de Jurisdictions Episcopales ou quasi Episcopales, qui pourroient être prétendus par aucuns Chapitres, Abbayes, Communautés, Seculiers ou Reguliers, ou par aucun en particulier: Ausquels Privileges, Exemptions, Droits de Jurisdictions & Loix Diocèsaines, Nous avons en tant que besoin est ou seroit, deroge par ces Présentes pour ce regard, comme étant ce qui concerne la pureté de la Foi, & de la determination des questions doctrinales, particulierement reservé à la personne & au caractere des Evêques, & ne pouvant leur être ôté par aucun privilege.

En cas de refus par aucuns Ecclesiastiques, Seculiers ou Reguliers, de souscrire ledit Formulaire, voulons qu'il soit procedé contre eux par les Evêques, ou par leurs Officiaux, suivant les Constitutions Canoniques & les Loix de notre Royaume, nonobstant tous Privileges & toutes appellations simples ou comme d'abus, & sans prejudice d'icelles, pour lesquelles ne voulons être differé, comme s'agissant de Police & Discipline, dans laquelle les appellations comme d'abus ne doivent avoir aucun effet suspensif aux termes des Ordonnances.

Ils repetent les mêmes accusations contre les Papes dans l'Apologie de leurs censures approuvées par sept Docteurs de leurs Facultés: Et ce qui est bien étrange, ils les ont prises dans les Livres des Lutheriens, des Protestans & des Calvinistes, &c. Après quoi on ne peut nier, que les Sorbonistes ne surpassent en cette haine leurs Maitres. Car les Jansenistes ont traité plus moderément les Papes Innocent X. & Alexandre VII. en leurs Constitutions contre leurs Heresies. Du Moulin même, fils du fameux Ministre de ce nom & Chanoine de Cantorbery, est beaucoup plus reservé dans son discours d'un Bourgeois de Paris, sur la Legation de Monsieur le Cardinal Chisi, imprimé à Londres 1665. Il n'est point de sincere Catholique qui ne soit facilement persuadé par des preuves si fortes & si convainquantes: que les Sorbonistes étant, comme ils sont, les ennemis declarés des Papes, sont vrayement Jansenistes.

CENSURA.

Iterum impetit Sorbonam ob Declarationem factam Christianissimo Regi de potestate summi Pontificis, eamque atrocissimis conviciis injustè lacessit.

Pag. 57.

De ces preuves qui sont toutes de fait, il est aisé de conclure, que les Sorbonistes imitent exactement la mauvaise foi, & les fourbes des Jansenistes. Et infra.

Les Jesuites ont cependant cet avantage sur la Sorbonne, qu'on ne peut justement leur reprocher aucune heresie.

CENSURA.

Falsò crimen Hæreseos imponitur Sorbonæ, quæ semper Fidei Catholicæ defensioni invigilavit.

Infra ead. pag. 57.

Voila, Monsieur, le déplorable état de notre Faculté, & vous n'en douterez nullement, si vous prenez la peine de considerer avec attention les preuves que j'ai apportées. Et en effet, comment ne seroient-ils pas infectés des heresies des Jansenistes? Puisqu'ils les ont puisées au commencement dans les Ecrits, & dans les Leçons publiques du sieur de Sainte Beuve, qui a mieux aimé renoncer à son Degré & à sa Chaire de Docteur, qu'au Jansenisme: puisqu'ils approuvent avec de beaux éloges leurs Livres & leurs Traductions, où ils ont inseré leurs erreurs: puisqu'ils ne condamnent point par leurs Censures ceux qui les renouvellent, puisqu'ils censurent les Livres des Catholiques leurs adversaires: puisqu'ils sont les mortels ennemis des Papes, comme le sont tous les heretiques: puisqu'ils ont en horreur les Religieux, parce qu'ils combattent les heresies, & qu'ils défendent la Foi; puisqu'ils usent des mêmes artifices, & des mêmes calomnies pour les censurer, & pour ternir l'éclat de leur réputation que ces Novateurs employent contre les Docteurs Orthodoxes? Tous ces caracteres leur étant également communs, vous forcent à confesser qu'ils ont les mêmes opinions, les mêmes desseins, & les mêmes interêts qu'ont les Jansenistes.

CENSURA.

Quæcumque scelesta, quæcumque impia, quæcumque blasphema de Jansenistis scripsit toto opere (etiam ea quæ habentur, pag. 5. 6. 7. & 9.) Sorbonæ falsò imponit, & in illam malitiosè congerit.

Pag. 58.

CONCLUSION.

Je tire deux justes conclusions de tout ce discours, &c.

Et infra eâdem paginâ 58. & pag. 59.

La seconde est, que les Decrets de ces Docteurs, leurs Decisions & leurs Censures, doivent être dorénavant suspectes aux Catholiques, qu'on ne doit pas croire facilement que les Livres qu'ls auront approuvés soient assûrément exempts d'heresies, qu'on ne doit pas enfin deferer à leurs opinions jusqu'à ce qu'ils ayent renoncé au Jansenisme, &c.

CENSURA.

Hæc Sorbonæ injuriosa sunt, scandalosa & conscientiarum quietis inimica. Et verò pleraque alia in eodem Libello continentur; quæ Facultas Theologiæ non probat, & quorum brevitatis causâ Censuram prætermisit. Cæterùm dictum Libellum damnavit.

Conclusum in Congregatione Facultatis Theologiæ Universitatis Cadomen-

sis per nos Decanum & Doctores ejusdem, anno Domini 1668. die verò decimâ septimâ Januarii.

De mandato Facultatis.

A. D'AIGREMONT, Scriba Generalis Universitatis.

LECTORI RECTOR ET Universitas Cadomensis.

CUM postridie Calendas Jan. præsentis anni, Rector Academiæ famosum quemdam incerti Auctoris Libellum per urbem spargi occultis artibus, rudiorumque animos in turbulentos errores inducere posse accepisset, statim ille ne aliqua foret in morâ periculum, quinque Facultatum Decanos, Doctores, ac Professores in Aulam statim convocari jussit; quid facto opus esset, maturissimè deliberaturos. Tum frequente consessu Libellus exhibetur, percurritur, multæque inter alias visæ sunt in eo Propositiones contineri, Christianissimi nostri Regis edictum, ad corroborandas sex Assertiones Sorbonicas 8. Maii 1663. promulgatum impugnantes. Hinc tota Universitas iterùm legitimè congregata, invocato Sancti Spiritus auxilio, post plures hac de re congressus, & accuratas considerationes, dictum Libellum unanimi consensu judicavit esse damnandum. Eadem autem Universitas declarat se hâc suâ condemnatione nullatenus velle derogare supremæ Summi Pontificis Authoritati à Deo ipso institutæ, neque dignitati Sanctæ Sedis Apostolicæ, neque Constitutionibus Innocentii X. & Alexandri VII. Declarat prætereà se tantùm pugnare pro Regiæ Authoritatis, & Libertatum Ecclesiæ Gallicanæ defensione, neque ullâ prorsus ratione favere velle Jansenistarum Dogmatibus, imò verò se S. Petri Apostolorum Principis Successoribus, & Doctrinæ Catholicæ perpetuo, & inviolato obsequio semper addictam esse, & semper fore devotissimam.



DECRETUM UNIVERSITATIS Cadomensis. In Famosum quemdam Libellum, cui titulus est:

La secrete Politique des Jansenistes, & l'état present de la Sorbonne de Paris, découverts par un Docteur, lequel ayant appris le Jansenisme, lorsqu'il étudioit en Théologie sous la conduite d'un Professeur, qui l'enseignoit publiquement, s'est enfin désabusé, & suit maintenant le parti des Catholiques. A Troyes, chez Chrestien Romain à la vraye Foi, près la grande Eglise 1667.

VISUM & consultatum de Libello quodam famoso, qui sub hoc titulo (*La secrete Politique des Jansenistes*, & *l'état present de la Sorbonne*, &c.) paucis abhinc diebus clandestino in hac urbe vendi distribuique commercio deprehensus est; quique, præterquam quòd ab incerto patre conceptus in tenebris, nec ullâ Doctorum, & Magistratuum approbatione susceptus, furtivam in lucem tacitè obrepebat, perniciosò consilio judicatur esse conflatus, non ad oppugnandos Jansenii errores, ut ab imperitâ plebeculâ credi possit, sed ad labefactandas penitus, & convellendas Sorbonicas, de Juribus Sceptri Gallici, Immunitatibus ac Libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ Propositiones, & in Tabulis publicis Supremorum Senatuum, Curiarum Regiarum, Jurisdictionum, & Universitatum omnium Christianissimi nostri Regis edicto 4. Aug. 1663. promulgato, incisas, deincepsque in Acta hujus Academiæ 4. Febr. 1664. ejusdem edicti Regii auctoritate relatas. Ut autem innotescat omnibus, quàm malo more, quàm malâ mente maledicus Author in Sorbonicas illas Propositiones invehatur, eas, quales in Fastis nostræ Universitatis jussu Regis inscriptæ sunt, nobis præmittere visum est, quod unum est nostræ Condemnationis fundamentum.

I.

Non esse Doctrinam Facultatis summum Pontificem aliquam in temporalia Regis Christianissimi auctoritatem habere, immò semper obstitisse Facultatem etiam his, qui indirectam tantummodò voluerunt esse illam auctoritatem

II.

II.

Doctrinam Facultatis esse, quòd Rex Christianissimus nullum omnino agnoscit, nec habet in temporalibus superiorem præter Deum, eamque esse suam antiquam Doctrinam, à qua nunquam recessura est.

III.

Doctrinam Facultatis esse, quòd subditi fidem & obedientiam Regi Christianissimo ita debent, ut ab iis nullo prætextu dispensari possint.

IV.

Eamdem Facultatem non probare, nec probasse unquam Propositiones ullas Christianissimi Regis Auctoritati, aut germanis Ecclesiæ Gallicanæ libertatibus, & receptis in Regno Canonibus contrarias: v. g. quòd summus Pontifex deponere possit Episcopos adversus eosdem Canones.

V.

Doctrinam Facultatis non esse, quòd summus Pontifex sit supra Concilium Oecumenicum.

VI.

Non esse Doctrinam, nec Dogma Facultatis, quòd summus Pontifex, nullo accedente Ecclesiæ consensu, sit infallibilis.

ATTENDENTES autem callidum Libelli artificem, insidiosum hoc opus eo contexuisse consilio, ut Doctoribus Sorbonicis (quasi dictas Propositiones ex Lutherano Calvinianoque penu deprompsissent) hæreseos affictо crimine, in sacram eorum Facultatem, tutissimum illud Religionis, & sanioris Doctrinæ subsidium, tacita omnium odia accenderet, eamque velut hæreticam infamaret: Quodquidem telum exitiale non in Sorbonicos Doctores tantùm, sed etiam occultâ impietate, & inaudito furore, in ipsum torqueretur Christianissimi Regis dictarum Propositionum justissimi fautoris caput; in primogenitum illum Ecclesiæ, eumdemque hujus Propugnatorem Religiosissimum; cujus quidem Augusti Majores, pulsos immanitate Barbarorum summos Pontifices, in pristinam sedem toties restituerunt, quique vel fatentibus ipsis summis Pontificibus; quoad temporalia præter Deum in terris superiorem habet neminem. Quo etiam telo peterentur supremi Senatus, imperii columina, legumque custodes, simulque Universitates omnes Galliæ, & inter alias Academia Cadomensis, quæ cum *adinstar*, Parisiensis instituta sit, & dictas Propositiones Tabulis publicis mandato Regis inscripserit, cum pari semper purioris Doctrinæ studio, parique in Regem obsequio cum primogenitâ Sorore consenserit; si hæc rueret, illa eodem motu labefactata concidere videretur.

ATTENDENTES item quod pravus iste non tam Libelli quàm doli fabricator, nihil intentatum relinquit, ut Cœtus hujusce Parisiensis & Doctrinæ & virtutis laude florentissimi honori & auctoritati detrahat, famam adimat, fidemque deroget piis ejus de virtute morali, deque Ecclesiastica disciplinâ assertionibus, quæ semper valde comprobatæ sunt communi consensu omnium populorum. Quod quidem gravissimum omnium animis scrupulum injiceret, quænam in tanta contentione tutior esset via consequendæ salutis, occasionemque multis daret nova identidem pro suâ libidine Dogmata profitendi.

ATTENDENTES quoque improbum Sycophantam, quò faciliori machinatione Parisiensis Facultatis Propositiones subvertat, in Sorbonicos Doctores infandâ efferri maledicendi licentiâ, quasi essent summorum Pontificum hostes infensissimi, & ipso Molinæo Cantuariensis Calvinistarum buccinatoris filio longè petulantiores; nec perfrictæ frontis hominem (si homo dicendus, qui talia in plos audit) in memoriam revocare, illos Doctores suæ in summum Pontificem & pietatis, & obedientiæ certissima usque præbuisse monumenta. Id quod non semel Beatissimi Patres agnoverunt, qui quidem sinceram eorum Doctrinam, & sanctam in tuendis opinionibus orthodoxis pertinaciam multories experti, eos de rebus maximis, quæ ad Christianæ Reipublicæ decus & præsidium pertinerent, consuluerunt, hac in re Conciliorum quorumdam Generalium exemplum secuti; quibus quidem in magnis itidem rebus tutissimum visum est judicium exquirere Sorbonæ.

ATTENDENTES similiter vafrum sceleris inventorem malis actum furiis, quædam in opere nefario inimicitiarum semina spargere voluisse, quibus quasi jactis tribulis & vepribus officeret paci illi felicissimæ, quæ summum Pontificem inter, & primogenitum Ecclesiæ Christianissimum Regem tam sanctè viget, colitur que, & ex qua totius Europæ veneratio, Reipublicæ Christianæ concordia,

animorum quies, populorum amica societas, hæreticorum & infidelium conversionis spes pulcherrima nascitur.

ATTENDENTES etiam delatorem versurum multis capitibus in Jansenistarum familiam præter damnatas opiniones multa adhuc scelerata, impia, sacrilega congerere; sed eo dumtaxat animo, ut paratum contra eos periclitatumque venenum, totum mox in Sorbonistarum perniciem convertat, effundatque; quos inter, & Jansenistas, atque etiam Calvinistas (si opiniones & consilia omnium spectentur) nullum discrimen intercedere statuit, nisi quòd utrisque contendit Sorbonistas esse pejores; scelus inauditum, & nullo igne satis expiandum!

ATTENDENTES insuper multas in pestifero hoc pravi ingenii fœtu Propositiones contineri, infestas Ecclesiasticæ Hierarchiæ, Juribus Episcoporum, aliorum Galliæ Prælatorum, simulque institutioni Parochorum, quos & præsens ætas, & omnis retrò antiquitas semper agnovit ut legitimos populorum pastores; qua in parte, & Sorbonicis assertionibus, & dictæ Christianissimi Regis Declarationi vehementer obtrectat.

ATTENDENTES præterea calumniatorem pravè facundum, & importunâ vellicandi bonos prurigine laborantem, longis ambagibus id velle conficere, ut mortiferas popularis invidiæ faces sanctis subjiciat Seminariis; quæ quidem ab ipsis Conciliis, Regibusque pietatis amantissimis tam religiosè, tam sapienter instituta sunt, & in quibus veluti in campo virtutum feracissimo piæ juvenum catervæ, quasi peculiari sacramento devoti Christo novi milites, tantâ moderatorum sapientissimorum curâ, tantoque studio exercentur, ut hinc egressi bellum vitiis perpetuum sciant indicere, & gregem, si quis suæ fidei commissus fuerit, à fera luporum irrumpentium rabie defendere, ad magnum certè Ecclesiæ decus & ornamentum.

ATTENDENTES denique veteratorem subdolum in id quoque maximè incumbere, ut quasdam Sacerdotum Congregationes, quas ob virtutem in filias legitimas adopravit Ecclesia, ut adulterinas expungendas notet, ut etiam Universiratum Collegia, tot sæculorum canitie venerandâ malè proscindat, rabieque caninâ dilaceret, quasi ea forent arva infœcunda, dumis & senticetis horrenria, in quibus, cùm nullus (ut effutit) pietatis, nullus Religionis cultus vigeat, nullis Claustris Cœnobiticis, nulli Sacerdotiis alantur; quamquam tamen ea dem Universitatum Collegia & Clero & Imperio viros omni laudum genere cumulatissimos suppeditenr, quippe qui in iis solidæ pietatis, sinceræ Doctrinæ, candidæ Fidei, & inviolati in Reges Christianissimos obsequii præcepta tenerioribus animis imbibant, altisque radicibus infigant. Quodquidem perspicuum est, interque omnes constat, adeò ut nullo possit exemplo probari contrarium.

QUARE, visâ & laudatâ hanc in rem Doctorum Theologorum hujus Universitatis Censurâ; cùmque à nobis multa in pernicioso hoc Libello deprehensa sint, quæ Regni immunitatibus, Ecclesiæ Gallicanæ Libertatibus, Regis declarationi, Sorbonicisque Propositionibus in Acta hujus Universitatis, Regio Edicto, relatis prorsus adversentur (quod manifestum scelus perduellionis est contra Regem susceptum) cùm deprehensa itidem multa sint, quæ seditionis faces accendere, pacem Ecclesiæ turbare, & convellere Hierarchiam possint; quæque multis Sacerdotum Congregationibus & Galliæ Universitatibus gravissimæ infamiæ maculam calumniis impuris inurant: NOS DICTI RECTOR DECANI, DOCTORES, AC PROFESSORES, post solemnes preces, invocatumque Sancti Spiritûs auxilium, in eam omnes communi consensu ivimus sententiam, ut Libellum hunc damnaremus, reprobaremusque, ut etiam nunc damnamus, ac reprobamus, ut perniciosum, seditiosum, probrosum, ut monstrum inauspicatum, luce indignissimum, in primo extinguendum ortu, æternisque tenebris sepeliendum. CAUTUMQUE est à nobis ne qui Doctores, ac Professores, ne quæ Congregationes in ejusdem Universitaris Corpus adscriptæ, ne qui denique sub ejus Jurisdictione quocumque modo comprehensi, legant, doceant, scribantve quidquam, quod Regiam Declarationem & Propositiones in ea contenras ullâ ratione impugnet. Quòd si cujus audacia hoc violarir Decretum, eum omnibus juribus, privilegiisque dictæ Universitatis, omni prærogativâ aggregationis, simulque ipsâ spe in eadem jura, quâcunque causâ, aut specie redeundi, judicavimus omnes, & omnes in præsentiâ judicamus exui turpiter oportere.

SANCITUM quoque est Congregationem generalem ob id unum in loco Majorum die Februarii decimâ octavâ ha-

bendam esse, in qua præsentibus omnibus, & Christianissimi Regis Edictum, & huic annexæ Sorbonicæ Assertiones cum præsenti Decreto palam & publicè legentur, ut nemo deinceps ullam hac in re causam ignorantiæ prætexat. ACTUM in Congregatione Generali Universitatis in loco solito habitâ, die vigesimâ quartâ mensis Januarii, anno Domini millesimo sexcentesimo sexagesimo octavo.

Ex mandato Rectoris, & Universitatis Cadomensis.

A. D'AIGREMONT, Scriba Generalis Universitatis.

Hoc monumentum extat in Bibliotheca Sorbonica v. 8. 14.

Anno Domini 1668.

CLementis Papæ IX. Bulla adversus Gallicam versionem Romani Ritualis sic inscriptum: *Rituel Romain du Pape Paul V. à l'usage du Diocèse d'Aleth, avec les instructions & rubriques en François.*

CLEMENS PAPA IX.

Ad futuram rei memoriam.

CReditæ nobis divinitùs omnium Ecclesiarum sollicitudinis ratio exigit ut Ecclesiasticæ Disciplinæ, cujus custodes à Domino constituti sumus ubique conservandæ jugiter incumbentes, omni curâ atque vigilantiâ præcavere studeamus, ne quid in eam irrepat, quo quomodolibet turbari, aut à præscriptis ritibus aberrare,& via erroribus aperiri possit. Cùm itaque (sicut nobis innotuit) anno proximè elapso typis impressus, ac in lucem Parisiis editus fuerit Gallico idiomate: Liber, cui titulus est: *Rituel Romain du Pape Paul V. à l'usage du Diocèse d'Aleth, avec les instructions & les rubriques en François*; in quo non solùm continentur nonnulla ab ipso Rituali Romano jussu felicis recordationis Pauli Papæ V. Prædecessoris nostri edito aliena, sed etiam doctrinæ quædam & propositiones falsæ, singulares, in praxi periculosæ, erroneæ, & consuetudini in Ecclesia communiter receptæ, atque Ecclesiasticis Constitutionibus oppositæ & repugnantes, quarum usu & lectione Christi Fideles in jam damnatos errores sensim induci, ac pravis opinionibus infici possent.

Nos opportunum huic malo remedium adhibere volentes, motu proprio, & ex certa scientia, ac matura deliberatione nostris, Librum sub titulo Ritualis Gallico idiomate editum præfatum, auctoritate Apostolicâ tenore Præsentium omnino damnamus, reprobamus & interdicimus, ac pro damnato, reprobato, & interdicto haberi volumus, ejusque impressionem, lectionem, retentionem, & usum universis & singulis utriusque sexûs Christi Fidelibus præsertim Civitatis & Diœcesis Aletensis, cujuscumque gradûs, conditionis, dignitatis, & præeminentiæ existant, licet de illis specialis & individua mentio habenda foret, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ipso facto incurrendæ perpetuò prohibemus. Mandantes ut statim quicumque illum habuerint, vel in futurum quandocumque habebunt, locorum Ordinariis, vel Inquisitoribus; qui verò Venerabili Fratri Episcopo Aletensi subsunt, Metropolitano, aut uni ex vicinioribus Episcopis, realiter & cum effectu exhibeant, tradant & consignent; qui nullâ interpositâ morâ exemplaria sibi tradita, & alia quæcumque habuerint igne comburant; & comburi faciant; in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Ut autem præsentes Litteræ ad omnium notitiam faciliùs deveniant, volumus & auctoritate prædictâ decernimus, illas ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, ac in Acie campi Floræ de urbe per aliquem ex Cursoribus nostris publicari, ac illarum exempla ibidem affixa relinqui, illasque sic publicatas omnes & singulos, quos concernunt, proinde afficere & arctare, ac si illorum unicuique personaliter notificatæ & intimatæ fuissent. Ipsarum verò præsentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eamdem fidem in judicio, & extra illud haberi, quæ eisdem præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Petrum sub annullo Piscatoris die 9. Aprilis 1668. Pontificatûs nostri anno primo.

J. G. SLUSIUS. *Anno Nativitatis D. N. Jesu-Christi 1668. &c. supradictum Breve affixum, &c.*



Anno Domini 1668.

CLementis Papæ IX. sententia adversus Gallicam versionem Novi Testamenti Montibus Hannoniæ & Lugduni editam.

CLEMENS PAPA IX.

Ad perpetuam rei memoriam.

DEbitum Pastoralis Officii, quo Ecclesiæ Catholicæ per universum orbem diffusæ regimini, Divinâ dispositione præsidemus, exigit, ut Sacras Scripturas in ea puritate, in qua per tot sæcula ingenti Divinæ bonitatis beneficio conservatæ fuerunt, illibatas custodire omni studio atque vigilantiâ satagimus. Cum itaque sicut ad aures nostras pervenit Liber quidam Versionis Gallicæ Novi Testamenti, cui titulus est: *Le nouveau Testament de N. S. Jesus-Christ traduit en François selon l'édition vulgaire, avec les differences du Grec.* Montibus Haononiæ, & Lugduni (ut inscribitur) typis impressus, ac editus in lucem fuerit. Nos Librum hujusmodi nonnullis Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, aliisque viris pietate, doctrinâ atque sapientiâ præstantibus, maturè, quantùm rei gravitas postulat, discutiendum, atque examinandum commisimus; quorum sententiis auditis, atque consideratis, eumdem Librum Versionis Gallicæ Novi Testamenti, ut supra, & ubicumque impressum, sive imposterùm imprimendum, tanquam temerarium, damnosum, à vulgata editione prædicta difformem, & offendicula Simplicium continentem, Authoritate Apostolicâ tenore Præsentium damnamus & prohibemus; ita ut nemo deinceps, cujuscumque gradûs & conditionis existat, etiam speciali & specialissimâ notâ dignus, sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ipso facto incurrendæ, illum legere, retinere, vendere, aut imprimere, vel imprimi facere audeat, vel præsumat; sed sub eadem pœna, quicumque illum habent, locorum Ordinariis, seu Inquisitoribus statim atque præsentis prohibitionis notitiam habuerint, exhibere teneantur, &c. Romæ apud Sanctum Petrum sub annullo Piscatoris, die 20. Aprilis 1668. Pontificatûs nostri anno primo.

Hæc duo monumenta reperiuntur in Libro, cui titulus est: *Recueil Historique* in Bibliotheca Sorbonica, arm. 11. r. 1. p. n. 12.

Anno Domini 1668.

JOseph-Franciscus *Borri* Mediolanensis sub Alexandro VII. multos errores excogitavit, inter alios, Virginem Mariam esse Deum, in Trinitate tres naturas, tribus Personis Divinis convenire & ipsam Divinitatem à tribus Personis reverà distingui, se pro Christum, seu Vicarium Christi prædicabat & duodecim Apostolos selegit, ut *Bertinus* narrat in sua *Historia di tutte l'heresie.* tom. 4 p. 641.

Anno Domini 1669.

DIe 8. Februarii Christianissimi Regis Edictum quo novem & quadraginta prescriptiones sanciuntur adversus Calvinistas, qui se novos Instauratores Ecclesiæ esse gloriantur.

Anno Domini 1669.

Breves Litteræ Clementis Papæ IX. ad Episcopos Mediatores in causa quatuor Episcoporum.

Venerabilibus Fratribus Archiepiscopo Senonensi, & Episcopis Catalaunensi & Laudunensi.

CLEMENS PAPA IX.

Venerabiles Fratres, Salutem &c.

NOn sine lætitiæ sensu pervidimus etiam ex Litteris Fraternitatum vestrarum id quod à vobis priùs amplè significatum, ac deinde iteratis ac gravibus documentis confirmatum fuit, de perfecta ac integra obedientia Nobis & Apostolicæ Sedi præstita per Episcopos Andegavensem, Bellovacensem, Apamiensem & Aletensem, subscriptione Formularii sincero animo & juxta præscriptum Litterarum Apostolicar. ab eis facta; utque Charitatis Apostolicæ fervore succensi, potiùs erga obedientes clementiâ, quàm justitiâ in contumaces uti gaudemus; voluimus iis paterna benevolentiæ nostræ

nostræ argumenta præbere; quæ profectò speciali mentis affectu cumulata vobis Venerabiles Fratres, benevolentissimè tribuimus sperantes utique fore ut doctrina & probitas vestra quæ nunc optimè merita est de Ecclesia universa, cooperando huic debitæ submissioni ab illis Vicario in terris Jesu Christi, ac ejusdem visibili capiti redditæ cum plena & sincera executione Constitutionum Apostolicarum, etiam imposterùm eumdem prompti studii zelum adhibitura usque sit, in ejiciendo quidquid quâvis ratione conferat ad extirpandas ab agro Dominico zizanias omnium novitatum, veritati Catholicæ & perfectæ Fidelium unioni contrariarum. Tales animi verè pii, ac religiosi in vobis laudes, ut perpetuæ ac in dies etiam clariores eniteant ex animo precamur Fraternitatibus vestris Apostolicam Benedictionem impertientes. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annullo Piscatoris die 19 Januarii 1669. Pontificatûs nostri anno secundo.

Anno Domini 1669.

Breves Litteræ Clementis Papæ IX. ad quatuor Episcopos Galliarum datæ, quibus gratulatur, quòd observantiam Pontificiis Constitutionibus Innoc. X. & Alexand. VII. debitam adversus quinque Propositiones è libro Jansenii *Yprensis excerptas tandem præstiterint.*

Venerabilibus Fratribus Henrico Arnaldo Andegavensi, Nic. Chouart Bellovacensi, Francisco Stephano Apamiensi, & Nicolao Pavillon, Aletensi Episcopis.

CLEMENS PAPA IX.

Venerabiles Fratres, Salutem, &c.

Venerabilis Frater Archiepiscopus Thebarum Nuntius istbic noster, misit ad nos elapsis diebus Fraternitatum vestrarum epistolam, in qua cum ingenti obsequii nobis, & huic Sanctæ Sedi per vos debiti testatione significabatis, vos juxta præscriptum Litterarum Apostolicarum à felicis recordationis Prædecessoribus nostris Innocentio X. & Alexandro VII. emanatarum, sincerè subscripsisse & subscribi fecisse Formulario in ejusdem Alexandri VII. Litteris edito: etsi autem quædam de hac re secus circumlata occasionem nobis præbuerant in tam gravi negotio seriùs procedendi: nam dictorum prædecessorum nostrorum Constitutionibus firmissimè inhærentes, nullam circa illud exceptionem, aut restrictionem admissuri unquam fuissemus; in præsens tamen, cum nova & gravia isthinc acceperimus documenta veræ & tutalis obedientiæ vestræ, quâ & Formulario sincere subscripsistis, & damnatis absque ulla exceptione, aut restrictione quinque Propositionibus in omnibus sensibus in quibus à Sede Apostolica damnatæ fuerunt, alieni prorsus estis à renovandis in hac re erroribus illis, qui ab eadem damnati sunt, tribuere vobis voluimus hoc paternæ benevolentiæ nostræ argumentum; fidentes planè Divinæ gratiæ ac virtuti & pietati vestræ, quòd omni conatu facturi sitis imposterùm, ut sinceræ obedientiæ ac submissionis à vobis in hoc actu nobis præstitæ, plenitudo semper magis appareat, dutrinam ac probitatem vestram in id potissimum adhibentes, ut unà cum obsequio nobis & huic Sanctæ Sedi per vos debito Catholicam veritatem firmiter tueamini. Zelo curæque Pontificis sedulò cooperantes, in extirpando ab Ecclesia Dei novitates omnes ac perturbationes fidelium animarum. Vobis Venerabiles Fratres Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die 19. Januarii 1669. Pontificatûs nostri anno secundo.

Hæc duo monumenta extant in libro, cui titulus est: *Recueil historique*, in Bibliotheca Sorbonica, arm. 14. r. 1. p. n. 12.

Quidquid in hac causa sub Clemente PP. IX. gestum est Cardinalis Rospigliozi *in suis Commentariis narrat quos exscriptos reperies ad calcem hujus libri*: Elementa Theologica Caroli DUPLESSIS d'Argentre *in appendice.*

Anno Domini 1670.

Die 13. Maii: Parisiensis Senatus igni addicit Libellum sic inscriptum: *La morale des Jesuites, extraite fidellement de leurs Livres par un D. de S.* quod scrip-

tum jussu Parisiensis Archiepiscopi cùm examinassent quidam Doctores Sacræ Facultatis Parisiensis, mendaciis & conviciis: immò etiam falsis, scandalosis, tum hæreticis Propositionibus refertum esse dixerunt.

Anno Domini 1670.

Die 2. Aug. Clemens Papa X. Constitutionem edidit in qua Regularium privilegia quoad prædicationem verbi Dei & Sacramenti Pœnitentiæ administrationem explicantur & confirmantur. Hæc Bulla extat in Bullario Romano, tom. 6. p. 332. Sed promulgationi hujus Bullæ Parisiensis Senatus ex Consilio Doctorum obstitit; propterea quod §. 5. statuitur: *& eos qui dictis Religiosis simpliciter approbatis Paschali tempore confessi fuerint constitutioni quæ incipit* omnis utriusque sexûs *quoad confessionem dumtaxat satisfecisse censendos*, & antea, *Religiosos semel simpliciter approbatos posse in Diœcesi Episcopi approbantis quovis anni tempore, etiam Paschali, & quorumcumque etiam infirmorum Confessiones audire, absque ulla Parochorum, vel ipsius Episcopi licentia*. At in Diœcesibus Galliarum antiquus mos est, ut Paschali tempore non sine consensu Curionum Regularibus Sacerdotibus liceat Fidelium Confessiones excipere.

Anno Domini 1674.

Jussu Clementis Papæ X. in generali Congregatione Sanctæ Romanæ & Universalis Inquisitionis inter Libros reprobatæ Doctrinæ recensitus est Liber *Ægidii Estrix* Lovaniensis Theologi Societatis Jesu: sic inscriptus: *Diatriba Theologica, de Sapientia Dei benefica, sive manuductio ad fidem Divinam* &c. offensionem scilicet dedit assertio 33. pag. 80. quâ docet, *judicium probabile ac verum de locutione Divina cæterisque ad fidem præcognoscendis satis momenti habere, ut is qui ex illo dependet assensus fidei supernaturalis sit, etiamsi veniat in mentem contraria ratio adsitque formido ne Deus non sit locutus, quæ hic & nunc deponi non possit.* Similem Doctrinam tradit Joannes *Martinus* de *Ripalda* Societatis Jesu disput. 6. de fide 37. p. 88. quare Innocentius Papa XI. in Decreto anni 1679. per Tribunal Inquisitorum perversam hanc sententiam proscripsit: *Assensus fidei supernaturalis, & utilis ad salutem stat cum notitia solùm probabili revelationis, immò cum formidine, quâ quis formidet ne non sit locutus Deus.*

Anno Domini 1674.

Die 19. Junii Libellus sic inscriptus: *Les avis salutaires de la Vierge Marie à ses Devots indiscrets.* Romæ prohibitus fuit à Congregatione S. Officii donec corrigatur. Academia Moguntiæ præcedente mense eumdem Libellum proscripserat, qui ab Inquisitoribus Hispaniæ censoriâ etiam notâ affectus fuit, die 27. Novembris ejusdem anni.

Anno Domini 1675.

Rex Christianissimus & Academia Andegavensis.

Regis Epistola ad Academiæ Andegavensis Rectorem.

A notre cher & bien amé le Recteur de l'Université de notre Ville d'Angers.

DE PAR LE ROY.

Cher & bien Amé, Nous *avons depuis peu été informés, que dans l'Université de notre Ville d'Angers, on enseignoit les opinions & les sentimens de* Descartes; *& comme dans la suite cela pourroit causer à notre Royaume quelque désordre qu'il est bon de prevenir, Nous vous faisons cette lettre, pour vous mander & ordonner trés-expressément d'empêcher & faire défense de notre part aux Professeurs de ladite Université de continuer de faire lesdites Leçons en quelque sorte & maniere que ce soit, tout ainsi qu'a fait par nos ordres en l'Université de Paris, le Recteur d'icelle, vous assurant que vous ferez chose qui nous sera d'autant plus agréable de vous conformer à notre intention, qu'elle regarde le bien de notre service & celui du Public. N'y faites donc faute, à peine de desobéïssance. Car tel est notre bon plaisir. Donné à Saint Germain en Laye le* 30. *de Janvier.* 1675. *Signé*, LOUIS. *Et plus bas* Phelyppeaux.

Lettre de M. de CHATEAUNEUF *au même Recteur de l'Université d'Angers.*

MONSIEUR,

Par la Lettre du Roi ci-jointe, vous verrez quelle est son intention, au sujet des sentimens de Descartes *que Sa Majesté défend d'être enseignés en l'Université d'Angers aussi bien que dans les autres du Royaume; Et comme je ne doute pas que vous n'accomplissiez en cela la volonté de Sa Majesté, je n'ai qu'à vous dire qu'il sera bon que vous m'en informiez pour lui en rendre compte. Cependant je demeure.*

Monsieur,

Votre très-affectionné Serviteur, CHATEAUNEUF.

A S. Germain le 30. Janvier 1675.

Ex Monumentis Universitatis Andegavensis.

Die 10. Februarii 1675.

Convenerunt in Collegium extraordinarium DD. Rector, Cancellarius, antecessores, *Voysin* Decanus, de *Roye*, Decani Medicinæ & Artium, Procurator Generalis & nationum Andegaviæ, Britanniæ, Cœnomaniæ, Normaniæ, Aquitaniæ. Dominus Rector exhibuit Universitati Epistolam Regiam parvo sigillo subsignatam, quâ Rex illi jubet & imperat ut probibeat omnibus modis ne nova doctrina *Cartesii* quasi damnosa Reipublicæ ampliùs doceatur in Collegiis Universitatis Andegavensis & aliis locis: petiit ut publicè dicta epistola legeretur cum epistola D. de *Chateauneuf* Secretarii Statûs quibus lectis Procurator Generalis petiit ut dictæ duæ epistolæ in acta Universitatis referrentur, & inscriberentur in Registris & Archivis omnium Facultatum, & vocarentur omnes Collegiorum Primicerii & Congregationis Oratorii Philosophiæ Regentes, & Monasteriorum Priores die Jovis proximâ in CollegiumUniversitatis in hanc rem indictom horâ 9. matutinâ; ut illis nota fiat voluntas Regis, & inhibeatur ne deinceps in suis Collegiis ac Domibus talis doctrina publicè vel privatim doceatur: Et ut Primicerii & Regentes Philosophiæ Congregationis Oratorii aliarumque Familiarum Regium Mandatum, & Universitatis conclusiones subscribant. Et ut sciatur an in posterum talis Doctrina legatur, petiit ut omnes Primicerii Collegiorum, antequam publicis typis mandent theses easdem, deferant ad Universitatem quæ examinatura est per Deputatos, an aliquid contineant conforme dictæ Doctrinæ *Cartesii*: & ut cogantur singulis annis scripta Philosophiæ exhibere eidem examini obnoxia. Conclusit Universitas quod Epistola Regia omni cum reverentia recepta in acta Universitatis referretur cum dicta epistola D. de *Chateauneuf* Secretarii Statûs, & quòd vocabuntur in Collegium Universitatis die Jovis proximâ indictum horâ 9. matutinâ omnes Collegiorum Primicerii & Congregationis Oratorii Philosophiæ Regentes, & Monasteriorum Priores ut illis denuncietur voluntas Regis & inhibeatur, ne deinceps dictam doctrinam Cartesii legant sub pœnis ad id pertinentibus.

Conclusit præterea, quòd singulis annis Philosophiæ Regentes, maximè Congregationis Oratorii deferent ad Universitatem scripta toto decursu dictata in singulis Classibus Philosophiæ ut inquiratur de doctrina in iis comprehensa; & quòd nullas theses poterunt typis mandare, nisi prius detulerint harum exemplum in mundum redactum ad universitatem, ut causâ cognitâ permittat, vel inhibeat earum publicam editionem, ad hoc autem, ut omnibus constet de voluntate Regia & conclusione præsenti, statuit Academia ut diligentiâ Procuratoris Generalis Regium mandatum typis mandetur.

EXTRAIT DES REGISTRES du Conseil d'Etat.

LE ROI ayant été ci-devant informé que dans l'Université de la Ville d'Angers, l'on y enseignoit les opinions & les sentimens de Descartes, *& consideré que dans la suite, cela pourroit causer dans le Royaume quelque désordre, qu'il étoit bon de prevenir; Sa Majesté auroit par sa Lettre de cachet du trente du mois de Janvier dernier; donné ordre au Recteur de ladite Université d'em-*

pêcher & faire défense de la part de Sadite Majesté aux Professeurs de ladite Université, de continuer à faire leurs leçons sur lesdites opinions & sentiment de Descartes *en quelque sorte & maniere que ce soit, tout ainsi qu'il avoit été fait en l'Université de Paris: en consequence duquel ordre ledit Recteur de celle d'Angers & les Principaux de ladite Université s'étant assemblés le 11. Fevrier ensuivant, ils auroient conclu que ledit Ordre seroit enregistré dans les Registres de lad. Université, & que les principaux Superieurs & Professeurs en Philosophie des Colleges & Maisons Religieuses d'Angers seroient convoqués pour leur donner connoissance de l'intention de Sa Majesté, & un autre qui leur seroit enjoint de presenter à ladite Université toutes leurs Theses avant que de les exposer au public, afin d'y être examiné par le Doyen de la Faculté des Arts & les autres Députés de ladite Université, & d'apporter pareillement chaque année leurs Ecrits, pour être aussi leur Doctrine examinée à fond. Ensuite de quoi l'Assemblée desdits susnommés ayant été faite le 14. du mois de Fevrier, & ledit Recteur leur ayant fait entendre tout ce que dessus; ils y auroient souscrit chacun en son rang sur le Registre de ladite Université, à l'exception du Pere Superieur de l'Oratoire, Principal du College d'Anjou: lequel après avoir souscrit audit Ordre du Roi, tant pour lui, que pour les autres Professeurs dudit College, auroit fait difficulté de se soumettre à ladite conclusion: s'étant ensuite rendu opposant à icelle, avec plusieurs Particuliers, & porté pour Appellant au Parlement de Paris, où ils auroient obtenu Arrêt de défense; de mettre ladite conclusion à exécution. Ce qui est une conduite qui doit être d'autant moins soufferte à l'égard dudit College d'Anjou, que par leurs Lettres-Patentes d'aggregation à ladite Université enregistré où besoin a été, ils sont obligés d'observer & exécuter ponctuellement les conclusions & deliberations qui seront prises par les Recteurs & Professeurs de ladite Université. A quoi Sa Majesté voulant pourvoir pour plusieurs considerations importantes à son service: vû ladite Lettre de Cachet du 30. dudit mois de Janvier dernier, l'acte de conclusion & déliberation de ladite Université du 11. & 14. Fevrier dernier, l'acte d'opposition sur icelles par ledit Superieur & Principal du College d'Anjou, ensuite l'Arrêt par lui obtenu audit Parlement de Paris, & autres piéces de ce qui s'en est suivi: Oüy le Rapport, & tout consideré: le Roi étant en son Conseil, sans s'arrêter à l'opposition à ladite Conclusion & Déliberation du 11. & 14. Fevrier, Appel & Arrêt que Sa Majesté a cassé & casse, ensemble tout ce qui s'en est ensuivi: a dechargé & decharge ledit Recteur de l'Université d'Angers, & les autres de l'assignation à eux donnée audit Parlement de Paris, en consequence dudit Arrêt, ce faisant Sadite Majesté a ordonné & ordonne que dans la quinzaine du jour de la signification qui sera faite du present Arrêt, tant aux Superieurs & Principal du College d'Anjou, qu'à tout autre que besoin sera, ils seront tenus de souscrire à lad. Conclusion & Déliberation desdits jours 11. & 14. Fevrier pour être exécutés selon sa forme & teneur, dont le Recteur de ladite Université certifiera Sadite Majesté, laquelle lui ordonne d'abondant d'empêcher qu'il ne soit enseigné & soutenu aucune opinion fondée sur les opinions de* Descartes; *& fait très-expresses défenses audit Parlement de Paris, de passer outre sur ledit Appel, à peine de nullité & cassation de procedure; Enjoint au sieur* Tubeuf, *Conseiller de Sa Majesté en ses Conseils, Maitre des Requêtes ordinaire de son Hôtel, & Commissaire Départi en la Generalité de Tours, de tenir la main à l'exécution du present Arrêt, & icelui faire enregistrer ès Registres de ladite Université, afinque personne n'en prétende cause d'ignorance. Fait au Conseil d'Etat du Roi, Sa Majesté y étant, tenu à Versailles le 2. jour d'Août mil six cens soixante & quinze.*

PHELYPEAUX.

Hæc monumenta extant ad calcem quinti Tomi Philosophiæ DUHAMEL, Socii Sorbonici.

Anno Domini 1675.

Censoria notatio multarum Dictionum D. *Lamy* super morali Disciplina excerptarum à Magistris Andegavensis Academiæ.

Sumptum è Registro Universitatis Andegavensis, die decimâ nonâ Octobris.

POur ce qui concerne quatre Cayers de Morale presentés par le P. Bernard *Lamy*... Nous déclarons y avoir trouvé plusieurs Propositions temeraires expliquées en termes odieux & injurieux aux Monarques, aux Princes, aux Gouverneurs

verneurs & aux Magistrats, lesquels dans l'état de la nature corrompuë & sujette au peché, comme elle est aujourdhui, il accuse de n'agir que par injustice & ambition, & faire tout pour l'amour d'eux-mêmes: opprimer les peuples & les immoler à leurs passions de gloire, d'avarice & de volupté, de n'être empêchés d'usurper toute chose que par l'impuissance ou la crainte de n'y pas reussir; toutes lesquelles maximes semblent plus propres à exciter dans le cœur des Sujets des sentimens de revolte & d'aversion pour la Personne sacrée de nos Rois, pour les Gouverneurs & Magistrats, qu'à inspirer la veneration & le respect qui leur sont dûs. Le tout se justifie par les Propositions qui suivent, extraites fidelement desd. Ecrits

I.

Cum amore sui homo plenus sit, & ad se omnia referat, omnes odio habet, quorum societas non est illi utilis; nec solùm odio habet, sed etiam injuriis prosequitur.

II.

Duæ sunt in corde hominis affectiones, primâ affectione vult omnibus præesse, & suo imperio eos quibus cum vivit subdere; secundâ, egestatis timor est, quarum scilicet affectionum concordia constituit imperia, Respublicas, &c.

III.

In statu corruptionis nulla affectio caret culpâ. Si ergo hominum consortia quærit homo non ratione ducitur: sed vult habere in quos imperia exerceat. Unusquisque igitur hâc perversâ affectione corruptus sibi omnia vindicat bona, dignitates, gloriam, quapropter manifestum est quomodò hæc corruptio conditionum discrimina intulerit, cùm illi qui industriâ & viribus pollent, conentur sibi solis possessiones asserere, & aliis eripere.

IV.

Homo in illo corruptionis statu quo à nobis consideratur, cùm omnia ad se referat, totam terram invaderet, & omnes homines imperio suo subjiceret, si vires illi subjacerent, ad eos domandos, & ut lupi, vellent irruere in gregem, sed timent Pastorum vigilantiam.

V.

Qui ergo dignitates ambiunt, in illis tantùm considerant divitias, honores, & licentiam exercendi impunè omnia facinora; ubi has dignitates adepti sunt, primam curam adhibent ne ex illis excidant; ubi autem non timent; sæviunt in subditos, & suæ libidini Cives immolant.

VI.

Jus gentium quo, verbi gratiâ, *legati sunt securi, ab illa perversa origine descendit.*

VII.

Reges nascuntur, aut eliguntur, nihil tam videtur rationi adversari quàm regimen demandari puero, qui adhuc in cunis vagit; qui nec jura dicere populis, nec illos tueri potest; sed homines non satis mentem advertunt ad statum suæ corruptionis; in quo utile est populis ut potiùs filiis subjiciantur. Il devoit dire: *Justum, rectum, immò necessarium, etiamsi non sit utile.*

VIII.

Si omnes summis illis virtutibus præstarent, quas assequi Christiani contendere debent, ad primum illum innocentiæ statum reverterentur; in quo nec ulla conditionum inæqualitas; nec bonorum divisio existeret. J'aimerois autant dire que les parfaits Chrétiens n'ont ni Loi, ni Roi, conformément à la Proposition par lui avancée au chapitre 4. §. 1. desdits Ecrits de Morale, où il dit que dans l'état d'innocence, il n'y eut ni Roi, ni Sujet.

Et pour ce qui regarde les mœurs en general, Nous y avons remarqué des Propositions trop hardies, & qu'on pourroit accuser d'erreur, comme celles qui suivent.

I.

Quolibet, ut dictum est, opere libero meremur, vel æternam felicitatem, vel æternum supplicium; & un peu auparavant au même lieu, *cum quolibet voluntatis nostræ actu, vel ad Beatitudinem, vel ad miseriam properemus.*

II.

In statu criminis omnes affectus vitiosi sunt & mali.

III.

Passiones hominis vitiosæ sunt, tum ex parte objectorum, quoniam commoventur à rebus, quas spectare deceret sine ullo motu; tum ex se ipsis; quia rationi non subduntur.

Anno Domini 1676.

Propositiones desumptæ ex Scriptis Patris Pelaut, *& ab eadem Academia Andegavensis improbatæ.*

1ª. Dicit, quòd in Gallia Princeps suam à Subditis potestatem accepit (Scriptorum pagina 849.)

CENSURA.

Temeraria Propositio, & Regi injuriosa.

2ª. Lege Principis non tenentur ii qui extra territorium existunt, licet sint ipsius Subditi naturales; quia Principis potestas non diffunditur extra suum Dominatum (script. pag. 85.)

CENSURA.

Hæc Propositio in tota sua latitudine falsa est & temeraria, utpote contraria supremæ Regis auctoritati, cujus plurimis legibus & Edictis parere tenentur ejus Subditi, etiam dum in alieno sunt territorio. Et hinc sequitur quòd Galli, tutâ conscientiâ, possunt pro hostibus Regni contra Regem pugnare. Hæ duæ Propositiones non Censurâ nostrâ tantùm notandæ sunt, sed Regiâ auctoritate comprimendæ.

3ª. Status quæstionis est utrùm virtus omnis, de Moralibus loquor, sita sit in medio. Notandum hic quæstionem esse potiùs de Virtutum Moralium effectibus, quàm de ipsis virtutibus formaliter consideratis. Virtus enim formaliter sumpta, cùm non sit nisi amor, sive charitas, cujus impulsione vehementi anima disponitur habitualiter ad producendos actus charitatis similes his actibus per quos illa dispositio conciliata est (script. pag. 98.)

4ª. Unde virtus quoque unica esse, nimirùm, charitas censenda est (script. p. 44.)

5ª. Nullam dicemus esse virtutem, nisi amorem, Virtutes Cardinales non sunt aliud quàm ejusdem amoris Divini operationes Divinæ, diversique effectus (script. pag. 479.)

CENSURA.

Unicam virtutem, supernaturalem scilicet agnoscit, cùm contendat charitatem, omnem & solam esse virtutem formaliter & essentialiter; præterquam charitatem, contra Scripturam, Patres & omnium Theologorum sententiam, negat, ullam esse in homine virtutem naturalem, ut ex pluribus istius Professoris documentis patebit legenti.

6ª. Virtutis status heroïcus dicitur, cùm passiones ita sedantur, ut voluntas nullam in bono faciendo difficultatem sentiat, & illius imperio planè, ac perfectè obsequatur appetitus in statu heroïco, ac perfectæ non censentur esse virtutes, nisi ex perfectissima quæ duminatur in anima charitate, quæ sola essentialiter est virtus; sed ubi est perfectissima, & dominatur charitas, ibi nulla saltem quoad actum, &c. exercitium, cupiditas, &c. Quòd si charitas esset minus perfecta, plurium pati posset consortium vitiorum: Ita fit enim, ut peccator interdum aliquid boni operetur; interdum justus concupiscentiâ illectus, ac tentatione victus: malè agat. (script. pag. 39.)

CENSURA.

Status iste virtutis heroïcus, quem describit in statu naturæ lapsæ & reparatæ sine speciali privilegio impossibilis est; justum enim facit hic viventem sine peccato veniali, cùm dicat nullum in eo statu esse exercitium, cupiditatis, & alludere videtur ad 76. Propositionem Baii. *Insuper insinuat quoddam consortium charitatis, in homine peccatore manentis cum ipso peccato; quod accedit ad Propositionem 70.* Baii; *vult enim quòd sicut justus ex cupiditate aliquando malè agit, ita peccator qui aliquid boni facit, illud ex charitate faciat. Ergo sicut cupiditas manet in justo, sic charitas maneat in cupiditate.*

7ª. Ab aliis virtus definitur, habitus naturalis inclinans & adjuvans voluntatem ad actus moraliter bonos; hæc definitio falsa est, quia in hoc corruptionis statu, nihil est homini naturale, sed solum auxilium ei supernaturale, quod ipsum ad virtutem, inclinet & adjuvet, alia igitur quærenda virtutis definitio (script p. 41.)

Quapropter cùm aliquid à voluntate peragitur, id omne ex dominante amore proficiscatur, quo voluntas velut quodam pondere impellitur, & determinatur ad agendum. Hæc amoris impulsio, sive sæpiùs repetita, sive una sit, sed ea vehementissima, habitualem in anima relinquit dispositionem; quæ si ad bonum inclinet, virtus dicitur. Si ad malum vitium appellatur; quia verò amor omnis, vel ordinatus est & charitas dicitur, vel

inordinatus, & cupiditas nuncupatur.

8a. Affectus animi, sive passiones, si subjiciantur imperio novæ rationis, id est, si charitatis & amoris Dei regimini subjaceant, esse bonæ moraliter, secùs verò si non subjaceant (script. pag. 69.)

CENSURA.

Falsum & errontum inducit principium, quòd in natura corrupta homo nihil boni naturalis operari possit, quæ est doctrina Baii *in Propositionibus* 28. 26. *&* 37. *Hic adhuc inducit in justo necessitatem boni sub gratia, & in peccatore necessitatem mali sub cupiditate dominante, vult enim liberum arbitrium à dominatu, vel charitatis, vel cupiditatis necessitari, destruitque libertatem.*

Ex hac propositione sequitur, quod quidquid ab homine lapso fit sine gratia sit peccatum, vel mortale vel veniale; quod hæreticum judicavit Facultas Parisiensis, die 27. *Junii* 1560. *Item* Baii, Jansenii, & Calvini *principium stabilit; quidquid fit ab homine lapso, vel ex cupiditate, vel ex charitate fit. Quod docet* 38. *Propositio* Baii.

Falsò etiam docet illas tantùm passionee bonas moraliter esse quæ charitate regulantur, hæc propositio omnem in homine peccatore rectam rationem esse negat; hinc nullum jus naturale, nullum jus gentium, nullum jus civile. Tria enim hæc jura procedunt à recta ratione naturali etiam destitutâ fide. Denique nullam veritatis lucem, nullum boni faciendi principium in homine lapso præter charitatem admittit. Quod principium erat fundamentale totius Philosophiæ Patris Lamy *à Supremo Statûs Consistorio damnati.*

9a. Qui sanitatem quærit, tantummodò ut sit sanus, & sibi ne sit malè, sanitate fruitur.

CENSURA.

Ex hac propositione sequitur quod nullus naturalis amor creaturæ sit rectus. Imo quod omnis amor creaturæ peccatum sit mortale, nam frui creaturà est peccatum mortale. Hæc doctrina æquivalet 17. 23. *&* 61. *Propositionibus* Baii.

10a. Si enim, ut contendit S. Augustinus, etiam infidelium opera peccata sunt, cùm non ex recto fine procedunt; quantò magis illud idem de moralibus & liberis Christianorum operibus in mente S. Augustini: intelligendum est (script. pag. 45.)

CENSURA.

Falsò 26. Baii *Propositionem Sancto Augustino imponit. Falsò etiam docet omnia Christianorum opera quæ liberè fiunt, & ex charitate non veniunt, peccata propriè dicta esse, alioqui in omnibus suis actibus peccator peccabit juxta* 40. Baii *Propositionem.*

11a. Iniquitas & peccatum est, si, vel minima ex nostris actionibus quæ ex deliberativa ratione procedunt, ad Deum non referatur; quod de ratione actuali explicat iste Professor (scriptor. pag. 46.

CENSURA.

Falsò docet minimam Fidelium actionem, quæ ex deliberata ratione procedit peccatum esse, nisi actu referatur ad Deum.

12a. Fides & spes non sunt aliud nisi amor Dei, voluntas credendi quæ fides dicitur; est etiam charitas & Dei amor: nulla est justificatio etiam inchoata sine charitate & amore Dei, quia incipit & crescit justificatio, secundùm quòd vel inchoatur, vel perficitur charitas: ergo cùm fides nulla sit absque charitate, fides ipsa charitas est (script. pag. 48.

CENSURA.

Contra Ecclesiæ fidem & contra Conc. Trid. Doctrinam sess. 6. cap. 15. *& can.* 28. *docet charitatem esse fidem & spem; fidemque nullam, ac spem nullam absque charitate; falsòque docet justificationem impii non inchoari, nisi à charitate, cùm Concilium Tridentinum sess. 6. cap. 6. dicat justificationem incipi à charitate, continuari timore gehennæ, provehi spe, qui tres actus charitatem inchoatam præcedunt.*

13a. Licet etiam occidere sese directè, modò id fiat ex Divina revelatione (script. pag. 52.

CENSURA.

Periculosa propositio, ac temeraria, cùm cuilibet relinquat judicium de revelatione sibi facta.

Hæc duo Monumenta asservantur A. S. M. N. De Marcilly. in Sorbona.



Anno Domini 1676.

Die 4. Maii Arnaldus Andegavensis Episcopus Universitati Studiorum Andegavi remerè mandat & præscribit, ne subscriptio Formulæ adversus quinque Propositiones *Jansenii* simpliciter & absolutè exigeretur, sed tantùm cum distinctione juris & facti. Imprudenti Edicto Arnaldi Andegavensis Episcopi Universitas Andegavensis studii sapienter obstitit.

Anno Domini 1677.

Die 3. Maii Facultas Theologiæ Cadomensis in suis Comitiis declaravit, *principia Philosophiæ Renati* Descartes *saniori Theologorum Doctrinæ contraria nobis videri*: inquiunt.

Facultas Theologica Cadomensis.

Cum sacræ Theologiæ Ministri ab Ecclesia constituti sint supra muros Jerusalem, tanquam vigiliæ, ut in excubiis prospiciant, ne quid vel non sanctum in sanctam Civitatem, vel erroneum in arcem veritatis irrepat: Nos infra scripti hujus Sacræ Facultatis in Academia Cadomensi Doctores vigilantes in omnibus & ministerium nostrum implere cupientes pro prima mensis die tertiâ Maii anni 1677. legitimè congregati: declaramus principia Philosophiæ Renati *Descartes* saniori Theologorum Doctrinæ contraria nobis videri, & perpetuo Decreto statuimus neminem eorum qui illa sustinere, aut defendere voluerint, ad ullum hujus Sacræ Facultatis gradum esse deinceps admittendum. Prætereà attendentes ad mandatum, quo Rex in Supremo Status Consistorio sedens Versaliis die 2. Aug. an. 1676. vetuit ne ullæ opiniones, ex iis quæ nituntur principiis *Cartesii*, docerentur in Academia Andegavensi, pro nostra erga Regis voluntatem reverentia similiter prohibemus omnibus & singulis, tum jam admissis, tum aliàs admittendis in nostram Facultatem, ne quis prædicta Philosophiæ Cartesianæ principia scripto, aut vivâ voce docere, aut propugnare in posterum præsumat, sub pœna amittendi gradum quemcumque in Sacra Facultate obtinuerit. Porrò ut hoc Decretum omnibus, ad quos pertinere poterit, innotescat, in nostræ Facultatis acta referetur, & in majoribus scholis proximâ disputatione publicâ per scribam Ordinarium promulgabitur coram nobis & omnibus sive Licentiatis, sive Baccalaureis, sive aliis quicumque aderunt, Sacræ Theologiæ candidatis. Actum in loco Majorum, die & anno ut supra... Signatum *Dange*, *Verel le Norman cousin.*

Hoc monumentum extat in libro Philosophiæ universalis *Duhamel*, tom. 5. ad calcem.

Anno Domini 1677.

Lovaniensis Academia selectos Theologos *Van Vianen* Christianum *Lupum* Martinumque *Steyaert* Rumam delegavit ut Innocentiû XI. sententiam de Belgicis Censuris rogarent, tum de multis Propositionibus Moralem Disciplinam corrumpentibus. Apostolica Sedes nullum solemne judicium ad approbandas Censuras Lovaniensis Academiæ & Duacensis, de quibus agebatur proferre voluit, sed eas integras reliquit.

Anno Domini 1678.

Congregatio Sacerdotum Oratorii Berulliani in suis Comitiis, quæ Parisiis habita sunt, statuit ut Doctrinam Aristotelis in scholis communiter receptam Collegæ sequerentur, & à Decretis septem Philosophiæ Carthesianæ recederent.

Excerptum ex Actis Comitiorum Generalium Congregationis Oratorii Parisiis habitorum mense Septembri: Du Vendredy 16. après midy *sess.* 6.

L'Assemblée faisant attention au Statut de la precedente rapportée dans la sess. 11. touchant la Doctrine de la Congregation, & voulant remedier à l'abus que l'on pourroit faire, & aux inconveniens qui en pouroient arriver, a jugé à propos de se contenter de renouveller pour toûjours les statuts que la cinquiéme & sixiéme Assemblée, ont fait sur cette matiere, à sçavoir que dérogeant à tout autre fait depuis au contraire, elle a declaré qu'en matiere de Doctrine elle n'embrasse aucun parti, & n'a aucune opinion de Corps, ni de Communauté; mais qu'elle a toujours été, & veut demeurer en liberté de pouvoir

tenir toute bonne & saine Doctrine, & qu'elle ne défend d'enseigner que celles qui sont condamnées par l'Eglise, ou qui pourroient être suspectes des sentimens de *Jansenius* & de *Baius* pour la Theologie & des opinions de *Descartes* pour la Philosophie.

Mandatum Comitiorum Generalium ad singulas Oratorii Domos mittendum.

SElon les résolutions de nos Assemblées..... dans la Physique, l'on ne doit point s'éloigner de la Phisique, ni des principes de la Phisique d'Aristote, communement reçus dans les Colleges, pour s'attacher à la doctrine nouvelle de M. *Descartes*, que le Roi a défendu qu'on enseignât pour de bonnes raisons. L'on doit enseigner.

1° *Que l'extension actuelle & exterieure n'est pas de l'essence de la matiere.*

2° *Qu'en chaque corps naturel, il y a une forme substantielle réellement distinguée de la matiere.*

3° *Qu'il y a des accidens réels & absolus inherens à leur sujet réellement distingués de toute autre substance, & qui peuvent surnaturellement être sans aucun sujet.*

4° *Que l'ame est réellement presente & unie à tout le corps, & à toutes les parties du corps.*

5° *Que la pensée & la connoissance n'est pas de l'essence de l'ame raisonable.*

6° *Qu'il n'y a aucune répugnance que Dieu puisse produire plusieurs mondes en même temps.*

7° *Que le vuide n'est pas impossible.*

De l'ordre de notre R. P. General & de son Conseil, le tout ci-dessus collationé avec les originaux, par moi, Prêtre & Secretaire de l'Oratoire de *Jesus*.

J. Pahier.

Anno Domini 1678.

CAnonici Regulares è Congregatione Gallicana Sanctæ Genovefæ dicta, eamdem *Cartesii* Doctrinam reprobarunt in suo Conventu Generali.

Le Chapitre General ayant reconnu les avantages que la Congregation a tiré des Statuts faits dans les precedens Chapitres Generaux des années 1650. & 1653. *par lesquels il est fait expresse défense à tous Religieux de la Congregation de lire* Jansenius, *& ordonne que dans les Ecoles de Theologie, l'on n'enseignera point d'autre Doctrine que celle de Saint* Thomas, *& qu'il ne fera point permis aux Religieux de la Congregation de faire imprimer aucun Livre ou These de Philosophie ou de Theologie, sans l'approbation de deux personnes nommées pour cet effet par le Superieur General, & sans sa permission expresse & par écrit: désirant affermir de plus en plus les bonnes inclinations que les Religieux de la Congregation ont témoigné avoir pour la bonne Doctrine, & leur aversion pour toutes les nouveautés, a jugé à propos de confirmer lesdits Statuts, & d'ordonner en outre, que les Superieurs de la Congregation tiendront la main, à ce que personne ne se relâche des bons sentimens, avec défenses très-expresses à tous les Professeurs de Théologie, d'enseigner aucune Doctrine contraire à celle de l'Eglise, ou qui pourroit être suspecte des sentimens de* Jansenius *& de* Baius *condamnés & desapprouvés par le S. Siege; & pareillement aux Professeurs de Philosophie d'enseigner les opinions de* Descartes.

Hæc duo monumenta extant in libro Philosophiæ universalis *Duhamel*, *tom. 5. ad calcem.*

Anno Domini 1678

DIe 13. Januarii Hieronymus Grimaldy Eminentissimus Cardinalis & Archiepiscopus Aquensis, Libellum sic inscriptum reprobavit: *Le miroir de la pieté Chrétienne, où l'on considere avec des réflexions morales l'enchainement des verités Catholiques de la prédestination & de la grace de Dieu, & leur alliance avec la liberté de la creature par Flore de Sainte-Foy, à Liege, Chés Pierre Bernard* 1677.

Autbor hujus Libelli erat Domnus *Gerberon* è Familia Monachorum S. Benedicti, qui errores *Jansenii* innovabat in Galliis. *Tellerius* Remensis, Archiepiscopus eamdem Scriptionem Gerberonii proscripsit Edicto suo.



Anno Domini 1678.

Die 17. Februarii *Raymundus Capisuccus* Ord. FF. Prædicatorum, sacri Palatii Apostolici Magister, Judex ordinar. &c. auctoritate sui Officii & jussu Innocentii XI. prohibitum esse decrevit Libellum sic inscriptum: *Officio dell' Immacolata Conceptione della Santissima Vergine nostra Signora approvata dal Summo Pontifice Paulo V. il quale a chi devota mente la recitera, concede Ildulgenzadi cento gyorni, come aparisce nel suo breve dato Roma, tertio die Luglio, 1615. in Milano per Francisco Vigone.* In Hispania & Germania multi conquesti sunt de hac Censura Magistri sacri Palatii, & Augustus Imperator à Romano Pontifice causam requisivit, cur iste Libellus proscriptus esset. Qua de re Innocentius Papa XI. ad Imperatorem Litteras dedit, anno 1678. die 18. Decembris. Postea verò idem Libellus cum aliqua emendatione à Magistro Sacri Palatii perscripta editus fuit & permissus.

Anno Domini 1679.

Die 15. Februarii jussu Innocentii Papæ XI. Sacra Congregatio Cardinalium Concilii Tridentini interpretum de frequenti usu Sacrosanctæ Eucharistiæ, tum de vitando abusu, salutaria præcepta tradidit. Quod quidem præstitum est ad sedandas controversias à Libro Arnaldi *Sorbonici Doctoris, de frequenti Communione ortas.*

Cum ad aures Sanctissimi D. N. fide dignorum testimonio pervenerit, in quibusdam Diœcesibus vigere usum quotidianæ Communionis, etiam in Feria sexta Parasceves, & simul affirmari eamdem quotidianam Communionem præceptam esse à jure Divino; quin etiam in illius administratione aliquos abusus Inolevisse, videlicet, quòd aliqui, non in Ecclesia, sed in privatis Oratoriis, & domi, immò cubantes in lecto, & non laborantes ullâ gravis infirmitatis notâ sumant Sacrusanctam Eucharistiam, quam argenteâ thecâ inclusam in crumena, aut secretò illis deferunt Sacerdotes Sæculares, aut Regulares, aliique in Communione accipiant plures formas, ac particulas, vel grandiores solitò; ac tandem quis confiteatur peccata venialia simplici Sacerdoti non approbato ab Episcopo, aut Ordinario. Cùm autem hæc Sanctissimus considerandа commiserit S. Congregationi Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, eadem S. Congregatio, prævià maturâ discussione super prædictis, unanimi sententiâ ita censuit. Etsi frequens quotidianusque Sacrosanctæ Eucharistiæ usus à SS. Patribus fuerit semper in Ecclesia probatus, nunquam tamen, aut sæpiùs illam percipiendi, aut ab ea abstinendi, certos singulis mensibus, aut hebdomadis dies statuerunt, quos nec Concilium Tridentinum præscripsit, sed quasi humanam infirmitatem secum reputaret nihil præcipiens, quid cuperat tantùm indicavit; *cum*, inquit, *optaret quidem Sacrosancta Synodus, ut in singulis Missis Fideles adstantes Sacramentali Eucharistiæ perceptione communicarent*; idque non immeritò, multiplices enim sunt conscientiarum recessus, variæ ob negotia spiritùs, alienationes, multæ è contra gratiæ, & Dei dona parvulis concessa; quæ cum humanis oculis scrutari non possumus, nihil certè de cujusque dignitate, atque integritate, & consequenter de frequentiori, aut quotidiano vitalis panis esu potest constitui. Et propterea quod ad Negotiatores ipsos attinet, frequens ad sacram alimoniam percipiendam accessus, Confessariorum secreta cordis explorantium judicio est relinquendus, qui ex conscientiarum puritate, & frequentiæ fructu, & ad pietatem processu laïcis Negotiatoribus, & Conjugatis, quòd prospicient eorum saluti profuturum, id illis præscribere debebunt. In Conjugatis autem hoc ampliùs animadvertent, cùm B. Apostolus nolit eos invicem fraudari, nisi fortè ex consensu ad tempus, ut vacent orationi, eos seriò admoneant, tantò magis ob sacratissimæ Eucharistiæ reverentiam continentiæ vacandum, puriorique mente ad Cælestium epularum Communionem esse conveniendum. In hoc igitur Pastorum diligentia potissimùm invigilabit, non ut à frequenti, aut quotidiana Sacræ Commonionis sumptione, unicâ præcepti formulâ aliqui deterreantur, aut sumendi dies generaliter constituantur; sed magis quid singulis permittendum per se, aut Parochos, seu Confessarios sibi decernendum putet: Illudque omnino provideat, ut nemo à sacro Cunvivio, seu frequenter, seu quotidie accesserit, repellatur; & nihilomi-

nùs det operam, ut unusquisque dignè, pro devotionis & præparationis modo, rariùs, aut crebriùs Dominici Corporis suavitatem degustet. Itidem Moniales quotidie Sacram Communionem petentes admonendæ erunt, ut in diebus ex earum Ordinis instituto præstitutis communicent. Si quæ verò puritate mentis eniteant, & fervore spiritûs ita incaluerint, ut dignæ frequentiori, aut quotidianâ Sanctissimi Sacramenti perceptione videri possint, id illis à superioribus permittatur. Proderit etiam præter Parochorum & Confessariorum diligentiam, operâ quoque Concionatorum uti, & cum eis constitutum haberi, ut cùm Fideles ad Sanctissimi Sacramenti frequentiam (quod facere debent) accederint, statim de magna ad illud sumendum præparatione orationem habeant, generatimque ostendant, eos qui ad frequentiorem, aut quotidianam salutiferi cibi sumptionem devoto studio excitantur: debere, sive laïci Negotiatores sint, sive Conjugati, sive quicumque alii suam agnoscere infirmitatem, ut dignitate Sacramenti, ac Divini Judicii formidine discant Cælestem Mensam, in qua Christus est, revereri: Et si quando se minus paratos senserint, ab eâ abstinere, seque ad majorem præparationem accingere. Episcopi autem in quorum Diœcesibus viget hujusmodi devotio erga Sanctissimum Sacramentum pro illa gratias Deo agant, eamque ipsi adhibito prudentiæ & judicii temperamento alere debebunt, & ab eorum officio postulari sibi maximè persuadebunt, nulli labori, aut diligentiæ parcendum, ut omnis irreverentiæ & scandali suspicio in veri & immaculati Agni perceptione tollatur, virtutesque, ac dona in sumentibus augeantur. Quod abundè continget, si ii, qui devoto hujusmodi studio, Divinâ præstante gratiâ tenentur, seque Sacratissimo Pane frequentiùs refici cupiunt, suas vires expendere, seque probare cum timore & charitate assueverunt. Quibus Christum Dominum, qui se Fidelibus manducandum, & se pretium in morte tradidit, atque in Cælesti Regno se præmium est daturus, precatur Sacra Congregatio, ut suam opem ad dignam præparationem, & sumptionem largiatur. Porrò Episcopi, & Parochi, seu Confessarii redarguant asserentes Communionem quotidianam esse de jure Divino, doceantin Ecclesiis, seu Oratoriis privatis, ex dispensatione, seu privilegio Pontificis de manu Sacerdotis sumendam Sanctissimam Eucharistiam, nec eam ullo modo deferendam in crumena, aut secretò ad existentes domi, vel cubantes in lecto, quàm ad infirmos qui ad illam suscipiendam ad loca prædicta accedere non valeant, & ad eos, si ab Ecclesia deferatur, publicè, & cum pompa juxta formam Ritualis Romani; si verò ab Oratorio privilegiato, cum forma decenti. Curent etiam ut circa Communionem Feriâ sextâ Parasceve, Missalis Rubricæ, & Ecclesiæ Romanæ usus serventur. Insuper admoneant nulli tradendas plures Eucharistiæ formas, seu particulas, neque grandiores, sed consuetas: Nou permittant, ut Venialium confessio fiat simplici Sacerdoti non approbato ab Episcopo, aut Ordinario. Si Parochi & Confessarii etiam Regulares, aut quicumque alii Sacerdotes secùs egerint, sciant Deo Optimo, Maximo rationem reddituros esse, neque defuturam Episcoporum, & Ordinariorum justam, ac rigorosam animadversionem in contra facientes, etiam Regulares, etiam Societatis Jesu Facultate ipsis Episcopis, & Ordinariis per hoc Decretum, per Sedem Apostolicam specialiter attributâ.

Et factâ de præmissis omnibus, ac de verbo ad verbum relatione, Sanctitas Sua approbavit, ac præsens decretum typis dari, ac publicari voluit. In quorum, &c.

F. Card. COLUMNA, Præf.

Anno Domini 1679.

DIe 2. *Martii coram Innocentio XI & ipsius jussu, in Congregatione S. Romanæ & Universalis Inquisitionis quinque & sexaginta Propositiones de rebus moralis Disciplinæ reprobatæ sunt.* Hoc decretum Romæ in lucem editum fuit tunc temporis.

Feriâ quintâ die 2. Martii 1679.

In Generali Congregatione Sanctæ Romanæ, & Universalis Inquisitionis.

SAnctissimus D. N. Innocentius Papa XI. prædictus ovium sibi à Deo creditarum saluti sedulò incumbens, & salubre opus in segregandis noxiis doctrinarum pascuis ab Innoxiis, à felicis recordationis Alexandro VII. Prædecessore suo inchoatum prosequi volens, plurimas Propositiones, partim ex diversis, vel libris

vel thesibus, seu scriptis excerptas, & partim noviter adinventas, Theologorum plurium examini & Eminentiss. Reverendiss. D. Cardinalibus contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus subjecit. Quibus Propositionibus sedulò & accuratè sæpius discussis, eorumdem Eminentissimorum Cardinalium, & Theologorum votis per Sanctitatem suam auditis. Idem Sanctissimus D. N. re postea maturè consideratâ, statuit, & decrevit pro nunc sequentes Propositiones, & unamquamque ipsarum, sicut jacent, ut minimum tanquam scandalosas, & in praxi perniciosas esse damnandas, & prohibendas; sicuti eas damnat & prohibet. Non intendens autem Sanctitas Sua per hoc Decretum alias Propositiones in ipso non expressas, & Sanctitati Suæ quomodolibet, & ex quacumque parte exhibitas, vel exhibendas ullatenus approbare.

I.

Non est illicitum in Sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de valore Sacramenti, relictâ tutiore, nisi id vetet lex, conventio, aut periculum gravis damni incurrendi. Hinc sententiâ probabili tantùm utendum non est in collatione Baptismi, Ordinis Sacerdotalis, aut Episcopalis.

II.

Probabiliter existimo, Judicem posse judicare juxta opinionem etiam minùs probabilem.

III.

Generatim dum probabilitate, sive intrinsecâ, sive extrinsecâ quantumvis tenui, modò à probabilitatis finibus non exeatur, confisi aliquid agimus, semper prudenter agimus.

IV.

Ab infidelitate excusabitur infidelis non credens, ductus opinione minùs probabili.

V.

An peccet mortaliter, qui actum dilectionis Dei semel tantùm in vita eliceret, condemnare non audemus.

VI.

Probabile est, ne singulis quidem rigorosè quinquenniis per se obligare præceptum charitatis erga Deum.

VII.

Tunc solùm obligat, quando tenemur justificari, & non habemus aliam viam, quâ justificari possumus.

VIII.

Comedere, & bibere usque ad satietatem ob solam voluptatem, non est peccatum; modò non obsit valetudini, quia licitè potest quis appetitus naturalis suis actibus frui.

IX.

Opus conjugii ob solam voluptatem exercitum, omni penitùs caret culpâ, ac defectu veniali.

X.

Non tenemur proximum diligere actu interno & formali.

XI.

Præcepto Proximum diligendi satisfacere possumus per solos actus externos.

XII.

Vix in Sæcularibus invenies, etiam in Regibus superfluum statui. Et ita vix aliquis tenetur ad eleemosynam, quando tenetur tantùm ex superfluo statui.

XIII.

Si cum debitâ moderatione facias, potes absque peccato mortali de vita alicujus tristari, & de illius morte naturali gaudere, illam inefficaci affectu petere, & desiderare; non quidem ex displicentia personæ; sed ob aliquod temporale emolumentum.

XIV.

Licitum est absoluto desiderio cupere mortem Patris, non quidem ut malum Patris, sed ut bonum cupientis, quia nimirùm ei obventura est pinguis hæreditas.

XV.

Licitum est filio gaudere de parricidio parentis à se in ebrietate perpetrato, propter ingentes divitias inde ex hæreditate consecutas.

XVI.

Fides non censetur cadere sub præceptum speciale, & secundùm se.

XVII.

XVII.

Satis est, actum fidei semel in vita elicere.

XVIII.

Si potestate publicâ quis inrerrogetur, fidem ingenuè confiteri, ut Deo, & fidei gloriosum consulo; tacere, ut peccaminosum per se, non damno.

XIX.

Voluntas non potest efficere, ut assensus fidei in seipso sit magis firmus, quàm mereatur pondus rationum ad assensum impellentium.

XX.

Hinc potest quis prudenter repudiare assensum, quem habebat supernaturalem.

XXI.

Assensus fidei supernaturalis, & utilis ad salurem stat cum notiria solùm probabili revelationis immò cum formidine, quâ quis formidet, ne non sit locutus Deus.

XXII.

Non nisi fides unius Dei necessaria videtur necessitate medii, non autem explicita Remuneratoris.

XXIII.

Fides latè dicta ex testimonio creaturarum, similive motivo ad justificationem sufficit.

XXIV.

Vocare Deum in testem mendacii levis, non est tanta irreverentia, propter quam velit, aut possit damnare hominem.

XXV.

Cum causa licirum est jurare sine animo jurandi, sive res sit levis, sive gravis.

XXVI.

Si quis, vel solus, vel coram aliis, sive interrogatus, sive propriâ sponte, sive recreationis causâ, sive quocumque alio fine juret, se non fecisse aliquid, quod revera fecit, intelligendo intra se aliquid aliud, quod non fecit, vel aliam viam ab ea in qua fecit, vel quodvis aliud additum verum, revera non mentitur, nec est perjurus.

XXVII.

Causa justa utendi his amphibologiis est, quoties id necessarium, aut utile est ad salutem corporis, honorem, res familiares tuendas, vel ad qnemlibet alium virtutis actum; ita ut veritatis occultatio censeatur tunc expediens, & studiosa.

XXVIII.

Qui mediante commendatione, vel munere, ad Magistratum, vel officium publicum promotus est, poterit cum restrictione mentali præstare juramentum, quod de mandato Regis à similibus solet exigi, non habito respectu ad intentionem exigentis, quia non tenetur fateri crimen occultum.

XXIX.

Urgens metus gravis est causa justa Sacramentorum administrationem simulandi.

XXX.

Fas est viro honorato occidere invasorem, qui nitirur calumniam inferre, si aliter hæc ignominia vitari nequit; idem quoque dicendum, si quis impingat alapam, vel fuste percutiat, & post impactam alapam, vel ictum fustis fugiat.

XXXI

Regulariter occidere possum furem pro conservatione unius aurei.

XXXII.

Non solùm licitum est defendere, defensione occisiva, quæ actu possidemus: sed etiam ad quæ jus inchoatum habemus & quæ nos possessuros speramus.

XXXIII.

Licitum est tam hæredi, quàm legatario, conrra injustè impedientem, ne vel hæreditas adeatur, vel legata solvantur, se taliter defendere: sicut & jus habenti in cathedram, vel præbendam, contra eorum possessionem injustè impedientem.

XXXIV.

Licet procurare abortum ante animationem fœtûs, ne puella deprehensa gravida occidatur, aut infametur.



XXXV.

Videtur probabile, omnem foetum, quandiu in utero est, carere animâ rationali, & tunc primùm incipere eamdem habere, cùm paritur, ac consequenter dicendum erit, in nullo abortu homicidium committi.

XXXVI.

Permissum est furari, non solùm in extrema necessitate; sed etiam in gravi.

XXXVII.

Famuli & famulæ domesticæ possunt occultè heris suis surripere ad compensandam operam suam, quam majorem judicant salario, quod recipiunt.

XXXVIII.

Non tenetur quis sub pœna peccati mortalis restituere quod ablatum est per pauca furta, quantumcumque sit magna summa totalis.

XXXIX.

Qui alium movet, aut inducit ad inferendum grave damnum tertio, non tenetur ad restitutionem istius damni illati.

XL.

Contractus Mohatra licitus est, etiam respectu ejusdem personæ; & cum contractu retrovenditionis præviè inito, cum intentione lucri.

XLI.

Cùm numerata pecunia pretiosior sit numerandâ, & nullus sit, qui non majoris faciat pecuniam præsentem, quàm futuram potest, creditor aliquid ultra sortem à mutuario exigere, & eo titulo ab usura excusari.

XLII.

Usura non est dum ultra sortem aliquid exigitur tanquam ex benevolentia & gratitudine debitum, sed solùm, si exigatur tanquam ex justitia debitum.

XLIII.

Quidni non nisi veniale sit detrahentis auctoritatem magnam sibi noxiam, falso crimine elidere?

XLIV.

Probabile est non peccare mortaliter, qui imponit falsum crimen alicui, ut suam justitiam & honorem defendat. Et si hoc non sit probabile, vix ulla erit opinio probabilis in Theologia.

XLV.

Dare temporale pro spirituali, non est simonia, quando temporale non datur, tanquam pretium, sed duntaxat tanquam motivum conferendi, vel efficiendi spirituale, vel etiam quando temporale sit solùm gratuita compensatio pro spirituali, aut è contra.

XLVI.

Et id quoque locum habet, etiamsi temporale sit principale motivum dandi spirituale, immò etiamsi sit finis ipsius rei spiritualis, sic ut illud pluris æstimetur, quàm res spiritualis.

XLVII.

Cùm dixit Concilium Tridentinum, eos alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, qui nisi quos digniores, & Ecclesiæ magis utiles ipsi judicaverint, ad Ecclesias promovent, Concilium vel primò videtur per hoc *digniores* non aliud significare velle, nisi dignitatem eligendorum, sumpto comparativo pro positivo; vel secundò locutione minùs propriâ ponit *digniores*, ut excludat indignos, non verò dignos; vel tandem loquitur tertiò quando fit concursus.

XLVIII.

Tam clarum videtur, fornicationem secundùm se nullam involvere malitiam, & solùm esse malam, quia interdicta; ut contrarium omnino rationi dissonum videatur.

XLIX.

Mollities jure naturæ prohibita non est Unde si Deus eam non interdixisset, sæpe esset bona, & aliquando obligatoria sub mortali.

L.

Copula cum conjugata, consentiente marito, non est adulterium; adeoque sufficit in confessione dicere, se esse fornicatum.

LI.

Famulus, qui fubmiffis humeris fcienter adjuvat herum fuum afcendere per feneftras ad ftuprandum virginem, & multoties eidem fubfervit deferendo fcalam, aperiendo januam, aut quid fimile cooperando, non peccat mortaliter, fi id faciat metu notabilis detrimenti, puta ne à Domino malè tractetur, ne torvis oculis afpiciatur, ne domo expellatur.

LII.

Præceptum fervandi fefta non obligat fub mortali, fepofito fcandalo, fi abfit contemptus.

LIII.

Satisfacit præcepto Ecclefiæ de audiendo facro, qui duas ejus partes; immò quatuor fimul à diverfis celebrantibus audit.

LIV.

Qui non poteft recitare Matutinum & Laudes; poteft autem reliquas Horas, ad nihil tenetur, quia major pars trahit ad fe minorem.

LV.

Præcepto communionis annuæ fatisfit per facrilegam Domini manducationem.

LVI.

Frequens Confeffio & Communio, etiam in his qui gentiliter vivunt, eft nota prædeftinationis.

LVII.

Probabile eft fufficere attritionem naturalem, modò honeftam.

LVIII.

Non tenemur Confeffario interroganti fateri peccati alicujus confuetudinem.

LIX.

Licet facramentaliter abfolvere dimidiatè tantùm confeffos ratione magni concurfûs Pœnitentium, qualis, v. g. poteft contingere in die magnæ alicujus feftivitatis, aut Indulgentiæ.

LX.

Pœnitenti habenti confuetudinem peccandi contra legem Dei, naturæ, aut Ecclefiæ, etfi emendationis fpes nulla appareat, nec eft neganda, nec differenda abfolutio; dummodò ore proferat, fe dolere, & proponere emendationem.

LXI.

Poteft aliquando abfolvi, qui in proxima occafione peccandi verfatur, quam poteft, & non vult omittere; quin immò directè & ex propofito quærit, aut ei fe ingerit.

LXII.

Proxima occafio peccandi non eft fugienda, quando caufa aliqua utilis, aut honefta non fugiendi occurrit.

LXIII.

Licitum eft quærere directè occafionem proximam peccandi pro bono fpirituali, vel temporali noftro, vel proximi.

LXIV.

Abfolutionis capax eft homo quantumvis laboret ignorantiâ Myfteriorum Fidei, & etiamfi per negligentiam etiam culpabilem, nefciat Myfterium Sanctiff. Trinitatis & Incarnationis D. N. Jefu Chrifti.

LXV.

Sufficit illa Myfteria femel credidiffe.

Quicumque autem, cujufvis conditionis, ftatûs, & dignitatis illas, vel illarum aliquam conjunctim, vel divifim defenderit, vel ediderit, vel de eis difputativè, publicè, aut privatim tractaverit, vel prædicaverit, nifi forfan impugnando, ipfo facto incidat in excommunicationem latæ fententiæ à quâ non poffit (præterquàm in articulo mortis) ab alio quacumque etiam dignitate fulgente, nifi pro tempore exiftente Romano Pontifice abfolvi.

Infuper diftrictè in virtute fanctæ Obedientiæ, & fub interminatione Divini Judicii prohibet omnibus Chrifti Fidelibus, cujufcumque conditionis, dignitatis, & ftatûs etiam fpeciali, & fpecialiffimâ notâ dignis, ne prædictas opiniones, aut aliquam ipfarum ad praxim deducant.

Tandem, ut ab injuriofis contentionibus, feu Scholafticì, aut alii quicumque impofterum fe abftineant, & ut paci, & charitati confulatur, idem Sanctiffimus in virtute fanctæ Obedientiæ eis præcipit, ut tam in Libris imprimendis, ac Manufcriptis, quàm in Thefibus, Difputationibus ac Prædicationibus caveant ab om-

ni Censura & nota nec non à quibuscumque conviciis contra eas Propositiones, quæ adhuc inter Catholicos hinc inde controvertuntur, donec à S Sede, re cognitâ, super eisdem Propositionibus judicium proferatur.

FRANCISCUS RICCARDUS, S. Rom. & Universalis Inquisitionis Notarius.

Anno à Nativitate D. N. Jesu Christi 1679. Indictione 2. &c.

Anno Domini 1675.

Sacræ Indicis Congregationis Decreto damnati, prohibiti, ac respectivè suspensi fuerunt infra scripti ubicumque, & quocumque idiomate impressi imprimendive.

Défense de la Discipline qui s'observe dans le Diocèse de Sens, touchant l'imposition de la Penitence publique pour les pechés publics. A Sens 1673.

Le Nouveau Testament de N. S. Jesus-Christ, traduit en François selon l'edition Vulgate, avec les differences du Grec. A Bruxelles 1675. *Vel ubique locorum, & quocumque idiomate impressus, & imprimendus.*

Romæ in Palatio Apostolico Quirinali die 19. Septemb. 1679.

P. Card. DE ALTERIIS Præf.

DIe 27. Septembris in Generali Congregatione Sanctæ Romanæ & Universalis Inquisitionis, proscripta sunt: *specimina Moralis Christianæ & moralis Diabolicæ, Authore R. P. F. Aegidio* Gabrielis *S. T. B. F. Tertii-Ordinis S. Francisci de Pœnitentia vulgò Beggardorum.*

Feriâ quintâ die 27. Septemb. 1679.

In Generali Congregatione, &c.

CUm prodierint duo Libri, qui nisi è medio tollantur, erroribus Christi Fideles inficere possunt, Eminentissimi & Reverendissimi Domini Cardinales Inquisitores Generales prædicti eos prohibendos esse voluerunt, prout præsenti Decreto prohibent, mandantes, ut deinceps nemo cujuscumque gradus, & conditionis existat, sub pœnis in Sacro Concilio Tridentino, & Indice Librorum prohibitorum contentis, illos imprimere vel imprimi curare audeat, aut apud se quomodocumque retinere, aut legere, & sub eisdem pœnis, ut quicumque illos habeant, vel deinceps habituri sunt, eosdem Ordinariis locorum, seu Inquisitoribus statim à præsentis Decreti notitia exhibere teneantur: & hoc ubicumque, & quandocumque, & in quovis idiomate fuerint impressi, vel in posterùm forsitan eos imprimi contingat. Sunt autem infra scripti.

Specimina Moralis Christianæ, & moralis diabolicæ, Authore R. P. F. Ægidio *Gabrielis* S. T. B. F. Tertii-Ordinis sancti Francisci de Pœnitentia, vulgo Beggardorum.

FRANCISCUS RICARDUS Sanctæ Romanæ & Universalis Inquisitionis Not.

Die 12. Octobr. 1679. supradictum Decretum affixum, &c.

Tum die 23. Novembris in generali Congregatione S. Romanæ & Universalis Inquisitionis coram Innocentio Papa XI. & ejus jussu proscriptæ sunt hæ duæ propositiones tanquam novæ & temerariæ: *Deus donat nobis omnipotentiam suam ut ea utamur, sicut aliquis donat alteri villam, vel Librum, & Deus subjicit nobis suam omnipotentiam*: Hoc Decretum reperitur in Historia Congregationum de Auxiliis, pag. 81. secundæ editionis, & apud Dominicum *Viva* Soc. Jesu in libro sic inscripto: Damnatarum Thesium Theologia Trutina, & in tertia parte, pag. 180.

Anno Domini 1679

DIe 19. Decembris Romana Congregatio Sancti Officii quædam nova scripta inter prohibitos libros recensuit. Eodem anno R. P. de *Saint Jure* Soc. Jesu quædam dicta mystici Libri à se conscripti interpretatus est ut offensionem vitaret.

Anno Domini 1679.

DIe 27. Septembris Innocentius Papa XI. Bullam proprio motu edidit quâ reprobat Librum sic inscriptum, *adversus*

adversus quorumdam expostulationes contra nonnullas Jesuitarum opiniones morales, authore Amedæo Guimenio, &c. & cum sub alio titulo *Amadæi Guimenii Lomariensis . . . Opusculum singularia universæ ferè Theologiæ Moralis complectens.*

INNOCENTIUS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

CUm (sicut accepimus) Liber quidam, cui titulus: *Adversus quorumdam expostulationes contra nonnullas Jesuitarum opiniones Morales*, authore Amadæo Guimenio, *&c. Bambergæ, & Panormi anno 1657. impressus, & subinde Valentiæ, Lugduni, & Madriti anno 1664.* additis nonnullis aliis opinionibus non sanis, sub alio titulo, videlicet: *Amadæi Gnimenii Lomariensis, olim Primarii Sacræ Theologiæ Professoris: Opusculum singularia universæ ferè Theologiæ Moralis complectens, adversus quorumdam expostulationes, contra nonnullas Jesuitarum opiniones Morales*, Typis recusus, non solùm die 5. Aprilis 1666. à Congregatione tunc existentium S. R. E. Cardinalium Indici Librorum prohibitorum, & expurgandorum præposita, sed etiam die 12. Septembris 1675. à Congregatione ejusdem S. R. E. Cardinalium in tota Republica Christiana contra hæreticam pravitatem Generalium Inquisitorum à S. Sede Apostolica specialiter deputatorum iteratò prohibitus fuerit; & nihilominus nonnulli propriæ salutis immemores Librum eumdem legere, & retinere damnabili lectione, usu, & praxi præsumant. Nos, quibus gregis sui curam commisit Altissimus, periculis animarum, quæ ex usu, & praxi perniciosæ doctrinæ dicto Libro traditæ infici, & in æternæ salutis detrimentum adduci possent, Pastorali charitate occurrere cupientes; motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine Librum prædictum sub utroque supra expresso, aliove quocumque titulo, nomine & idiomate, sive in prædictis, sive in aliis quibusve locis hactenus typis impressum, ac etiam manu descriptum, & quandocumque (quod absit) imprimendum, & describendum tenore Præsentium damnamus, reprobamus & denuò prohibemus, ac pro damnato, reprobato haberi volumus, illiusque impressionem, descriptionem, lectionem, retentionem, & usum omnibus, & singulis Christi Fidelibus, etiam specificâ, & individuâ mentione & expressione dignis, sub pœna Excommunicationis per contrafacientes ipso facto absque alia declaratione incurrenda, à qua nemo à quoquam, præterquam à Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, nisi in mortis articulo constitutus, absolutionis beneficium valeat obtinere omnino interdicimus. Porro quicumque librum hujusmodi penes se habuerint, illum statim atque præsentium litterarum notitia ad eos pervenerit, locorum Ordinariis, vel hæreticæ pravitatis Inquisitoribus tradere, atque consignare teneantur; hi verò exemplaria sibi sic tradita illicò flammis aboleri curent; in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Ut autem eædem præsentes litteræ ad omnium notitiam faciliùs perducantur, nec quisquam illarum ignorantiam allegare possit. Volumus, & Auctoritate Apostolicâ decernimus, ut illæ ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, ac Cancellariæ Apostolicæ, & in Acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex Cursoribus nostris, ut moris est, publicentur, illarumque exempla ibidem affixa relinquantur: Sic autem publicatæ omnes, & singulos quos concernunt, perinde afficiant, ac si unicuique illorum personaliter notificatæ, & intimatæ fuissent. Utque ipsarum Præsentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis & sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides, tam in judicio, quàm extra illud ubique illorum habeatur, quæ eisdem Præsentibus haberetur, si exhibitæ forent, vel ostensæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 16. Septembris 1680. Pontificatûs nostri anno quarto.

J. G. SLUSIUS.

Die 25. Septembris 1680. supradictæ Litteræ Apostolicæ, &c.

Hoc monumentum extat in libro, cui titulus: *Recueil historique* in Bibliotheca sorbonica, arm. 11. r. 1. p. n. 12.

Anno Domini 1680.

LIber *de causis majoribus ad caput Concordatorum, de Causis*, qui à Joanne *Gerbais* Sorbonico Doctore Parisiis, anno 1679. in lucem editus fuerat Romanorum Inquisitorum censuram non fugit, ut patet ex Decreto ab ipsis lato die 18. Decembris. Veruntamen in cœtu Gallia

cani Cleri, an. 1661 Parisiis congregati laudatus fuit eâ conditione, si quædam reprehensione digna in secunda editione corrigerentur; ut in verbali processu fertur.

Anno Domini 1681.

David auctor Scripti de Canonicis Judiciis Episcoporum, Gallico sermone inscripti: *Des Jugemens Canoniques des Evêques*, apud Antistites Gallicani Cleri Parisiis congregatos in crimen vocatus est, propterea quod Episcoporum causas in primo congressu ad Tribunal Pontificis deferri vellet (ut accusatores Davidi imponebant) nec, sine auctoritate Rom. Pontificis quidquam ab Episcopis in Concilio congregatis definiri posse, Romanumque Pontificem in dijudicandis etiam quæstionibus facti infallibilem esse. Hæc consectaria sibi imposita David negat in confessione sua quam scripto tradidit, qua de re verbalis processus illorum Comitiorum Gallicani cœtûs legatur, & nova editio Commentariorum Gallicani Cleri, tom. 1. pag. 700.

Anno Domini 1682.

Die quintâ Decembris à Romanis Censoribus improbata fuit hæc Propositio: *Scientiâ ex confessione acquisitâ uti licet, modò fiat sine directâ, aut indirectâ revelatione & gravamine pœnitentis, nisi aliud multò graviùs ex non usu sequatur: in cujus comparatione prius meritò contemnatur.* Decretum hac de re sequitur.

Feriâ quartâ die 18. Novemb 1682.

In Congregatione, &c.

Præviâ maturâ consultatione D D. Consultorum, facta fuit discussio sequentis Propositionis. *Scientiâ ex Confessione acquisitâ uti licet, modò fiat sine directâ, aut indirectâ revelatione, & gravamine pœnitentis, nisi aliud multò graviùs ex non usu sequatur: in cujus comparatione priùs meritò contemnatur.* Additâ deinde explicatione, sive limitatione, quod sit intelligenda de usu scientiæ ex Confessione acquisitæ cum gravamine pœnitentis, seclusâ quâcumque revelatione, atque in casu, quo multò graviùs gravamen ejusdem pœnitentis ex non usu sequeretur; & statuerunt dictam Propositionem, quatenus admittit usum dictæ scientiæ cum gravamine pœnitentis, omnino prohibendam esse, etiam cum dicta explicatione, sive limitatione, & præsenti Decreto prohibent (ne quis ultra audeat talem Doctrinam publicè, aut privatim docere, aut defendere sub pœnis arbitrio Sacræ Congregationis infligendis. Mandantes etiam universis Sacramenti pœnitentiæ Ministris, ut ab ea in praxim deducenda prorsus abstineant.

Franciscus Riccardus S. Romanæ & Universalis Inquisitionis Not.

Die quintâ Decembris 1682 supradictum Decretum affixum, &c.

Hoc monumentum extat in Collectione historica monumentorum ad errores, post Tridentinum Concilium reprobatos pertinentium, & apud Dominicum *Viva* in sua Trutinâ damnatarum Thesium. In tertia parte, pag. 181. In Bibliotheca Sorbonica, arm. 11. r. 1. p.n. 12.

Anno Domini 1685.

Sacræ indicis Congregationis Decreto, prohibiti, ac respectivè suspensi fuerunt infra scripti libri ubicumque, & quocumque idiomate impressi, imprimendive.

Pentalogus Diaphoricus, sive quinque differentiarum rationes, ex quibus verum judicatur de dilatione absolutionis ad mentem gemini Ecclesiæ solis SS. Augustini & Thomæ oblatus ad examen Sanctissimo D. N. Innocentio XI.

P. Card. de *Alteriis* Præf.

Die 17. Aprilis 1685. supradictum decretum affixum, &c.

Anno Domini 1685.

Die 8. Augusti: *Ex Decreto Romanorum Inquisitorum prohibitus est libellus sic inscriptus:* Theses Theologicæ, id est, articuli Theologorum Lovaniensium exhibiti Illustrissimo & Reverendissimo Domino Archiepiscopo Mechliniensi, causâ concordiæ ineundæ, cum RR. Patribus Societatis Jesu & aliis, quas præside exi-

mio Viro Domino & Magistro nostro, *Gummaro Huigens* Lyrano Sacræ Theologiæ Doctore in Academia Lovaniensi, defendit Joannes *Beauver* Gemblacensis, in Collegio Adriani VI. Pontificis, die 12. Julii, anno 1685. Lovanii.

Feriâ quartâ die octavâ Augusti 1685.

Sacra Congregatio Eminentissimorum & Reverendissimorum DD. S R. E. Cardinalium in tota Republica Christiana contra hæreticam pravitatem Generalium Inquisitorum habita in Conventu S. Mariæ super Minervam, post examen Theologorum specialiter ad hoc Deputatorum præsenti Decreto declarat Libellum cujus inscriptio, seu titulus est: *Theses Theologicæ, id est, Articuli Theologorum Lovaniensium exhibiti Illustrissimo & Reverendissimo Domino Archiepiscopo Mechliniensi, causâ Concordiæ ineundæ cum Reverendis Patribus Societatis Jesu, & aliis. Quas, Præside eximio Viro Domino & Magistro nostro* Gummaro Huigens *Lyrano Sacræ Theologiæ Doctore in Academia Lovaniensi, defendet Joannes* Beauvet Gemblacensis *in Collegio Adriani VI. Pontificis die 12. Julii 1685. Lovanii typis Guilielmi* Striichvant, *sub Aurea Lampade*, esse prohibendum, sicut Decreto eodem prohibet ubicumque, & quocumque idiomate, aut versione impressum & imprimendum; ita ut nemo cujuscumque sit statûs & conditionis, eum ullo modo imprimere, vel imprimi facere audeat, sub quocumque prætextu; neque impressum apud se retinere, aut legere licitè valeat; sed ipsum Ordinariis locorum, aut hæreticæ pravitatis Inquisitoribus statim, & cum effectu tradere & consignare teneatur, sub pœnis in indice Librorum prohibitorum contentis.

Alexand. *Speronus*, S. Rom. & Universalis Inquisitionis Not.

Die 13. Augusti 1685. supradictum Decretum, &c.

Anno Domini 1686.

Junio mense in Collegio Divionis apud Patres Societatis Jesu, *Theses Theologicæ de peccatis editæ sunt, in quibus sic fertur (peccatum Philosophicum, seu Morale, est actus humanus disconveniens naturæ rationali & rectæ rationi, Theologicum vero & mortale: est transgressio libera legis Divinæ, Philosophicum quantumvis grave in illo qui Deum vel ignorat, vel de Deo actu non cogitat, est grave peccatum, sed non est offensa Dei: neque peccatum mortale dissolvens amicitiam Dei, neque æternâ pœnâ dignum) ad calcem: (has Theses Deo duce, & auspice Deiparâ, propugnabit Stephanus* Bougot in Aula majore Collegii Divionodrani Societatis Jesu die ... Junii 1686.) D. *Derex* Soc. Jesu his Thesibus à se compositis præsidebat. Paulò post Lovanii apud Theologos ejusdem sodalitàtis alter Professor in publicis Thesibus, anno 1638. mense Decembri, sic etiam posuit (quamvis existentia Dei etiam populariter sit demonstrabilis, non modò tamen non est propriè per se nota quoad nos; sed etiam fieri potest, ut ab homine ordinariis tantùm Divinæ gratiæ auxiliis prævento ignoretur tantisper inculpate. Eripiant hoc nobis si possunt, assertum Philosophici in Burgundiam usque persecutores peccati. Sed non poterunt.) Illam distinctionem Philosophici peccati, quæ offensa Dei non sit Alexander Papa VIII. reprobavit an. 1690. die 24. Augusti; tum Gallicanus Clerus in generalibus Comitiis, anno 1700. Sed observavi eamdem sententiam commutatis verbis, traditam fuisse à Roberto *Holkot* Ord. FF. Prædic. ut videre licet in prima parte hujus voluminis, pag. 340.

Circa prædictam Thesim mentem suam aperuit Professor Divionens, ut patet sequenti epistola.

Lettre du Professeur de Dijon sur la Thése du Peché Philosophique.

J'Ay appris avec une extrême étonnement, & avec le sentiment de douleur que je devois, en lisant l'Ecrit intitulé, *Nouvelle Heresie, &c.* qu'à l'occasion d'une Thése que j'avois fait soûtenir dans le College de Dijon le jour de Juin 1685. sur la matiere des pechés, quelques personnes ont excité un scandale parmi les Fidelles, & ne me rendent pas coupable moi seul, mais toute notre Compagnie avec moi, comme si de l'aveu des Superieurs, & selon les principes fondamentaux de notre Theologie, j'avois enseigné qu'une grande partie des crimes qui se commettent, soit par les Chrêtiens, soit par les Infidèles, ne sont point des offenses de Dieu, & ne meritent sa haine ni la peine éternelle. Et comme j'apprens que l'on doit bientôt faire paroître une Apologie au nom de la Compagnie contre une si injuste accusation, j'ai crû qu'a-

fin de contribuer ce qui est en moi pour la défense de tout le Corps, & pour ma justification particuliere, je devois publiquement déclarer ce qui suit.

I.

La These dans laquelle j'ay dit que le Peché Philosophique n'est point une offense de Dieu, qu'il ne merite point sa haine ni les peines éternelles; Cette These, dis-je, est à la verité conçuë en des termes, qui contre mon intention, en peuvent faire deux Propositions entierement differentes; l'une absoluë, qui est qu'il se commet en effet des Pechés purement Philosophiques par toutes les personnes qui ne connoissent pas Dieu, ou qui ne pensent pas actuellement à lui; & l'autre hypotetique, qui dit simplement ce que seroit ou ne seroit pas le Peche Philosophique, eû egard à la seule notion des termes, supposé qu'il s'en commit quelqu'un, mais sans affirmer qu'il s'en commette effectivement. Quant à cette premiere Proposition absoluë, non-seulement Dieu m'est témoin que jamais rien ne fut plus éloigné de ma pensée; mais encore les Ecrits de Theologie que j'ai dictés publiquement sur ce sujet, en font foi. Car outre que les Argumens dont je me suis servi pour prouver ma These, ne concluent que par forme d'hypotése, j'ai condamné & refuté très-expressement au même endroit la Proposition absoluë, avec toutes les consequences odieuses que l'on en tire contre moi: Et j'ai souvent declaré en termes formels, que l'ignorance & l'inadvertance qui rendroit le Peché purement Philosophique, étoit une chose moralement impossible, soit parmy les Chrêtiens, soit parmi les Infidéles: ce que j'ai pris à tâche de montrer par des preuves fondées sur l'autorité & sur la raison. Et c'est encore pour cela que j'ai averti deux & trois fois, que mon assertion parloit d'une chose qui n'arrive jamais, & qui ne peut pas même arriver; tant s'en faut que j'aye fait du Peché Philosophique une chose commune & ordinaire, ainsi que l'on m'impose faussement, & sans sujet.

Quant à la proposition prise comme une simple hypotese, qui dit précisement ce que seroit ou ne seroit pas le Peché Philosophique, s'il y en avoit, je ne l'ai pas enseignee comme un sentiment particulier à notre Compagnie, mais comme une doctrine publiquement reçûë dans les écoles, à laquelle je n'ai nullement pretendu donner plus de credit que ne lui en peuvent attirer l'autorité ou les raisons des Docteurs qui l'ont approuvée.

II.

C'est pourquoi quelque jugement que des Theologiens, ou d'autres puissent porter de ma These, je declare en second lieu, que cela ne peut me regarder en particulier, ni la Compagnie non plus. Car si quelques-uns prenant cette These comme une proposition absoluë, la traitent d'heretique & d'impie, ils ne condamneront rien que je n'aye moi-même condamné & refuté le premier il y a longtems. Que si l'on estimoit que ma proposition prise comme une pure hypotése meritât le nom d'heresie; en ce cas là ni moi ni la Compagnie n'y aurions pas plus d'interêt que d'autres Theologiens qui ont tenu cette opinion: & je me mettrois peu en peine de la défendre, ne l'ayant soutenuë qu'entant qu'il m'a paru qu'elle etoit reçuë dans l'Eglise, ou au moins qu'elle n'y étoit pas condamnée.

François *Musnier*, J.

Hæc duo monumenta extant in Bibliotheca Sorbonica arm. 11. r. 1. p. n. 12.

Anno Domini 1687.

Die 1. Martii homiliarum S. Chrysostomi Gallica interpretatio Romæ improbata fuit, propterea quod Græca vocabula de duabus naturis Christi, perinde quasi duas personas significarent, perperam interpretabatur novus interpres. Eodem anno quatuor Magistri è Parisiensi Facultate Theologiæ, scilicet Edmundus *Pirot*, du *Saussoy*, Robertus *Guichard* & Guillelmus de *Lestoch*, censuerunt in manuscriptis codicibus Magistri *Gilbert*, Regii Professoris Theologiæ in Duacensi Academia *de Auxiliis* Divinæ gratiæ doctrinam *Jansenii* Yprensis apertè tradi. Idem scriptum ab Atrebatensi Episcopo reprobatum fuit, die 13. Augusti ejusdem anni.

Malebranchius è Congregatione Gallicana Presbyterorum Oratorii, in sua disquisitione veritatis Gallico sermone inscripta; *Recherche de la verité*, tum in suis meditationibus docet omnia quæcumque cognoscimus in ipso verbo Dei, cujus universa lux omnes mentes afficit à nobis proximè intelligi, quam sententiam S. Augustino attribuit. Sed eam perverse

versè interpretatur. Vide S. Thomam, 1. parte q. 84. a. 5. Præterea Malabranchius contendit naturali ratione, non nisi de intimis permotionibus animi nos certiores fieri: de rebus autem externis ad corpora pertinentibus, aut per conjecturam ex sensibus acceptam, aut per fidem, sive humanam, sive Divinam. Inter Græcos Philosophos Cyrenaïci olim ita dicebant, quorum opinionem Cicero refert lib. Academicarum quæstionum; cæterùm Malabranchius temerarias opiniones Cartesii sequitur.

Anno Domini 1687.

Die 3. Septembris in Generali Congregatione S. Romanæ & Universalis Inquisitionis coram Innocentio Papa XI. & ipsius jussu octo & sexaginta Propositiones Michaëlis de *Molinos* Presbyteri reprobatæ sunt

Feriâ quintâ die 28. Augusti 1687.

In Congregatione Generali, &c.

AD abolendam perniciosissimæ hæresis pravitatem, quæ in plerisque mundi partibus, non sine maximo animarum discrimine invaluit, rigor debet Apostolicus excitari, ut Pontificiæ Sollicitudinis authoritate & providentiâ, Hæreticorum protervia in ipsis suæ falsitatis conatibus elidatur, & Catholicæ veritatis lumen in Ecclesia Sancta resplendens; eam utique demonstret ab omni execratione falsorum dogmatum expiatam. Cùm igitur compertum fuerit quemdam Michaëlem de *Molinos* perditionis filium, prava dogmata, tum verbo, tum scriptis passim docuisse, & in praxim deduxisse, quæ in prætextu orationis Quietis contra doctrinam & usum à SS. Patribus ab ipsis Ecclesiæ nascentis primordiis receptum, Fideles à vera Religione & à Christianæ pietatis puritate, in maximos errores, & turpissima quæque inducebant. Sanctissimus Dominus noster, Innocentius Papa XI. cui cordi est, ut Fidelium animæ sibi ex alto Commissæ, purgatis pravarum opinionum erroribus, ad optatum salutis portum tutò pervenire possint, pro re tam gravi auditis pluries coram se Eminentissimis & Reverendissimis DD. Cardinalibus in tota Republica Christiana Generalibus Inquisitoribus, ac pluribus in sacra Theologia Magistris, eorumque suffragiis, tum voce, tum scripto susceptis, maturéque perpensis, imploratâ etiam Sancti Spiritûs assistentiâ, ad damnationem infra scriptarum Propositionum ejusdem Michaëlis de *Molinos*, à quo fuerunt pro suis recognitæ, & de quibus Propositionibus tanquam à se dictatis, scriptis, communicatis, & creditis, ipse convictus, & respectivè confessus est, devenire, ut infra decrevit.

(Sequuntur 68. Propositiones.)

I.

Oportet hominem suas potentias annihilare. Et hæc est via interna.

II.

Velle operari activè, est Deum offendere, qui vult esse ipse solus agens; & ideò opus est se ipsum in Deo totum & totaliter derelinquere, & postea permanere velut corpus exanime.

III.

Vota de aliquo faciendo sunt perfectionis impeditiva.

IV.

Activitas naturalis est gratiæ inimica; impeditque Dei operationes & veram perfectionem, quia Deus operari vult in nobis sine nobis.

V.

Nihil operando anima se annihilat, & ad suum principium redit, & ad suam originem, quæ est essentia Dei, in qua transformata remanet: ac divinizata, & Deus tunc in se ipso remanet; quia tunc non sunt ampliùs duæ res unitæ, sed una tantùm, & hâc ratione Deus vivit & regnat in nobis, & anima se ipsam annihilat in esse operativo.

VI.

Via interna est illa, in qua non cognoscitur nec lumen, nec amor, nec resignatio; & non oportet Deum cognoscere; & hoc modo rectè proceditur.

VII.

Non debet anima cogitare, nec de præmio, nec de punitione, nec de Paradiso, nec de Inferno, nec de morte, nec de æternitate.

VIII.

Non debet velle scire, an gradiatur cum voluntate Dei, an cum eadem voluntate resignata maneat, nec ne, nec opus est, ut velit cognoscere suum statum, nec proprium nihil; sed debet ut corpus exanime manere.

IX.

Non debet anima reminisci nec sui, nec Dei, nec cujuscumque rei; & in via interna omnis reflexio est nociva, etiam reflexio ad suas humanas actiones, & ad proprios defectus.

X.

Si propriis defectibus alios scandalizet, non est necessarium reflectere, dummodò non adsit voluntas scandalizandi, & ad proprios defectus non posse reflectere, gratia Dei est.

XI.

Ad dubia quæ occurrunt, an rectè procedatur, nec ne, non opus est reflectere.

XII.

Qui suum liberum arbitrium Deo donavit, de nulla re debet curam habere, nec de Inferno, nec de Paradiso; nec debet desiderium habere propriæ perfectionis, nec virtutem, nec propriæ sanctitatis, nec propriæ salutis cujus spem purgare debet.

XIII.

Resignato Deo libero arbitrio, eidem Deo relinquenda est cogitatio & cura de omni re nostra, & relinquere, ut faciat in nobis sine nobis suam Divinam voluntatem.

XIV.

Qui Divinæ voluntati resignatus est, non convenit, ut à Deo rem aliquam petat; quia petere est imperfectio, cùm sit actus propriæ voluntatis & electionis, & est velle quod Divina voluntas nostræ conformetur, & non quod nostra Divinæ. Et illud Evangelii Petite & accipietis, *non est dictum à Christo pro Animabus Internis, quæ nolunt habere voluntatem. Immò hujusmodi animæ eò perveniunt, ut non possint à Deo rem aliqnam petere.*

XV.

Sicut non debent à Deo rem aliquam petere; ita nec illi ob rem aliquam gratias agere debent, quia utrumque est actus propriæ voluntatis.

XVI.

Non convenit Indulgentias quærere pro pœna propriis peccatis debita; quia melius est Divinæ Justitiæ satisfacere, quam Divinam Misericordiam quærere; quoniam illud ex puro Dei amore procedit; & istud ab amore nostri interessato, nec est res Deo grata, nec meritoria, quia est velle Crucem fugere.

XVII.

Tradito Deo libero arbitrio, & eidem relictà curà, & cognitione Animæ nostræ, non est ampliùs habenda ratio tentationum, nec erit alia resistentia fieri debet, nisi negativa, nullà adhibità industrià; & si natura commovetur, oportet sinere ut commoveatur, quia est natura.

XVIII.

Qui in Oratione utitur Imaginibus, figuris, speciebus, & propriis conceptibus, non adorat Deum in spiritu & veritate.

XIX.

Qui amat Deum eo modo, quo ratio argumentatur, aut intellectus comprehendit, non amat verum Deum.

XX.

Asserere, quod in Oratione opus est sibi per discursum auxilium ferre, & per cogitationes, quando Deus animam non alloquitur, ignorantia est; Deus nunquam loquitur; ejus locutio est operatio, & semper in anima operatur, quando hæc suis discursibus, cogitationibus & operationibus eum non impedit.

XXI.

In Oratione opus est manere in fide obscura & universali cum quiete & oblivione cujuscumque cogitationis particularis, ac distinctæ Attributorum Dei, ac Trinitatis, & sic in Dei præsentia manere ad illum adorandum, & amandum; eique inserviendum, sed absque productione actuum; quia Deus in his sibi non complacet.

XXII.

Cognitio hæc per fidem, non est actus à creatura productus, sed est cognitio à Deo creaturæ tradita, quam creatura se habere non cognoscit, nec postea cognoscit illam se habuisse; & idem dicitur de amore.

XXIII.

Mystici, cum S. Bernardo in Scala Claustralium, distinguunt quatuor Gradus, Lec-

cionem, Meditationem, Orationem & Contemplationem infusam. Qui semper in primo sistit, nunquam ad secundum pertransit. Qui semper in secundo persistit, nunquam ad tertium pervenit, qui est nostra contemplatio acquisita, in qua per totam vitam persistendum est, dummodò Deus animam non trahat absque eo quod ipsa id expectet ad contemplationem infusam, & hâc cessante, anima regredi debet ad tertium gradum, & in ipso permanere; absque eo quòd ampliùs redeat ad secundum, aut primum

XXIV.

Qualescunque cogitationes in Oratione occurrent, etiam impuræ, etiam contra Deum, Sanctos, fidem & Sacramenta, si voluntariè non nutriantur, nec voluntariè expellantur, sed cum indifferentia & resignatione tolerentur, non impediunt Orationem Fidei; immò eam perfectiorem efficiunt; quia anima tunc magis Divinæ voluntati resignata remanet.

XXV.

Etiamsi superveniat somnus, & dormiatur, nihilominus fit oratio, & contemplatio actualis; quia oratio & resignatio, resignatio & oratio idem sunt, & dum resignatio perdurat, & oratio.

XXVI.

Tres illæ viæ, Purgativa, Illuminativa & Unitiva, sunt absurdum maximum quod dictum fuerit in Mystica; cùm non sit nisi unica via scilicet via interna.

XXVII.

Qui desiderat, & amplectitur devotionem sensibilem, non desiderat, nec quærit Deum, sed se ipsum, & malè agit, cùm eam desiderat, & eam habere conatur, qui per viam internam incedit, tam in locis sacris quàm in diebus solemnibus.

XXVIII.

Tædium rerum spiritualium bonum est, siquidem per illud purgatur amor proprius.

XXIX.

Dum anima interna fastidit discursus de Deo, & virtutes, & frigida remanet nullum in se ipsa sentiens fervorem, bonum signum est.

XXX.

Totum sensibile, quod experimur in vita spirituali, est abominabile, spurcum & immundum.

XXXI.

Nullus meditativus veras virtutes exercet internas, quæ non debent à sensibus cognosci. Opus est amittere virtutes.

XXXII.

Nec ante, nec post communionem alia requiritur præparatio, aut gratiarum actio (pro istis animabus internis) quàm permanentia in solita resignatione passiva; quia modo perfectiore supplet omnes actus virtutum, qui fieri possunt, & fiunt in via ordinaria. Et si hâc occasione communionis insurgunt motus humiliationis, petitionis, aut gratiarum actionis, reprimendi sunt, quoties non dignoscatur, eos esse ex impulsu speciali Dei; aliàs sunt impulsus naturæ nondum mortuæ.

XXXIII.

Malè agit anima, quæ procedit per hanc viam internam, si in diebus solemnibus vult aliquo conatu particulari excitare in se devotum aliquem sensum; quoniam animæ internæ omnes dies sunt æquales, omnes festivi. Et idem dicitur de locis sacris, quia hujusmodi animabus omnia loca æqualia sunt.

XXXIV.

Verbis & linguâ gratias agere Deo non est pro animabus internis, quæ in silentio manere debent, nullum Deo impedimentum opponendo, quod operetur in illis: & quo magis Deo se resignant experiuntur se non posse Orationem Dominicam, seu Pater noster *recitare.*

XXXV.

Non convenit animabus hujus viæ internæ quod faciunt operationes, etiam virtuosas, ex propria electione & activitate, aliàs non essent mortuæ: nec debent elicere actus amoris erga B. Virginem, Sanctos, aut Humanitatem Christi; quia cùm ista objecta sensibilia sint, talis est amor erga illa.

XXXVI.

Nulla creatura, nec B. Virgo, nec Sancti sedere debent in nostro corde; quia solus Deus vult illud occupare & possidere.

XXXVII.

In occasione tentationum, etiam furiosarum non debet anima elicere actus explicitos virtutum oppositarum; sed debet in supradicto amore, & resignatione permanere.

XXXVIII.

Crux voluntaria mortificationum pondus grave est & infructuosum; ideòque dimittenda.

XXXIX.

Sanctiora operæ, & pœnitentiæ, quas peregerunt Sancti, non sufficiunt ad removendam ab anima vel unicam adhæsionem.

XL.

B. Virgo nullum unquam opus exteriùs peregit, & tamen fuit Sanctis omnibus sanctior: igitur ad Sanctitatem perveniri potest absque opere exteriori.

XLI.

Deus permittit & vult, ad nos humiliandos, & ad veram transformationem perducendos, quod in aliquibus animabus perfectis, etiam non arreptitiis, Dæmon violentiam inferat eorum corporibus, easque actus carnales committere faciat, etiam in vigilia, & sine mentis offuscatione, movendo phisicè illorum manus, & alia membra contra earum voluntatem. Et idem dicitur quoad alios actus per se peccaminosos, in quo casu non sunt peccata; quia in iis non adest consensus.

XLII.

Potest dari casus, quod hujusmodi violentiæ ad actus carnales contingant eodem tempore ex parte duarum personarum, scilicet maris & fœminæ, & ex parte utriusque sequatur actus.

XLIII.

Deus præteritis sæculis Sanctos efficiebat Tyrannorum ministerio; nunc vero eos efficit Sanctos ministerio Dæmonum, qui causando in eis prædictas violentias, facit ut illi seipsos magis despiciant, atque annihilent, & se Deo resignent.

XLIV.

Job blasphemavit: & tamen non peccavit labiis suis; quia fuit ex Dæmonis violentia.

XLV.

Sanctus Paulus hujusmodi Dæmonis violentias in suo corpore passus est; unde scripsit: Non quod volo bonum, hoc ago; sed quod nolo malum, hoc facio.

XLVI.

Hujusmodi violentiæ sunt medium magis proportionatum ad annihilandam animam; & ad eam ad veram transformationem, & unionem perducendam; nec alia superest via. Et hæc est via facilior & tutior.

XLVII.

Cùm hujusmodi violentiæ occurrunt, sinere, oportet, ut Satanas operetur, nullam adhibendo industriam, nullumque proprium conatum, sed permanere debet homo in suo nihilo, & etiamsi sequantur pollutiones, & actus obscæni propriis manibus, & etiam pejora, non opus est se ipsum inquietare; sed foras emittendi sunt scrupuli, dubia & timores; quia anima fit magis illuminata, magis roborata, magisque candida, & acquiritur sancta libertas. Et præ omnibus non opus est hæc confiteri, & sanctissimè fit non confitendo, quia hoc pacto superatur Dæmon, & acquiritur thesaurus pacis.

XLVIII.

Satanas, qui hujusmodi violentias infert, suadet deinde gravia esse delicta, ut anima se inquietet, ne in Via Interna ulteriùs progrediatur, unde ad ejus vires enervandas meliùs est ea non confiteri, quia non sunt peccata, nec etiam venialia.

XLIX.

Job ex violentia Dæmonis se propriis manibus polluebat, eodem tempore, quo mundas habebat ad Deum preces (*sic interpretando locum ex cap. 16. Job.*)

L.

David, Hieremias, & multi ex Sanctis Prophetis hujusmodi violentias patiebantur harum impurarum operationum externarum.

LI.

In Sacra Scriptura multa sunt exempla violentiarum ad actus externos peccaminosos. Uti illud de Samsone, qui per violentiam se ipsum occidit cum Philistæis, conjugium iniit cum alienigena, & cum Dalila meretrice fornicatus est, quæ aliàs erant prohibita, & peccata fuissent. De Judittæ, quæ Holopherni mentita fuit. De Elisæo, qui pueris maledixit. De Elia qui combussit Duces cum turmis Regis Achab. An verò fuerit violentia, immediatè à Deo peracta, vel Dæmonum ministerio, ut in aliis Animabus contingit, in dubio relinquitur.

LII.

Cùm hujusmodi violentiæ, etiam impuræ, absque

absque mentis offuscatione accidunt, tunc Anima Deo potest uniri, & de facto semper magis unitur.

LIII.

Ad cognoscendum in praxi, an aliqua operatio in aliis personis fuerit violentata, regula quam de hoc habeo, nedum sunt protestationes Animarum illarum, quæ protestantur se dictis violentiis non consensisse, aut jurare non posse, quod in iis consenserint, & videre, quod sint animæ quæ proficiunt in via interna: sed regulam sumere à lumine quodam actuali, cognitione humanà ac Theologicà superiore, quod me certò cognoscere facit cum interna certitudine, quòd talis operatio est violentia: & certus sum quòd lumen à Deo procedit, quia ad me pervenit conjunctum cum certitudine, quod à Deo proveniat, & mihi nec umbram dubii relinquit in contrarium, eo modo quo interdum contingit, quod Deus aliquid revelando, eodem tempore animam certam reddit, quod ipse sit qui revelat, & anima in contrarium non potest dubitare.

LIV.

Spirituales vitæ ordinariæ in hora mortis se delusos invenient, & confusos, cum omnibus passionibus in alio mundo purgandis.

LV.

Per hanc viam internam pervenitur, etsi multa cum sufferentia, ad purgandas & extinguendas omnes passiones, ita quod nihil ampliùs sentitur, nihil, nihil; nec ulla sentitur inquietudo, sicut corpus mortuum, nec anima se ampliùs commoveri sinit.

LVI.

Duæ leges, & duæ cupiditates, animæ una, & amoris proprii altera, tamdiu perdurant, quandiu perdurat amor proprius; unde quando hic purgatus est, & mortuus, uti fit per Viam Internam, non adsunt ampliùs illæ duæ leges, & duæ cupiditates, nec ulteriùs lapsus aliquis incurritur, nec aliquid sentitur ampliùs, ne quidem veniale peccatum.

LVII.

Per contemplationem acquisitam pervenitur ad statum non faciendi ampliùs peccata, nec mortalia, nec venialia.

LVIII.

Ad hujusmodi statum pervenitur non reflectendo ampliùs ad proprias operationes; quia defectus ex reflexione oriuntur.

LIX.

Via Interna sejuncta est à Confessione, à Confessariis, & à casibus conscientiæ, à Theologia, & à Philosophia.

LX.

Animabus provectis quæ reflectionibus mori incipiunt, & eò etiam perveniunt, ut sint mortuæ, Deus Confessionem aliquando efficit impossibilem, & supplet ipse tantà gratià præservante, quantam in Sacramento reciperent; & ideo hujusmodi animabus non est bonum in tali casu ad Sacramentum Pœnitentiæ accedere; quia id, est illis impossibile.

LXI.

Anima, cùm ad mortem mysticam pervenit, non potest ampliùs aliud velle, quàm quod Deus vult, quia non habet ampliùs voluntatem, & Deus illi eam abstulit.

LXII.

Per Viam Internam pervenitur ad continuum statum immobilem in pace imperturbabili.

LXIII.

Per Viam Internam pervenitur etiam ad mortem sensuum; quin immò signum quòd quis in statu nihilitatis maneat, id est, mortis mysticæ, est si sensus exteriores non repræsentent ampliùs res sensibiles, ac si non essent, quia non perveniunt ad faciendum, quod intellectus ad eas applicet.

LXIV.

Theologus minorem dispositionem habet, quam homo rudis, ad statum contemplativi. 1°. Quia non habet Fidem adeo puram. 2°. Quia non est adeo humilis. 3°. Quia non adeo curat propriam salutem. 4°. Quia caput refertum habet phantasmatibus, speciebus, opinionibus, & speculationibus, & non potest in illum ingredi verum lumen.

LXV.

Præpositis obediendum est in exteriore, & latitudo voti obedientiæ Religiosorum tantummodò exteriùs pertingit. In interiore verò aliter res se habet, quò solus Deus, & Director intrant.

LXVI.

Risu digna est nova quædam doctrina in Ecclesia Dei, quod anima, quoad internum, gubernari debeat ab Episcopo: quod si Episcopus non sit capax, anima ipsum cum suo Directore adeat. Novam dico doctriam, quia

nec Sacra Scriptura, nec Concilia, nec Canones, nec Bullæ, nec Sancti, nec Autores eam unquam tradiderunt, nec tradere ipsi possunt, quia Ecclesia non judicat de occultis, & anima ejus habet facultatem eligendi quemcumque sibi visum fuerit.

LXVII.

Dicere quod internum manifestandum est exteriori Tribunali Præpositorum, & quod peccatum sit id non facere, est manifesta deceptio; quia Ecclesia non judicat de occultis, & propriis animabus præjudicant his deceptionibus & simulationibus.

LXVIII.

In mundo non est facultas, nec jurisdictio ad præcipiendum, ut manifestentur Epistolæ Directoris quoad internum animæ; & ideo opus est animadvertere, quod hoc est insultus Satanæ, &c.

Quas quidem Propositiones tanquam hæreticas, suspectas, erroneas, scandalosas, blasphemas, piarum aurium offensivas, temerarias, Christianæ disciplinæ relaxativas, & eversivas & seditiosas, respectivè, ac quæcumque super iis verbo, scripto, vel typis emissa, damnat, circumscribit, & abolet, deque iisdem & similibus omnibus, & singulis posthac quoquo pacto loquendi, scribendi, disputandi, easque credendi, tenendi, docendi, aut in praxim reducendi, facultatem quibuscumque interdicit. Qui secùs fecerit, ipsos omnibus dignitatibus, gradibus, honoribus, beneficiis & officiis ipso facto perpetuò privat & inhabiles ad quæcumque decernit, vinculo etiam anathematis eo ipso innodat, à quo nullus Romano Pontifice inferior valeat ipsos (excepto mortis articulo) absolvere.

Præterea Sanctitas Sua prohibet, ac damnat omnes Libros, omniaque Opera quocumque loco, & idiomate impressa, necnon omnia manuscripta ejusdem Michaëlis de *Molinos*, veratque ne quis cujuscumque gradûs, conditionis, vel statûs, etiam speciali notâ dignus, audeat sub quovis prætextu, quolibet pariter idiomate, sive sub eisdem verbis, sive sub æqualibus, aut æquipollentibus, sive absque nomine, seu ficto, aut alieno nomine ea imprimere, vel imprimi facere, neque impressa, seu manuscripta legere, vel apud se retinere, sed Ordinariis locorum, aut hæreticæ pravitatis Inquisitoribus statim tradere, & consignare teneatur, sub iisdem pœnis superiùs inflictis; qui Ordinarii, & Inquisitores statim ea igne comburant, & comburi faciant.

Alexander *Speronus*, S. Romanæ & Universalis Inquisitionis Notarius.

Die 3. Septemb. 1687. Supradict. Decretum affixum & publicatum, &c.

Anno Domini 1687.

Bulla Innocentii XI. Papæ contra Errores Michaëlis de Molinos.

Innocentius Episcopus, Servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

CÆlestis Pastor Christus Dominus, ut jacentem in tenebris mundum variisque gentium erroribus involutum à potestate Diaboli, sub qua miserè post lapsum primi nostri parentis tenebatur, suâ ineffabili miseratione liberaret, carnem sumere, & in ligno Crucis, chirographo nostræ Redemptionis affixo, in testimonium suæ in nos charitatis se se hostiam viventem Deo pro nobis offerre dignatus est: mox rediturus in Cœlum Ecclesiam Catholicam Sponsam suam, tanquam novam Civitatem Sanctam Jerusalem descendentem de Cœlo, non habentem rugam neque maculam, unam sanctamque in terris relinquens, armis potentiæ suæ contra portas Inferni circumvallatam, Petro Apostolorum Principi & Successoribus ejus regendam tradidit; ut doctrinam ab ipsius ore haustam sartam, tectamque custodirent, ne oves, pretioso suo Sanguine redemptæ pravarum opinionum pabulo in antiquos errores inciderent: quòd præcipuè B. Petro mandasse nos Sacræ Litteræ docent. Cui enim Apostolorum, nisi Petro, dixit: *Pasce oves meas:* & rursùs. *Ego rogavi pro te ut non deficiat fides tua; & tu aliquando conversus confirma fratres tuos?* Quare nobis qui non nostris meritis, sed inscrutabili Dei Omnipotentis consilio in ejusdem Petri Cathedra pari potestate sedemus, semper fixum in animo fuit ut Populus Christianus eam sectaretur fidem quæ à Christo Domino per Apostolos suos perpetuâ, & nunquam interruptâ

traditione prædicata fuit, quamque ipse usque ad sæculi consummationem permansuram esse promisit.

Cùm igitur ad Apostolatum nostrum relatum fuisset quemdam Michaëlem de *Molinos* prava dogmata, tum verbo, tum scripto docuisse, & in praxim deduxisse, quæ prætextu Orationis Quietis, contra doctrinam & usum à SS. Patribus ab ipsis nascentis Ecclesiæ primordiis receptum, Fideles à vera Religione, & à Christianæ pietatis puritate in maximos errores & turpissima quæque inducebant. Nos, cui cordi semper fuit ut Fidelium animæ nobis ex alto commissæ, purgatis pravarum opinionum erroribus, ad optatum salutis portum tutò pervenire possent, legitimis præcedentibus judiciis prædictum Michaëlem de *Molinos* mancipari carceribus mandavimus; deinde coram nobis & Venerab. Fratr. nostris S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana Generalibus Inquisitoribus Apostolicâ Auctoritate specialiter deputatis, audiris pluribus in Sacra Theologia Magistris, eorumque suffragiis, tum voce, tum scripto susceptis, maturéque perpensis, imploratâ etiam Spiritûs Sancti assistentiâ, cum prædictorum Fratrum nostrorum unanimi voto ad damnationem infra scriptarum Propositionum ejusdem Michaëlis de *Molinos*, à quo fuerant pro suis recognitæ, & de quibus Propositionibus, tanquam à se dictatis, scriptis, communicatis, & creditis ipse convictus, & respectivè confessus fuerat, ut latiùs in processu & Decreto de mandato nostro lato die 28. Augusti præsentis anni 1687. devenire, ut infra decrevimus.

PROPOSITIONES.

1. *Oportet hominem suas potentias annihilare, &c.*

Quas quidem Propositiones tanquam hæreticas, suspectas, erroneas, scandalosas, blasphemas, piarum aurium offensivas, temerarias, Christianæ disciplinæ relaxativas & eversivas, & seditiosas respectivè, ac quæcunque super iis verbo, scripto, vel typis emissa, pariter cum voto eorumdem Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium & Inquisitorum Generalium damnavimus, circumscripsimus, & abolevimus, deque eisdem & similibus omnibus & singulis posthac quoquomodo loquendi, scribendi, disputandi, easque credendi, tenendi, docendi, aut in praxim reducendi facultatem quibuscùmque interdiximus; & contrafacientes omnibus dignitatibus, gradibus, honoribus, beneficiis & officiis ipso facto perpetuò privavimus, & inhabiles ad quæcumque decrevimus, vinculoque etiam anathematis eo ipso innodavimus, à quo nisi à nobis & à Romanis Pontificibus Successoribus nostris valeant absolvi. Præterea eodem nostro Decreto prohibuimus & damnavimus omnes Libros, omniaque Opera quocumque loco, & idiomate impressa, nec non omnia Manuscripta ejusdem Michaëlis de *Molinos*, vetuimusque ne quis cujuscumque gradûs, conditionis, vel statûs, etiam speciali notâ dignus, audeat sub quovis prætextu; quolibet pariter idiomate, sive sub iisdem verbis, sive sub æqualibus, aut æquipollentibus, sive absque nomine, seu ficto, aut alieno nomine, ea imprimere, vel imprimi facere, neque impressa, seu manuscripta legere, vel apud se retinere; sed Ordinariis locorum, aut hæreticæ pravitatis Inquisitoribus statim tradere & consignare teneatur sub eisdem pœnis superiùs inflictis; qui Ordinarii & Inquisitores statim ea igni comburant, & comburi faciant.

Tandem ut prædictus Michaël de *Molinos* ob hæreses, errores, & turpia facta prædicta debitis pœnis in aliorum exemplum & ipsius emendationem plecteretur, lecto in eadem nostra Congregatione, toto processu, & auditis dilectis filiis Consultoribus nostri Sanctæ Inquisitionis Officii, in Sacra Theologia, & in Jure Pontificio Magistris, cum eorumdem Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium unanimi voto, dictum Michaëlem de *Molinos*, tanquam reum convictum respectivè, & uti hæreticum formalem, licet pœnitentem, in pœnam arcti & perpetui carceris, & ad peragendas alias pœnitentias salutares, præviâ tamen abjuratione de formali per ipsum emittenda, servato Juris ordine damnavimus, mandantes ut die & horâ præfigendis in Ecclesia Sanctæ Mariæ supra Minervam hujus almæ Urbis, præsentibus omnibus Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, & Romanæ Curiæ nostræ Prælatis, universoque populo ad id etiam per concessionem Indulgentiarum convocando, ex alto tenor Processûs, stante in suggesto eodem Michaële de *Molinos*; unà cum sententia inde se-

eruta legeretur. Et postquam idem de *Molinos* habitu pœnitentiæ indutus prædictos errores & hæreses publicè abjurasset, dedimus facultatem Dilecto Filio nostri S. Officii Commissario, ut eum à censuris quibus innodatus erat, in forma Ecclesiæ consueta absolveret: quæ omnia in executionem dictæ nostræ Ordinationis die 3. Septembris labentis solemniter adimpleta sunt.

Et licèt supra narratum Decretum de Mandato nostro latum ad majorem Fidelium cautelam typis editum publicis locis affixum & divulgatum fuerit; nihilominus, ne hujus Apostolicæ damnationis memoria futuris temporibus deleri possit, utque populus Christianus Catholicâ veritate instructior per viam salutis incedere valeat, Prædecessorum nostrorum summorum Pontificum vestigiis inhærentes, hâc nostrâ perpetuò valiturâ Constitutione supradictum Decretum denuò approbamus, confirmamus, & debitæ executioni tradi mandamus; iterùm supradictas Propositiones definitivè damnantes & reprobantes, Librosque & Manuscripta ejusdem Michaëlis de *Molinos* prohibentes & interdicentes sub eisdem pœnis & censuris contra transgressores latis & inflictis.

Decernentes insuper præsentes Litteras semper & perpetuò validas & efficaces existere & fore; suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere; sicque per quoscumque Judices Ordinarios & Delegatos, quâvis auctoritate fungentes & functuros ubique judicari & definiri debere: sublatâ eis & eorum cuilibet quâvis aliter judicandi & interpretandi facultate & auctoritate, ac irritum & inane quidquid secùs super iis à quocumque, quâvis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Volumus autem ut præsentium transumptis, etiam impressis manu Notarii publici subscriptis & sigillo alicujus personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem fides prorsus adhibeatur, quæ ipsis Originalibus Litteris adhiberetur, si essent exhibitæ vel ostensæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ Approbationis, Confirmationis, damnationis, reprobationis, punitionis, decreti & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac BB. Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, anno Incarnationis Domini 1687. 19. Novembris, Pontificatûs nostri anno 12.

J. F. *Albanus.*

F. Datarius.

Visa de Curia S. de Pilastris.

D. *Ciampinus.*

Registrata in Secretaria Breviarium.

Loco † sigilli.

Anno à Nativitate Domini nostri Jesu Christi 1688. indictione 11. die verò 19. Februarii Pontificatûs autem Sanctissimi in Christo Patris D. N. D. Innocentii Divinâ Providentiâ Papæ XI. anno ejus 12. præsentes Litteræ Apostolicæ affixæ, &c.

Anno Domini 1687.

Vincentius Rigal, Ord. FF. Prædicatorum in sua Sorbonica Thesi, pro ultima Sorbonica, quæ est Prædicatorum die 28. Novembris, quasdam Propositiones doctrinæ Sancti Thomæ & communi sententiæ Thomisticæ scholæ contrarias posuit his verbis, scilicet in prima appendice: (Deus movet voluntatem hominis ad universale objectum voluntatis sub qua generali motione voluntas manet indifferens ad utrumlibet; sed per aliquid determinatur ad unum scilicet per consilium rationis, inquit S. Thomas: nec oportet hoc esse per aliquod agens extrinsecum etiam Divinum,) tum in septima appendice: (gratia efficax duplex: alia ordinaria, extraordinaria altera: prioris efficacitas videtur petenda ex libero hominis consensu, posterioris efficacitas videtur repetenda ex natura ipsius gratiæ. Sed quia inde videtur lædi liberum arbitrium hominis gratiam illam recipientis: quippe qui, ut ait, Concilium Tridentinum, sess. 6. c. 5. illam & abjicere potest, hoc est, illi dissentire etiam in sensu composito, tutiùs illam refundit. *S. Thomas* in abundantiam Divinæ bonitatis) deinde in eadem appendice: (cùm præcognoscat Deus in Decreto efficaci quo voluntatem humanam condidit quid actura esset, si hæc illi, vel illa auxilia conferrentur; & aliunde omnia in manu sua habeat boni operis subsidia ea confert

quibus

quibus prævidet voluntatem infallibiliter quidem, sed liberè consensuram.) Prior Conventûs & Collegii S. Jacobi Parisiensis, Ord. FF. Prædic. & Doctores, ac Professores in sacra Facultate Parisiensi, Patresque à consiliis dicti Conventûs coram Domino Syndico, sacræ Facultatis Parisiensis contestati sunt illa dicta F. *Vincentii Rigal* S. Thomæ sententiis contraria esse & *Vincentium Rigal*, compulerunt ut istas Theses retractaret quod docili animo *Rigalius* præstitit, ut patet ex ipsis monumentis exscriptis in Gallico libro: *Notaire Apostolique*, pag. 857.

Anno Domini 1690.

Die 2. Januarii Duacensis Academia censoriam notam inussit cuidam Libello *Quesnellii*, sic inscripto. *Apologie historique des deux Censures de Louvain & de Douay, sur les matieres de la Grace.*

Anno Domini 1690.

Decretum contra peccatum Philosophicum.

Feriâ quintâ die 24. Augusti

In Congregatione Generali S. Romanæ & Universalis Inquisitionis, &c.

Sanctissimus D. N. Alexander Papa VIII non sine magno animi sui mœrore audivit duas Theses, seu Propositiones, unam denuò, & in majorem Fidelium perniciem suscitari; alteram de novo erumpere. Et cùm sui Pastoralis officii munus sit, oves sibi creditas à noxiis pascuis avertere, & ad salutaria semper dirigere, dictarum Thesium, sive Propositionum examen pluribus in sacra Theologia Magistris, & deinde Eminentissimis & Reverendissimis DD. Cardinalibus contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus sedulò commisit, qui pluries & maturè discussis infra scriptis Thesibus, seu Propositionibus, super unaquaque ipsarum sua suffragia Sanctitati Suæ sigillatim exposuerunt.

I.

Bonitas objectiva consistit in convenientia objecti cum natura rationali: Formalis vero in conformitate actûs cum regula morum. Ad hoc sufficit, ut actus moralis tendat in finem ultimum interpretativè: *Hinc homo non tenetur amare, neque in principio, neque in decursu vitæ suæ moralis.*

II.

Peccatum Philosophicum, seu morale, est actus humanus disconveniens naturæ rationali & rectæ rationi. Theologicum verò, & morrale, est transgressio libera Divinæ Legis. Philosophicum, quantumvis grave, in illo qui Deum vel ignorat, vel de Deo actu non cogitat, est grave peccatum, sed non est offensa Dei, neque peccatum mortale dissolvens amicitiam Dei, neque æternâ pœnâ dignum.

Quibus peractis, Sanctissimus, omnibus plenè & maturè consideratis, primam Thesim, seu Propositionem declaravit hæreticam, & uti talem damnandam & prohibendam esse, sicuti damnat & prohibet sub Censuris & pœnis contra Hæreticos & eorum fautores in jure expressis. Secundam Thesim, seu Propositionem declaravit, scandalosam, temerariam, piarum aurium offensivam, & erroneam, & uti talem damnandam & prohibendam esse, sicuti damnat & prohibet, ita ut quicumque illam docuerit, defenderit, ediderit, aut de ea disputaverit publicè, seu privatim nisi forsan impugnando, ipso facto incidat in excommunicationem, à qua non possit (prærerquam in articulo mortis) ab alio, quâcumque eriam dignitate fulgente, nisi à pro tempore existente Romanu Pontifice absolvi.

Insuper districtè in virtute sanctæ obedientiæ, & sub interminatione Divini Judicii prohibet omnibus Christi Fidelibus, cujuscumque conditionis, dignitatis, ac statûs, etiam speciali & specialissimâ notâ dignis, ne prædictam Thesim, seu Propositionem, ad praxim deducant.

Alexander *Speronus* S. Romanæ & Universalis Inquisitionis Notarius.

Die 24. Augusti 1690. Supradictum Decretum affixum, &c.

Hoc monumentum extat in libro cui titulus est, *Recueil historique* in Bibliotheca Sorbonica arm. 11. r. 1. p. n. 12.



Anno Domini 1690.

AVIS DOCTRINAL

Des Professeurs en Theologie des Maisons de Sorbonne & de Navarre,

Touchant plusieurs Propositions avancées par quelques Theologiens de Doüay.

Monseigneur l'Archevêque de Paris, Duc & Pair de France, Commandeur des Ordres du Roi, Proviseur de Sorbonne, & Superieur de Navarre, Nous a mis en main de la part du Roi vingt-une Propositions, dont quelques-unes sont Françoises & les autres Latines, sept Theses, avec un Jugement sur toutes en particulier, inseré au bout de chacune, & terminé par un petit Epilogue; avec cela quelques fragmens des Lettres écrites à l'occasion de ce Jugement ou explication des sept Theses.

Ce Prelat nous a même communiqué en original les Lettres entieres dont ces extraits étoient pris, pour nous faire reconnoître sûrement par la lecture que nous en ferions, dans quel esprit quelques Theologiens avoient approuvés ces sept Theses, & conclu le Jugement qu'ils en portent dans les termes dont ils s'y sont servis; & il nous a marqué que Sa Majesté desiroit que Nous declarassions, s'il y avoit en tout cela, de la maniere qu'il est ici dans la suite decrit mot à mot, quelque chose qui renouvellât l'erreur condamnée par les Papes Innocent X. & Alexandre VII. dans la Constitution qu'ils ont faite contre les 5. Propositions de *Jansenius.*

PROPOSITIONS.

I.

La liberté d'indifference dans la nature corrompuë n'est qu'une chimere & une Invention humaine, & le reste d'une Philosophie Pelagienne.

II.

Sans la Grace efficace non-seulement nous ne faisons rien de bien, mais encore nous ne pouvons rien faire; & c'est être Demy Pelagien que de penser le contraire.

III.

Quant à la Grace suffisante, je vous dirai ouvertement ma pensée. Je suis persuadé qu'une personne sçavante en a porte un Jugement très-juste & très-équitable, quand il a dit que la Grace suffisante des Molinistes est une erreur (moi je la crois une heresie) & que la Grace suffisante des Thomistes est une sottise.

IV.

Nul Infidéle ne peut croire que par la Grace, qui change son cœur, & le fait passer de l'infidelité à la Foi; laquelle Grace il est clair qu'il n'a pas, tant qu'il demeure Infidele.

V.

Je suis entierement persuadé que Monsieur l'Evêque d'Ypre a été condamné par une faction d'une bande Molinienne, & qu'il n'a jamais tenu d'autre doctrine sur la Grace que celle de Saint Augustin, je crois même que nul Pape n'a jamais donne de plus évidentes marques de leur faillibilité, que dans la condamnation de ces cinq Propositions: *In sensu à Jansenio intento.*

VI.

Alexandre VII. par sa Constitution a donné à la doctrine Evangelique de la Grace une blessure dont la playe n'est pas encore bien refermée.

VII.

Dans l'état de la nature corrompuë, il n'y a point, & il ne peut y avoir de grace purement suffisante, qui soit distinguée de la Grace efficace.

VIII.

Personne dans l'état d'infirmité (où nous sommes) ne reçoit aucune Grace suffisante, qui ne soit suivie de l'acte par rapport auquel on l'appelle suffisante.

IX.

Il faut avoüer qu'aucun pecheur ne peut se convertir sans une Grace particuliere ou un secours special, qui fasse passer sa volonté du mal au bien; & il n'a cette sorte de secours que lorsqu'il se convertit effectivement.

X.

Puisqu'il y a des Justes en qui la concu-

piscence n'est pas vaincuë, ni l'ignorance detruite, il faut tomber d'accord que le secours suffisant n'est pas donné à tous les Justes, conformément à ce qu'ont decidé ces deux Facultés (de Doüay & de Louvain) si celebres dans tout l'Univers.

XI.

Il n'est pas moins évident, que la grace qui aide à pouvoir n'est pas donnée à tous : qu'il est evident que tous n'aiment pas la justice. Car le principal & le premier effet de la grace qui aide à pouvoir, est d'inspirer un amour de la justice plus fort que n'est l'amour du plaisir : & sans un tel amour de la justice, l'homme est dans l'impuissance d'accomplir, comme il faut, les Preceptes.

XII.

Comme les endurcis n'ont point de grace suffisante, parce qu'ils n'ont pas celle qui ote la dureté de cœur & l'aveuglement ; de même les Justes n'ont pas aussi tous les secours suffisans, parce qu'ils n'ont pas de grace qui soit victorieuse de leur concupiscence, & qui les delivre de l'ignorance.

XIII.

Il paroît que ce qui trompe les Theologiens modernes, c'est de croire qu'il n'est pas au pouvoir de celui qui veut de ne pas vouloir, à moins qu'il ne puisse ou suspendre l'acte de sa volonté, ou cesser tout-à-fait d'agir.

XIV.

Quand la volonté agiroit toûjours, & qu'elle ne pourroit ni cesser tout-à-fait d'agir ni suspendre son action, cette Proposition conditionnelle ne laisseroit pas d'être vraye : *Si la volonté ne vouloit pas, elle n'agiroit pas, & elle agit parce qu'elle a veut* : ce qui suffit pour dire que l'omission de cet acte est veritablement au pouvoir de la volonté, & qu'elle en est la maitresse.

XV.

Afin donc que l'omission soit en mon pouvoir, il n'est pas besoin que je puisse vouloir ne point agir, c'est assez que je puisse vouloir agir, & que l'action suive mon vouloir.

XVI.

C'est un axiome de ces deux Soleils de l'Eglise (S. Augustin & S. Thomas) que la necessité qui vient d'un penchant naturel, n'empêche point qu'on ne soit libre. Or cette necessité est une certaine determination à quelque chose en particulier, laquelle vient d'un principe interieur, soit que ce soit d'une inclination naturelle, ou acquise, ou infuse.

XVII.

Le pouvoir de meriter pris separément du pouvoir de demeriter, ne demande que la liberté qui consiste à ne pas faire necessairement tel acte en particulier : ce qui subsiste fort bien avec la necessité qui est l'effet d'un penchant naturel. Et de là vient que l'amour des Bienheureux envers Dieu est meritoire de sa nature ; bien plus c'est un acte libre & humain.

XVIII.

La prédétermination speciale qui est necessaire à l'homme dans l'etat d'infirmité où il se trouve, empêche que l'action ne soit au pouvoir de la volonté.

XIX.

Dire que l'*etat de pure nature est impossible*, c'est une Proposition qui ne merite aucune censure ; car il est plus vrai-semblable que Dieu n'a pas pû créer l'homme hors de l'etat de la justice, c'est à-dire, le créer sujet à la concupiscence, & sans la grace originelle qui le reprimât.

XX.

Ce qui se fait contre la Loi est toûjours peché, & ce n'est point une excuse de dire qu'on a agi selon sa conscience. Il ne peut donc y avoir au regard de la Loi naturelle, aucune ignorance invincible qui excuse entierement de peché celui qui agit par ignorance. C'est autre chose de la Loi positive. Telle est la doctrine de S. Augustin & de S. Thomas.

XXI.

Celui qui se croit obligé, sous peine de peché mortel, de faire une action, qui reellement est peché mortel, commet un peché, soit qu'il la fasse, ou qu'il ne la fasse pas. Et il ne faut point dire pour cela qu'il soit dans la perplexité ; car il peut sortir de son erreur, & il y est obligé.



THESES

Dans le sens de Saint Augustin, le Docteur irrefragable de la Grace.

I. These.

Que la Grace efficace ne soit donnée, ni toujours, ni à tous les hommes, on le prouve & par le consentement de tous les Theologiens, & par l'experience journaliere de tant de pecheurs. Que cette Grace soit necessaire, afin que l'homme ait un pouvoir vraïement & proprement dit de faire de bonnes œuvres, de vaincre les tentations, &c. C'est de quoi tombent d'accord tous ceux qui sont instruits dans la tradition de l'Eglise, dans la doctrine de Saint Augustin, & dans celle des autres Saints Peres.

Jugement.

Cette These qui dit que la Grace efficace est necessaire, afin qu'on ait un pouvoir vrayement & proprement dit *de faire de bonnes œuvres, contient la doctrine de Saint Augustin & celle de l'Evangile; l'entendant du pouvoir qui renferme tout ce qui est necessaire pour agir. C'est ainsi que l'entend Saint Augustin, lorsqu'il dit parlant de S. Pierre dans le Livre de la Grace, & du Libre Arbitre:* Il croyoit pouvoir ce qu'il sentoit en lui même qu'il vouloit. *C'est encore ainsi que Jesus-Christ dans l'Evangile de Saint Jean chap.* 15. *a dit:* Vous ne pouvez rien faire, sans moi: *c'est-à dire, si je ne vous fais, & vouloir & agir.*

II. These.

Ainsi ceux qui veulent qu'on admette quelque sorte de grace suffisante pour l'état où nous sommes après la perte de l'innocence originelle, s'eloignent infiniment de la pensée de Saint Augustin, lequel ne reconnoit point d'autre grace dans l'état de la nature avant le peché, que la Grace suffisante: ni d'autre depuis le peché que la grace efficace. Si vous ébranlez le moins du monde ces principes indubitables de Saint Augustin, vous renversez infailliblement tout le systême de sa doctrine celeste.

Jugement.

Cette doctrine est veritablement celle de S. Augustin, qui exclut de l'état de la nature corrompuë la Grace suffisante Molinienne, de laquelle il faut entendre cette seconde These, ainsi qu'il paroît par la troisiéme. C'est de cette Grace que notre Estius *a dit sur le troisiéme chapitre de l'Apocalypse, v.* 20. que la saine doctrine n'en admet point de semblable. *Voyez la Censure de Doüay sur la seconde Assertion.*

III. These.

Mais la Grace suffisante au sens des Thomistes, qu'en faut-il penser? Cette opinion paroît moins mauvaise, parce que si l'on ne cherche pas à se tromper, on voit qu'elle renferme une expression qui exclut la suffisance de la grace, & que d'ailleurs elle est fort propre dans ce tems de nuages & de broüillards, pour cacher les mysteres de la Grace Evangelique. Cependant, comme S. Augustin & les siécles les plus purs de l'Eglise, n'ont connu ni le mot de Grace suffisante, ni la chose exprimée par ce mot, nous croyons avec raison qu'elle doit être rejettée de la sainte Theologie.

Jugement.

Il seroit fort à souhaiter que ce mot de suffisante *n'eût jamais été introduit dans les Ecoles, avec la signification que lui donnent plusieurs Thomistes: parce qu'il est vrai qu'il paroît exprimer autre chose que ce qu'ils prétendent. Car quoiqu'on puisse dire que cette grace est suffisante pour donner un pouvoir plus prochain que n'est le simple pouvoir naturel, neanmoins cette grace toute seule ne suffit point veritablement pour agir. C'est pourquoi notre Censure de Doüay s'explique beaucoup mieux, en disant sur la seconde Assertion, que le secours suffisant est celui après lequel il n'est plus besoin d'aucun autre secours du côté de Dieu, & en prenant ce secours pour la même chose que la Grace efficace. C'est pourquoi l'Auteur de la These a raison de dire que l'idée* de grace suffisante *même au sens que l'entendent les Thomistes, a été inconnuë à Saint Augustin & aux siecles de l'Eglise les plus purs lors qu'il a été question de sauver la liberté de l'homme; où que cette Grace n'y est point necessaire: quoiqu'il faille avouer qu'elle ne blesse point la verité, pourvû qu'on ôte absolument à ce mot de* Grace suffisante *le sens auquel le prennent les Molinistes.*

IV. These.

Le dogme du Peché Philosophique est une plante malheureuse, qui croissoit secrettement depuis long-tems dans les Ecoles

coles de la Morale corrompuë. Aussi-tôt qu'il s'est produit au dehors, il a eté frappé des foudres du Vatican, & diverses erreurs, qui par un enchaînement infaillible se trouvent jointes à ce detestable dogme comme des rejettons à leur racine, ont été exterminées du même coup.

Jugement.

Nous ne croyons pas que cette These puisse être contredite de personne.

V. These.

La Proposition condamnée est celle ci: *Le Peché Philosophique commis par celui qui ne connoit point Dieu, n'est point une offense de Dieu.* On peut donc inferer cette conclusion opposée: *Le Peché Philosophique est une offense de Dieu, même dans celui qui ne connoit pas Dieu.* Je poursuis de la sorte. Si l'on offense Dieu quoiqu'on ne le connoisse point, l'ignorance n'excuse donc pas de peché; & par consequent, après tant de disputes qu'il y a eu là-dessus, c'est aujourd'hui une question decidee par l'Oracle du Souverain Pontife, que nulle ignorance, au moins du Droit naturel, n'excuse de peché.

Jugement.

La doctrine qui établit que nulle ignorance du droit naturel n'excuse de peché, comme en effet elle n'excuse point dans celui qu'on appelle Philosophique, *est une doctrine saine, & qui a été clairement enseignée par saint Augustin, saint Bernard, saint Thomas, & par quantité d'autres anciens Docteurs des plus considerables.*

VI. These.

Mais puisqu'il n'est pas également en notre pouvoir d'éviter ou de ne pas éviter le mal que nous ignorons, comment accommoder cette Censure du peche Philosophique, l'indifference de la volonté, & cette definition prise d'Aristote: *La liberté est une puissance qui consiste à pouvoir agir, & pouvoir ne pas agir, lors même qu'on a tout ce qui est necessaire avant l'action?* Gardez-vous bien d'avoir ici recours à la distinction de *sens divisé*, & de *sens composé*; ou à ce qu'on dit de l'indifference du Jugement. Car ce sont là des vaines défaites inventées mal à propos par quelques nouveaux Theologiens, pour parer aux objections dont les Semipelagiens tâchoient de leur faire peur. C'est pourquoi il nous semble qu'il vaut mieux, & qu'il est plus conforme aux principes de saint Augustin, de nier absolument que depuis le peché d'Adam on ait eu cette sorte de liberté, qui consiste dans une indifference de la volonté à se déterminer pour, ou contre, selon qu'il lui plaît, & dans un pouvoir d'agir, ou de n'agir pas, qui soit degagé de tout empêchement.

Jugement.

Cette These nie que dans l'état où nous sommes il soit besoin, pour être libre, d'avoir cette espèce d'indifference à deux branches, pour agir, ou n'agir pas: ce qui s'entend, comme dit l'Auteur, de celle par laquelle l'ame pourroit également se déterminer au bien & au mal; comme si elle avoit toujours la grace pour en user à sa volonté: Et c'est à bon droit qu'il nie cela, puisqu'il est manifeste que la Grace manque à celui qui ne connoit pas Dieu. Nous ne jugeons pas non plus qu'il soit necessaire d'avoir recours à la distinction ordinaire de sens composé *& de* sens divisé; *ni à ce que l'on dit de l'indifference du jugement: parce que sans tout cela S. Augustin & l'Eglise après lui, a sçu repousser tous les traits de ses ennemis, & concilier parfaitement la liberté avec la grace.*

VII. These.

Vous allez dire aussi-tôt que c'est là assujettir les actions humaines à la necessité. Mais ôtez-nous ces frivoles consequences qui ont été cent fois tirées vainement des cinq Propositions, & dont on s'est moqué autant de fois. A la verité, lors qu'il est question de l'état des Voyageurs où nous sommes, nous rejettons la necessité qui s'appelle de *nature*, & qui excluroit la mutabilité: mais pour toute autre sorte de necessité, rien ne doit empêcher de l'admettre après saint Augustin dans le cinquiéme Livre de la Cité de Dieu, chap. 10. *Que si l'on parle de la necessité selon laquelle on dit qu'il est necessaire qu'une chose soit ce qu'elle est, on qu'elle se fasse de telle & telle sorte je ne sçai pourquoi nous craindrions que cela ne nous ôtât la liberté.* Cette maniere d'accorder la necessité avec la liberté sera desormais embrassée par tous ceux qui auront des sentimens Catholiques, & qui renonceront serieusement à la pernicieuse doctrine du Peché Philosophique.

Jugement.

Autant que cette These témoigne une juste horreur de la necessité de nature *& d'im-*

mutabilité, comme étant contraire au libre arbitre, autant est-elle raisonnable en ce qu'elle dit que tout autre necessité ne le blesse nullement. Telle est la necessité que les Scholastiques appellent d'infaillibilité ou de pure consequence, necessité hypothetique, &c. comme celle qu'admet le Pape Innocent I. dans sa Lettre au Concile de Carthage, lorsqu'il dit: C'est une necessité que nous soyons vainqueurs, lorsque Dieu nous assiste, & vaincus lorsqu'il ne nous assiste pas.

Et partant nous jugeons que ces Theses ainsi entenduës (comme elles le doivent être par tous ceux qui ont la moindre connoissance de la doctrine de saint Augustin) contiennent une doctrine saine, & qui ne merite nulle censure.

Signé, FR. DE LALEU, *Docteur en Theologie & Professeur Royal dans l'Université de Douay le 2. jour de Novembre* 1690.

P. RIVETTE, *Licentié en Theologie & Professeur Royal dans la même Université.*

P. DE LIGNY, *Bachelier en Theologie & Professeur de Philosophie dans la même Université, les mêmes jour & an.*

EXTRAIT DES LETTRES.

DE *Ligny, Lettre du 5. Novembre* 1690.) Je ne sçai si l'explication que nous avons apportée aux Propositions de ladite These, vous satisfera. On auroit parlé avec plus de force; mais les raisons suivantes en ont empêché M. de *Laleu* & M. *Rivette*. La premiere est que M. de *Laleu* & M. *Rivette* ne pouvoient s'expliquer d'une autre façon plus forte, sans donner occasion aux ennemis de la Grace de Jesus Christ, de les accuser de contradiction, pour ne rien dire de plus calomnieux: parce que peu de tems après que M. *Gilbert* fut contraint de se retirer de Doüay par les effets de la rage des Jesuites, ils ont souscrit à un certain écrit où la Grace efficace & suffisante étoient expliquées à la façon des Thomistes.

II.

M. de *Laleu* & M. *Rivette* en enseignant & en s'expliquant dans les Ecoles publiques, ils se servent ordinairement des façons de parler des Thomistes touchant la Grace; & ainsi la malignité des Molinistes n'auroit pas manqué de les faire passer pour des gens qui ont *pendus & pendus*.

III.

Nous avons cru que donnant une telle explication aux Theses en question, nous pouvions davantage concourir à empêcher la censure qu'on en pouvoit faire; étant tout visible qu'il n'y a pas de hardiesse assez temeraire pour censurer des Theses qui ne sont distinguées de la doctrine des Thomistes en rien, sinon que ceux-ci se servent de manieres de parler nouvelles, ineptes, & inconnuës à saint Augustin; & que l'Auteur de ces Theses parle le langage de saint Augustin, & de toute la venerable antiquité.

IV.

Il semble que dans notre explication nous ne sommes gueres éloignés de la façon dont vous parlez vous-même dans votre Dissertation Theologique, & de celle dont se sert M. *Wendrok* dans les notes sur les Epîtres de M. *Montalte*.........

(*De Ligny* 2. *Novembre* 1690.) Pour vous dire ma pensée ouvertement, il est vrai que la doctrine de cette These est très-veritable & très Orthodoxe: mais il me semble qu'elle est assez dure pour ceux qui ne sont accoutumés qu'au langage des Ecoles.....

(*De Laleu* 2. *Novemb.* 1690.) Je serois ravi s'il étoit tems de prendre l'essor & la liberté de parler comme saint Augustin. J'avoüe n'avoir point assez de connoissance des affaires du tems pour en juger. Au reste, prenons garde de prevenir l'heure de Dieu. Le sieur Gilbert avoit aussi cru qu'il étoit tems; mais l'évenement nous fait voir que non.....

(*Rivette* 2. *Novembre* 1690.) Les Jesuites à qui nous sommes tous en vüe comme créatures de M. *Gilbert*, & suspects de tenir ses sentimens, enfin ce qui s'appelle marqués du grand J. ne manqueroient pas de faire tous leurs efforts pour nous perdre.....

(*De Ligny Novembre* 1690.) Car, Monsieur, je vous proteste que ces deux Messieurs de *Laleu* & *Rivette* sont dans tous vos sentimens, & qu'ils ont autant en haine que vous, ces sortes de façons de parler qu'ont apporté les Scholastiques, pour appaiser la fureur de la Societé.....

Eodem an. die 10. Mart. ad refellendos errores cujusdam Matronæ nominatæ *Guyon*, Doctissimus *Bossuetus* Meldensis Episcopus, & Lud. Ant. de *Noailles*, Catalaunensis Episcopus, unà cum Domino *Tronsonio* Generali Præfecto Seminariorum S. *Sulpitii*, quatuor & trigiota effata de mysticis rebus proratis & fixis proposuerunt: quæ in lucem edita sunt Parisiis.

Anno Domini 1695.

Die 14. Novembris adversus acta Sanctorum mensis Martii, Aprilis à quibusdam Theologis Societatis Jesu Antuerpiæ edita, Decretum latum est ab Inquisitoribus Hispaniæ, propterea quod visiones Beati Simonis *Stock* Carmelitæ in dubium revocarentur. Formula Ceosuræ, tum litteræ Leopoldi Imperatoris ad Catholicum Regem datæ hac de re, alterum Decretum Inquisiturum in Hispania, tum aliud Edictum an. 1697. die 11. Junii quo Inquisitores Hispaniæ interdicunt lectione scriptorum ex utraque parte in hoc negotio; interim Romæ Congregatio ad interpretandus Canones Tridentini Concilii delegata prohibuit, ne quis de origine Carmelitarum disputaret, breves etiam Litteras super eodem negotio Papa dedit die 20. Novembris. Sequitur Decretum an. 1698. die 25. Octobris ab Archiepiscopo Valentiæ, Generali Inquisitore, latum adversus illa acta Sanctorum Antuerpiæ edita. Aliud Decretum de indice Cardinalis & Generalis Inquisitoris in Hispania, an. 1715. die 20. Decembris, quo illud interdictum tollitur.

Anno Domini 1696.

Die 14. Jan. Sacra Facultas Duacensis Censorlam notam inussit cuidam libro *Quenellii*, sic inscripto. *Memoires importans, pour servir à l'histoire de la Faculté de Theologie de Doüay.*

Anno Domini 1696.

Die 10 Augusti Documentum Pastorale, ac Edictum Domini D. Ludovici Antooii, Parisieosis Archiepiscopi, adversus Librum Gallico sermone inscriptum: *Exposition de la Foi touchant la Grace & la Predestination*; id est, expositio Catholicæ fidei de Gratia & Prædestinatione. Hujus expositioois Author erat *Barcosius S. Cygirani* Abbas, & Nepos famosi Viri Joannis *Vergier* de *Hauranne*, ejusdem Abbatiæ antea Administratoris Abbatis. Ioter prohibitos Libros idem Libellus, anoo 1697. recensitus fuit à Romanis Censoribus.

Anno Domini 1697.

Epistola Illustriss. & Reverendiss. Ecclesiæ Principum Caroli Mauritii le *Tellier*, Archiep. Ducis Remensis; Ludovici Antonii de *Noailles*, Archiep. Parisiensis; Jacobi-Benigni *Bossuet*, Episcopi Meldensis; Guidonis de *Seve*, Episcopi Atrebatensis, & Henrici Feydeau de *Brou*, Episcopi Ambianensis.

Ad SS. DD. Innocentium PP. XII.

Contra Librum, cui titulus est: Nodus prædestinationis dissolutus, Authore Calestino S. R. E. Presbytero Cardinali Sfondrato *typis mandatum Romæ. An. M. DCXCVI.*

BEATISSIME PATER.

Episcopórum est sine personarum acceptione detegere errores, qui quo altiore loco se attullunt, eo graviore ictu conterendi. Itaque ad Apostulatum vestrum deferre cogimur Propositiones istas. Primam, *quantùm ex parte* [a] *Dei est, omnes dilecti: omnes ad vitam æternam, aut aliquid quod vità æternà melius sit (ut de infantibus baptismo non tinctis postea dicemus) destinati*. Hæc scripta reperimus io libro, cui titulus: *Nodus prædestinationis dissolu-*

[a] P. 1. §. 1. n. 1. p. 14.

tus. Neque enim metuimus, Beatissime Pater, ne, quia Eminentissimum Cælestinum *Sfondratum*, tot egregiis dotibus commendatum ut serviret Ecclesiæ, ad tantam dignitatem provexistis, idcirco illius quoque ignoscatis erratis, quæ ad Ecclesiæ fidem labefactandam pertinerent: Imò verò scimus, Vestram Sanctitatem, ut veritati & Ecclesiæ serviat, nullius nomini parcituram, ac magis peccaturos nos, si necessaria taceamus. Sanè faveamus licet optimi viri memoriæ, ingenio & elegantiæ, tamen obstupuimus ad inauditas voces. Sed cùm Author ad alios nos remittat locos, ubi de infantibus sermo fit ad eam tandem partem legendo devenimus in qua hæc sunt posita: *Parvulos* [b] *quod attinet, qui sine Baptismo decedunt, Cælesti quidem Regno, quasi paternæ culpæ reos, nec expiatos exclusit. Non exclusit tamen naturalibus bonis*, (beatitudine scilicet naturali; quod primùm annotamus:) *& à peccato præservavit; æternoque supplicio, quo si adolescerent, puniendi essent cum sola inquit præservatio à peccato* (quam semper supponit in parvulis originali licet vero magnoque peccato inquinatis) *pluris valeat majorisque pretii sit, quàm Regnum ipsum Cæleste*, quasi majores sit tantùm carere malis, quàm æternâ vitâ, Deoque ipso perfrui, quæ tam absurda, tam vana sunt, ut Christianæ aures ferre non possint.

Quo magis legendo processimus, Beatissime Pater, eò pejora occurrebant: qualia profectò hæc sunt: *in hac parvulorum causa considerandum est, licet Deus ad Cælestem Gloriam eos non admiserit, alio tamen multoque majori beneficio affecisse quod illi ipsi longè Cœlo prætulissent; & nos quoque si electio daretur multò majoris pretii quàm Cælum duceremus.* Unde concludit: *Ergo nulla dolendi, nulla conquerendi, sed magis gaudendi, gratesque agendi causa est*; ut profectò parentibus Christianis parvulos suos amittentibus sine Baptismi gratia, non luctus, ut fit, sed gratulatio indicenda sit: ipsi verò parvuli, tanti licet Sacramenti exsortes, lætis magis vocibus quàm lacrymis prosequendi videantur.

Hæc quidem sufficerent ad condemnationem tam inauditæ novitatis; sin autem responderi volunt Authoris ratiociniis ex parvulorum innocentia, ut vocat, personali repetitis; de his quidem mox viderimus, si Vestra Sanctitas permiserit: rogamus interim, te teste; te judice, Beatissime Pater, & quid in fidei quæstionibus ratiocinia sine scripturis, ac traditione valeant [b] cum Propheta clamet; ad *legem magis & ad testimonium* ad traditionem, ad Patres, ne si tu Theologe quisquis es, aliquid Evangelicæ prædicationi addideris, quâcunque dignitate fulgens quocumque hominum præsidio fretus, sis licet Apostolus, sis licet Angelus; ab alta Petri Sede, tanquam è Cœlo feriaris; ac sermones tui anathema fiant.

Et tamen illa subtilium argumentorum inventa videamus, ipsumque erroris recludamus fontem. *Nempe, inquit, actualibus cum venialibus, tunc etiam mortalibus peccatis subduci*, Regno est potiùs: atque ut verbis clarioribus Authoris utamur; *innocentiæ personalis donum & immunitatis à peccato cautum est, ut ipsi parvuli millies Cœlo carere mallent, quàm vel uno peccato involvi, nullusque Christianorum est, cujus non idem votum esse debeat* quod est vanissimum. Neque enim, si vetuit Apostolus ne *faciamus* [c] *mala ut veniant bona*; ideo prohibere possumus Deum, quominus ex permissis peccatis pro sua excellentissima potestate majora bona eliciat; quàm ea quæ ante peccata futura erant: neque propterea peccatis delectamur; absit; sed eidem Apostolo dicenti credimus: *ubi abundavit* [d] *delictum superabundasse gratiam.* Nempe ex peccatis meminimus tantam gratiæ accessionem factam, ut etiam eorum occasione Christum habeamus. Nec si Petrus è lapsu evasit humilior, ac deinde fortior, atque felicior; ideò liceat nobis peccatum innocentiæ; sed uberiorem post peccatum gratiam minori anteferre, Deique omnia mala vertentis in bonum exsuperantissimam prædicare bonitatem.

De his ergo argutiis, Beatissime Pater, salvâ reverentiâ vestræ Apostolicæ Sanctitatis id meritò dixerimus: *telas, Araneæ texuerunt*, quibus imbecilles animæ caperentur. Neque enim quod peccatum totoanimo horreamus, ideo invidere debemus, aut Deo liberalitatem suam, aut vobis felicitatem nostram: nec prohibere quis possit, quominus cum Ecclesia concinamus lætum illud, ac faustum: *Felix culpa! & ô vere necessarium Adæ peccatum.*

Hæc vera, hæc pia sunt nec ex recentibus novæ pietatis ducta commentis sed ex veris fontibus Christiani Apostolicique *Spiritûs.* [f] Quòd autem toties par-

a Ib. n. 13. p. 48.

b Isaiæ 8. 20.
c Rom. 3. 8.
d Rom. 5. 20.
e Isaiæ 59. 5.
f Nod. diss. §. 1. n. 13. & 13. p. 48. & 120.

vulis immunitas à peccatu ipsaque adeò inuocentia tribuatur, intulcrabile credimus, vanaque erroris excusatio est, quod illa *innocentia* novo atque ambiguu nomine personalis vocatur. Neque enim parvulorum persona innocens est, *ad quam* [a] *peccatum ipsum, quod est mors animæ transit*, ut elt in Arausicano 2. ac pustca in Tridentino Concilio definitum; non inquam persona innocens est; eo quod careat peccatis propriâ voluntate contractis, imò verò peccatrix, quæ sub ira Dei atque in potestate tenebrarum nascitur; quæ exorcismis, exsuflatur; quæ aquâ mundatur valerque omnino illud quod à sanctu Augustino Synodus Tridentina deprompsit, originale peccatum non utique nobis esse extraneum: immò ut *origine* [b] *unum*, ita *propagatione unicuique esse proprium*: nec nisi inhærente & propriâ sanctitate purgandum.

Ejicite ergo, Beatissime Pater, ex Ecclesia Dei cui pari integrirate ac potestate præsidetis, degeneres mollesque sententias, quæ pietatis specie vim ipsam pietatis infringunt, neque enim dissolvit, sed implicat nodus qui humanis affectibus exilibusque argutiis, magis quàm Ecclesiæ traditione ducitur. Nec semel dixisse contentus, eumdem errorem inculcat magnificentioribus verbis: cùm dona collata parvulis sine Christi Sacramento decedentibus, *ad Christi merita, ac* [c] *redemptionem pertinere asserit*, ut hinc quoque vel maximè redempti parvuli censeantur, quod Sacramenti redemptionis expertes, nulla in Redemptoris Regno & corpore parte sint, quo quid absurdiùs, & in Redemptorem ipsum contumeliosius dici possit, nos quidem non videmus. Quo loco idem Author hoc etiam addit: [d] non damnari parvulos: quippe qui propter alienum nec personale peccatum damnari non possint. At quis hæc docuit? Non certè Concilium Lugdunense 2. sub Gregorio Decimo, non Florentinum sub Eugenio Secundo quorum hæc fides est, hæc definitio, *illorum animas qui in actuali mortali peccato, vel cum solo originali decedunt, mox in infernum descendere pœnis tamen disparibus puniendos*. En quò en quibus cum descendant: qui naturâ filii iræ, exosi & inviti, cum cæteris damnatis ad infernum detruduntur: quos tamen Author noster, non *damnari* docet, quasi aliud sit damnari, quàm ad infernum descendere. Insuper, si Deo placet patriæ exilium, favori & gratiæ iram, denique *ipsi Cœlo* infernum anteponit: usque adeo summis ima permiscet.

Quod verò damnari negat, quia pœnâ sensus, hoc est, ab ignis æterni cruciatu, passim immunes habeantur: quid ad nos, qui ea de re non contendimus. [e] Consulant qui voluerint doctissimum Dyonisium Petavium [f]: Consulant imprimis Eminentissimum Henricum *Norisium*, à Vestra Sanctitate insignis doctrinæ merito, Christiano orbe applaudente, ad summa quæque provectum: nos quidem hæc prætermittimus, ac Theologis disputanda relinquimus, quam autem sit immanis error ab inferno, ac damnatione absulvere parvulos sine Christi Sacramento defunctos, Cardinalis Bellarmini verbis malumus quàm nostris dicere: qui quidem ex prædictis aliisque decretis hanc sententiam, ab Ambrosio, licet Catharino aliisque defensam, non modò *falsam, sed etiam hæreticam existimandam esse* concludit: *& contra fide Catholicâ tenendum parvulos sine Baptismo decedentes absolutè esse damnatos, solâ Cœlesti, sed etiam naturali Beatitudine perpetuò carituros; qui nempe sunt, eruntque semper aversi habitualiter à Deo*: Deguntque; ac semper degent in carcere inferno, ex Concilii Lugdunensis œcumenici decretis in Concilio Florentino repetitis: Ecclesiâ Orientali in unam fidem concinenre. Ex his igitur aliisve Decretis, teste Bellarmino, illi parvuli *sub potestate Diaboli in carcere inferno* degunt, *loco*, inquit, *horrido ac tenebricoso*: Quod quid est aliud quàm projici cum damnatis in horrendas illas exteriores tenebras, & ibidem esse sub potestate tenebrarum, quarum id Regnum est.

De affectibus verò illis, quos pios vocant, juvar eumdem Bellarminum audire hæc sanctè & graviter disserentem: *nihil prodesse parvulis jam defunctis misericordiam nostram, & contra nihil eisdem obesse, nostræ sententiæ severitatem: multum autem nobis obesse, si ob inutilem misericordiam ergà defunctos pertinaciter aliquid contra Scripturas, aut Ecclesiam defendamus. Quare non affectum quemdam humanum, quo plerique moveri solent, sed Scripturæ, Conciliorum & Patrum sententiam consulere & sequi debemus.*

Atque abfuisse quidem à Celeberrimo Sfondrato Cardinali hanc pertinaciam facilè cunfidimus: [g] cæterùm tacere non

[a] Conc. Arausic. 11. c. 2. Trid. sess. 5. can. 2.
[b] Ses. 5. c. 3.
[c] Ibid. §. 2. num. 16. p. 164.
[d] §. 1. n. 23. pag. 118. §. 2. n. 16. p. 164.

[e] Tom. 1. Theol. dogm. lib. 9. c. 10. & 11.
[f] Vind. Aug. c. 3. §. 3. à pag. 3. ad 84. Tom. 3. lib. 6. c. 2.
[g] Ibid. §. 2. n. 16. p. 164.

possumus

possumus id, quod de S. Augustino scribit: *Nunquam scilicet Augustinum hoc modo Philosophatum esse, sed in causa parvulorum* non nisi ad occulta Dei judicia provocasse. Hæc ille de S. Augustino, quem in ipso libri titulo suæ sulutionis Authorem prædicabat. Et tamen postea ejusdem doctrinæ diffisus, ac plus tanto Doctore (absit verbo injuria) sibi sapere visus, hæc subdit: *Nec id ad Augustini institutum pertinebat, nec voluit ipse aliis adimere libertatem ea omnia dicendi; quæ deinceps opportuna viderentur, præsertim*, inquit, *adversus Calv. atque Jansen.* quo sanè prætextu ad nova & inaudita quæque prosiliunt. An enim si novi Authores confutandi veniunt, ideo nova quoque dogmata invehi necesse est in Ecclesiam? Nempe hæc, quod parvuli tam luctuoso puniantur exilio; non ad illa tremenda judicia, sed ad Dei gratiam potiorem referri oportet? Quæ profectò, si ad nodum reprobationis parvulorum dissolvendum pertinerent, quo in loco explicando Augustinus totus est; non ab ejus instituto abhorrerent. Sed ille huic modo non aliam solutionem affert, quàm illud Apostuli: *Tu quis es?* Et illud in causa parvulorum toties repetitum: *An non* [a] *habet potestatem figulus luti ex eadem massa*, originis vitiatæ atque damnatæ facere aliud quidem vas in honorem; aliud verò in contumeliam. Neque quidquam aliud in parvulorum, ac in tota prædestinationis causâ, Beatus [b] Augustinus, aut quæsivit, aut prompsit: immò aliud quærentibus, id apertè significat, cui non ista sufficiant, ut quærat doctiores; sed caveat ne inveniat præsumptores. Neque minus alienum est à Beati Doctoris sensu, quod illud sapientiæ: *raptus est* [c] *ne malitia mutaret intellectum ejus*, transfertur ad parvulos. Illud enim de justis, ne à sua justitia recederent esse prolatum; & locus ipse clamat & B. Augustinus, aliique Orthodoxi omnes uno ore consentiunt. Ad gratiam autem pertinere quod sine Baptismo rapiantur infantes in infernum carcerem devolvendi, tanquam eis subtracto Baptismo potior obventura sit felicitas & gratia; non ip.e Catharinus, non ipsi Pelagiani ausi sunt asserere: qui cum iisdem parvulis, aut vitam æternam, aut naturalem assignent Beatitudinem; non tamen eam qualemcumque, aut vitam æternam, aut felicitatem Regno præferendam putant.

Causa autem errandi hæc fuit quod tanti nodi dissolutor nequidem naturam, ac vim peccati originalis aguovit, atque etiam ex S. Augustino prubare nititur, parvulis in præsente vita cruciatis esse aliquid, [d] *bonæ compensationis quod in æterna vita reservet Deus: quoniam quamquam nihil boni fecerint, tamen nec peccaverint aliquid*, quam quidem sententiam idem Cardinalis à B. Augustino in epistola ad Hieronymum retractatum fatetur, *non quidem* [e] *ut erroneam & falsam, sed tamen ut minus firmam validamque*, hæc quidem Sfondratus Cardinalis asseruit: nec legere voluit in eadem epistola, nullam iisdem parvulis, *compensationem cogitandam quibus insuper damnatio præparata est: Eamque esse robustissimam, ac fundatissimam Ecclesiæ fidem.* De fide ergo est illa damnatio, quæ licet Augustino teste omnium mitissima, non tamen proinde Sanctitati & æternæ felicitati anteferenda sit: neque ullum præsidium in illa est Epistola ad Hieronymum quam Author dissoluti nodi tantâ confidentiâ proferebat.

Idem alibi scripsit: *Fatendum quia nunquam* [f] *parvulis ante Baptismum sublatis Deus vitam æternam voluit; istos ad alium finem classemque providentiæ pertinere.* Quo loco perspicuum est, eumdem Authorem totius humani generis primævæ institutionis oblitum. Quis enim Christianus negat universam, Adæ sobolem in eo ad æternam vitam fuisse ordinatam? Non ergo parvuli, *ad alium finem, aut ad aliam classem providentiæ* revocandi sunt: sed planè ad communem creaturæ rationalis ordinem redigendi: ut nec sine Sacramento Redemptoris, vitam æternam, ad quam instituti erant, recuperare possint, nec ejus jacturâ sine certâ & justâ damnatione mulctari.

Hæc quidem sunt, quæ attinent ad parvulorum statum: pluribus supersedemus, quibus quippe animus est ea promere, quæ magis ad exponendum, quam ad refellendum errorem necessaria videantur. Nunc ad alterum caput pergimus; nec veremur, ne parenti optimo atque sanctissimo tædio simus, cui res maximas ejus Apostolico judicio decidendas, summa cum animi demissione subjicimus.

Altera ergo propositio sic habet: *ut demus* (Brasilienses, aliosque) *ita ignorasse*

[a] Rom. 9. 16.
[b] Lib. de Spir: u & Littera c. 35.
[c] Nod. diss. 1 §. 1. n. 23. p. 120. Sap. 10. 11. Lib. de prædest. Sanc. c. 14.

[d] Nod. diss. 1. p. §. 1. n. 25. p. 118. S. Aug. lib. 3. de lib. arb. c. 23. n. 68.
[e] Epist. 166. alias 28. c. 7.
[f] Nod. dissert. 1. p. §. 1. n. 13. p. 48.

(Deum hoc est invincibiliter) *id quoque magna*[a] *beneficii & gratiæ pars est*, quæ quidem, Beatissime Pater; liceat enim nobis in optimi parentis sinum intimos animi nostri sensus deponere: non sine maximo dolore referimus. Sed sunt quæ magis doleant, nempe sequentia, quibus ista muniuntur: *Cùm enim*, inquit, *peccatum sit essentialiter offensio & injuria Dei sublatâ Dei cognitione, necessariò sequitur, nec injuriam, nec peccatum, nec* æternam pœnam esse: reddique *impeccabiles* atque ab æterna pœna prorsus immunes, etiam parricidas, hospitum necatores, ac portenta libidinum consectantes; quos Deus tantâ gratiâ, hoc est, cæcitate mentis, summâque sui ignoratione donaverit. Quod quid est aliud quàm peccatum Philosophicum ab Alexandro VIII. felicis recordationis antecessore vestro tantâ perspicuitate damnatum: Hæc nempe ad Sinenses solatia deferebant, quibus excæcatæ gentis, ac de parentum suorum sapientiâ immensùm gloriantis, superbiam demulcerent. Horum ergo gratiâ quærebatur: *an Infideles præcepta naturalia transgredientes, pœnas æternas mereantur: & negabant aliqui, quia ignorantiâ Dei & Legislatoris à tam gravi pœna excusantur.*[b] Sic enim blandiebantur Sinensibus: at Sacræ Congregationis authoritate consultores rescribebant; procul dubio *damnari* eos, idque pœnis æternis, de quibus quæstio instituta erat, nec illam turpissimam ignorationis Dei excusationem admittebant.

Alexander verò VIII. recentissimo Edicto, die 24. Augusti 1690. decernebat hoc *temerarium, piarum aurium offensivum, atque erroneum*, si dicatur, *peccatum Philosophicum quantumvis grave, in eo qui Deum vel ignorat, vel de Deo actu non cogitat esse grave peccatum, sed non esse offensam Dei, neque peccatum mortale dissolvens amicitiam Dei, neque æternâ pœnâ dignum.* Quo decreto nihil sublevati sumus, si ab ipsa urbe, à tantæ dignitatis viro portentosa Doctrina non tantùm ad Sinenses, sed etiam ad omnes Reipublicæ Christianæ Provincias diffundatur. Sic enim duo invalescerent; primùm ut essent omninò impeccabiles, qui summè & invictè, siquidem id fieri posset, ignorarent Deum: alterum, ut ea ignorantia ad gratiam, non autem ad peccati gravissimam pœnam pertineret. Quæ duo ab errore defendi non possunt, neque enim fieri potest: ut Innocens Deo sit qui extinctâ licet cognitione Dei, rectæ rationis & conscientiæ lucem à Deo exorientem spernit. Neque item fieri potest ut non sit contumeliosus in Deum, qui rectæ rationi, cujus Deus Author & vindex est, infert injuriam. De pœnarum verò per hanc ignorantiam sublatâ æternitate quod sentiunt, non advertunt, pœnarum æternitas à qua radice profluat. Nempe ut ait S. Gregorius Magnus Antecessor vester, *vellent* mali *sine fine vivere* ut possent sine fine *peccare*,[c] quippe qui felicitatem, ac finem ultimum in prava delectatione designnt, neque verò quisquam est, qui non æternùm esse velit id, quo se Beatum putat. Inest ergo cuicumque mortali peccato quædam concupiscentiæ æternitas, atque, ut ita dicam, immensitas, cui profectò Deum totâ sua infinitate atque æternitate, ac sanctitate adversari necesse sit. Ergo mortale quodcumque peccatum, contra legem etiam naturalem, habet aliquid quod æternam iram provocet, unde quocumque peccato rectam rationem læseris, exurgit ille ultricis conscientiæ stimulus, ille *vermis* interior qui teste Christo *non moritur*,[d] cujus adeo immortale virus, morsus indefessus: quod supplicii genus qui extinguendum putat Evangelio contradicit. Vermem autem illum profectò comitatur sempiternus ignis, à quo si impios illos exemeris, erit non modò parvulis, verùm etiam adultis Deum nescientibus à sempiterno igne seclusus assignandus locus, nec in sinistra erunt perditi ac scelerati, qui Deum nesciunt, ejusque ignoratione mulctati, nec à præteritis peccatis expedire se possunt, & in nova proruunt. Non ergo impeccabiles, qui legem naturalem, quam sciunt, non impunè contemnunt; nec si vel maximè sint impeccabiles, id beneficii loco consequentur. Etsi enim gratia est, non posse peccare in bona voluntate firmatos; non proinde gratia, sed peccati esset pœna gravissima peccare non posse, eo quod ignorarent Deum; quo nihil est miseriùs & æternæ damnationi propiùs.

Hoc autem supplicamus, Beatissime Pater, ut perpendatis voces: *Ergo cum hac ignorantia impeccabiles redderentur, alioquin certissimè peccaturi si agnoscerent, sequitur hoc ipsum beneficium esse, juxta illud Apostoli*: meliùs *enim erat illis non ag-*

[a] Nod. diss. p. 6. a. n. 11. p. 152.
[b] Consil. & resp. anni 1674. q. 24. apud illustriss. Navarre. in tract. 7. p. 503.
[c] Lib. 34. Moral. c. 16.
[d] Marci 9. 43.

noscere viam justitiæ, quam post agnitionem retrorsùm converti ab eo, quod illis traditum est, sancto mandato. Hoc nempe superérat ad erroris cumulum, ut quia lege Dei & gratiâ perversi & ingrati abutimur, subtractio legis & gratiæ, non pœnæ, quod semper Ecclesiæ visum est, sed gratiæ & beneficio imputetur.

Quæ mala inde proveniunt, Beatissime Pater; quod Scripturas Divinas velut versatiles ad arbitrium flectant, quod cæcis affectibus & inanibus ratiunculis delectati, Patribus non auscultent, malintque comminisci falsa, quàm tantis viris docendos se tradere. Quare nisi claro certoque judicio ab Ecclesia Dei propulsetis, omnia collabascant: Romam, quod Deus avertat, suis favere, non modo adversarii, verùm etiam pii Saltem infirmi conclament, ac lascivia ingeniorum magis incitata, quàm compressa esse videatur.

Sed hoc à vestris temporibus procul abesse & vestri Pontificatûs claritudo & ab ore vestro per totam Ecclesiam pervulgatæ voces docent. Itaque supplicamus, ut post illas præcipuas Propositiones, hanc quoque Sanctitas Vestra dispiciat, *post [a] promulgatum Evangelium, an fides explicita in Christum omnino necessaria sit, disputant Theologi: si tamen admittamus necessariam esse dicendum est.* Quæ à Christianorum scholis longè abigenda sunt, ne sub dubio relinquatur, an sine Christi nomine credito & invocato salvus esse quis possit; dicente Domino, *qui credit in illum non judicatur*, medio justificationis invento, *qui autem non credit*, [b] jam judicatus est: relictus ipse sibi nulloque novo judicio, propriâ & præcedente iniquitate mersus.

Postremò, Pater Sanctissime, quod ad universi libri pertineat scopum, illud vel maximè Apostolicæ Sedi, quàm Beatus illustras, insinuandum putamus, ne Vestra sinat Sanctitas definitionem prædestinationis infringi eam, quàm vester Augustinus tradidit ut nempe sit *præscientia & præparatio beneficiorum Dei, quibus certissimè liberantur quicumque liberantur.* Hanc enim *definitionem prædestinationis* omnibus gentibus prædicandam Idem Augustinus iterum iterumque commendat. [c] *Hac præparatione Beneficiorum Dei* fieri confitetur, ut omnes prædestinati singulari & gratuitâ dilectione serventur, qui fons Christianæ humilitatis ac pietatis est. Hujus prædestinationis veritatem *semper fuisse in Ecclesiæ fide, ac de ea neminem unquam nisi errando disputare potuisse*; & idem Augustinus affirmat, & sanctis Pontificibus Cælestino & Hormisda pronuntiantibus, Ecclesia Romana suscepit: & nostro quoque sæculo Cardinalis Bellarminus, *non ad opinionem sed ad Ecclesiæ Catholicæ fidem pertinere* [d] asserit. Quam tamen Catholicam veritatem nodi dissolutor tacet, atque hujus prædestinationis definitionem immutat: Supponit aliam S. Augustino ignotam, quæ vim singularis atque gratuitæ dilectionis, ac beneficiorum præparationis obscuret. Quamvis enim eam non semel agnoscit, sic tamen rem involvit dictis, ut nihil magis vereri videatur, quam ne electos majori quam reprobos beneficio affectos esse constet: Quod nec Molinæ Sectatores inficiati sunt. Sic Ecclesiæ Romanæ de singulari & gratuita dilectione Electorum, aut omnino quatitur, aut saltem vacillat fides, quæ si Authoris verbis affirmare nitimur; huc nempe totus liber transferendus fuit, neque plura memoramus; cum ea à vobis perpensa & annotata; vestra egregia ad vicinos Belgas decreta demonstrent; nobis certè sufficit ad vestrum Apostolatum detulisse ea quæ veritatem læderent, ac Patrum laudare sententias; quas majore gratiâ de Petri Cathedra prædicatis.

Plures Episcopi subscripsissent, nisi pauci sufficerent, ut ne ambitiosiùs quàm modestiùs agere videremur. Cæterùm meminimus à S. Innocentio I. non modò synodicas, sed etiam quoque Episcoporum Litteras, paterno animo esse susceptas; atque ab Innocentio XII. paria expectari oportere, tanti Pontificis æquitas, ac paterna benignitas facilè persuadet, subscripsimus.

Beatissime Pater Sanctitatis Vestræ obsequentissimi, ac devotissimi servi, ac filii

Carolus Mauritius, Arch. Dux Remensis.

† *Ludovicus-Antonius, Arch. Parisiensis.*

† *J. Benignus Episcopus Meldensis.*

† *Guido, Episcopus Attrebatensis.*

† *Henricus, Episcopus Ambianensis.*

Parisiis VII. Kalendas Martii

[a] Nod. diss. c. 2. p. 169. n. 19.
[b] Joan. 3. 18.
[c] Lib. de dono persev. c. 14. 17. 19. 21. 25.

[d] Lib. 1. de gratia & libero arbitrio, c. 11. nod. diss. 2. p. §. 1. n. 13. p. 48. Ibid. pag. 106. 107. 108. 109. &c.

Et hæc erat inscriptio: *Sanctissimo DD. Nostro Innocentio Papæ XII.*

Breve Innocentii XII. ad eosdem Archiepiscopos & Episcopos.

INNOCENTIUS PAPA XII.

VEnerabiles Fratres, Salutem & Apostolicam Benedictionem. Litteras vestras VII. Kalendas Martii proximè præteriti ad nos datas, grato animo accepimus, ex iis enim vigilem ac sacerdotalem zelum, quo sacros Antistites in partem sollicitudinis nostræ vocatos flagrare maximè decet, in vobis vigere, vosque priscam erga hanc Sedem, cui nos, licet immeriti præsidemus, debiti obsequii gloriam constanter retinere deprehendimus: dum antiquæ traditionis exempla servantes & Ecclesiasticæ memores disciplinæ, ad locum quem elegit Dominus ascendistis, ac ea quæ in libro posthumo bonæ memoriæ Cælestini S. R. E. Cardinalis *Sfondrati* de Divina prædestinatione nuper edito, reprehensione digna vobis visa sunt ad nostrum Apostolatum, eo fermè tempore quo variæ doctorum hominum ne eodem libro sententiæ etiam per urbem ferebantur, detulistis, nostrum hac in re judicium eâ quâ par est reverentiâ deposcentes. Officii itaque nostri esse duximus, librum ipsum, resque à vobis in eo adnotatas, insignium Theologorum discussioni committere, ut omnibus maturæ considerationis trutinâ perpensis, quod justum fuerit, subinde decernere valeamus: non aliâ profectò quàm crediti nobis divinitùs ministerii partes, sicut oportet implendi habitâ ratione: quod ut etiam in aliis omnibus, quæ ad onerosam Apostolici muneris nostri curam pertinent, salubriter exequi possumus, jugibus Fraternitatum vestrarum apud Patrem Luminum precationibus infirmitatem nostram juvari vehementer optamus, vobisque Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die sextâ Maii Pontificatûs nostri, anno sexto.

Signatum, *Spinula.*

Et hæc erat inscriptio. *Venerabilibus Fratribus Carolo Mauritio Remensi, & Ludovico Parisiensi Archiepiscopis: nec non Jacobo Benigno Meldensi, Guidoni Attrebatensi & Henrico Ambianensi, Episcopis.*

Hæc monumenta reperies in Theologia dogmatica & morali N. Alexandri, tom. 1. p. 877. in Bibliotheca Sorbonica v. 11. 5.

Anno Domini 1697.

GUidonis *de Seve*, Attrebatensis Episcopi, censorium judicium de quodam sermone super Scapularium B. Virginis.

Anno Domini 1697.

DIe 8. Martii jussu Innocentii XII. inter prohibitos Libros Romæ collocatur Apologia historica Censuræ Lovaniensis & Duacensis, &c.

Anno Domini 1697.

Propositiones ab Illustrissimo D. D. Archiepiscopo Rothomagensi determinatæ, ac de ejus mandato à Patre Buffier *subscribendæ.*

IMposito mihi à Reverendo Patre Guilelmo *Ayrault* Vice-Provinciali Soc. J. in Provincia Franciæ præcepto ut Illustrissimo D.D. Archiepiscopo Rothomagensi faciam satis ratione Libelli, cui titulus est, *difficultates propositæ* utque subscriham Propositionibus ejus nomine mihi designandis, cùm summissæ erga tantum Archipresulem Reverentiæ & Obedientiæ, & grati animi erga Potentissimum Societatis nostræ Protectorem publica nimis testimonia edere non possim; agnosco & declaro Authorem libelli, qualiscumque sit, à Reverentia eidem Archipræsuli debita cum scandalo defecisse, opus edendo, quo pax Diœcesis perturbari potest, avertendo Clerum ab observantia mandatorum ejusdem D. Archiepiscopi, & quod sententiis quàmpluribus refertum est, Rectitudini, ac puritati Moralis Christianæ contrariis. Ut autem omnibus innotescat quantum improbem hujus opiniones Authoris, quæ nec meæ sunt, nec Societatis nostræ, sequentibus Propositionibus subscripsi.

I.

Circa doctrinam probabilitatis, damnare me profiteor quidquid Innocentii XI. Pontificis maximi

Maximi Decreto die secundâ Martii 1679. damnatum est.

II.

Quod spectat peccatum Philosophicum damno quod ab Alexandro VIII. Summo Pontifice damnatum est Decreto edito die 24. Augusti 1690. privatimque agnosco & profiteor, quod & Societatis nostræ Patres in suis circa peccatum Philosophicum declarationibus agnoverunt & professi sunt, falsum esse quod necessaria sit actualis assensio ad malitiam actionis ut in peccatum imputetur.

III.

Peccatores excæcati & obdurati, qui homicidia adulteria, & alia crimina sine conscientiæ stimulo committunt, non animadvertentes quod illa perpetrando Deum offendant, & quod illa contraria sint legi naturali, pœnarum inferni nihilominus rei sunt; cùm excusari propterea non possint à peccato mortali; quod actu ad actionis malitiam non attendant.

IV.

Obligatio amandi Deum, primum & præcipuum est hominis officium, & nulla vitæ pars eo amore, saltem habituali, vacare debet.

V.

Omne opus ut verè Christianum, ac meritorium sit, ex amore Dei saltem habituali, seu principio oriri; ad eumque, seu ad finem ultimum referri debet.

VI.

Quicumque asserit amorem Dei inchoatum necessarium esse ad excludendum affectum peccati, à doctrina Lutheri alienissimus est.

VII.

Agnosco & profiteor, nullam esse veram conversionem sine aliquo Dei amore: nec peccatorem sufficienter dispositum esse posse ad justificationem in Sacramento Pœnitentiæ consequendam, nisi Deum ut omnis justitiæ fontem diligere incipiat.

VIII.

Ambitionis reus est, generatim loquendo, quicumque pro se ipso Episcopatum, curam Parochialem, aut quodvis aliud Beneficium curam Animarum annexam habens postulat; indignumque reddit vel ipsa postulatio.

IX.

Apostoli verbis abutitur, quicumque dixerit; nisi liceret Episcopatum postulare, nos seduxisset Apostolus scribendo, qui Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat.

X.

Qui majorum & Nobiliorum Ecclesiarum suggesta, seu pulpita ambiunt & postulant, ut nominis claritatem consequantur, sicque viam sibi parent ad Episcopatum, prædicatione abutuntur, & *ministerium Evangelii profanant.*

Hoc monumentum extat in Theologia dogmatica & morali N. Alexandri, tom. a. ad calcem in altera appendice p. 68. in Bibliotheca Sorbonica v. 11. 2.

Anno Domini 1697.

Die 15. Julii, Edictum & Pastorale documentum Caroli Mauritii *le Tellier*, Remensis Archiepiscopi, adversus duas Theses Theologiæ in Collegio Societatis Jesu ejusdem urbis, die 15. & 17. Decembris, anno 1696. pro defensione scilicet, doctrinæ à Ludovico *Molina* assertæ editas. Hoc monumentum in Theologia dogmatica & morali N. Alexandri, tom. 1. pag. 878. reperitur.

Anno Domini 1697

In Comitiis Gallicani Cleri quædam dicta Quesnellii reprobantur.

Anno Domini 1698.

Primâ die Augusti, Remis in Collegio Patrum Societatis Jesu in publica Thesi, cui Petrus *Flavel*, Theologus ejusdem Societatis præsidebat Coroll. 32. sic fertur: « Humanitas Christi non existit formaliter per existentiam verbi. At à verbo hypostaticè sustentari probabilissimum est. » Hæc Thesis Lectores offendit, quamvis præses nihil aliud intelligeret, nisi verò similiùs esse humanam naturam Christi à verbo hypostaticè sustentari per quemdam Physicum influxum ita, ut probabilior opinio in huoc modum Physici influxus caderet, sed cùm illa Thesis perperam enuntiaretur, Rector Collegii Remensis comite *Flaveto*, die 21. Augusti Domino Remensi Archiepiscopo,

monumentum retractationis obtulit quod tunc temporis in lucem editum fuit Remis.

Anno Domini 1699.

Die 12. Martii: judicium Innocentii XII. *proprio motu*, contra Librum Cameracensis Archiepiscopi, *de placitis Sanctorum*, &c.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum aliàs ad Apostolatus Nostri notitiam pervenerit, in lucem prodiisse Librum quemdam Gallico idiomate editum, cui titulus: *Explication des Maximes des Saints sur la vie interieure, par Messire François de* Salignac Fenelon, *Archevêque, Duc de Cambray, Précepteur de Messeigneurs les Ducs de Bourgogne, d'Anjou, & de Berry. A Paris chez Pierre* Aubouin, *Pierre* Emery, *Charles* Clousier 1697. ingens verò subinde de non sana libri hujusmodi doctrina excitatus in Galliis rumor adeo percrebuerit, ut opportunam Pastoralis vigilantiæ nostræ opem efflagitaverit; Nos eumdem Librum nonnullis ex Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, aliisque in S. Theologia Magistris, maturè ut rei gravitas postulare videbatur, examinandum commisimus. Porrò hi mandatis nostris obsequentes, postquam in quamplurimis Congregationibus varias propositiones ex eodem libro excerptas, diuturno accuratoque examine discusserant, quid super earum singulis sibi videretur, tam voce, quàm scripto nobis exposuerunt. Auditis igitur in pluribus itidem coram nobis desuper actis Congregationibus memoratorum Cardinalium, & in Sacra Theologia Magistrorum sententiis, Dominici Gregis Nobis ab æterno Pastore crediti periculis, quantùm nobis ex Alto conceditur, occurrere cupientes, motu proprio, ac ex certâ scientiâ & maturâ deliberatione Nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, librum prædictum ubicumque, & quocumque alio idiomate, seu quàvis editione, aut versione huc usque impressum, aut in posterum imprimendum, quippe ex cujus lectione & usu fideles sensim in errores ab Ecclesia Catholica jam damnatos induci possent, ac insuper tanquam continentem propositiones, sive in obvio earum verborum sensu, sive attentâ sententiarum connexione, temerarias, scandalosas, malè sonantes piarum aurium offensivas, in praxi perniciosas, ac etiam erroneas respectivè, tenore præsentium damnamus & reprobamus, ipsiusque libri impressionem, descriptionem, lectionem, retentionem & usum omnibus & singulis Christi Fidelibus etiam specificâ & individuâ mentione & expressione dignis, sub pœna excommunicationis per Contrafacientes ipso facto absque alia declaratione incurrenda, interdicimus, & prohibemus: Volentes & Apostolicâ auctoritate mandantes, ut quicumque supradictum Librum penes se habuerint, illum statim atque præsentes Litteræ eis innotuerint locorum Ordinariis, vel hæreticæ pravitatis Inquisitoribus tradere, ac consignare omnino teneantur. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Cæterùm Propositiones in dicto libro contentæ, quas Apostolici Censurâ Judicii, sicut præmittitur, configendas duximus, ex Gallico idiomate in Latinum versæ, sunt tenoris qui sequitur, videlicet.

I.	I.
Datur habitualis status amoris Dei, qui est charitas pura, & sine ulla admixtione motivi proprii interesse. Neque timor pœnarum, neque desiderium remunerationum habent amplius in eo partem. Non amatur amplius Deus propter meritum, neque propter perfectionem, ne-	*Il y a un état habituel d'amour de Dieu, qui est une charité pure, & sans aucun mélange du motif de l'interêt propre... Ni la crainte des châtimens, ni le désir des recompenses n'ont plus de part à cet amour. On n'aime plus Dieu ni pour le merite, ni pour la perfection, ni pour le bonheur*

que propter felicitatem in eo amando inveniendam.

qu'on doit trouver en l'aimant. Explication des max. &c. p. 10. 11. 15. &c.

II.

In statu vitæ contemplativæ, sive unitivæ amittitur omne motivum interessatum timoris & spei.

II.

Dans l'état de la vie contemplative ou unitive, on perd tout motif intéressé de crainte & d'espérance. Ibid. pag. 23. 24. &c.

III.

Id quod est essentiale in directione Animæ, est non aliud facere, quàm sequi pedetentim gratiam cum infinita patientia, precautione & subtilitate. Oportet se intra hos limites continere, ut sinatur Deus agere; & nunquam ad purum amorem ducere, nisi quando Deus per unctionem interiorem incepit aperire cor huic verbo, quod adeo durum est Animabus adhuc sibimet affixis, & adeo potest illas scandalizare, aut in perturbationem conjicere.

III.

Ce qui est essentiel dans la direction, est de ne faire que suivre pas à pas la grace avec une patience, une précaution & une délicatesse infinie. Il faut se borner à laisser faire Dieu, & ne parler jamais du pur amour, que quand Dieu par l'onction interieure commence à ouvrir le cœur à cette parole, qui est si dure aux ames encore attachées à elles-mêmes; si capable, ou de les scandaliser, ou de les jetter dans le trouble. Ibid. p. 35.

IV.

In statu sanctæ indifferentiæ Anima non habet amplius desideria voluntaria & deliberata propter suum interesse, exceptis iis occasionibus; in quibus toti suæ gratiæ fideliter non cooperatur.

IV.

Dans l'état de la sainte indifference l'Ame n'a plus de désirs volontaires & déliberés pour son interêt; excepté dans les occasions; où elle ne coopere pas fidellement à toute sa grace. Ibid. p. 49. 50.

V.

In eodem statu sanctæ indifferentiæ nihil nobis, umnia Deo volumus. Nihil volumus ut simus perfecti & beati propter interesse proprium, sed omnem perfectionem, ac beatitudinem volumus in quantum Deo placet efficere ut velimus res istas impressione suæ gratiæ.

V.

Dans ce même état de la sainte indifference, on ne veut rien pour soi, mais on veut tout pour Dieu: on ne veut rien pour être parfait ni bienheureux, pour son propre interêt, mais on veut toute perfection & toute habitude, autant qu'il plait à Dieu de nous faire vouloir ces choses par l'impression de sa grace. Ibid. 52.

VI.

In hoc sanctæ indifferentiæ statu nolumus amplius salutem, ut salutem propriam, ut liberationem æternam, ut mercedem nostrorum meritorum, ut nostrum interesse omnium maximum; sed eam volumus voluntate plenâ, ut gloriam & beneplacitum Dei, ut rem quam ipse vult, & quam nos vult velle propter ipsum.

VI.

En cet état de la sainte indifference, on ne veut plus le salut comme salut propre, comme délivrance éternelle, comme recompense de nos merites, comme le plus grand de tous nos interêts; mais on le veut d'une volonté pleine comme la gloire & le bon plaisir de Dieu, comme une chose qu'il veut, & qu'il veut que nous voulions pour lui. Ibid pag. 52. 53.

VII.

Derelictio non est, nisi abnegatio, seu sui ipsius renuntiatio, quam Jesus-Christus à nobis in Evangelio requirit, postquam externa omnia reliquerimus. Ista nostri ipsorum abnegatio non est, nisi quoad interesse proprium... Extremæ probationes, in quibus hæc abnegatio, seu

VII.

Cet abandon n'est que l'abnegation ou renoncement de soi-même, que Jesus-Christ nous demande dans l'Evangile, après que nous aurons tout quitté au dehors. Cette abnégation de nous-même n'est que pour l'interêt propre ... Les épreuves extrêmes où cet abandon doit être exercé; sont les tentations par lesquelles

sui ipsius derelictio exerceri debet, sunt tentationes, quibus Deus æmulator vult purgare amorem, nullum ei ostendendo perfugium, neque ullam spem quoad suum interesse proprium, etiam æternum.

quelles Dieu jaloux veut purifier l'amour, en ne lui faisant voir aucune ressource, ni aucune esperance pour son interêt propre, même éternel. Ibid. pag. 72. 73.

VIII.

Omnia Sacrificia, quæ fieri solent ab Animabus quàm maximè desinteressatis circa earum æternam Beatitudinem, sunt conditionalia..... Sed hoc Sacrificium potest esse absolutum in statu ordinario. In uno extremarum probationum casu hoc sacrificium fit aliquo modo absolutum.

VIII.

Tous les Sacrifices que les ames les plus interessées font d'ordinaire sur leur beatitude éternelle, sont conditionels . . . Mais ce Sacrifice ne peut être absolu dans l'état ordinaire. Il n'y a que le cas des dernieres épreuves, où ce Sacrifice devient en quelque maniere absolu. Ibid. p. 87.

IX.

In extremis probationibus potest animæ invincibiliter persuasum esse persuasione reflexâ, & quæ non est intimus conscientiæ fundus, se justè reprobatam esse à Deo.

IX.

Dans ces dernieres épreuves une ame peut être invinciblement persuadée d'une persuasion reflechie, & qui n'est pas le fonds intime de la conscience, qu'elle est justement reprouvée de Dieu. Ibid p. 87.

X.

Tunc anima divisa à semetipsa expirat cum Christo in Cruce, dicens: *Deus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?* In hac involuntaria impressione desperationis conficit Sacrificium absolutum sui interesse proprii quoad æternitatem.

X.

Alors l'ame divisée d'avec elle même, expire sur la Croix avec Jesus-Christ, en disant: O Dieu, mon Dieu, pourquoi m'avez-vous abandonné? *Dans cette expression involontaire de desespoir, elle fait le sacrifice absolu de son interêt propre pour l'éternité.* Ibid. p. 90.

XI.

In hoc statu anima amittit omnem spem sui proprii interesse, sed numquam amittit in parte superiori, id est, in suis actibus directis & intimis spem perfectam quæ est desiderium desinteressatum promissionum.

XI.

En cet état une ame perd toute esperance pour son propre interêt: mais elle ne perd jamais dans la partie superieure, c'est-à-dire, dans ses actes directs & intimes, l'esperance parfaite, qui est le désir desinteressé des promesses. Ibid. p. 90. 91.

XII.

Director tunc potest huic animæ permittere, ut simpliciter acquiescat jacturæ sui proprii interesse, & justæ condemnationi, quam sibi à Deo indictam credit.

XII.

Un Directeur peut alors laisser à cette ame un acquiescement simple à la perte de son interêt propre, & à la condamnation juste, où elle croit être de la part de Dieu. Ibid. p. 91.

XIII.

Inferior Christi pars in Cruce non communicavit superiori suas involuntarias perturbationes.

XIII.

La partie inferieure en Jesus-Christ ne communiquoit point sur la Croix ses troubles involontaires à la partie superieure. Ibid. p. 122.

XIV.

In extremis probationibus pro purificatione amoris fit quædam separatio partis superioris animæ ab inferiori... In ista separatione actûs partis inferioris manant ex omnino cæca & involuntaria pertur-

XIV.

Il se fait dans les dernieres épreuves pour la purification de l'amour, une séparation de la partie superieure de l'ame d'avec l'inferieure ... Les actes de la partie inferieure dans cette separation: sont d'un trouble en-

batione

batione; nam totum quod est voluntarium & intellectuale, est partis superioris.

tierement aveugle & involontaire; parce que tout ce qui est intellectuel & volontaire est de la partie superieure. Ibid. pag. 121.

XV.

Meditatio constat discursivis actibus, qui à se invicem facilè distinguuntur.... Ista compositio actuum discursivorum & reflexorum est prupria exercitio amoris interessati.

XV.

La Méditation consiste dans des actes discursifs qui sont faciles à distinguer les uns des autres... Cette composition d'actes discursifs & reflechis est propre à l'exercice de l'amour interessé. Ibid. p. 164.

XVI.

Datur status contemplationis adeo sublimis, adeòque perfectæ, ut fiat habitualis, ita ut quoties anima actu orat, sua oratio fit contemplativa, non discursiva. Tunc non ampliùs indiget redire ad meditationem, ejusque actus methodicos.

XVI.

Il y a un état de contemplation si haute & si parfaite, qu'il devient habituel, en sorte que toutes les fois qu'une ame se met en actuelle oraison, son oraison est contemplative, & non discursive. Alors elle n'a plus besoin de revenir à la meditation ni à ses actes methodiques. Ibid. p. 176.

XVII.

Animæ Contemplativæ privantur intuitu distincto, sensibili, & reflexo Jesu-Christi duobus temporibus diversis.. Primò in fervore nascente earum contemplationis... Secundò, anima amittit intuitum Jesu-Christi in extremis probationibus.

XVII.

Les ames Contemplatives sont privées de la vüe distincte, sensible & reflechie de Jesus-Christ, en deux tems differens. ... Premierement dans la ferveur naissante de leur Contemplation... Secondement une ame perd de vüe Jesus-Christ dans les dernieres épreuves. Ibid. p. 194.

XVIII.

In statu passivo exercentur omnes virtutes distinctæ, non cogitando quòd sint virtutes. In quolibet momento aliud non cogitatur, quàm facere id, quod Deus vult, & amor zelotypus simul efficit, ne quis amplius sibi virtutem velit, nec unquam sit adeo virtute præditus, quàm cum virtuti amplius affixus non est.

XVIII.

Dans l'état passif on exerce toutes les vertus distinctes, sans penser qu'elles sont vertus. On ne pense en chaque moment qu'à faire ce que Dieu veut, & l'amour jaloux fait tout ensemble qu'on ne veut plus être vertueux & qu'on ne l'est jamais tant, que quand on n'est plus attaché à l'être. Ibid. p. 223. 225.

XIX.

Potest dici in hoc sensu, quòd anima passiva, & desinteressata, nec ipsum amorem vult amplius, quatenus est sua perfectio & sua felicitas, sed solùm quatenus est id quod Deus à nobis vult.

XIX.

On peut dire en ce sens, que l'ame passive & desinteressée ne veut plus même l'amour en tant qu'il est la perfection & son bonheur, mais seulement en tant qu'il est ce que Dieu veut de nous. Ibid. p. 226.

XX.

In confitendo debent animæ transformatæ sua peccata detestari & condemnare se, & desiderare remissionem suorum peccatorum, non ut propriam purificationem & liberationem, sed ut rem quam Deus vult, & vult nos velle propter suam gloriam.

XX.

Les ames transformées doivent en se confessant détester leurs fautes, se condamner & désirer la rémission de leurs pechés, non comme leur propre purification & délivrance, mais comme chose que Dieu veut, & qu'il veut que nous voulions pour sa gloire. Ibid. pag. 241.

XXI.

Sancti Martyres excluserunt à statu

XXI.

Les Saints Mistiques ont exclu de

Animarum transformatarum exercitationes virtutum.

des ames transformées les pratiques des vertus. Ibid. p. 253.

XXII.

Quamvis hæc doctrina (*de puro amore*) esset pura & simplex perfectio Evangelica in universa traditione designata, antiqui Pastores non proponebant passim multitudini Justorum, nisi exercitia amoris interessati eorum gratiæ proportionata.

XXII.

Quoique cette doctrine (du pur amour) *fut la pure & simple perfection de l'Evangile, marquée dans toute la Tradition, les anciens Pasteurs ne proposoient d'ordinaire au commun des justes que les pratiques de l'amour interessé, proportionnées à leur grace.* Ibid. p. 261.

XXIII.

Purus amor ipse solus constituit totam vitam interiorem, & tunc evadit unicum principium, & unicum motivum omnium actuum, qui deliberati & meritorii sunt.

XXIII.

Le pur amour fait lui seul toute la vie interieure & devient alors l'unique principe & l'unique motif de tous les actes déliberés & meritoires. Ibid. pag. 272.

Non intendimus tamen per expressam propositionum hujusmodi reprobationem alia in eodem Libro contenta ullatenus approbare. Ut autem eædem præsentes Litteræ omnibus faciliùs innotescant, nec quisquam illarum ignorantiam valeat allegare, volumus pariter, & authoritate præfatâ decernimus, ut illæ ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, ac Cancellariæ Apostolicæ, nec non Curiæ Generalis in Monte Citorio, & in Acie Campi Floræ de Urbe, per aliquem ex Cursoribus nostris, ut moris est, publicentur, illarumque exempla ibidem affixa relinquantur, ita ut sic publicatæ, omnes & singulos, quos concernunt, perinde afficiant, ac si unicuique illorum personaliter notificatæ, & intimatæ fuissent; utque ipsarum præsentium Litterarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides, tam in judicio, quàm extra illud, ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris, die XII. Martii M DC XCIX. Pontificatûs nostri anno octavo.

J. F. Card. Albanus.

Anno à Nativitate D. N. J. C. 1699. Indictione septimâ, die verò 13. mensis Martii Pontificatûs autem Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Innocentii Divinâ Providentiâ Papæ XII. Anno ejus octavo, supradictum Breve affixum, & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Magnæ Curiæ Innocentianæ, in Acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis & consuetis Urbis per me Franciscum Perinum ejusdem Sanctissimi D. N. Papæ Cursorem.

Sebastianus Vasellus Mag. Curs.

Anno Domini 1699.

Mandatum Illustrissimi ac Reverendissimi Domini D. Archiepiscopi, Ducis Cameracensis, &c.

FRanciscus, Miseratione Divinâ & S. Sedis Apostolicæ Gratiâ, Archiepiscopus, Dux Cameracensis, S. Romani Imperii Princeps, Comes Cameracesii, &c. Clero Sæculari & Regulari nostræ Diœcesis, Salutem & Benedictionem in Domino.

Mandement de Monseigneur l'Illustrissime & Reverendissime Archevêque, Duc de Cambray, &c.

a *Sacra Facultas Theologica Universitatis Duacensis, acceptis ab Illustrissimo, ac Reverendissimo Mechliniensium Archiepiscopo, Belgii, Primate litteras humanissimis, quibus invitatur, ut judicium suum depromat super libello, cui titulus est:* La Confiance Chretienne appuyée sur quatre principes inébranlables, d'où s'ensuivent necessairement les principales verités, qui regardent le salut des hommes; *æquissimo tanti præsulis desiderio non potuit non annuere. Quapropter prædicto libello, eâ, quâ par erat diligentia, discusso maturisque super eo deliberationibus præmissis, hæc decenda unanimiter censuit:* 1. *Pravam in eo libello tradi sententiam de voluntate Dei salvandi omnes ad solos Prædestinatos restricta, quam etiam author fidei dogmatibus annumerare non veretur.* 2. *Quoniam hæresim Jansenianam quæ in eo sita est, quod* Christus *dicatur* pro salute duntaxat Prædestinatorum mortuus, *eidem aperte asseri, atque ex professo inculcari.* 3. *Authorem proinde dicti libelli manifeste reum esse pœnarum adversus*, iniquitatis filios *a summis Pontificibus latarum.* 4. *Prædictum libellum adeo non firmare spem & fiduciam Christianam, ut potius eos, actus impossibiles efficiat. Subsignatum erat de mandato Decani & Magistrorum Sacræ Theologicæ Facultatis Duacensis. Subscripsi 7.* anno 1704. *Josephus* Derbaix, *dictæ Facultatis Bedellus* Juratus.

IV.

» Que ce livre eſt ſi éloigné d'appuyer » l'eſperance & la confiance Chrétienne, » que plûtôt il rend ces actes-là impoſſibles.

Il étoit ſouſſigné par Ordonnance des Doyen & Maître de la Sacrée Faculté de Théologie de l'Univerſité de Doüay. J'ai ſouſcris le 7. de l'an 1704. Joſeph Dethaix, *Bedeau Juré de ladite Faculté.*

Pour faire voir combien ce jugement eſt équitable, & pour faire ſentir à un chacun que le Janſeniſme n'eſt pas un phantôme, on produira ici des extraits du livre en queſtion.

Pages 13. 14. 15. il faut donc nu nier la toute-puiſſance de Dieu, & biffer ce premier article de notre créance : *je crois en Dieu le Pere Tout-Puiſſant :* ou reconnoître avec le bon ſens, avec la Theologie, & avec la foi, que tout ce que » Dieu a voulu d'une veritable & forte » volonté, ne manque jamais d'être fait : » & que par conſéquent Dieu ayant voulu d'une volonté veritable & très forte le ſalut des hommes ; cette volonté doit être & ſera immancablement » accomplie. Donc que ſelon les régles du » bon ſens, de la Theologie & de la foi, » on eſt obligé de croire, que tous ceux, » dont Dieu a tant aimé & voulu ſi fortement le ſalut, feront immancablement ſauvés, ſans excepter un ſeul. » Donc s'il eſt de la foi que tous les hommes ne ſont ni ne feront pas ſauves ; il » eſt indubitable que Dieu n'a pas voulu » vrayement ſauver generalement tous » les hommes, ne ſe trouvant point en » Dieu d'autre volonté veritable & proprement dite à l'égard du ſalut des » hommes, que celle par laquelle il leur » a donné ſon Fils, & qui venant d'un » amour extrême n'a pû être que très-forte, & ne ſçauroit manquer d'être » accomplie.

» De plus, Dieu veut ſauver tous ceux » qu'il a donnés à ſon Fils, puiſqu'il ne » les lui a donnés qu'afin qu'il les ſauvât, » & il ne veut ſauver aucun autre, ne voulant ſauver perſonne, que par ſon Fils. » Or, tous ceux que Dieu a donné à ſon » Fils, ſeront indubitablement ſauvés. . » Donc aucun de ceux que Dieu veut ſauver ne perira : Dieu ne voulant ſauver » perſonne que par ſon Fils, c'eſt-à-dire » perſonne que ceux qu'il lui a donnés, & » nul de ceux qu'il lui a donnes ne ſe pouvant perdre.

» Donc quand l'Apôtre dit, que Dieu veut que tous les hommes ſoient ſauvés ; cela ne doit point s'entendre de « chacun des hommes, mais de tous ceux « que Dieu a choiſis, ſans exclure aucune « condition, nation, ni âge. «

Donc ceux qui ne ſont pas ſauvés ne « ſont point du nombre de ceux dont Dieu « a aimé & voulu le ſalut : puiſqu'ils auroient été ſauvés infailliblement, ſi « Dieu l'avoit voulu juſqu'à donner ſon « Fils pour eux. «

Pages 19. 20. 21. 22. donc il eſt indubitable que tous ceux, pour le ſalut « deſquels Jeſus-Chriſt a offert ſes merites & donné ſa vie, feront ſauvés immancablement, & nul autre. «

Donc, s'il eſt ſûr que tous les hommes ne ſont pas ſauvés, il n'eſt pas « moins ſûr que Jeſus-Chriſt n'a ni voulu « le ſalut generalement de tous les hommes ; mais ſeulement de ceux qui ſeront effectivement ſauvés. «

Donc quand l'Apôtre dit que Jeſus-Chriſt eſt mort pour tous, & pour « reconcilier tous les hommes ; il n'a pas « voulu dire que Jeſus Chriſt ait aimé & « voulu le ſalut generalement de tous les « hommes, ni qu'il ait offert ſes merites, « ou donné ſa vie generalement pour le « ſalut de tous, ſans exception ; mais « ſeulement qu'il a voulu & merité le » ſalut de ceux qui ſe ſont ſauvés. Donc « tous ceux, dont Jesus-Christ a aimé & déſiré le ſalut, juſqu'à « donner ſa vie pour eux, feront ſauvés infailliblement. Donc, ſi quelques-uns ſe perdent, le Fils de Dieu ni ſon « Pere n'ont pas voulu les ſauver, c'eſt-à-dire, de la volonté avec laquelle ils « ont aimé, comme il a été dit, le ſalut « des hommes. «

Donc, ſi tous les hommes ne reçoivent point le ſalut & les graces néceſſaires pour y arriver ; il eſt évident que « Jeſus-Chriſt n'a pas offert ſes merites « pour le leur obtenir.

Pages 25. 26. 28. 29. donc ce ſeroit « faire outrage à la juſtice de Dieu que « de croire ou de dire qu'aucun de ceux « pour la reconciliation & le ſalut deſquels Jeſus-Chriſt a payé & ſatisfait, « puiſſent être damnés & exclus de l'amitié de Dieu & de ſa gloire. »

Donc nul de ceux pour qui Jeſus-Chriſt a payé & ſatisfait, ne ſera damné, ni privé de l'amitié de Dieu & de « ſa gloire. »

Donc tous ceux, pour la parfaite réconciliation & le ſalut deſquels Jeſus-Chriſt a payé & ſatisfait, rentrent dans « l'amitié de Dieu, & reçoivent non « ſeulement

» seulement sa gloire, mais encore tous les » secours nécessaires pour remplir infailliblement tous les devoirs, ausquels » Dieu a attaché l'exécution de leur salut. Donc tous ceux pour qui Jesus-» Christ a prié & demandé les graces & » le salut, recevront infailliblement ces » graces, & seront sauvés immancablement; & nul autre

» Donc, si quelques-uns ne reçoivent » pas ces graces, & ne se sauvent pas; la » foi vous oblige de croire que Jesus-» Christ n'a pas prié pour eux, ni de-» mande leur salut.

» Autant que ces paroles doivent effrayer les enfans du siecle: autant ces » belles verités doivent-elles donner de » consolation, de confiance: & de joye » aux enfans de Dieu. La premiere, que » nul de ceux, dont Jesus-Christ a de-» mandé le salut, ne perira, mais qu'il » aura infailliblement la vie éternelle. » La seconde que nul de ceux, pour la » parfaite reconciliation & le salut des-» quels Jesus-Christ a satisfait & payé, » ne sera exclu de l'amitié de Dieu & du » salut. La troisiéme que nul de ceux » pour le salut desquels Jesus Christ a » offert ses merites, ne sera privé de sa » grace, ni de sa gloire. La quatrieme, » & qu'enfin nul de ceux, dont Dieu a » aimé, & voulu le salut, jusqu'à leur » donner son Fils unique pour être la » victime de leur reconciliation, ne sçau-» roit perir, mais sera infailliblement » sauvé, & recevra tous les secours qui lui » sont nécessaires, pour remplir immanca-» blement les devoirs de la vie Chretien-» ne ausquels Dieu a attaché l'exécution » de ses desseins éternels: rien ne pou-» vant empêcher que la volonté toute-» puissante de Dieu & ses desseins éternels » ne s'accomplissent.

» Et l'on ne sçauroit attaquer aucune » de ces verités, sans faire insulte à Dieu, » & à Jesus-Christ, c'est à dire, sans » outrager la toute-puissance de Dieu & » sa justice, & sans faire injure, tant à » l'excellence de la Personne de Jesus-» Christ, qu'à l'efficace de ses merites, » de sa satisfaction & de sa priere. Enfin » ce ne feroit pas reconnoître l'amour » extrême, que le Pere Eternel & Jesus » Christ son Fils ont eu pour le salut des » hommes, que de pretendre qu'ils n'ont » eu pour leur salut, qu'une volonté foi-» ble, conditionnelle, soumise au ca-» price d'une creature.

» Page 37. il est vrai, mon Dieu, que vous ne faites pas misericorde à tous » les pécheurs; & que votre Fils ne vous » a pas prié, ni offert son Sang & sa Mort » pour le salut d'un chacun de ceux qui » étoient envelopés dans la condamnation d'Adam: autrement tous les hom-» mes seroient sauvés, & votre justice ne » pourroit s'exercer sur aucun; mais, » mon Dieu, loin que cette exception » redouble mes frayeurs, & diminuë la » confiance que vous voulez que j'aye en » votre misericorde; c'est ce qui dissipe » mes frayeurs, &c. »

Il n'y pas lieu de douter que toute personne qui lira ces extraits, ne soit convaincu que le jugement de la Faculté de Theologie de Douay est très-juste & très vrai que le Pere Gerberon a de très-mauvais sentimens sur la volonté que Dieu a de sauver tous les hommes, & sur la Mort de Jesus-Christ: qu'il a enseigné ouvertement la cinquiéme heresie de Jansenius; que par consequent le Jansenisme n'est pas un phantôme; mais qu'il est aussi réel, que le Pere Gerberon & son livre de la *Confiance Chrétienne sont réels*.

On reconnoît par la lecture du livre de la *Confiance Chrétienne*, & des extraits qu'on en a donné, que le Pere Gerberon met pour la baze & le fondement de ses erreurs ce principe *que toute veritable volonté de Dieu doit être accompagnée en toute maniere*: mais il auroit dû confesser avec S. Augustin, qu'il y a une veritable volonté de Dieu accommodée au libre arbitre de l'homme, laquelle dans un sens n'est pas accomplie, & contre laquelle l'homme agit, quoique dans un autre sens elle soit accomplie & victorieuse. Ecoutons là-dessus le Docteur de la Grace au livre de l'esprit & de la lettre, chapitre 33. *Dieu veut*, dit il[a] *que tous les hommes soient sauvés, & qu'ils viennent à la connoissance de la verité: mais il le veut de telle maniere, qu'il ne leur ôte pas leur libre arbitre, & selon qu'ils en usent bien*

a Vult autem Deus omnes homines salvos fieri, & in agnitionem veritatis venire; non sic tamen ut eis adimat liberum arbitrium quo vel bene, vel male, utentes justissime judicentur. Quod cùm fit, infideles quidem contra voluntatem Dei faciunt, cum ejus Evangelio non credunt; nec ideo tamen eam vincunt, verum seipsos fraudant magno & summo bono, malisque pœnalibus implicant, experturi in suppliciis potestatem ejus, cujus in donis misericordiam contempserunt. Ita voluntas Dei semper invicta est; vinceretur autem, si non inveniret quid de contemptoribus faceret, aut ullo modo possent evadere quod de talibus ille constituit. Qui enim dicit, verbi gratia, volo ut hi omnes servi mei operentur in vinea, & post laborem requiescentes epulentur, ita ut quisquis eorum hoc noluerit, in pristino semper molat, videtur quidem quicumque contempserit, contra voluntatem Domini sui facere; sed tunc eam vincet, si & pristinum contemnens effugerit: quod nullo modo fieri potest sub Dei potestate. S. Aug. l. de sp. & litt. c. 33.

ou mal, ils seront jugés avec justice. Cela arrivant les infidèles sont, à la verité, contre la volonté de Dieu, lorsqu'ils ne croyent pas à l'Evangile, & cette volonté n'est pas pour cela frustrée de son effet : mais ces infidèles se privent d'un très-grand bien, & ils sentiront dans les supplices la puissance de celui dont ils ont méprisé la misericorde dans ses graces. De cette maniere la volonté de Dieu n'est jamais frustrée de son effet : elle le seroit pourtant, si elle ne pouvoit pas faire ce qu'elle trouve bon de ceux qui méprisent la bonté Divine, quand quelqu'un dit, par exemple, *je veux que tous mes serviteurs travaillent à la vigne, & qu'après le travail, ils se reposent & se réjouïssent dans un festin, de maniere que celui qui ne voudra pas aller à la vigne, soit toujours appliqué à moudre le grain dans la boulangerie, il paroit d'abord que celui qui dans ces circonstances méprise le commandement de son Maître, fait contre sa volonté : mais il ne la frustrera pas entierement, si ce n'est qu'il évite avec mépris de moudre dans la boulangerie : ce qu'on ne peut faire nullement sous la puissance de Dieu.* S. Thomas est de même sentiment que S. Augustin ; il enseigne & inculque, que Dieu veut sauver tous les hommes sans exception d'une volonté veritable & de *bon plaisir*, & sans s'embarrasser du mauvais principe, dont se sert le Pere Gerberon, il dit, [a] *que lorsque les réprouvés s'éloignent du premier ordre de la volonté Divine, ils retombent dans le second : & que lorsqu'ils ne font pas la volonté de Dieu ; cette volonté néanmoins s'accomplit en eux.*

Il est d'autant plus surprenant que le Pere Gerberon ait voulu faire valoir ce mauvais principe ; que toute volonté veritable de Dieu doit être accomplie en toute maniere, que selon Jansenius & ses disciples, & par conséquent selon le P. Gerberon même *Dieu a voulu proprement & veritablement sauver tous les Anges* ; & néanmoins c'est un article de foi, que tous n'ont pas été sauvés. De même selon eux, Dieu, avant le peché originel, a voulu proprement & veritablement sauver tous les hommes ; & néanmoins Adam par son peché a empêché que tous les hommes ne fussent sauvés.

CONCLUSION.

On finira ici cette Déclaration, qui peut-être paroîtra trop longue à certaines personnes. On auroit pû en effet la finir plûtôt, & même retrancher les trois derniers articles : mais le desir d'être utile au Public ; & d'instruire les Ecoliers sur une matiere très importante, a fait qu'on a cru pouvoir s'etendre un peu plus au long. On espere, que les personnes raisonnables & bien intentionnées pardonneront facilement cette longueur, que même elles sçauront bon gré qu'on ait ajouté les trois derniers articles ; qui peut-être selon d'autres auroient dûs être retranchés. Par Ordonnance,

De Messieurs nos Maîtres les Doyen & Docteurs de la Faculté de Théologie de Doüay, j'ai souscris cette Déclaration le 10 *Fevrier* 1704. Joseph, Derbaix, Bedeau juré de ladite Faculté.

Anno Domini 1704.

Sanctissimi D. N. D. Clementis Divinâ Providentiâ Papæ XI. damnatio & Prohibitio libelli typis editi sub titulo : *veritable Tradition de l'Eglise sur la Prédestination & la Grace, &c. par Monsieur de Launoy, Docteur en Theologie de la Maison & Société de Navarre. A Liege chez Nicolas le François, proche les Carmes en l'Isle.*

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cum, sicut nobis innotuit, in lucem prodierit Libellus quidam, cui titulus : *Veritable Tradition de l'Eglise, sur la Prédestination & la Grace, par Monsieur de Launoy, Docteur en Theologie, de la Maison & Societé de Navarre. A Liege chez Nicolas le François, proche les Carmes en l'Isle, à la prudence* 1703. Nuperrimè verò venerabiles Fratres nostri S. R. E. Cardinales in tota Republica Christiana contra hæreticam pravitatem Generales Inquisitores à Sede Apostolica specialiter deputati, auditâ libelli ejusmodi Censurâ, illum ad minus tanquam impium, blasphemum, nec non fulgidissimo Ecclesiæ Catholicæ lumini, maximoque Doctori S. Augustino, quin imo ipsimet Ecclesiæ atque Apostolicæ Sedi injuriosum damnandum & prohibendum esse censuerint : hinc est, quod nos pro commissa nobis divinitùs gregis Dominici cu-

[a] Dum à primo ordine voluntatis deficiunt, in secundum labuntur, & dum Dei voluntatem non faciunt, impletur in eis voluntas Dei. S. Th. qq. dd. q. 23. de vol. Dei a 2.

râ, animarum periculis atque detrimentis, quæ ex præfati libelli lectione & usu provenire possent Pastorali sollicitudine, quantùm enim Domino possumus occurrere cupientes, necnon Romanorum Pontificum prædecessorum nostrorum, qui ejusdem sancti Doctoris præcelsam doctrinam magno semper in pretio habuerunt, totoque mentis affectu amplexi fuerunt, laudabilibus vestigiis firmiter inhærere volentes, de memoratorum Cardinalium Consilio, libellum prædictum authoritate Apostolicâ tenore Præsentium damnamus & reprobamus, ac legi, seu retineri prohibemus, ipsiusque libelli impressionem descriptionem, lectionem, retentionem & usum omnibus & singulis Christi Fidelibus etiam specificâ & individuâ mentione & expressione dignis sub pœna excommunicationis per Contrafacientes ipso facto absque alia declaratione incurrenda, à qua nemo quoquam, præterquam à nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, nisi in mortis articulo constitutus absolutionis beneficium obtinere valeat omnino interdicimus. Volentes & authoritate præfatâ mandantes, ut quicumque libellum hujusmodi penes se habuerint, illum statim atque præsentes Litteræ innotuerint, locorum ordinariis, vel hæreticæ pravitatis Inquisitoribus tradere, atque consignare teneantur. Hi vero exemplaria sibi sic tradita illico flammis aboleri curent: in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Ut autem eædem præsentes Litteræ ad omnium notitiam faciliùs perducantur, nec quisquam illarum ignorantiam allegare possit, volumus & authoritate prædictâ decernimus, illas ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, ac Cancellariæ Apostolicæ, necnon Curiæ Generalis in monte Citatorio, & in acie Campi Floræ de urbe per aliquem ex Cursoribus nostris, ut moris est, publicari, illarumque exempla ibidem affixa relinqui, sic verò publicatas, omnes, & singulos quos concernunt perinde afficere, ac si unicuique illorum personaliter notificatæ & intimatæ fuissent. Ipsarum autem præsentium Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eandem prorsus fidem, tam in judicio, quàm extra illud ubique locorum haberi quæ haberetur, eisdem Præsentibus, si exhibitæ forent, vel ostensæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum sub annulo Piscatoris, die 28. Januarii 1704. Pontificatûs nostri, anno quarto.

Fr. OLIVERIUS.

Anno à Nativitate Domini Nostri Jesu Christi 1704. indictione XII. die verò 28. Januarii Pontificatûs autem Sanctissimi in Christo Patris & D. N. D. Clementis Divinâ Providentiâ Papæ XI. anno ejus quarto, supradictæ Litteræ Apostolicæ, affixæ & publicatæ fuerunt ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, Curiæ Generalis in monte Citatorio in acie Campi Floræ, ac aliis locis solitis, & consuetis urbis per me Nicolaum Vassellum Sanctissimi D. N. PP. Cursorem.

Pro Domino Magistro Cursorum Sebastianus Vasellus Cursor.

Romæ, Typis Reverendæ Cameræ Apostolicæ 1704.

Anno Domini 1705.

Sanctiss. Domini Nostri D. Clementis Divinâ Providentiâ Papæ X I. confirmatio & innovatio Constitutionum Innocentii Papæ X. & Alexandri Papæ VII.

Adversus Jansenianam hæresim editarum cum nonnullis declarationibus pro debitâ illarum observantia adjectis.

Clemens Episcopus, Servus servorum Dei.

Universis Christi Fidelibus, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Vineam Domini Sabaoth, quæ est Catholica Ecclesia, pro commisso nobis divinitùs Apostolicæ servitutis munere custodire, atque excolere omni studio, atque industriâ, jugiter satagentes, ea, quæ à Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris ad Succrescentes in illa perniciosarum novitatum vepres radicitùs evellendos, prudenti, salubrique Consilio constituta esse noscuntur, ut quibuscumque inimici hominis molitionibus dejectis, firmiùs semper, atque exactiùs observentur, Apostolici numinis præsidio libenter roboramus, atque alias desuper sollicitudinis & providentiæ nostræ partes interponimus, sicut omnibus maturæ consideratioois trutinâ perpensis, ad fidelem, ac tutam orthodo-

xæ veritatis custodiam, necnon ani-
marum pretioso Unigeniti Dei Filii Do-
mini nostri Jesu Christi Sanguine redemp-
tarum salutem expedire in Domino arbi-
tramur.

Sanè postquam fel. rec. Innocentius
Papa X. Prædecessor noster per quam-
dam suam desuper editam Constitutio-
nem quinque fa..osas Propositiones ex
libro Cornelii Jansenii, Episcopi Ypren-
sis, cui titulus, *Augustinus*, excerpras
Apostolici Censurâ judicii ritè confixe-
rar, rec. mem. Alexander Papa VII.
etiam prædecessor noster ad ejusmodi jam
damnatos errores è Christi fidelium men-
tibus prorsus abolendos, publicæque
tranquilliratis perturbatorum subtili tec-
tas calliditate machinationes penitus e-
vertendas, prædictam Innocentii præde-
cessoris Constitutionem, toto illius in-
serto tenore, confirmavit, novarumque
Declarationum accessione constabilivit,
sua in id pariter editâ Constitutione; te-
noris qui sequitur, videlicet.

Alexander, Episcopus, Servus servorum Dei universis Christi fidelibus, salutem & Apostolicam Benedictionem. Ad sanctam beari Petri Sedem, & universalis Ecclesiæ regimen, inscrutabili Divinæ Providentiæ dispositione, nullis nostris suffraganribus meritis, evecti, nihil nobis antiquiùs ex muneris nostri debito esse duximus, quàm, ut sanctæ fidei nostræ, ac sacrorum dogmatum integritati, traditâ nobis à Deo potestate opportunè consuleremus. Ac licet ea, quæ Apostolicis Constitutionibus abundè fuerunt definita, novæ decisionis, sive declarationis accessione nequaquam indigeanr; quia tamen aliqui publicæ tranquillitaris perturbatores illa in dubium revocare, vel subdolis interpretationibus labefactare non verentur, ne morbus iste lariùs divagerur, promptum Apostolicæ authoriratis remedium censuimus non esse differendum. Emanavir siquidem aliàs à fel. rec. Innocentio Papâ X. Prædecessore nostro Constitutio, Declaratio, & Definitio tenoris qui sequitur, videlicer, Innocentius, Episcopus, Servus servorum Dei, universis Christi fidelibus, salurem & Apostolicam Benedictionem. Cum occasione impressionis libri, cui titulus: *Augustinus Cornelii Jansenii, Episcopi Yprensis*, inter alias ejus opiniones, orta fuerit, præsertim in Galliis controversia super quinque ex illis, complures Galliarum Episcopi apud nos institerunt, ut easdem Propositiones nobis oblatas expenderemus, ac de unaquaque earum certam & perspicuam ferremus sententiam. Tenor verò præfararum Propositionum est prout sequitur. Prima. *Aliqua Dei præcepta hominibus justis volentibus & conantibus secundùm Præsentes quas habent vires, sunt impossibilia, deest illis quoque gratia, quà possibilia fiant.* Secunda. *Interiori gratiæ in statu naturæ lapsæ nunquam resistitur.* Tertia. *Ad merendum & demerendum in statu naturæ lapsæ nunquam requiritur in homine libertas à necessitate, sed sufficit libertas à coactione.* Quarta. *Semipelagiani admittebant prævenientis gratiæ interioris necessitatem ad singulos actus, etiam ad initium fidei, & in hoc erant hæretici, quod vellent eam gratiam, talem esse, cui posset humana voluntas resistere, vel obtemperare.* Quinta. *Semipelagianum est dicere Christum pro omnibus omnino hominibus mortuum esse, aut Sanguinem fudisse.*

Nos quibus inter multiplices curas quæ animum nostrum assiduè pulsant, illa imprimis cordi est, ut Dei Ecclesia nobis ex alto commissa, purgatis pravarum opinionum erroribus tutò militare, & tanquam navis in rranquillo mari, sedatis omnium tempestatum fluctibus, ac procellis, securè navigare, & ad optatum salutis portum pervenire possit; pro rei gravitate coram aliquibus S. R. E. Cardinalibus, ad id specialirer sæpiùs congregatis, ac pluribus in sacra Theologia Magistris, easdem quinque Propositiones, ut supra nobis oblatas fecimus sigillarim diligenter examinari; eorumque suffragia, tum voce, tum scripto relata, maturè consideravimus, eosdemque Magistros, variis coram nobis actis Congregationibus, prolixè, super eisdem, ac super earum quâlibet differenres, audivimus. Cùm autem ab initio hujuscemodi discussionis, ad Divinum implorandum auxilium multorum Christi Fidelium preces, tum privatim, tum publicè indixissemus; postmodum iteratis eisdem ferventiùs, ac per nos sollicitè imploratâ S. Spiritûs assistentiâ; tandem Divino Numine favente ad infrascriptam devenimus Declarationem & definitionem.

Primam prædictarum Propositionum: *Aliqua Dei præcepta hominibus justis volentibus, & conantibus secundùm Præsentes quas habent vires, sunt impossibilia, deest quoque illis gratia, quà possibilia fiant.* Temerariam, impiam, blasphemam, anathemate damnatam, & hæreticam declaramus, & uti talem damnamus. Secundam: *interiori gratiæ in statu naturæ lapsæ, nunquam*

nunquam resistitur. Hæreticam declaramus & uti talem damnamus. Tertiam: *ad merendum & demerendum in statu naturæ lapsæ non requiritur in homine libertas à necessitate, sed sufficit libertas à coactione.* Hæreticam declaramus, & uti talem damnamus. Quartam: *Semipelagiani admittebant prævenientis gratiæ interioris necessitatem ad singulos actus etiam ad initium fidei, & in hoc erant hæretici, quod vellent, eam gratiam talem esse, cui posset humana voluntas resistere vel obtemperare:* Falsam & hæreticam declaramus, & uti talem damnamus. Quintam: *Semipelagianum est dicere, Christum pro omnibus omnino hominibus mortuum esse, aut Sanguinem fudisse:* Falsam, temerariam, scandalosam, & intellectam eo sensu, ut Christus pro salute dumtaxat Prædestinatorum mortuus sit, impiam, blasphemam, contumeliosam, Divinæ pietati derogantem, & hæreticam declaramus, & uti talem damnamus.

Mandamus igitur omnibus Christi Fidelibus utriusque sexûs, ne de dictis Propositionibus sentire, docere, prædicare aliter præsumant, quam in hac præsenti nostra Declaratione & definitione continetur, sub Censuris & pœnis contra hæreticos, & eorum Fautores in jure expressis. Præcipimus pariter omnibus Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, aliisque locorum ordinariis, necnon hæreticæ pravitatis Inquisitoribus, ut contradictores & rebelles quoscunque per Censuras & pœnas prædictas, cœteraque juris & facti remedia opportuna, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, omnino coërceant & compescant.

Non intendentes tamen per hanc Declarationem, & definitionem super prædictis 5. Propositionibus factam, approbare ullatenùs alias opiniones quæ continentur in prædicto libro Cornelii Jansenii. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo quinquagesimo tertio, pridiè Kal. Junii, Pontificatûs nostri anno nono.

Cùm autem, sicut accepimus, nonnulli iniquitatis Filii prædictas quinque Propositiones, vel in libro prædicto ejusdem Cornelii Jansenii non reperiri, sed fictè & pro arbitrio compositas esse, vel in sensu ab eodem intento damnatas non fuisse, asserere magno cum Christi fidelium scandalo, non reformident.

Nos, qui omnia, quæ hac in re gesta sunt sufficienter & attentè perspeximus, utpote qui ejusdem Innocentii prædecessoris jussu, dum adhuc in minoribus constituti, Cardinalis munere fungeremur, omnibus illis congressibus interfuimus, in quibus Apostolicâ autoritate, eadem causa discussa est, eâ profectò, diligentiâ, quâ major desiderari non posset, quamcumque dubitationem super præmissis in posterùm auferre volentes, ut omnes Christi fideles in ejusdem fidei unitate se se contineant, ex debito nostri Pastoralis officii, ac maturâ deliberatione, præinsertam Innocentii prædecessoris nostri Constitutionem, Declarationem & definitionem harum seriè confirmamus, approbamus & innovamus, & quinque illas Propositiones ex libro præmemorati Cornelii Jansenii, Episcopi Yprensis, cui titulus est: *Augustinus*, excerptas, ac in sensu ab eodem Cornelio Jansenio intento damnatas fuisse declaramus, & definimus ac uti tales, inustâ scilicet eâdem singulis notâ, quæ in prædicta Declaratione, & definitione unicuique illarum sigillatim inuritur, iterùm damnamus, ac eundem librum sæpe dicti Cornelii Jansenii, cui titulus: *Augustinus*, omnesque alios, tam manuscriptos, quàm typis editos, & si quos forsan in posterùm edi contigerit, in quibus prædicta ejusdem Cornelii Jansenii doctrina, ut supra, damnata deffenditur, vel astruitur, aut deffendetur, vel astruetur, damnamus itidem, atque prohibemus, mandantes omnibus Christi Fidelibus, ne prædictam doctrinam, teneant, prædicent, doceant, verbo vel scriptu exponant, vel interpretentur, publicè, vel privatim palàm, vel occultè imprimant, sub pœnis & censuris contra hæreticos in jure expressis ipso facto absque alia declaratione incurrendis.

Præcipimus igitur omnibus venerabilibus Fratribus nostris Patriarchis, Primatibus, Metropolitanis, Archiepiscopis, Episcopis, cœterisque locorum ordinariis, ac hæreticæ pravitatis Inquisitoribus, ac judicibus Ecclesiasticis, ad quos pertinet, ut præinsertam ejusdem Innocentii prædecessoris nostri Constitutionem, Declarationem, ac definitionem juxta præsentem nostram determinationem, ab omnibus observari faciant, ac inobedientes, & rebelles prædictis pœnis, aliisque juris & facti remediis, invocato etiam, si opus fuerit, brachii secularis auxilio, omnino coërceant. Datum Romæ apud Sanctam M. Majo-

tem, anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo quinquagesimo sexto, decimo septimo Kalend. Novembris, Pontificatus nostri anno secundo.

Subinde verò, quò omnis Apostolicarum definitionum eludendarum aditus intercluderetur; memoratus Alexander prædecessor, priscum Ecclesiæ morem sequutus, certam edidit formulam ab omnibus Ecclesiastici Ordinis, tam Sæcularibus quàm Regularibus personis subscribendam per aliam suam hac in re promulgatam Constitutionem tenoris sequentis, videlicet.

Alexander Episcopus, Servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam, regiminis Apostolici Divinâ Providentiâ nobis, quamvis immeritis, commissi ratio postulat, ut ad ea potissimum, quæ Catholicæ Religionis integritati & propagationi, animarumque saluti, & Fidelium tranquillitati consulere apta & idonea esse judicantur, animum & curam omnem, quantùm licet in Domino applicemus.

Quamobrem Cornelii Jansenii hæresim; in Galliis præsertim, serpentem, ab Innocentio X. fel. rec. prædecessore nostro ferè oppressam, ad instar colubri tortuosi, cujus caput attritum est, in varios gyros, & cavillationum deflexus euntem, singulari Constitutione ad hunc finem editâ altero assumptionis nostræ, anno extinguere conati fuimus. Sed ut multiplices hostis hominum generis artes adhibet, nondum plenè consequi potuimus, ut omnes errantes in viam salutis redirent, qui tamen unicus erat votorum & curarum nostrarum scopus, quibus operam, & industriam suam egregio sanè studio venerabiles Fratres nostri Archiepiscopi & Episcopi Regni Galliæ, earumdem Constitutionum Apostolicarum executioni præcipuè intenti contulerunt, & charissimus in Christo filius noster Rex Christianissimus singulari pietate auxiliatem dexteram strenuo, ac constantissimo animo porrexit.

Cùm autem præfatus Rex Christianissimus eodem Religionis zelo ductus per suam in urbe Oratorem nobis significari, exponique curaverit, nullum aliud opportuniùs remedium pestiferæ hujus contagionis reliquiis extirpandis adhiberi posse, quam si omnes certam formulam subscriberent nostrâ authoritate firmatam, in qua quinque Propositiones ex Cornelii Jansenii libro, cui titulus: *Augustinus*, excerptas sincerè damnarent, ac proinde illam à nobis quantociùs expediri, ad quælibet effugia præcludenda, omnesque removendos obtentus flagitaverit.

Nos, tam piis dicti Regis Christianissimi votis benignè annuendum esse ducentes, formulam infrascriptam ab omnibus Ecclesiasticis, etiam venerabilibus Fratribus nostris Archiepisc. & Episcopis necnon aliis quibuscumque Ecclesiastici Ordinis, tam Regularibus, quàm Secularibus, etiam Monialibus, Doctoribus & Licentiatis, aliisque Collegiorum Rectoribus, atque Magistris subscribi districtè mandamus, idque intra tres menses à die publicationis, seu notificationis Præsentium, aliàs contra eos, qui intra terminum prædictum non paruerint, irremissibiliter procedi volumus juxta canonicas Constitutiones, & Conciliorum Decreta.

Formula à supradictis subscribenda.

Ego N. Constitutioni Apostolicæ Innocentii X. datæ die 31. Maii 1653. & Constitutioni Alexandri VII. datæ die 16. Octobris 1656. summorum Pontificum me subjicio, & quinque Propositiones ex Cornelii Jansenii libro, cui nomen: *Augustinus* excerptas, & in sensu ab eodem Authore intento, prout illas per dictas Constitutiones Sedes Apostolica damnavit, sincero animo rejicio, ac damno, & ita juro, sic me Deus adjuvet, & hæc sancta Dei Evangelia.

Decernentes insuper præsentes Litteras semper & perpetuò validas & efficaces existere, & fore, suosque plenos, & integros effectus sortiri & obtinere. Sicque per quoscumque judices ordinarios & delegatos ubique judicari, & definiri debere, sublatâ eis, & eorum cuilibet quàvis aliter judicandi & interpretandi Facultate, & authoritate; ac irritum & inane, si secus super his à quocumque quàvis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Quocirca venerabilib. Fratrib. Archiepisc. & Episc. aliisque locorum ordinariis committimus & mandamus, ut singuli in suis Diœcesibus, ac locis suæ jurisdictioni subjectis præsentes Litteras & in eis contenta, quæcumque exequantur & executioni mandari, ac observari ab omnibus curent, & inobedientes quoscumque per sententias, Censuras & pœnas, aliaque juris & facti remedia, appellatione postpositâ, invocato etiam ad

hoc, si opus fuerit, brachii secularis auxilio omnino compellant.

Volumus autem, ut Præsentium transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem fides prorsus adhibeatur; quæ ipsis originalibus Litteris adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc nostram Constitutionem & ordinationem infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo sexagesimo quarto, quinto decimo Kalendas Martii Pontificatûs nostri, anno decimo.

Sic equidem causa finita est, non tamen sic, ut par erat, finitus est error Apostolico toties mucrone percussus; neque enim defuere, nec adhuc desunt homines veritati non acquiescentes, & nunquam Ecclesiæ contradicendi finem facientes, qui variis distinctionibus, seu potiùs effugiis ad circumventionem erroris excogitatis, Ecclesiam ipsam turbare, eamque interminatis quæstionibus, quantùm in ipsis est, involvere & implicare conantur; quodque deteriùs est, ipsamet Apostolicæ Sedis decreta redarguendis eorum pravis sensibus condita, ac præsertim quasdam piæ mem. Clementis Papæ IX. die 19. Januarii 1669. ad 4. Galliæ Episcopos, necnon hinas similis memoriæ Innocentii Papæ XII. etiam Prædecessorum nostrorum die 6. Februarii 1694. & die 24. Novembris 1696. ad Episcopos Belgii in forma Brevis respectivè datas Litteras, in erroris sui patrocinium advocare, temerario planè ausu, non erubescunt; perinde ac si memoratus Clemens prædecessor, qui eisdem suis Litteris, se Innocentii X. & Alexandri VII. prædecessorum Constitutionibus supradictis firmissimè inhærere, ac à dictis quatuor Episcopis veram, & totalem obedientiam, adeoque Formulæ à præfato Alexandro prædecessore, sicut præmittitur editæ sincerè per eos subscribi voluisse declaravit, aliquam in tam gravi negotio exceptionem, seu restrictionem, quam nullam prorsus se unquam admissurum fuisse protestatus fuit, re ipsâ admisisset; dictus verò innocentius XII. prædecessor, dum sapienter, ac providè prædictas quinque Propositiones ex memorato libro Jansenii excerptas in sensu obvio, quem ipsamet Propositiunum verba exhibent, ac præ se ferunt, damnatas esse pronunciavit, non de ipsomet obvio sensu, quem in Jansenii libro habent, quive ab eodem Jansenio intentus, ac à præfatis InnocentioX. & AlexandroVII. prædecessoribus damnatus fuit, sed de alio quopiam diverso sensu cogitasset; dictasque Innocentii X. & Alexandri VII. prædecessorum Constitutiones temperare, restringere, aut alio quovis modo immutare voluisset, iisdem ipsis Litteris, quibus eas in suo robore fuisse, & esse; seque illis firmiter inhærere verbis apertissimis asserebat.

Præterea iidem inquieti homines sparsis undequaque scriptionibus, ac libellis, exquisitâ ad fallendum arte compositis, non sine gravi Apostolicæ Sedis injuriâ, maximoque totius Ecclesiæ scandalo docere non sunt veriti: ad obedientiam præfatis Apostolicis Constitutionibus debitam non requiri, ut quis prædicti Janseniani libri sensum in antedictis quinque Propositionibus, sicut præmittitur, damnatum, interiùs, ut hæreticum damnet, sed satis esse; si ea de re obsequiosum (ut ipsi vocant) silentium teneatur: quæ quidem assertio, quam absurda sit, & animabus Fidelium perniciosa, satis apparet, dum fallacis hujus doctrinæ pallio non deponitur error, sed absconditur; vulnus tegitur, non curatur, Ecclesiæ illuditur, non paretur, & lata demum filiis inobedientiæ via sternitur ad fovendam silentio hæresim, dum ipsam Jansenii doctrinam, quam ab Apostolica Sede damnatam Ecclesiâ universalis exhorruit, adhuc interiùs abjicere, & corde improbare detrectant.

Quin etiam eo impudentiæ nonnullos devenisse compertum est. Ut veluti naturalis honestatis, ne dum Christianæ sinceritatis obliti, asserere non dubitaverint, præfatæ formulæ à memorato Alexand prædecessore præscriptæ subscribi licitè posse, etiam ab iis qui interius non judicant, prædicto Jansf. libro doctinam hæreticam contineri; quasi verò, contra quàm scriptum est: *Qui loquitur veritatem in corde suo, & qui jurat proximo suo, & non decipit*; hujusmodi erroris sectatoribus liceat Ecclesiam ipsam, jurejurando decipere simulque Apost. Sedis providentiam fallere; dum, ejusd. Formulæ conceptis verbis loquuntur quod Ecclesia loquitur, quod tamen sentit ipsa non sen-

tiant; seque parere Constitutionibus Apostolicis profitentur quibus animo contradicunt.

Hinc est, quod nos ad opportunum & efficax, tam exitiali morbo, qui ut cancer serpit, & quotidie in deteriùs vergit, remedium adhibendum, non minùs demandatæ nobis omnium Ecclesiarum sollicitudinis debito, quàm plurimorum venerabilium Fratrum nostrorum diversarum partium, ac præsertim Regni Galliarum Episcoporum zelo, ac precibus excitati, ne hujusmodi pravi homines Catholicæ Ecclesiæ pacem subvertere impunè pergant & simplicium, ac pusillorum mentibus imponere, docentes quæ non oportet, neve ullus, apud eos quoque qui bonâ, ut aiunt, fide ac falsis rumoribus decipi se fortassè patiuntur, de mente, ac sententia Apostolicæ Sedis ampliùs ambigendi supersit locus; Divino priùs, tam privatis nostris, quàm publicè indictis precibus, implorato præsidio, ac re maturè discussâ, de nonnullorum venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio, auditisque compluriumin sacra Theologia Magistrorum suffragiis, primo quidem, præinsertas Innocentii X. & Alexandri VII. prædecessorum Constitutiones, omniaque & singula in eis contenta, authoritate Apostolicâ, tenore Præsentium confirmamus, approbamus, & innovamus.

Ac insuper, ut quævis in posterùm erroris occasio penitus præcidatur, atque omnes Catholicæ Ecclesiæ filii Ecclesiam ipsam audire, (non tacendo solùm (nam & impii in tenebris conticescunt) sed & interius obsequendo quæ vera est orthodoxi hominis obedientia condiscant; hâc nostra perpetuò valiturâ Constitutione: obedientiæ, quæ præinsertis Apostolicis Constitutionibus debetur obsequioso illo silentio nequaquam satisfieri; sed damnatum in quinque præfatis Propositionibus Jansenii Libri sensum quem illarum verba præ se ferunt, ut præfertur ab omnibus Christi Fidelibus, ut hæreticum, non ore solùm, sed & corde rejici, ac damnari debere, nec aliâ mente, animo, aut credulitate supradictæ Formulæ subscribi licitè posse; ita ut qui secus, aut contra, quoad hæc omnia & singula, senserint, tenuerint, prædicaverint, verbo, vel scripto docuerint, aut asseruerint, tanquam præfatarum Apostolicarum Constitutionum transgressores, omnibus & singulis illarum Censuris & pœnis omnino subjaceant, eâdem authoritate Apostolicâ decernimus, declaramus, statuimus & ordinamus.

Decernentes pariter easdem præsentes, & præinsertas Litteras semper & perpetuò validas & efficaces existere, & fore, suosque plenarios & integros effectus sortiri & obtinere, sicque per quoscumque judices ordinarios & delegatos, ubique judicari & definiri debere, sublatâ eis, & eorum cuilibet quâvis aliter judicandi & interpretandi Facultate & authoritate, ac irritum, & inane, si secus super his à quoquam quâvis authoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Quocirca venerabilibus Fratribus Archiepiscopis & Episcopis, aliisque locorum ordinariis, nec non hæreticæ pravitatis Inquisitoribus, & judicibus Ecclesiasticis, ad quos pertinet, committimus & mandamus, ut singuli in suis respectivè Diœcesibus, ac locis suæ jurisdictioni subjectis, ipsas præsentes Litteras, & in eis contenta quæcumque exequantur, & executioni mandari, & observari ab omnibus curent, & inobedientes, & rebelles quoscumque per Censuras, & pœnas præfatas, aliaque juris & facti remedia, appellatione postpositâ, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, brachii secularis auxilio, omnino coërceant, & compellant.

Volumus autem, ut earumdem præsentium transumptis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem fides prorsus adhibeatur, quæ ipsis originalibus Litteris adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ

Nulli ergo omnino liceat hanc paginam nostræ confirmationis, approbationis, innovationis, decreti, declarationis, statuti: & ordinationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud Sanctam M. Majorem, anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quinto, decimo septimo Kalendas Augusti, Pontificatûs nostri anno quinto.

J. Card. Prodatarius.

Visa de Curia C. A. Fabronus.

Loco

Loco † plumbi.

P. *Porta.*

Registrata in Secretaria Brevium.

Anno à Nativitate Domini nostri Jesu-Christi millesimo septingentesimo quinto, indictione decimâ tertiâ, die verò decimâ sextâ Julii Pontificatûs autem Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Domini Clementis Divinâ Providentiâ Papæ XI. anno quinto, supradictæ Litteræ Apostolicæ affixæ & publicatæ fuerunt ad valvas Ecclesiæ S. Joannis Lateranensis, Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ Apostolicæ, magnæ Curiæ Innocentianæ Montis Citatorii, in acie Campi Floræ, & in aliis locis solitis & consuetis urbis, per me Thomam de nuionibus ejusdem Sanctissimi D. N. Papæ Cursorem

Joannes Græcus mag. Curs.

Registré : Oüy & ce requerant le Procureur General du Roi, pour être exécuté selon sa forme & teneur, suivant l'Arrêt de ce jour. A Paris en Parlement le 4. Septembre 1705. Signé, DONGOIS.

LETTRES-PATENTES sur la Constitution du Pape en forme de Bulle, qui confirme & explique les Constitutions des Papes Innocent X. & Alexandre VII. sur le Jansenisme, avec la Constitution du Pape en forme de Bulle.

LOUIS, par la grace de Dieu, Roi de France & de Navarre. A tous ceux qui ces presentes Lettres verront, Salut. Quelques précautions que Nous ayons prises pendant tout le cours de notre Regne; pour étouffer toutes les contestations, que les erreurs du livre de Jansenius avoient fait naître, Nous avons appris néanmoins que des esprits inquiets & indociles renouvellant tous les jours des disputes aussi temeraires que dangereuses sur la condamnation de cet Auteur, ne cessent de troubler la paix que Nous avons voulu procurer à l'Eglise, & comme cette condamnation a été prononcée par le S. Siege, dont le jugement a été accepté par l'Eglise de France, publié & exécuté dans nos Etats, en vertu de nos Lettres-Patentes, registrées en nos Cours de Parlemens, Nous avons cru ne pouvoir rien faire de plus utile, pour prévenir les desseins de ceux qui tâchent d'affoiblir le poids de cette condamnation, que de demander à notre Saint Pere le Pape qu'il lui plût d'affermir par une nouvelle Constitution l'exécution de celles des Papes ses predecesseurs, qui sont devenus les loix de toute l'Eglise, par l'acceptation qu'Elle en a faite; Sa Sainteté excitée par les instances qui lui en ont été faites de notre part & animée par son propre zele, ayant donné à cet ouvrage toute l'attention que l'importance de la matiere pouvoit meriter; a fait une Constitution en forme de Bulle le quinziéme Juillet dernier, par laquelle en confirmant de nouveau les Constitutions des Papes Innocent X. & Alexandre VII. reçuës & publiées dans notre Royaume, elle rejette & condamne tous les prétextes dont les Défenseurs de Jansenius se sont servis pour en éluder l'exécution; & le Sr. Gualtiery, Archevêque, Evêque d'Immola son Nonce, ayant eu ordre de Nous presenter de sa part un exemplaire de ladite Constitution, & de Nous demander notre protection pour la faire exécuter, Nous l'avons reçuë avec le respect que Nous devons pour le Saint Siege & pour la personne de Notre Saint P. le Pape, & Nous avons jugé à propos d'en envoyer une copie à l'Assemblée du Clergé qui se tient presentement à Paris par notre permission, afin qu'elle pût déliberer sur l'acceptation de cette Constitution dans les formes ordinaires, & que le suffrage des Evêques se joignant ainsi à l'autorité du jugement du Saint Siege; ce concours & ce consentement unanime des membres avec leur Chef, pût éteindre pour toujours dans notre Royaume une division de sentimens si contraires au bien & à l'honneur de l'Eglise. Les déliberations de cette Assemblée ont répondu à notre attente, & par le procès-verbal qui Nous en a été presenté, Nous avons eu la satisfaction de voir que les Prélats de notre Royaume reconnoissant dans la Constitution de Notre Saint Pere le Pape, l'esprit & la doctrine de l'Eglise, à laquelle le Clergé de France a toujours été si inviolablement attaché, l'ont acceptée avec la déference qui est dûë au Chef visible qu'il a plû à Dieu de donner à son Eglise, & Nous ont supplié en même tems de faire expedier nos Lettres-patentes pour la faire publier & exécuter

dans notre Royaume; & comme Nous reconnoissons avec plaisir que la plus grande gloire d'un Roi très-Chretien consiste à employer toute la puissance qu'il a reçuë de Dieu, à faire reverer & observer inviolablement les décisions de l'Eglise, dont il a voulu que Nous fussions les Défenseurs & les Protecteurs. A CES CAUSES, Nous avons dit & déclare, disons & déclarons par ces Presentes signées de notre main, voulons & Nous plait, que la Constitution de Notre Saint Pere le Pape en forme de Bulle attachee sous le contre-scel de notre Chancellerie, acceptee par les Archevêques & Evêques de notre Royaume, assemblés à Paris par notre permission, soit reçuë & publiée dans nos Etats pour y être exécutee, gardee & observée selon la forme & teneur: Exhortons à cette fin, & néanmoins enjoignons à tous les Archevêques & Evêques de notre Royaume de la faire lire & publier dans toutes les Eglises de leurs Diocèses, enregistrer dans les Greffes de leurs Officialités, & de donner tous les ordres nécessaires pour la faire observer d'une maniere uniforme, suivant les résolutions qui ont eté prises sur ce sujet dans ladite Assemblée; en sorte que la paix qui en doit être le fruit, soit charitablement & inviolablement conservée, & que les disputes qui l'ont alterée jusqu'à present, ne puissent plus être renouvellées; & attendu que tout ce qui regarde les Jugemens de l'Eglise en matiere de doctrine est principalement reservé à la personne & au caractere des Evêques, & ne peut leur être ôté par aucun privilege; Nous voulons que le contenu en nos presentes Lettres soit exécuté nonobstant toutes exemptions, privileges, droits de jurisdictions Episcopales ou quasi-Episcopales, qui pourroient être pretendus par aucuns Chapitres, Abbayes, Communautés Séculieres ou Régulieres, ou par aucuns Particuliers de quelque qualité ou condition qu'ils soient, ausquels Nous avons défendu & défendons d'exercer aucunes fonctions, ni actes de jurisdiction en cette matiere en vertu desdits privileges. SI DONNONS EN MANDEMENT à nos amés & feaux Conseillers les gens tenant notre Cour de Parlement à Paris, que s'il leur appert que dans ladite Constitution en forme de Bulle, il n'y ait rien de contraire aux saints Decrets, Constitutions Canoniques, aux Droits & Prééminences de notre Couronne, & aux libertés de l'Eglise Gallicane, ils ayent à faire lire, publier, enregistrer nos presentes Lettres, ensemble ladite Constitution & le contenu en icelle, garder & faire garder & observer par tous nos Sujets, dans l'étenduë du Ressort de notredite Cour, en ce qui depend de l'autorite que Nous lui donnons; enjoignons en outre à notredite Cour & à tous nos autres Officiers, chacun en droit soi, de donner ausdits Archevêques & Evêques, & à leurs Officiaux, le secours & aide du bras Seculier, lorsqu'ils en seront requis dans le cas de droit, pour l'execution de ladite Constitution: CAR TEL EST NOTRE PLAISIR, en témoin de quoi Nous avons fait mettre notre scel à cesd. Presentes. Donné à Versailles le dernier jour d'Août l'an de grace mil sept cens cinq; & de notre regne le soixante-troisiéme. *Signé*, LOUIS; *& plus bas*, par le Roi, PHELYPEAUX, & scellées du grand sceau de cire jaune.

Registrées: Oüy & ce requerant le Procureur General du Roi pour être exécutées selon leurs forme & teneur, & copies collationnées envoyées aux Bailliages & Senechaussées du Ressort, pour y être lües, publiées & registrées; enjoint aux Substituts du Procureur General du Roi d'y tenir la main & d'en certifier la Cour dans un mois, suivant l'Arrêt de ce jour. A Paris en Parlement le 4. Septembre 1705. Signé, DONGOIS.

Extraits du Procès-verbal de l'Assemblée Generale du Clergé de France, tenuë à Paris en l'année 1705.

Du Lundy troisiéme Août à huit heures du matin.

Monseigneur le Cardinal de Noailles présidant.

MOnseigneur le Cardinal a dit qu'il avoit à proposer à l'Assemblée une affaire d'une nature bien differente de celles qu'elle avoit eu à traiter jusqu'à present, mais qui n'en étoit pas moins convenable à la Compagnie, puisqu'il s'agit de la doctrine & du dépôt qui est le bien le plus précieux dont les Evêques soient chargés, & sur lequel ils doivent veiller avec le plus d'attention.

Monseigneur le Cardinal a ajouté, que comme il a plû au Roi d'en écrire lui-même à l'Assemblee, il n'avoit qu'à se taire & à laisser parler Sa Majesté. Sur quoi

ayant remis à Monsieur l'Abbé de Roquette la Lettre du Roi & un exemplaire de la Constitution de Notre Saint Pere le Pape qui y étoit joint, Son Eminence a proposé d'en faire la lecture.

La lecture de la Lettre du Roi & de la Constitution de Notre Saint Pere le Pape étant achevée, Monseigneur le Cardinal a fait observer à la Compagnie les nouvelles marques de pieté, de prudence & de bonté pour le Clergé, que Sa Majesté donne dans cette Lettre, ensuite il a represente les raisons qui ont obligé le Roi de demander ladite Constitution, & le Pape de l'accorder, & les grands biens qu'on en pouvoit esperer pour l'Eglise; qu'ainsi il ne doutoit pas que l'Assemblée ne se portât à la recevoir non-seulement avec respect; mais aussi avec joye:

Que cependant pour y proceder dans les formes ordinaires, il falloit nommer des Commissaires, à qui ladite Constitution seroit remise pour en faire leur raport à l'Assemblée, & en même tems Son Eminence a nommé Monseigneur l'Archevêque de Roüen, Messeigneurs les Evêques de Coûtance, d'Amiens, d'Angers, de Senlis, de Blois, & de Frejus, avec Messieurs les Abbés de Louvois, de Fourcy, de Bussy, de Catellan, de Vienne, Joubert & Fagon.

Du Vendredy vingt-uniéme Août à huit heures du matin.

Monseigneur le Cardinal présidant.

Messeigneurs les Commissaires nommés pour rendre compte à la Compagnie de la Constitution de Notre Saint Pere le Pape ayant pris le Bureau; Monseigneur l'Archevêque de Roüen, Chef de la Commission, a fait un docte & éloquent rapport qu'il a fini, en disant, que la commission avoit établi pour maxime.

1°. Que les Evêques ont droit par institution Divine, de juger des matieres de doctrine.

2°. Que les Constitutions des Papes obligent toute l'Eglise, lorsqu'elles ont été acceptées par le Corps des Pasteurs.

3°. Que cette acceptation de la part des Evêques se fait toûjours par voye de jugement, & ces maximes etant établies, il a dit que l'avis de la commission étoit,

1°. Que la Constitution de Notre S.P. le Pape doit être acceptée avec respect & soumission.

2°. Qu'en conséquence l'Assemblée doit écrire à Sa Sainteté une lettre de congratulation & de remerciment.

3°. Qu'on doit écrire aussi une Lettre circulaire à tous Messeigneurs les Evêques du Royaume pour les exhorter de recevoir & faire publier ladite Constitution dans leurs Diocèses, par des Mandemens simples & uniformes, autant qu'il se pourra, & pour cet effet de rien ajouter ni diminuer à la Constitution.

4°. Qu'on remerciera très-humblement Sa Majesté de la protection qu'Elle a bien voulu donner à l'Eglise dans cette occasion, comme Elle a fait en toutes autres, & des marques de confiance & de bonté, dont Elle a honoré le Clergé dans la lettre qu'Elle a fait l'honneur d'écrire à l'Assemblée.

5°. Qu'on suppliera aussi Sa Majesté d'accorder ses Lettres-Patentes pour l'enregistrement & la publication de la Constitution dans toute l'étenduë de son Royaume, & de vouloir bien y inserer une clause pour interdire la connoissance de cette matiere aux prétendus exempts qui se disent Ordinaires.

Après quoi quelques-uns de Messeigneurs les Commissaires ont fait de sçavantes & solides reflexions sur la forme & le fond de ladite Constitution.

Du Vendredy vingt-uniéme Août à trois heures de relevée.

Monseigneur le Cardinal présidant.

Ceux de Messeigneurs les Commissaires qui n'avoient pû opiner le matin ont occupé toute la séance, & ont parlé avec beaucoup d'érudition sur la Constitution, & la déliberation a été remise au lendemain.

Du Samedy vingt-deuxiéme Août à huit heures du matin.

Monseigneur le Cardinal présidant.

Monseigneur le Cardinal a dit, qu'après le Sçavant & éloquent Rapport qu'avoit fait Monseigneur l'Archevêque de Roüen, & les sages reflexions qu'avoient fait aussi Messeigneurs les Commissaires, il étoit persuadé, que l'Assemblée ne trouveroit aucune difficulté à former une déliberation unanime sur

l'acceptation de la Constitution de Notre Saint Pere le Pape, qui avoit été envoyée à la Compagnie par Sa Majesté ; Messeigneurs les Prelats ont commencé d'opiner chacun selon leur rang, & ont occupé toute la séance.

Du Samedy vingt-deuxiéme Août à trois heures de relevée.

Monseigneur le Cardinal presidant.

L'Assemblée a continué d'opiner, & a approuvé unanimement les maximes établies par Messeigneurs les Commissaires sur le droit des Evêques ; ensuite Monseigneur le Cardinal après quelques reflexions sur la matiere deja épuisée, le saint Nom de Dieu invoqué, a conclu.

1°. Que l'Assemblée accepte & reçoit avec respect, soumission, & unanimité parfaite la Constitution de Notre Saint Pere le Pape Clement XI.

2°. Qu'elle ecrira à Sa Sainteté une Lettre de congratulation & de remerciment.

3°. Qu'elle écrira aussi une lettre circulaire à tous Messeigneurs les Evêques du Royaume, pour les exhorter de recevoir & faire publier ladite Constitution dans leurs Diocèses par des Mandemens simples & uniformes, autant qu'il se pourra, & pour cet effet de ne rien ajouter ni diminuer à la Constitution.

L'Assemblée en même temps a prié Monseigneur le Cardinal de *Noailles* presidant de remettre à Sa Majesté la presente Déliberation, de la remercier très-humblement de la protection qu'Elle a bien voulu donner à l'Eglise dans cette occasion, comme Elle a fait en toutes autres, & des marques de confiance & de bonté, dont elle a honoré le Clergé dans la lettre qu'Elle a fait l'honneur d'écrire à l'Assemblée, comme aussi de supplier Sa Majesté d'accorder ses Lettres-Patentes pour l'enregistrement & la publication de la Constitution dans toute l'étenduë de son Royaume, & de vouloir bien y inserer une clause pour interdire la connoissance de cette matiere aux prétendus exempts qui se disent Ordinaires.

L'Abbé Phelypeaux, Secretaire.
L'Abbé de Roquette, Secretaire.

Epistola Cleri Gallic. ad Summum Pontif.

BEATISSIME PATER.

Quantùm nobis metuendum videbatur, ne quæ sopitæ credebantur circa Jansenismum contentiones acriùs reviviscerent, tantùm nunc Sanctitati Vestræ gratulamur, tumultus qui recèns apud nos inquietorum hominum contumaciâ fuerant excitati, ipsius prudentiâ simul & authoritate fuisse compressos, firmatamque in posterum Apostolicæ Sedis judicio, Ecclesiarum pacem, ac concordiam.

Nonnullis quidem scriptis, summorum Pontificum Constitutionibus authoritatem detrahere, Janseniique librum adversus Ecclesiæ Decreta pertinaciter tueri, paucis ab hinc annis iterùm tentaverant ejusdem Jansenii sectatores, cùm statim pro Episcopali munere libellos, qui in Diœcesi Parisiensi de industria sparsi undequaque fuerant, justâ censurâ proscripsit Eminentissimus Archipræsul applaudentibus æquissimæ damnationi universis Galliarum Episcopis, quorum in colenda Apostolica Sede singulare studium, atque in profligandis profanis novitatibus indefessus labor semper emicuit.

Verùm agebatur de vindicando à pravis & alienis expositionibus gennino sensu Constitutionum Apostolicarum Innocentii X. & Alexandri VII. quas solemni & à majoribus accepto more, Clerus Gallicanus, atque ad ejus exemplum universa recepit Ecclesia: æquum igitur erat, & Ecclesiæ imprimis utile, ut post damnatam ab Apostolica Sede in ejusmndi contentionum exordio Jansenianam hæresim, omnes etiam cavillationes in erroris patrocinium excogitatæ, ejusdem Sedis judicio prorsus amputarentur, & ita Constitutionibus Apostolicis sua constaret authoritas ; atque in posterùm quod optabat Apostolus, *id ipsum dicerent omnes*, [a] *essentque perfecti in eodem sensu & eadem sententia.*

Hunc igitur tandiu optatum Pastoralis vigilantiæ fructum certò nunc sperare licet ex edita Constitutione, quam pro singulari erga Sedem Apostolicam obsequio, pro eximio in tuenda tum veritate, tum Ecclesiarum pace, studio, Christianissimus Rex noster à Sanctitate Vestra efflagitavit. Hanc ab Illustrissimo Archiepiscopo Immolensi Nuncio Apostolico Majestati Suæ traditam, ad nos in Generalibus Cleri Gallicani Comitiis in unum coactos, antequam in Galliis executioni demandaretur, transmitti voluit.

Definitionem itaque Beatitudinis Ves-

[a] Corinth. c. 1.

træ

træ debitâ observantiâ colentes (quodque scribebant olim ad beatum Leonem Galliarum Episcopi [a] *exultantes in ea, ita nos semper ex paterna traditione tenuisse ut Apostolatus vester exposuit, jure lætati sumus.* Et (ut quondam quartæ Synodi Patres, magni Leonis epistolam excepere) uno spiritu, unâ conspiratione, unâ concordiâ Constitutionem Sanctit. Vestræ eâ quâ par est Reverentiâ, suscepimus, communique Consilio promulgandam & executioni demandandam in Ecclesiis & Diœcesibus nostris decrevimus, atque omnium fuit sententia, sedulò cavendum, ne quis Pastorali nostræ sollicitudini commissus, impunè contraria docere, scribere, aut loqui præsumat.

Sed tantæ authoritati, tamque maturo judicio obtemperaturos omnes speramus: futurumque (quod olim in Galliis post beati Leonis epistolam accidit) [b] *ut prava persuasio participes non inveniat, aut inventos amittat.*

Erit hæc propria vestri Pontificatûs laus & gloria, firmata nimirum & constabilita pax, quam Eusebius Mediolanensis Episcopus [c] *consummati certaminis coronam appellabat, quamque quiete perpetuâ retenturos*, ut aiebat, ultrò confidimus & optamus.

Quis autem (liceat enim rursus illorum verbis uti, quorum erga Sedem Apostolicam perpetuum obsequium velut hereditario jure nobis vindicamus) *Apostolatui Vestro pro hoc tanto munere dignas æstimè gratias posse persolvi? quod nos ante oculos habentes non desinemus Deo gratias agere & supplicare gratulantes, quod tantæ Sanctitatis, tantæque Doctrinæ Apostolicæ Sedi Antistitem dederit, petentes ut datum concessumque munus Pontificii vestri longissimà ad ædificationem Ecclesiarum suarum ætate servet, ac tueatur.* Quæ semper erunt vota eorum qui, se cum singulari veneratione profitentur.

Beatissime Pater,

Sanctitatis Vestræ,

Devotissimi & addictissimi filii, *Cardinales* Archiepiscopi & Episcopi Galliæ, in Urbe Parisiensi congregati.

De mandato Eminentissimorum, ac Illustrissimorum Cardinalium, Archiepiscoporum, Episcoporum, totiusque cœtûs Ecclesiastici Cleri Galliæ nomine congregati.

Ludovicus Phelypeaux, à Secretis.

Henricus Emanuel de Roquette, à Secretis.

LETTRE CIRCULAIRE adressée aux Evêques de France.

MONSIEUR,

L'union qui doit être dans l'Episcopat & l'interêt que Nous devons tous prendre aux affaires de l'Eglise, Nous engagent à vous faire part de ce qui a été arrêté dans les Déliberations de notre Assemblée, au sujet de la Constitution de Notre Saint Pere le Pape.

Vous sçavez que lorsque l'on publia, il y a quelques années des Ecrits qui ne tendoient qu'à donner atteinte aux décisions de l'Eglise sur le Jansenisme, nous applaudîmes tous à la juste condamnation qui en fut faite dans le Diocèse de Paris, où ces disputes avoient pris naissance.

Le Roi donna dans le même tems à l'Eglise des marques de sa protection, & de l'attention qu'il a toujours eu pour prévenir tout ce qui peut en troubler la paix; mais pour affermir encore plus solidement la tranquillité des Eglises de son Royaume. Sa Majesté crut devoir solliciter Notre Saint Pere le Pape, de condamner les fausses interprétations qu'on vouloit donner aux Constitutions d'Innocent X. & d'Alexandre VII. afin qu'une decision du S. Siege reçuë & acceptée par l'Eglise de France pût soumettre tous les esprits, ôter tout prétexte de rappeller les erreurs de Jansenius, & éteindre à jamais des disputes que l'Eglise & l'Etat ont également interêt d'appaiser. Le Pape, dont le zele pour soutenir la doctrine de l'Eglise est aussi connuë que sa sagesse pour en pacifier les troubles, a répondu aux justes desirs du Roi en publiant sa Constitution du seize Juillet dernier, par laquelle il condamne tous les détours & subterfuges dont les Défenseurs de Jansenius vouloient encore se servir pour éluder les Constitutions des Souverains Pontifes que le Corps des Pasteurs a acceptées, & qui doivent par

[a] Epist. Sidonica Episcop. Gallo. ad sanctum Leonem inter ep. S. Leonis post ep. 76. epist. S. Synodi Chalced. ad sanctum Leonem.
[b] Epistola Episcoporum Galliæ ad sanctum Leonem.
[c] Epistola Eusebi Mediol. ad sanctum Leonem.
[d] Eadem Epistola Episcop. Galliæ ast sanctum Leonem.

cette acceptation solemnelle être regardees comme le jugement & la décision de toute l'Eglise.

Sa Majeste attentive à conserver en tout, l'Ordre Canonique, & les droits de l'Episcopat, a bien voulu Nous adresser la Constitution, & attendre les Deliberations de notre Assemblee, avant que de faire expedier ses Lettres-Patentes; pour exécuter ce que notre devoir nous prescrivoit, Nous avons donné tout le tems & l'application que demandoit l'examen d'une affaire si importante dans laquelle Nous sçavons tous que nous n'agissons pas en simples exécuteurs des Decrets Apostoliques, mais que Nous jugeons, & que Nous prononçons veritablement avec le Pape.

Mais plus Nous avons fait de reflexions sur la Décision du Saint Siege, plus Nous y avons reconnu les maximes & les sentimens des Evêques de France qu'il seroit facile de justifier par la conduite que l'Eglise a gardée dans tous les tems, aussi attachée à la doctrine renfermée dans la Constitution, que remplis de respect & de deference pour l'autorité dont elle est émanée; Nous nous sommes tous portés à l'accepter par un consentement unanime.

C'est en consequence de notre Déliberation que le Roi a fait expedier ses Lettres-Patentes, pour ordonner que la Constitution sera reçuë & publiée dans toute l'étenduë de son Royaume, & Sa Majesté en réserve l'exécution aux Evêques, comme un droit qui appartient tellement à notre caractere, qu'il ne peut être communiqué à d'autres par aucun privilege.

Nous ne vous écrivons pas dans la vûë de vous exciter à recevoir une décision que vous trouverez comme Nous, aussi juste en elle-même, que respectable par l'Autorité qui l'a prononcée; votre zele & vos lumieres vous porteront assez à faire tout ce que votre ministere & le bien de l'Eglise demandent de vous dans cette occasion.

Pour le procurer plus efficacement, Nous sommes tous convenus d'ordonner la publication & l'exécution de la Bulle dans nos Diocèses, par des Mandemens simples & uniformes, autant qu'il sera possible: Et pour établir cette uniformité, Nous n'avons pas trouvé de moyen plus propre que de Nous attacher à la Constitution, & de Nous renfermer uniquement dans la décision qu'elle contient que Nous avons embrassée dans toute sa force & dans toute son étenduë, sans rien ajoûter ni diminuer à une décision si exacte & si convenable aux besoins de l'Eglise.

Nous sommes persuadés que votre zele pour la verité, votre amour pour la paix aussi bien que la parfaite correspondance qui doit être entre les Evêques, vous feront entrer dans des vûës si sages & si judicieuses, & que Nous courerons tous avec le Saint Siege dans un esprit d'union pour procurer à l'Eglise une paix durable qui doit être l'objet de nos vœux & le fruit de la Constitution que Nous avons acceptée.

Nous sommes, Monsieur,

Vos très-humbles & très-affectionnés Serviteurs & Confreres† L. A. Card. de Noailles, Archevêque de Paris, President. Par Nosseigneurs de l'Assemblée; *l'Abbé Phelypeaux, ancien Agent & Secretaires l'Abbé de Roquette, Secretaire.*

A Paris le 14. Septembre 1705.

PROJET DE MANDEMENT.

Nous avons vû avec une véritable douleur les efforts que des esprits inquiéts ont faits depuis quelques années pour renouveller les contestations sur le Jansenisme, & pour affoiblir par des Ecrits remplis de faussetés & dangereuses maximes, l'autorité des Constitutions des Souverains Pontifes, qui doivent après l'acceptation solemnelle, que le Corps des Pasteurs en a faire, être regardée comme le jugement & la loi de toute l'Eglise.

Il est vrai que l'on ne vit pas paroître plûtôt ces Ecrits dans le Diocèse de Paris, qu'ils y furent en même tems condamnes; & ensuite dans quelques autres Diocèses.

Mais pour ôter toute occasion de rappeller les erreurs proscrites par l'Eglise, il étoit à propos que les Constitutions des Papes Innocent X. & Alexandre VII. ausquelles on vouloit donner atteinte fussent confirmées & renouvellées par la décision du Saint Siege, il falloit pour réünir tous les esprits que la même autorité qui avoit condamné, dans la naissance de la contestation les cinq Propositions extraites du Livre de Jansénius, condamnât encore aujourd'hui les Docteurs & les subtilités que l'on avoit inventées pour

mettre la doctrine de ce Livre à couvert des Censures de l'Eglise.

Pierre a done parlé par la bouche de son digne Successeur: Celui qui doit affermir la foi de ses freres, a rejetté toutes les nouveautés profanes qui pouvoient alterer la vertu & troubler la paix. Le Chef des Pasteurs excité par les prieres du Roi a dissipé par sa Constitution du seize Juillet dernier tous les vains prétextes ausquels on avoit recours pour se dispenser d'obéïr aux décisions de l'Eglise, il rappelle les Brefs de Clement IX. & d'Innocent XII. dont il fait voir la parfaite conformité avec les Bulles d'Innocent X. & Alexandre VII. Sa Sainteté prononce en termes exprès, *que ne pas condamner intérieurement comme heretique le sens du Livre de Jansenius condamné dans les cinq Propositions, mais prétendre que le silence respectueux suffit, ce n'est pas renoncer à l'erreur, mais la cacher: ce n'est pas obéïr à l'Eglise, mais s'en mocquer.* Sa Majesté ayant fait l'honneur à l'Assemblée du Clergé de lui envoyer cette Constitution, les Evêques qui la composoient, ont reconnu dans la decision du Souverain Pontife la doctrine que le Clergé de France a toujours suivi, & la conduite que l'Eglise a gardée dans tous les tems.

C'est dans cet esprit qu'ils l'ont reçuë, avec respect & soumission d'un consentement unanime. Et le Roi toûjours attentif à ce qui peut assurer la paix de l'Eglise, Nous a fait l'honneur de nous écrire pour Nous exhorter à faire publier & exécuter cette Bulle dans nos Diocèses. A CES CAUSES, après avoir fait de sérieuses reflexions sur une affaire si importante, & après en avoir conferés, *chacun suivant son usage.*

Le Saint Nom de Dieu invoqué, Nous déclarons par notre presente Ordonnance, que Nous nons conformons au jugement que les Evêques assemblés ont déja porté. Que Nous acceptons comme eux, avec respect & soumission la Constitution du Saint Siege, & en nous renfermant absolument à leur exemple dans la decision qu'elle contient. Nous déclarons que l'on ne satisfait pas par le silence respectueux à l'obéïssance qui est duë aux Constitutions des Souverains Pontifes Innocent X. & Alexandre VII. qu'il faut s'y soumettre interieurement; rejetter non seulement de bouche, mais même de cœur, & condamner comme heretique le sens du livre de Jansenius condamné dans les cinq Propositions.

Nous déclarons de plus que Nous procederons par les voyes de droit, contre ceux qui oseront parler, enseigner ou écrire contre la presente Constitution, & que Nous décernerons contre eux les peines qui y sont portées.

Enfin Nous ordonnons que la Bulle de N. S. P. le Pape, avec notre presente Ordonnance, soit enregistrée dans le Greffe de notre Officialité, afin qu'on s'y conforme dans les jugemens Ecclésiastiques; que le dispositif de lad. Constitution, avec notre Ordonnance, soient lûës aux Prônes des Messes Paroissiales, & que l'on fasse la lecture de la Bulle en son entier dans toutes les Communautés Séculiéres & Reguliéres de notre Diocèse, soy disant exemptes ou non exempres.

Anno Domini 1705.

Rector Parisiensis Academiæ, Professoribus Philosophiæ denunciavit Regis voluntatem esse, ut præter errores an. 1691. in Parisiensibus Scholis prohibitas, quatuor has dictiones è Scholis eliminarent, scilicet 1°. Æternitas Dei est successiva. 2°. Spiritus extensus est ita, ut totus extra se totum sit, licet ejus extensio non tota extra se ipsam omnino sumptam sit. 3°. Extra mundum quædam spatia positiva sunt. Quæ ab immensitate Dei non distinguuntur. Quare Deus revera est extra Cœlos. 4°. Locus sumitur ex comparatione cum immensitate Divinitatis: tota extra se ipsam totam posita est.

Anno Domini 1705.

Breves Litteræ Clementis XI. ad Academiam Lovaniensem quæ Pontificiam Constitutionem *Vineam Domini*: Lætanter exceperat.

Dilectis Filiis Decano & Facultati Theologicæ Lovaniensi.

CLEMENS PAPA XI.

Dilecti Filii, Salutem, &c. Ex datis nuper ad vos Litteris vestris libenter audivimus, quanto cum gaudio Apostolicam nostram adversus Jansèniani erroris reliquias Constitutionem excepéri-

tis, quâve animarum alacritate debitam eidem obedientiam pro ingenito vobis in hanc sanctam Sedem obsequiopolliciti sitis. Quod verò insuper pro tuenda strenuè fidei veritate quam Beatus Petrus in hac eadem Sede adhuc vivens, & præsidens universis Christi Fidelibus præstat eximium zelum vestrum prodideritis, laudamus admodùm, & peculiares bonorum omnium largitori Deo gratias agimus; qui in insigni Facultate vestra Orthodoxæ Religionis præsidium, & decus maximum Ecclesiis Belgicis repositum voluit, ut scilicet assiduis studiis, ac laboribus vestris abundè valeatis exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere: Pergite igitur, dilecti filii, in suscepto munere feliciter exequendo, & eliminatis penitus ex Academiæ vestræ finibus, doctrinis variis & peregrinis, quibus nonnulli nimis altè sapientes apud semetipsos miserè abduci se passi sunt, inviolabilis Petræ, supra quam Christus fundavit Ecclesiam dogmatibus, & institutis firmiter inhærere, paternæque nostræ, quâ vos omnes in Domino amplectimur, charitatis ampliora semper ubi se occasio dederit argumenta expectate. Apostolicam interim vobis Benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris, die decimâ secundâ Decembris 1705. Pontificatûs nostri an. 6.

Anno Domini 1706.

Breves Litteræ Clementis XI. ad Regem Christianissimum.

Charissimo in Christo Filio nostro Ludovico Francorum Regi Christianissimo.

CLEMENS PAPA XI.

CHarissime in Christo fili noster quæ sub nomine postremi Conventûs Cleri Gallicani typis vulgata sunt si nihil addidissent ad ea quæ aliquot ante annos in hujus Apostolicæ Sedis offensionem acta fuêre; rem, forte hanc, & si per se satis odiosam, & sanè parùm excusabilem, dissimulare tamen potuissemus, illius exemplum imitati qui aiebat, *cum his qui oderunt pacem eram pacificus*, verùm cùm in negotio editæ à nobis, Majestate etiam Suâ rogante, ad eliminandas Janseniani erroris reliquias Constitutionis, ita egerimus ut nihil in ea occurreret quod vel delicatioribus Gallicanorum usum zelatoribus displicere meritò posset, nihil æquiùs profectò expectare nos posse putabamus quàm ut in Cleri Comitiis pari saltem cautione, ac moderatione erga hanc sanctam Sedem ageretur, eo præsertim tempore quo majore opus erat, tum inter Caput & membra, tum inter Sacerdotium & imperium concordia, quamvis autem minimè dubitamus eam revera fuisse omnium aut plerorumque saltem qui aderant Episcoporum mentem, Majestate Suâ certè id ipsum intendente, tamen necesse est obreptum illis fuisse quorumdam callidorum hominum molitionibus, qui hanc utriusque potestatis concordiam exitio sibi esse dudum experti, ad eam quoquomodo labefactandam, zizaniorum semina spargere clanculum studuerunt, quod utique nimirùm illis è sententia cessit, namque hactenus ex hujusce Conventûs actis perinde conservata esse videntur, ac si non tam de recipienda præfata Constitutione nostra, quàm de Sedis Apostolicæ authoritate circumscribenda, vel potiùs eligenda cogitatum esset.

Neque verò hîc de ea solùm causa agimus quàm nonnulli propriam, ac veluti privatam hujus sanctæ Sedis esse volunt, (quamquam vix nulla, Romanæ Sedis causa peculiaris esse possit, quæ non statim ad universam Ecclesiam cujus illa Caput, Mater & Magistra est pertinere dicenda sit) sed usurpatam nuper doctrinarum novitatem insectamur; brevi nisi reprimatur, processuram usque ad integram Constitutionum Apostolicarum ipsiusque adeo Catholicæ fidei subversionem, ad Regiarum Majestatis Tuæ sancionum elusionem, ad Jansenismi pariter & Quietismi, imò & cujuscumque posthàc hæresis impunitatem & triumphum. Quæ omnia quoniam Majestati Tuæ dissimulata fuisse intelligimus ne à nobis per quandam exaggerationem dicta esse videantur, ex dilecto filio nostro Tussano S. R. E. Cardinali Jansonio nobis hac de re paulò ante hujus ab urbe discessum diebus differenti, pluribus confirmavimus, & per venerabilem Fratrem Augustinum, Archiepiscopum Amasiensem Nuncium apud te nostrum Majestati Tuæ, tum voce, tum etiam scripto, pro rei gravitate modò explicari mandavimus, ut planè intelligas quàm longè à veteri probataque Ecclesiæ Gallicanæ doctrina, atque ab ipsa agendi ratione, quam

quam in recipiendis debitâque obedientiâ exequendis, Innocentii X. & Alex. VII. prædecessorum nostrorum Constitutionibus ipsimet Galliæ Antistites iniere, postremus cœtus iste discesserit. Quamobrem absque pastoralis nostri muneris negligentiâ omittere diutiùs non potuimus, quin eas quas dudum de perperam in eodem cœtu assertis actisque conceperamus querelas ad venerabiles FF. Archiepiscopos, Episcopos & alios Ecclesiasticos viros qui inibi tunc congregati fuerant deferri curaremus, eosdem Apostolicâ autoritate quam Deo authore licet indigni gerimus, & Deo adjuvante, ad ultimum usque vitæ spiritum constantissimè sustinebimus, sedulò admonentes, ut traditâ sibi in Ecclesia sollicitudinis parte contenti, plenitudinem potestatis huic uni beati Petri Cathedræ divinitùs attributam usurpare non audeant, & ejusdem de Catholica fide decreta venerari & exequi discant, non discutere, aut judicare præsumant. Cæterùm in hac expostulandi necessitate (cui nos non nisi coactos cedere debuisse facilè ex ipsa diuturni temporis morâ intelliget Majestas Sua) hoc nobis solatio est, quod sciamus hujusmodi querelas nostras in aliquos duntaxat, nequaquam verò in universum Cleri Gallicani corpus recidere; nam præterquam quod plures Regni provinciæ sicut nobis innotuit suis, ad Comitia delegatis, nullam de rebus dogmaticis decernendi potestatem fecerant, nullumque procuratores absentium Episcoporum, qui magno satis in numero erant, super hisce rebus suffragium tulerant; publicâ insuper, constantique famâ percepimus clari nominis Episcopos non defuisse qui magnoperè obstiterunt, ne in acta referrentur ea quæ perniciosam novitatem continere, adeoque nobis ingrata ferè satis superque cognoscerent. Quemadmodùm igitur illa quæ minus legitimè & contra veterem sanamque, atque etiam in Gallia custoditam Majorum doctrinam gesta sunt & non nisi Jansenianæ cæterarumque hæresum novitatibus, in turo ponendis proficere possunt, latis ad eosdem Episcopos litteris improbavimus; ita ex meliori eorum consilio & Majestatis Tuæ potissimum quæ tantam in sectandis erroribus Ecclesiæque pace conciliandâ tibi laudem promeruit zelo emendanda prorsus fore confidimus, neque enim nostram, dum antiquos custodiri fines volumus, sed fidei & Ecclesiæ, quin & ipsius Regni tui causam agimus. Reliqua super hoc argumento accipies à præfato Nuncio nostro, tibique charissime fili noster in Christo amplissimam Benedictionem impertimur.

Datum Romæ apud Beatam Mariam Majorem die 31. Augusti an. 1706. Pontificatûs nostri anno sexto. Subsignatum erat. OLIVERIUS.

Anno Domini 1706.

Eminentissimus Cardinalis Noailllus Theologicas Institutiones Gaspardi *Juenin*, emendas, & Carnutensis Episcopus in sua Diœcesi reprobat.

Anno Domini 1708.

Die 15. Julii: Decretum Inquisitorum Romanorum contra librum *Quesnelli* de moralibus cogitationibus.

Anno Domini 1708.

Die 25. Septemb. Institutiones Theologicæ Gaspardi *Juenin* inter prohibitos libros Romæ recensentur.

Anno Domini 1710.

Explication des Maximes établies, au sujet de l'acceptation de la Constitution de N. S. P. le Pape Clement XI. dans les Séances du Vendredi & Samedi 21. & 22. Août 1705.

Les Novateurs qui abusent de tout, pouvant abuser de quelques expressions du Procès-verbal de l'Assemblée de 1705. au sujet de l'acceptation de la Constitution du Pape du mois de Juillet de la même année; il est à propos, pour prevenir leur mauvaise interprétation d'expliquer la veritable intention de cette Assemblée; ainsi Nous, comme ayant eu part à ses déliberations, & témoins de ce qui s'y est passé, déclarons;

1°. Qu'elle a pretendu recevoir cette Constitution dans la même forme & dans les mêmes maximes que les autres Bulles contre le Livre de Jansenius, ont été reçuës.

2°. Que quand elle a dit, que les Constitutions des Papes obligent toute l'Eglise, lorsqu'elles ont eté acceptées par le Corps des Pasteurs, elle n'a point voulu établir qu'il soit necessaire que l'acceptation du Corps des Pasteurs soit solemnelle, pour que de semblables Constitutions du saint Siege soient des régles du sentiment des Fideles.

3°. Qu'elle étoit très-persuadée qu'il ne manque aux Constitutions contre Jansenius aucune des conditions nécessaires pour obliger toute l'Eglise, & nous croyons qu'elle auroit eu le même sentiment sur les Bulles contre Baius, contre Molinos, & contre le Livre de M. l'Archevêque de Cambray, intitulé : *Maximes des Saints*, s'il en eût été mention.

4°. Qu'enfin elle n'a point pretendu que les Assemblées du Clergé ayent droit d'examiner les Jugemens dogmatiques des Papes, pour s'en rendre les Juges, & s'elever un Tribunal superieur. Fait à Paris le dixiéme de Mars mil sept cens dix.

† L. A. Card. de Noailles, *Archevêque de Paris*.

† J. B. M. Colbert, *Archevêque de Toulouse*.

† Leon P. P. *Arch. de Bourges*.

† Armand, *Arch. de Bourdeaux*.

† Henry, *Arch. d'Alby*.

† Augustin, *Arch. d'Auch*.

† Charles, *Arch. d'Aix*.

† Charles-François, *Evêque de Coutances*.

† David-Nicolas, *Evêque de Blois*.

† François, *Evêque de Troyes*.

† Charles, *Evêque d'Auxerre*.

† Jean, *C. & Evêque de Valence*.

Epistola Eminentissimi Cardinalis de Noailles *ad summum Pontificem nomine Cleri Gallicani.*

Beatissime Pater.

Cum intimo doloris sensu accepi Sanctitati Vestræ relatum fuisse Constitutionem suam, *Vineam Domini Sabaoth*, in Comitiis anni 1705. habitis, *non eâ quâ par est veneratione atque obedientiâ acceptam*; quod cùm à veritate prorsus alienum sit, officii mei & æquitatis esse duxi quid rei esset aperire, maximè cum iis prædictis Comitiis præfuerim, eaque de causa votorum omnium particeps, ac præcipuus testis extiterim.

Testor igitur, 1°. Clerum in bis Comitiis Sanctitatis Vestræ Constitutionem eodem obsequio, eodemque animo accepisse; quo omnes Prædecessorum vestrorum Bullæ adversus Jansenium à Majoribus nostris acceptæ sunt.

2°. Cùm dixit Constitutiones summorum Pontificum à corpore Episcoporum acceptatas totam Ecclesiam obligare, mens ejus non fuit illas acceptatione solemni Episcoporum indigere, ad hoc ut tanquam regulæ credendi & loquendi ab omnibus Catholicis haberi debeant, licet aliquando solemnitas non mediocris esse possit utilitatis ubi natus est error. Ultima Jansenistarum munimenta penitus convellere, ipsisque effugium omne in nostris partibus principio ab his concesso, intercludere operæ pretium duxit.

3°. Non sibi arrogavit, *ut Sanctiones Pontificias examini suo judicandas subjiceret*, sed in ipsis fidei suæ sensum recognoscendum esse voluit, (quod olim scribebant Leoni magno Episcopi Gallicani) ut error à sacra Sede proscriptus unanimis accessione doctrinæ confodiatur.

4°. Certum illi fuit Pontificiis Decretis adversus Jansenium nihil deesse ut universam Ecclesiam obligent, & circa illa nec appellationem admitti, nec mutationem expectari posse; idem & de Apostolicis adversus Baium, Molinosum, & Librum vulgò dictum: *Maximes des Saints*, definitionibus professurum fuisse Clerum existimo, si de illis actum fuisset.

Hæc omnia ut verissima assero; quapropter Sanctitatem vestram enixè precor, ita de Ecclesia Gallicana sentiat, ut illam credat, qualem scripsit Innocentio II. S. Bernardus, *fortem in fide, pacificam in unitate, devotam in obedientia vestra, promptam ad servitium*; sic etiam affecti sunt omnes Episcopi nostri. Ego verò debitæ Apostolatui vestro obedientiæ primus omnium faciam satis.

Apostolicæ Sedi, quanta debeam, monebunt me semper Religio, gratus animus, & insita erga Romanam Ecclesiam reverentia, neque necessarius erit ad confirmandam hanc meam observantiam aspectus Purpuræ illius quâ honestor, &

in omnibus summa cum veneratione & obsequio me exhibeo.

Sanctitatis Vestræ,

Humillimus, devotissimus & obsequentissimus Filius & Servus L. A. Card. de Noailles.

Altera Epistola Eminentissimi Cardinalis de Noailles *ad summum Pontificem nomine Cleri Gallicani.*

Beatissime Pater.

Cum intimo doloris sensu accepi, *modum illum quem Clerus noster Gallic. in Comitiis habitis anno* 1705. *tenuit, occasione Constitutionis à S. V. editæ adversus Jansenianum errorem quæ incipit* Vineam Domini Sabaoth, *visum fuisse S. V. diversum, ab eo quem olim Majores nostri occasione Constitutionum à Summis Pontificibus Innocentio X. & Alexand. VII. eadem in re editarum tenuerunt, adeoque* præfatam S. V. Constitutionem non eâ quâ par est veneratione atque obedientiâ ab eodem Clero acceptam fuisse; quod *sanè cùm à mente ipsius Cleri* prorsus alienum fuerit, officii mei & æquitatis duxi B. V. quod rei esset aperire, maximè cum iis Comitiis præfuerim, eaque de causa, votorum omnium particeps, ac præcipuus testis fuerim.

Testor igitur, 1°. in Comitiis prædictis Clerum nostrum *verè in animo habuisse* S. V. Constitutionem eodem prorsus obsequio, eademque *obedientiâ* accipere & amplecti quâ majores nostri omnes S. V. Prædecessorum Bullas adversus Jansenium acceperunt & amplexi fuerunt.

2°. Cùm *Clerus* dixit Constitutiones SS. Pontificum à corpore Episcoporum acceptatas totam Ecclesiam obligare, mens ejus non fuit *necessariam esse ejusmodi acceptationis solemnitatem*, ad hoc ut illæ tanquam regulæ credendi & loquendi ab omnibus Catholicis haberi debeant, licet aliquando *ista* solemnitas non mediocris esse possit utilitatis, ubi natus est error. Ultima Jansenistarum munimenta penitus convellere, ipsisque effugium omne in nostris partibus, principio ab his concesso, intercludere operæ pretium fuit.

3°. Non sibi arrogavit Clerus Gallicanus ut Sanctiones Pontificias examini suo judicandas subjiceret, sed in ipsis (quod olim scribebant Leoni [a] Magno Episcopi Gallicani) *gaudent & exultans* fidei suæ sensum *recognovit, & ita se semper tenuisse, ut vester Apostolatus exposuit, jure lætatus est*, errorem que à sancta Sede proscriptum unanimis doctrinæ *voluit* accessione confodere, *ne Novatores se silentio potiùs Episcoporum obsequioso, quàm expressâ eorum declaratione damnatos prædicarent.*

4°. Certum illi fuit Pontificiis Decretis adversus Jansenium nihil deesse, ut universam Ecclesiam obligent, & circa illa nec appellationem admitti, nec mutationem expectari posse. Idem & de Apostolicis adversus Baïum, Molinosum; & Librum vulgò dictum, *Maximes des Saints*, definitionibus professurum fuisse Clerum existimo, si de illis actum fuisset.

Quæ cùm ita se habeant, & genuinam Episcoporum nostrorum sententiam explicent; Sanctitatem Vestram enixè precor, ita de Ecclesia Gallicana sentiat, ut illam credat, [b] qualem scripsit Innocentio II. S. Bernardus fortem in fide, pacificam in unitate, devotam in obedientia vestra, promptam ad servitium. Sic etiam *hodie* affecti sunt omnes Episcopi nostri; ego verò debitæ Apostolatui vestro obedientiæ primus omnium faciam satis.

Apostolicæ Sedi quanta debeam, monebunt me semper religio, gratus animus, & insita erga Romanam Ecclesiam reverentia neque necessarius erit ad confirmandam *omnimodam* hanc meam observantiam aspectus Purpuræ illius quâ honestor, & in omnibus summa cum veneratione & obsequio me exhibeo.

Sanctitatis Vestræ,

Humillimus, devotissimus & obsequentissimus Filius & Servus. L. A. Card. de Noailles.

Epistola Eminentissimi Cardinalis de Noailles *ad Summum Pontificem nomine privato.*

Beatissime Pater.

Habet tandem aliquando S. V. quam optavit non sinceram minùs, quàm diligenter ad arbitrium suum elaboratam Epistolam Gallicanorum Episcoporum obsequii, ac devotionis testationem non dubiam. Subscripsi, imo scripsi ipse lætus ac lubens, cui nihil est optatiùs quàm ut co-Episcopis meis, ac Catholicis omnibus in Apostolicam Sedem, ac Sanctita-

[a] Tom. 3. Concil. Lab. p. 1329.

[b] Epist. 176.

tem Vestram ubservantiæ & fidei non modò socius sim, sed præsim & præeam. Jam etsi verò hâc Epistolâ S. V. ipsi primùm, deinde cæteris factùrum me satis esse confido, omnibus communi & exhibitæ à reliquis observantiæ erit semper quod addam peculiaria & propria officia & obsequia in Beati Petri Cathedram & Beatitudinem Vestram exhibere gestiam, animo magis quàm dignitate devinctus utrique. Id primùm in votis habui ex quo Gallicani Cleri negotia suscipere coactus sum, & ne quid deesset pietari & obedientiæ nostræ, hoc secundum, ut si quid Sanctitati Vestræ minùs gratum fortassis acciderit, resarciretur, & statim communicatis cum Beatitudine Vestra consiliis, omnis offensionis locus tolleretur. Utinam sinceris ac pacificis votis, studiisque meis interposuisset se nemo aut obstitisset / Livoris, vel odii, vel imprudentiæ machinationes silentio & oblivione perpetuâ deleantur; fugatis tenebris lux rediit, Gallicani Cleri ita tibi perspectâ ac nudatâ mente, serenus nobis ac placidus effulgebis. Verebuntur adversarii nihil malum habentes dicere de nobis. Sanè jam à remotissimis retrò sæculis in colendis tuendisque sanctissimis Pontificibus nulla par fuit, tantùm abest ut processu temporis deficiat, aut imminuatur quam à Patribus accepimus in Romanam Sedem & Beatitudinem Vestram observantia; imo me duce, me authore; me suasore, me conciliatore crescet in dies. Assiduis votis, jugibusque sacrificiis Sanctitati Vestræ incolumitatem, quietem, annos multos & fœlices, æternam salutem studiosus apprecor.

Parisiis 29. Junii 1711.

Humillimus, Devotissimus & obsequentissimus Filius & Servus, L. A. CARD. DE NOAILLES.

Breves Litteræ summi Pontificis ad Eminentissimum Cardinalem de Noailles.

CLEMENS PAPA XI.

Dilecte Fili noster, Salutem & Apostolicam Benedictionem. Quàm grata nobis fuerit circonspectionis tuæ Epistola de recto, & huic sacræ Sedi obsequente tuo, & co-Episcoporum tuorum sensu, quamvis aliàs ita expresso, *ut nobis probari minime potuerit*, satis tibi nuper aliis nostris litteris explicavimus. Quod autem privato nomine perscribis, te, sicut communia omnium obsequia lætus ac libens exhibuisti, ita peculiari tuâ erga nos, & eamdem Sedem observantiâ & obedientiâ, cæteris omnibus non sociari solùm, verùm etiam anteire, laudamius impensè propositum tuum, nobisque omnia pollicemur de singulari pietate ac fide circonspectionis tuæ. Tibi enim qui amplissimum in Ecclesia locum obtines, & illustri adeo Christi Gregi sanctâ cum laude pietatis, cæterarumque virtutum exemplo præsides, satis perspectum esse non dubitamus, quantùm studii, hoc præsertim tempore, à nobis, aliisque qui in partem sollicitudinis nostræ vocati sunt, adhibendum sit in tuenda sana doctrina, evertendisque erroribus, qui nimis in dies serpunt, & magnam, nisi sedulò coërceantur, Ecclesiæ Dei perniciem intentant. Id verò à quopiam pro Pastoralis ministerii debito, nec præstari utiliùs, nec obtineri securiùs potest, quàm si omnes petræ illi semper adhæreant, super quam ædificatam Ecclesiam scimus, caveantque imprimis ab iis qui semper in circuitu, ut impii, ambulantes, eo tandem collimare noscuntur, ut firma & inconcussa hujus sanctæ Sedis judicia impetere, seu aliquo modo convellere, vel in dubium revocare præsumant. Hæc te, Dilecte fili N. bene nosse summoperè gaudemus, dùm pro eximio quo polles animo, & singulari quam profiteris dictæ Sedi reverentiâ, ultrò nobis spondes te enixè curaturum, ut vetus Gal. Cleri erga Beati Petri Cathedram cultus atque obedientia, te duce, te cultore, te suasore, te conciliatore crescat in dies. Nostrum propterea omne atque ejusdem Sedis erga te studium & amorem tuendis rebus, ac dignitati tuæ scias minimè defuturum, tibique interim Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ, apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 17. Augusti. M. DCC XI. Pontificatûs nostri 11°.

Anno Domini 1711.

Eminentissimus Cardinalis de *Noailles* quædam dicta Pastoralis documenti à Lucionensi Episcopo & Rupellensi editi, tum Vappensis Episcopi reprehendit, & lectione istorum documentorum interdicit in sua Diœcesi.

ANNO

Anno Domini 1712.

Die 17. Junii Parisiensis Senatus igni addicit libellum sic inscriptum : *Reflexions sur un Ecrit intitulé* : Memoire de Monsieur le Dauphin.

Anno Domini 1713.

Die 24. Julii : Historia Societatis *Jesu*, pars quinta, à Parisiensi Senatu in Galliis supprimitur. Hujus Scripti in Senatores Parisiensis Curiæ injuriosi, Author erat Josephus *Juvency*, Soc. *Jesu*.

Anno Domini 1713.

Sanctissimi D. N. Clementis Divinâ Providentiâ Papæ XI. damnatio quamplurium Propositionum excerptarum ex Libro, Gallico idiomate impresso, & in plures tomos distributo, sub titulo ; *Le Nouveau Testament en François, avec des Reflexions Morales sur chaque verset, &c. à Paris* 1699. Ac aliter, *Abregé de la Morale de l'Evangile, des Actes des Apôtres, des Epîtres de S. Paul, des Epîtres Canoniques & de l'Apocalypse, ou pensées Chrétiennes sur le Texte de ces Livres sacrés, &c. à Paris* 1693. *&* 1694.

Cum prohibitione ejusdem libri, & aliorum quorumcumque in ejus defensionem tam hactenus editorum, quàm in posterum edendorum.

Clemens, Episcopus, Servus Servorum Dei.

Universis Christi Fidelibus ; Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Unigenitus Dei Filius pro nostra, & totius mundi salute Filius hominis factus, dum Discipulos suos doctrinâ veritatis instrueret, universamque Ecclesiam suam in Apostolis erudiret, præsentia disponens, & futura prospiciens præclaro, ac saluberrimo documento nos admonuit, ut attenderemus à falsis Prophetis qui veniunt ad nos in vestimentis ovium ; quorum nomine potissimùm demonstrantur Magistri illi mendaces, & in deceptione illusores, qui splendidâ pietatis specie prava dogmata latenter insinuantes, introducunt sectas perditionis sub imagine Sanctitatis; utque faciliùs incautis obrepant, quasi deponentes lupinam pellem, & sese Divinæ legis sententiis, velut quibusdam ovium velleribus obvolventes, sanctarum Scripturarum, adeoque etiam ipsius Novi Testamenti verbis, quæ multipliciter in suam aliorumque perditionem depravant, nequiter abutuntur : Antiqui scilicet, à quo progeniti sunt, mendacii parentis exemplo, ac magisterio edocti, nullam omnino esse ad fallendum expeditiorem viam, quàm ut, ubi nefarii erroris subintroducitur fraudulentia, ibi Divinorum verborum prætendatur authoritas.

His nos verè Divinis monitis instructi, ubi primùm non sine intima cordis nostri amaritudine, accepimus, Librum quemdam, Gallico idiomate olim impressum, & in plures tomos distributum, sub titulo : *Le Nouveau Testament en François, avec des Reflexions Morales sur chaque verset, &c. à Paris* 1699. Aliter verò ; *Abregé de la Morale de l'Evangile, des Actes des Apôtres, des Epitres de saint Paul, des Epitres Canoniques, & de l'Apocalypse, ou Pensées Chrétiennes sur le Texte de ces Livres sacrés, &c. A Paris* 1693. *&* 1694. tametsi aliàs à Nobis damnatum, ac reveraCatholicis veritatibus pravarum doctrinarum mendacia multifariàm permiscentem, adhuc tamen tanquam ab omni errore immunem, à pluribus haberi, Christi Fidelium manibus passim obtrudi, ac nonnullorum nova semper tentantium consilio, & operâ studiosè nimis quaqua-versum disseminari, etiam latinè redditum, ut perniciosæ institutionis contagium, si fieri possit, pertranseat de Gente in Gentem, & de Regno ad Populum alterum : Versutis hujusmodi seductionibus atque fallaciis, creditum nobis Dominicum gregem in viam perditionis sensim abduci summoperè doluimus : adeoque Pastoralis non minus curæ nostræ stimulis, quàm frequentibus orthodoxæ Fidei zelatorum querelis, maximè verò complurium venerabilium fratrum, præsertim Galliæ Episcoporum, litteris ac precibus excitati, gliscenti morbo, qui etiam aliquando posset in dete-

riora quæque protuere, validiori aliquo remedio obviam ire decrevimus.

Et quidem ad ipsam ingruentis mali causam providæ nostræ considerationis intuitum converteutes, perspicuè novimus summam hujusmodi libri perniciem ideo potissimum progredi & invalescere, quòd eadem intus lateat, & velut improba sanies, non nisi secto ulcere foras erumpat; cùm liber ipse primo aspectu legentes specie quâdam pietatis illiciat: molliti enim sunt sermones ejus super oleum; sed ipsi sunt jacula & quidem intento arcu ita ad nocendum parata, ut sagittent in obscuro rectos corde. Nihil propterea opportuniùs, aut salubriùs præstari à Nobis posse arbitrati sumus, quàm si fallacem libri doctrinam generatim solummodò à Nobis hactenus indicatam, pluribus singillatim ex eo excerptis Propositionibus, distinctiùs, & apertius explicaremus, atque universis Christi Fidelibus noxia zizaniorum semina è medio tritici, quo tegebantur educta, velut ob oculos exponeremus. Ita nimirum denudatis, & quasi in propatulo positis, non uno quidem, aut altero, sed plurimis, gravissimisque, tum pridem damnatis, tum etiam novè adinventis erroribus, planè confidimus, benedicente Domino, fore ut omnes tandem apertæ jam, manifestæque veritati cedere compellantur.

Id ipsum maximè è re Catholica futurum, & sedandis præsertim in florentissimo Galliæ Regno exortis ingeniorum variè opinantium, jamque in acerbiores scissuras pro rendenrium dissidiis apprimè proficuum; conscientiarum denique tranquillitati perutile, & propemodum necessarium, non modò præfati Episcopi, sed & ipse imprimis charissimus in Christo Filius noster Ludovicus Francorum Rex Christianissimus, cujus eximium in tuenda Catholicæ Fidei puritate, extirpandisque erroribus zelum satis laudare non possumus sæpiùs nobis est contestatus; repetitis propterea verè piis & Christianissimo Rege dignis officiis; atque ardentibus votis à Nobis efflagitans, ut instanti animarum necessitati prolatâ quantociùs Apostolici censurâ Judicii consuleremus.

Hinc, adspirante Domino, ejusque Cœlesti ope confisi, salutare opus sedulò, diligenterque, ut rei magnitudo postulabat, aggressi sumus, ac plurimas ex prædicto Libro, juxta supra recensitas respective editiones, fideliter extractas, & tum Gallico, tum Latino idiomate expressas Propositiones à compluribus in sacra Theologia Magistris primò quidem coram duobus ex Venerabilibus Fratribus nostris S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus accuratè discuti: deinde verò coram Nobis*, adbibito etiam aliorum plurium Cardinalium consilio, quàm maximâ diligentiâ, ac maturitate singularum insuper Propositionum cum ipsomet libri Textu exactissimè factâ collatione; pluries iteratis Congregationibus, expendi & examinari mandavimus. Hujusmodi autem Propositiones sunt; quæ sequuntur, videlicet.

I

Quid aliud remanet animæ, quæ Deum, atque ipsius gratiam amisit, nisi peccatum, & peccari consecutiones, superba paupertas & segnis indigentia, hoc est, generalis impotentia ad laborem, ad orationem, & ad omne opus bonum?

I.

[a] *Que reste-t'il à une ame qui a perdu Dieu & sa grace, sinon le peché & ses suites, une orgueilleuse pauvreté & une indigence paresseuse, c'est-à-dire, une impuissance generale au travail, à la priere, & à tout bien?*

II.

Jesu Christi gratia, principium efficax boni cujuscumque generis, necessaria est ad omne opus bonum, absque illa, non solùm nihil fit, sed nec fieri potest.

II.

[b] *La grace de Jesus-Christ, principe efficace de toute sorte de bien est nécessaire pour toute bonne action*, grande ou petite, facile ou difficile, pour la commencer, la continuer & l'achever. *Sans elle non-seulement on ne fait rien, mais on ne peut rien faire.*

* *Nota Primò.* Que ce qui est en lettre italique & en lettre romaine dans les Propositions Françoises, est fidélement extrait des éditions condamnées *du Livre des Reflexions*, &c. avec cette difference, que ce qu'on lit en lettre italique, répond exactement aux Propositions Latines de la Constitution; & que ce qu'on lit en lettre romaine n'est point dans les Propositions Latines; ce qui est nécessaire pour l'intelligence de la Proposition Françoise.

Nota secundò. Qu'on a mis des points à la place de quelques endroits du Texte du livre, qui ont paru trop longs à rapporter, & qui ne sont point necessaires pour l'intelligence des Propositions.

a Luc. 16. 3. edit. 1693. 1699.

b Joan. 15. 5. edit. 1693.

III.

In vaoom, Domine, præcipis, si tu ipse non das quod præcipis.

III.

[a] *En vain vous commandez*, Seigneur, *si vous ne donnez vous-même ce que vous commandez.*

IV.

Ita, Domioe, omoia possibilia sunt ei, cui omoia possibilia facis, eadem operando in illo.

IV.

[b] *Ouy, Seigneur, tout est possible à celui à qui vous rendez tout possible, en le faisant en lui.*

V.

Quaodo Deus non emollit cor per ioteriorem unctionem gratiæ suæ, exhortatiooes, & gratiæ exteriores ooo ioserviunt, nisi ad illud magis obdurandum.

V.

[c] *Quand Dieu n'amollit pas le cœur par l'onction intérieure de sa grace, les exhortations & les graces exterieures ne servent qu'à l'endurcir davantage.*

VI.

Discrimen inter fœdus Judaïcum & Christiaoum, est quod io illo Deus exigit fugam peccati, & implementum legis à peccatore, relioquendo illum in sua impoteotia: In isto verò Deus peccatori dat quod jubet, illum suâ gratiâ purificaodo.

VI.

[d] *Quelle difference, ô mon Dieu! entre l'alliance Judaïque & l'alliance Chrétienne; l'une & l'autre a pour condition le renoncement au peché, & l'accomplissement de votre Loi: mais là, vous l'exigez du pecheur, en le laissant dans son impuissance: ici, vous lui donnez ce que vous lui commandez, en le purifiant par votre grace.*

VII.

Quæ utilitas pro homioe in veteri fœdere, io quo Deus illum reliquit ejus propriæ infirmitati imponendo ipsi suam Legem? Quæ verò felicitas oon est, admitti ad fœdus, io quo Deus nobis dooat, quod petit à nobis?

VII.

[e] *Quel avantage y a-t'il pour l'homme; dans une alliance où Dieu le laisse à sa propre foiblesse, en lui imposant sa Loi? Mais quel bonheur n'y-a-t'il point d'entrer dans une alliance, où Dieu nous donne ce qu'il demande de nous?*

VIII.

Nos noo pertioemus ad novum fœdus, nisi in quantum participes sumus ipsius novæ gratiæ, quæ operatur in oobis id, quod Deus nobis præcipit.

VIII.

[f] *Nous n'appartenons à la nouvelle alliance, qu'autant que nous avons part à cette nouvelle grace, qui opere en nous ce que Dieu nous commande.*

IX.

Gratia Christi est gratia suprema, sine qua confiteri Christum ounquam possumus, & cum qua nuoquam illum abnegamus.

IX.

[g] Ce n'est que par la grace de Jesus-Christ que nous sommes à Dieu; *Grace souveraine, sans laquelle on ne peut jamais confesser Jesus-Christ, & avec laquelle on ne le renie jamais.*

X.

Gratia est operatio manûs omnipotentis Dei, quam nihil impedire potest, aut retardare.

X.

[h] La compassioo de Dieu sur nos pechés, c'est son amour pour le pecheur; cet amour la source de la grace; *cette grace une operation de la main toute-puissante de Dieu, que rien ne peut empêcher ni retarder.*

a Act. 16. 10. edit. 1693. 1699.
b Marc. 9. 22. edit. 1693. 1699.
c Rom. 9. 18. edit. 1693.
d Rom. 11. 27. edit. 1693. 1699.

e Hebr. 8. 7. edit. 1693. 1699.
f Hebr. 8. 10. edit. 1693. 1699.
g 1. Cor. 12. 3. edit. 1693.
h Matt. 20. 34. edit. 1693. 1699.

XI.

Gratia non est aliud, quàm voluntas omnipotens Dei, jubentis, & facientis quod jubet.

XI.

[a] *La grace* peut tout réparer en un moment, parce que ce *n'est autre chose que la volonté toute-puissante de Dieu, qui commande, & qui fait tout ce qu'il commande.*

XII.

Quando Deus vult salvare animam, quocumque tempore, quocumque loco, effectus indubitabilis sequitur voluntatem Dei.

XII.

[b] *Quand Dieu veut sauver l'ame, en tout tems, en tout lieu, l'indubitable effet suit le vouloir d'un Dieu.*

XIII.

Quando Deus vult animam salvam facere, & eam tangit interiori gratiæ suæ manu, nulla voluntas humana ei resistit.

XIII.

[c] *Quand Dieu veut sauver une ame, & qu'il la touche de la main intérieure de sa grace, nulle volonté humaine ne lui résiste.*

XIV.

Quantumcumque remotus à salute sit peccator obstinatus, quando Jesus se ei videndum exhibet lumine salutari suæ gratiæ, oportet ut se dedat, accurrat, sese humiliet, & adoret Salvatorem suum.

XIV.

[d] *Quelque éloigné que soit du salut un pecheur obstiné, quand Jesus se fait voir à lui par la lumiere salutaire de sa grace, il faut qu'il se rende, qu'il accourre qu'il s'humilie, & qu'il adore son Sauveur.*

XV.

Quando Deus mandatum suum, & suam externam locutionem comitatur unctione sui Spiritûs, & interiori vi gratiæ suæ, operatur illa in corde obedientiam quam petit.

XV.

[e] *Quand Dieu accompagne son commandement & sa parole extérieure de l'onction de son esprit, & de la force intérieure de sa grace, elle opere dans le cœur l'obéïssance qu'elle demande.*

XVI.

Nullæ sunt illecebræ quæ non cedant illecebris gratiæ, quia nihil resistit Omnipotenti.

XVI.

[f] *Il n'y a point de charmes qui ne cedent à ceux de la grace, parce que rien ne résiste au Tout puissant.*

XVII.

Gratia est vox illa Patris, quæ homines interiùs docet, ac eos venire facit ad Jesum-Christum. Quicumque ad eum non venit, postquam audivit vocem exteriorem Filii, nullatenus est doctus à Patre.

XVII.

[g] *La grace est* donc *cette voix du Pere, qui enseigne intérieurement les hommes & les fait venir à Jesus-Christ. Quiconque ne vient pas à lui, après avoir entendu la voix extérieure du Fils, n'est point enseigné par le Pere.*

XVIII.

Semen verbi, quod manus Dei irrigat, semper affert fructum suum.

XVIII.

[h] *La semence de la Parole, que la main de Dieu arrose, porte toujours son fruit.*

XIX.

Dei gratia nihil aliud est quàm ejus omnipotens voluntas: hæc est idea quam Deus ipse nobis tradit in omnibus suis Scripturis.

XIX.

[i] *La grace de Dieu n'est autre chose que sa volonté toute-puissante. C'est l'idée que Dieu nous en donne lui-même dans toutes ses Ecritures.*

a Marc. 2. 11. edit. 1693. 1699.
b Marc. 2. 11. edit. 1693. 1699.
c Luc. 5. 13. edit. 1693.
d Marc. 5. 6 7. edit. 1693.
e Luc. 9. 60. edit. 1693. 1699.

f Act. 8. 12. edit. 1693. 1699.
g Joan. 6. 45. edit. 1693. 1699.
h Act. 11. 21. edit. 1693. 1699.
i Rom. 14. 4. edit. 1693, 1699.

XX.

Vera gratia ideo est, quod Deus vult sibi à nobis obediri, & obeditur; imperat, & omnia fiunt; loquitur tanquam Dominus, & omnia sibi submissa sunt.

XXI.

Gratia Jesu-Christi est gratia fortis, potens, suprema, invincibilis, ut pote quæ est operatio voluntatis omnipotentis, sequela & imitatio operationis Dei incarnantis & resuscitantis Filium suum.

XXII.

Concordia Omnipotentis operationis Dei in corde hominis, cum libero ipsius voluntatis consensu, demonstratur illicò nobis in Incarnatione, veluti in fonte atque archetypo omnium aliarum operationum misericordiæ & gratiæ, quæ omnes ita gratuitæ, atque ita dependentes à Deo sunt, sicut ipsa originalis operatio.

XXIII.

Deus ipse nobis ideam tradidit omnipotentis operationis suæ gratiæ, eam significans per illam, quâ creaturas è nihilo producit, & mortuis reddit vitam.

XXIV.

Justa idea quam Centurio habet de omnipotentia Dei & Jesu-Christi, in sanandis corporibus solo motu suæ voluntatis, est imago ideæ quæ haberi debet de omnipotentia suæ gratiæ, in sanandis animabus à cupiditate.

XXV.

Deus illuminat animam & eam sanat, æquè ac corpus solâ suâ voluntate; jubet, & ipsi obtemperatur.

XXVI.

Nullæ dantur gratiæ nisi per fidem.

XXVII.

Fides est prima gratia, & fons omnium aliarum.

a Marc. 4. 39. edit. 1693. 1699.
b 2. Cor. 5. 21 edit. 1693. 1699.
c Luc. 1. 38. edit. 1693. 1699.
d Rom. 4. 17. edit. 1693. 1699.

XX.

[a] *La vraye idée de la grace est que Dieu veut que nous lui obeïssions, & il est obéi; il commande, & tout se fait; il parle en Maître, & tout est soumis.*

XXI.

[b] *La grace de Jesus-Christ est une grace...* divine, comme créé pour être digne du Fils de Dieu; *forte, puissante, souveraine; invincible, comme étant l'opération de la volonté toute-puissante, une suite & une imitation de l'operation de Dieu, incarnant & ressuscitant son Fils.*

XXII.

[c] *L'accord de l'operation toute-puissante de Dieu dans le cœur de l'homme, avec le libre consentement de sa volonté, nous est montré d'abord dans l'Incarnation, comme dans la source & le modéle de toutes les autres operations de misericorde & de grace, toutes aussi gratuites, & aussi dépendantes de Dieu que cette opération originale.*

XXIII.

[d] *Dieu*, dans la foi d'Abraham à laquelle les promesses étoient attachées; *nous a donné lui-même l'idée qu'il veut que nous ayons de l'operation toute-puissante de sa grace* dans nos cœurs, *en la figurant par celle, qui tire les créatures du néant, & qui redonne la vie aux morts.*

XXIV.

[e] *L'idée juste qu'a le Centenier de la toute-puissance de Dieu & de Jesus-Christ sur les corps, pour les guérir par le seul mouvement de sa volonté, est l'image de celle qu'on doit avoir de la toutepuissance de sa grace, pour guérir les ames de la cupidité.*

XXV.

[f] *Dieu éclaire l'ame & la guérit, aussi bien que le corps, par sa seule volonté; il commande & il est obéi.*

XXVI.

[g] *Point de graces que par la Foi.*

XXVII.

[h] *La foi est la premiere grace & la source de toutes les autres*

e Luc. 7. 7. edit. 1693. 1699.
f Luc. 18. 44. edit. 1693. 1699.
g Luc. 8. 48. edit. 1693. 1699.
h 1. Petr. 1. 3. edit. 1693. 1699.

XXVIII.

Prima gratia qoam Deus concedit peccatori, est peccatorum remissio.

XXVIII.

[a] *La premiere grace que Dieu accorde au pecheur, c'est le pardon de ses pechés.*

XXIX.

Extra Ecclesiam, nulla conceditur gratia.

XXIX.

[b] *Hors d'Elle*, l'Eglise, *point de grace.*

XXX.

Omnes, qoos Deus volt salvare per Christum, salvantur infallibiliter.

XXX.

[c] *Tous ceux que Dieu veut sauver par Jesus-Christ, le sont infailliblement.*

XXXI.

Desideria Christi semper habent suum effectum; pacem intimo cordium infert, quando eis illam optat.

XXXI.

[d] *Les souhaits de Jesus ont toujours leurs effets; il porte la paix jusques au fond des cœurs quand il la leur desire.*

XXXII.

Jesus-Christus se morti tradidit ad liberandum pro semper suo Saoguine primogenitos, id est electos, de manu Angeli exterminatoris

XXXII.

[e] Assujerissement volootaire, médicinal & Divin *de Jesus Christ .... de se livrer à la mort, afin de délivrer pour jamais par son Sang les ainés, c'est à-dire les Elûs, de la main de l'Ange exterminateur.*

XXXIII.

Proh quaotum oportet bonis terrenis, & sibimetipsi renunciasse, ad hoc ut quis fiduciam habeat sibi, ut ita dicam, appropriaodi Christum Jesum, ejus amorem, mortem, & Mysteria, ut facit sanctus Paulus dicens: *Qui dilexit me, & tradidit semetipsum pro me.*

XXXIII.

[f] *Combien faut-il avoir renoncé aux choses de la terre & à soi même, pour avoir la confiance de s'approprier, pour ainsi dire, Jesus-Christ, son amour, sa mort, & ses Mysteres, comme fait saint Paul, en disant;* il m'a aimé & s'est livré pour moi.

XXXIV.

Gratia Adami non prodocebat, nisi merita humaoa.

XXXIV.

[g] La grace d'Adam ..... *ne produisoit que des merites humains.*

XXXV.

Gratia Adami, est sequela creationis, & erat debita naturæ sanæ & integræ.

XXXV.

[h] *La grace d'Adam est une suite de la création, & étoit dûë à la nature saine & entiere.*

XXXVI.

Differentia essentialis inter gratiam Adami & status innocentiæ, ac gratiam Christianam est, quod primam unusquisque in propria persona recepisset: ista verò non recipitur nisi in persona J. C. resuscitati, cui nos uoiti sumus.

XXXVI.

[i] *C'est une difference essentielle de la grace d'Adam, & de l'état d'innocence d'avec la grace Chrétienne, que chacun auroit reçu la premiere en sa propre personne; au lieu qu'on ne reçoit celle-ci qu'en la Personne de J. C. ressuscité, à qui nous sommes unis.*

XXXVII.

Gratia Adami, saoctificando illum in

XXXVII.

[k] *La grace d'Adam le sanctifiant en lui-*

a Marc. 11. 25. edit. 1693. 1699.
b Luc. 10. 35. 39. edit. 1693. 1699.
c Joan. 6. 40. edit. 1693.
d Joan. 20. 19. edit. 1693. 1699.
e Gal. 4. 4. 5. 6. 7. edit. 1693. 1699.
f Gal. 2. 20. edit 1693. 1699.
g 2. Cor. 5. 21. edit. 1693. Joan. 1. 16. edit. 1693. 1699.
h 2. Cor 5. 21. edit. 1693. 1699.
i Rom. 7. 4. edit. 1693. 1699.
k Ephes. 1. 6. edit. 1693. 1699.

semetipso, erat illi proportionata: gratia Christiana nos sanctificando in Jesu-Christo, est omnipotens, & digna Filio Dei.

même, lui étoit proportionnée: la grace Chrétienne nous sanctifiant en Jesus-Christ, est toute-puissante & digne du Fils de Dieu.

XXXVIII.

Peccator non est liber, nisi ad malum, sine gratia Liberatoris.

XXXVIII.

[a] *Le pécheur n'est libre que pour le mal, sans la grace du Liberateur.*

XXXIX.

Voluntas, quam gratia non prævenit, nihil habet luminis, nisi ad aberrandum; ardoris, nisi ad se præcipitandum; virium, nisi ad se vulnerandum; est capax omnis mali, & incapax ad omne bonum.

XXXIX.

[b] *La volonté qu'elle*, la grace, *ne prévient point, n'a de lumiere que pour s'égarer; d'ardeur que pour se précipiter, de force que pour se blesser; capable de tout mal, impuissante à tout bien.*

XL.

Sine gratia nihil amare possumus, nisi ad nostram condemnationem.

XL.

[c] *Sans laquelle*, cette grace de Jesus-Christ, *nous ne pouvons rien aimer qu'à notre condamnation.*

XLI.

Omnis cognitio Dei, etiam naturalis, etiam in Philosophis ethnicis, non potest venire nisi à Deo, & sine gratia non producit nisi præsumptionem, vanitatem & oppositionem ad ipsum Deum, loco affectuum adorationis, gratitudinis & amoris.

XLI.

[d] *Toute connoissance de Dieu, même naturelle, même dans les Philosophes payens, ne peut venir que de Dieu; sans la grace elle ne produit qu'orgueil, que vanité, qu'opposition à Dieu-même, au lieu des sentimens d'adoration, de reconnoissance & d'amour.*

XLII.

Sola gratia Christi reddit hominem aptum ad sacrificium Fidei; sine hoc nihil nisi impuritas, nihil nisi indignitas.

XLII.

[e] *Il n'y a que la grace de Jesus-Christ qui rende l'homme propre au sacrifice de la foi: sans cela rien qu'impureté, rien qu'indignité.*

XLIII.

Primus effectus gratiæ baptismalis est facere, ut moriamur peccato; adeo ut spiritus, cor, sensus non habeant plus vitæ pro peccato, quàm homo mortuus habeat pro rebus mundi.

XLIII.

[f] *Le premier effet de la grace*, du Baptême, *est de nous faire mourir au péché; ensorte que l'esprit, le cœur, les sens, n'ayent non plus de vie pour le péché, que ceux d'un mort pour les choses du monde.*

XLIV.

Non sunt nisi duo amores, unde volitiones, & actiones omnes nostræ nascuntur; amor Dei, qui omnia agit propter Deum, quemque Deus remuneratur; & amor quo nos ipsos, ac mundum diligimus, qui, quod ad Deum referendum est, non refert, & propter hoc ipsum fit malus.

XLIV.

[g] *Il n'y a que deux amours d'où naissent toutes nos volontés & toutes nos actions; l'amour de Dieu qui fait tout pour Dieu, & que Dieu recompense; l'amour de nous-mêmes & du monde, qui ne rapporte pas à Dieu ce qui doit lui être rapporté, & qui par cette raison même devient mauvais.*

XLV.

Amore Dei in corde Peccatorum non ampliùs regnante, necesse est ut in eo carnalis regnet cupiditas, omnesque actiones ejus corrumpat.

XLV.

[h] *Quand l'amour de Dieu ne regne plus dans le cœur*, du pécheur, *il est nécessaire que la cupidité charnelle y regne, & corrompe toutes ses actions.*

a Luc. 8. 29. edit. 1693. 1699.
b Matth. 20. 3. 4. edit. 1693. 1699.
c 2. Thess. 3. 18. edit. 1693. 1699.
d Rom. 1. 19 edit. 1693. 1699.

e Act. 11. 9. edit. 1693. 1699.
f Rom. 6. 2. edit. 1699.
g Joan. 5. 29. edit. 1693. 1699.
h Luc. 15. 13. edit. 1693.

XLVI.

Cupiditas, aut charitas, usum sensuum bonum vel malum faciunt.

XLVII.

Obedientia legis profluere debet ex fonte, & hic fons est charitas. Quando Dei amor est illius principium interius, & Dei gloria ejus finis, tunc purum est quod apparet exterius; alioquin non est nisi hypocrisis, aut falsa justitia.

XLVIII.

Quid aliud esse possumus nisi tenebræ, nisi aberratio, & nisi peccatum sine fidei lumine, sine Christo, & sine charitate?

XLIX.

Ut nullum peccatum est sine amore nostri, ita nullum est opus bonum sine amore Dei.

L.

Frustra clamamus ad Deum, *Pater mi*, si spiritus charitatis non est ille qui clamat.

LI.

Fides justificat, quando operatur; sed ipsa non operatur, nisi per charitatem.

LII.

Omnia alia salutis media continentur in fide, tanquam in suo germine, & semine; sed hæc fides non est absque amore & fiducia.

LIII.

Sola charitas Christiano modo facit (actiones Christianas) per relationem ad Deum, & Jesum-Christum.

LIV.

Sola charitas est, quæ Deo loquitur, eam solam Deus audit.

LV.

Deus non coronat nisi charitatem; qui currit ex alio impulsu, & ex alio motivo, in vanum currit.

XLVI.

[a] *La cupidité, ou la charité, rendent l'usage des sens bon ou mauvais.*

XLVII.

[b] *L'obéïssance à la Loi doit couler de source, & cette source c'est la charité. Quand l'amour de Dieu en est le principe intérieur & sa gloire la fin, le dehors est net; sans cela ce n'est qu'hypocrisie, ou fausse justice.*

XLVIII.

[c] *Que peut-on être autre chose que tenebres, qu'égarement, & que peché sans la lumiere de la foi, sans Jesus-Christ, sans la charité?*

XLIX.

[d] *Nul peché sans l'amour de nous-mêmes, comme nul bonne œuvre sans amour de Dieu.*

L.

[e] *C'est en vain qu'on crie à Dieu*, Mon Pere, *si ce n'est point l'esprit de charité qui crie.*

LI.

[f] *La foi justifie quand elle opere; mais elle n'opere que par la charité.*

LII.

[g] *Tous les autres moyens de salut sont renfermés dans la foi, comme dans leur germe & leur semence; mais ce n'est pas une foi sans amour & sans confiance.*

LIII.

[h] *La seule charité les fait*, les actions Chrétienes, *Chrétiennement par rapport à Dieu & à Jesus-Christ.*

LIV.

[i] *C'est elle seule*, la charité, *qui parle à Dieu, c'est elle seule que Dieu entend.*

LV.

[k] *Dieu ne couronne que la charité; qui court par un autre mouvement & un autre motif, court en vain.*

a Matt. 5. 28. edit. 1693. 1699.
b Matt. 23. 26. edit. 1693. 1699.
c Ephes. 5. 8 edit. 1693. 1699.
d Marc. 7. 22. 23. edit. 1693. 1699.
e Rom. 3. 15. edit. 1693. 1699.

f Act. 13. 39. edit. 1693. 1699.
g Act. 10. 43. edit. 1693. 1699.
h Coloss. 3. 14. edit. 1693. 1699.
i 1. Cor. 13. 1. edit. 1693. 1699.
k 1. Cor. 9. 24. edit. 1693. 1699.

LVI

LVI.

Deus non remunerat nisi charitatem, quoniam charitas sola Deum honorat.

LVI.

[a] *Dieu ne recompense que la charité, parce que la charité seule honore Dieu.*

LVII.

Totum deest peccatori, quando ei deest spes; & non est spes in Deo, ubi non est amor Dei.

LVII.

[b] *Tout manque à un pécheur, quand l'esperance lui manque; & il n'y a point d'esperance en Dieu, où il n'y a point d'amour de Diêu.*

LVIII.

Nec Deus est, nec Religio, ubi non est charitas.

LVIII.

[c] *Il n'y a ni Dieu, ni Religion, où il n'y a point de charité.*

LIX.

Oratio impiorum est novum peccatum; & quod Deus illis concedit, est novum in eos judicium.

LIX.

[d] *La priere des impies est un nouveau peché; & ce que Dieu leur accorde, un nouveau jugement sur eux.*

LX.

Si solus supplicii timor animat pœnitentiam, quò hæc est magis violenta, eò magis ducit ad desperationem.

LX.

[e] *Si la seule crainte du supplice anime le repentir, plus ce repentir est violent, plus il conduit au desespoir.*

LXI.

Timor nonnisi manum cohibet; cor autem tandiù peccato addicitur, quandiù ab amore justitiæ non ducitur.

LXI.

[f] *La crainte n'arrête que la main; & le cœur est livré au peché, tant que l'amour de la justice ne le conduit point.*

LXII.

Qui à malo non abstinet nisi timore pœnæ, illud committit in corde suo, & jam est reus coram Deo.

LXII.

[g] *Qui ne s'abstient du mal que par la crainte du châtiment, le commet dans son cœur, & est déja coupable devant Dieu.*

LXIII.

Baptizatus adhuc est sub lege sicut Judæus, si legem non adimpleat, aut adimpleat ex solo timore.

LXIII.

[h] *Un baptisé est encore sous la Loi comme un Juif, s'il n'accomplit point la loi, ou s'il l'accomplit par la seule crainte.*

LXIV.

Sub maledicto legis, nunquam fit bonum, quia peccatur, sive faciendo malum, sive illud nonnisi ob timorem evitando.

LXIV.

[i] *Sous la malediction de la loi, on ne fait jamais le bien, parce qu'on peche, ou en faisant le mal, ou en ne l'évitant que par la crainte.*

LXV.

Moyses, Prophetæ, Sacerdotes, & Doctores legis mortui sunt, absque eo quod ullum Deo dederint filium, cùm non effecerint nisi mancipia per timorem.

LXV.

[k] *Moyse & les Prophètes, les Prêtres & les Docteurs de la Loi sont morts sans donner d'enfans à Dieu, n'ayant fait que des esclaves par la crainte.*

a Matt. 25. 36. edit. 1693. 1699.
b Matt. 27. 5. edit. 1693. 1699.
c 1. Joan. 4. 8. edit. 1693. 1699.
d Joan. 10. 25. edit. 1693.
e Matt. 27. 5. edit. 1693. 1699.

f Luc. 20. 19. edit. 1693. 1699.
g Matt. 21. 46. edit. 1693. 1699.
h Rom. 6. 14. edit. 1693. 1699.
i Gal. 5. 18. edit. 1693. 1699.
k Marc. 12. edit. 1693. 1699.

LXVI.

Qui vult Deo appropinquare, nec debet ad ipsum venire cum brutalibus passionibus, neque adduci per instinctum naturalem, aut per timorem, sicuti bestiæ, sed per fidem & per amorem sicuti filii.

LXVI.

[a] *Qui veut s'approcher de Dieu, ne doit ni venir à lui avec des passions brutales, ni se conduire par un instinct naturel, ou par la crainte, comme les bêtes, mais par la foi & par l'amour comme les enfans.*

LXVII.

Timor servilis non sibi repræsentat Deum, nisi ut Dominum durum, imperiosum injustum, intractabilem.

LXVII.

[b] *La crainte servile ne se le represente;* Dieu, *que comme un Maître dur, imperieux, injuste, intraitable.*

LXVIII.

Dei bonitas abreviavit viam salutis claudendo totum in Fide & precibus!

LXVIII.

[c] *Quelle bonté de Dieu d'avoir ainsi abregé la voye du salut en renfermant tout dans la Foi & dans la priere!*

LXIX.

Fides, usus, augmentum & præmium Fidei, totum est donum puræ liberalitatis Dei.

LXIX.

[d] *La foi, l'usage, l'accroissement & la recompense de la Foi, tout est un don de votre pure liberalité.*

LXX.

Nunquam Deus affligit innocentes; & afflictiones semper serviunt, vel ad puniendum peccatum, vel ad purificandum peccatorem.

LXX.

[e] *Dieu n'afflige jamais des innocens; & les afflictions servent toujours, ou à punir le peché, ou à purifier le pécheur.*

LXXI.

Homo ob sui conservationem potest se se dispensare ab ea lege, quam Deus condidit propter ejus utilitatem.

LXXI.

[f] *L'homme peut se dispenser, pour sa conservation, d'une loi que Dieu a faite pour son utilité.*

LXXII.

Nota Ecclesiæ Christianæ est, quod sit Catholica, comprehendens, & omnes Angelos Cœli & omnes Electos & Justos terræ, & omnium sæculorum.

LXXII.

[g] *Marques* & proprietés *de l'Eglise Chrétienne. Elle est... Catholique, comprenant & tous les Anges du Ciel & tous les Elûs & les Justes de la Terre & de tous les siécles.*

LXXIII.

Quid est Ecclesia, nisi cœtus filiorum Dei manentium in ejus sinu adoptatorum in Christo, subsistentium in ejus persona, redemptorum ejus Sanguine, viventium ejus spiritu, agentium per ejus gratiam, & expectantium gratiam futuri sæculi.

LXXIII.

[h] *Qu'est-ce que l'Eglise, sinon l'assemblée des enfans de Dieu demeurant dans son sein, adoptés en Jesus-Christ, subsistans en sa personne, rachetés de son Sang, vivant de son esprit, agissant par sa grace, & attendant la paix du siécle à venir?*

LXXIV.

Ecclesia, sive integer Christus, incarnatum Verbum habet ut Caput, omnes verò Sanctos ut membra.

LXXIV.

[i] *L'Eglise, ou le Christ entier qui a pour Chef le Verbe Incarné, & pour membres tous les Saints.*

a Hebr. 12. 10. edit. 1693. 1699.
b Luc. 19. 21. edit. 1693.
c Act. 2. 21. edit. 1693. 1699.
d Marc. 9. 11. edit. 1693. 1699.
e Joan. 9. 3. edit. 1693. 1699.
f Marc. 2. 18. edit. 1693. 1699.
g Hebr 12. 22. 23. 24. edit. 1653. 1699.
h 2. Thess. 1. 1, 2. edit. 1693. 1699.
i 1. Tim. 3. 16. edit. 1693. 1699.

LXXV.

Ecclesia est unus solus homo, compositus ex pluribus membris, quorum Christus est Caput, vita, subsistentia, & persona: Uous solus Christus compositus ex pluribus Sanctis, quorum est Sanctificator.

LXXV.

a *Unité admirable de l'Eglise. C'est .... : unseul homme, composé de plusieurs membres; dont Jesus-Christ est la tête, la vie, la subsistance & la personne ... Un seul Christ composé de plusieurs Saints, dont il est le Sanctificateur.*

LXXVI.

Nihil spatiosiùs Ecclesia Dei, quia omnes Electi, & Justi omnium sæculorum illam componunt.

LXXVI.

b *Rien de si spatieux* que l'Eglise de Dieu, *puisque tous les Elûs & les Justes de tous les siécles la composent.*

LXXVII.

Qui non docit vitam dignam Filio Dei, & membro Christi, cessat interiùs habere Deum pro Patre, & Christum pro capite.

LXXVII.

c *Qui ne mene pas une vie digne d'un enfant de Dieu ou d'un membre de Jesus-Christ, cesse d'avoir interieurement Dieu pour pere, & Jesus-Christ pour Chef.*

LXXVIII.

Separatur quis à Populo electo, cujus figura fuit Populus Judaicus, & Caput est Jesus-Christus, tam non vivendo secundùm Evangelium, quàm non credendo Evaogelio.

LXXVIII.

d *Le Peuple Juif étoit la figure du peuple élû dont Jesus-Christ est le Chef.* L'excommunication la plus terrible est de n'être point de ce peuple, & de n'avoir poiot de part à Jesus-Christ. *On s'en retranche aussi-bien, en ne vivant pas selon l'Evangile, qu'en ne croyant pas à l'Evangile.*

LXXIX.

Utile, & necessarium est omni tempore, omni loco & omni personarum generi studere, & cognoscere spiritum, pietatem, & mysteria sacræ Scripturæ.

LXXIX.

e *Il est utile & necessaire en tout tems, en tous lieux, & à toutes sortes de personnes; d'en étudier,* de l'Ecriture, *& d'en connoître l'esprie, la pieté & les mysteres.*

LXXX.

Lectio sacræ Scripturæ est pro omnibus.

LXXX.

f *Celle*, la lecture, *de l'Ecriture sainte;* entre les mains même d'un homme d'affaires & de finances, marque qu'elle *est pour tout le monde.*

LXXXI.

Obscuritas sancta verbi Dei non est laïcis ratio dispensandi se ipsos ab ejus lectione.

LXXXI.

g *L'obscurité sainte de la parole de Dieu; n'est pas aux laïcs une raison pour se dispenser de la lire.*

LXXXII.

Dies Dominicus à Christianis debet sanctificari lectionibus pietatis, & super omoia saoctarum Scripturarum. Damnosum est velle Christianum ab hac lectiooe retrahere.

LXXXII.

h *Le Dimanche*, qui a succedé au sabbat, *doit être sanctifié par des lectures de pieté, & surtout des saintes Ecritures.* C'est le lait du Chrétien, & que Dieu même, qui connoît son œuvre, lui a donné. *Il est dangereux de l'en vouloir sevrer.*

a Ephes. 2. 14. 15. 16. edit. 1693. 1699.
b Ephes. 2. 22. edit. 1693. 1699.
c 1. Joan. 2. 22. edit. 1693.
d Act. 3. 23. edit. 1693. 1699.

e 1. Cor. 14. 5. edit. 1693. 1699.
f Act. 8. 28. edit. 1693. 1699.
g Act. 8. 31. edit. 1693. 1699.
h Act. 15. 21. edit. 1693. 1699.

LXXXIII.

Est illusio sibi persuadere, quod notitia Mysteriorum Religionis non debeat communicari fœminis, lectione sacrorum Librorum. Non ex fœminarum simplicitate, sed ex superba virorum scieotia, ortus est Scripturarum abusus, & natæ suot hæreses.

LXXXIV.

Abripere è Christianorum manibus Novum Testamentum, seu eis illud claosum tenere, auferendo eis modum, illud intelligeodi, est illis Christi os obturare.

LXXXV.

Interdicere Christianis lectionem sacræ Scripturæ, præsertim Evangelii, est interdicere usum luminis filiis lucis, & facere ut patiantur speciem quamdam excommunicationis.

LXXXVI.

Eripere simplici popolo hoc solatium, jungendi vocem suam voci totius Ecclesiæ, est usus contrarius praxi Apostolicæ, & intentioni Dei.

LXXXVII.

Modus plenus sapientiâ, lumioe, & charitate, est dare animabus tempus portandi cum humilitate & sentiendi statum peccati, peteodi spiritum pœnitentiæ & cootritionis, & incipiendi, ad minus satisfacere justitiæ Dei, aotequam recuocilientur.

LXXXVIII.

Ignoramus quid sit peccatum, & vera pœnitentia, quando volumus statim restitui possessioni bonorum illorum, quibus nos peccatum spoliavit, & detrectamus separatioois istius ferre confusionem.

LXXXIX.

Quartus decimus gradus conversioois peccatoris est quod, cùm sit jam reconciliatus, babet jus assisteodi Sacrificio Ecclesiæ.

a Joan. 4. 26. edit. 1693. 1699.
b La Samaritaine.
c Marc. 5. 2. edit. 1693. 1699.
d Luc. 11. 39. edit. 1693. 1699.

LXXXIII.

[a] *C'est une illusion de s'imaginer que la connoissance des mysteres de la Religion ne doive pas être communiquée à ce sexe par la lecture des Livres saints*, après cetre exemple de la confiance, avec laquelle Jesus-Christ se manifeste à cette femme. [b] *Ce n'est pas de la simplicité des femmes, mais de la science orgueilleuse des hommes qu'est venu l'abus des Ecritures, & que sont nées les heresies.*

LXXXIV.

[c] *C'est la fermer aux Chrétiens*, la bouche de Jesus-Christ, *que de leur arracher des mains ce livre saint, ou de le leur tenir fermé, en leur ôtant le moyen de l'entendre.*

LXXXV.

[d] *En interdire la lecture*, de l'Ecriture, & particulierement de l'Evangile, *aux Chrétiens, c'est interdire l'usage de la lumiere aux enfans de la lumiere., & leur faire souffrir une espéce d'excommunication.*

LXXXVI.

[e] *Lui ravir*, au simple peuple, *cette consolation d'unir sa voix à celle de toute l'Eglise, c'est un usage contraire à la pratique Apostolique. & au dessein de Dieu.*

LXXXVII.

[f] *C'est une conduite pleine de sagesse, de lumiere & de charité, de donner aux ames le tems de porter avec humilité & de sentir l'état du péché; de demander l'esprit de penitence & de contrition; & de commencer au moins à satisfaire à la justice de Dieu, avant que de les reconcilier.*

LXXXVIII.

[g] *On ne sçait ce que c'est que le peché & la vraye penitence, quand on veut être rétabli d'abord dans la possession des biens, dont le péché nous a dépouillés, & qu'on ne veut point porter la confusion de cette séparation.*

LXXXIX.

[h] *Le quatorziéme degré de la conversion du pécheur, est qu'étant reconcilié, il a droit d'assister au Sacrifice de l'Eglise.*

e 1 Cor. 14. 16, edit. 1693. 1699.
f Act. 9. 9. edit. 1693. 1699.
g Luc. 17. 11. 12. edit 1693. 1699.
h Luc. 15. 23. edit. 1693. 1699.

XC.

Ecclesia authoritatem excommunicandi habet, ut eam exerceat per primos Pastores de consensu, saltem præsumpto, totius corporis.

XC.

[a] *C'est l'Eglise qui en a l'autorité* de l'excommunication, *pour l'exercer par les premiers Pasteurs, du consentement au moins presumé de tout le Corps.*

XCI.

Excommunicationis injustæ metus, nunquam debet nos impedire ab implendo debito nostro: Nunquam eximus ab Ecclesia, etiam quando hominum nequitiâ videmur ab ea expulsi, quando Deo Jesu Christo, atque ipsi Ecclesiæ per charitatem affixi sumus.

XCI.

[b] *La crainte* même *d'une excommunication injuste ne nous doit jamais empêcher de faire notre devoir. . .On ne sort jamais de l'Eglise, lors même qu'il semble qu'on en soit banni par la mechanceté des hommes, quand on est attaché à Dieu, à Jesus Christ, & à l'Eglise même par la charité.*

XCII.

Pati potiùs in pace excommunicationem, & anathema injustum, quàm prodere veritatem, est imitari sanctum Paulum: tantùm abest, ut sit erigere se contra authoritatem, aut scindere unitatem.

XCII.

[c] *C'est imiter saint Paul, que de souffrir en paix l'excommunication & l'anathème injuste, plûtôt que de trahir la verité, loin de s'élever contre l'autorité, ou de rompre l'unité.*

XCIII.

Jesus quandoque sanat vulnera, quæ præceps primorum Pastorum festinatio infligit, sine ipsius mandato; Jesus restituit, quod ipsi inconsiderato zelo rescindunt.

XCIII.

[d] *Jesus guérit quelquefois les blessures, que la précipitation des premiers Pasteurs fait sans son ordre; il rétablit ce qu'ils retranchent par un zele inconsideré.*

XCIV.

Nihil pejorem de Ecclesia opinionem ingerit ejus inimicis, quàm videre illic dominatum exerceri supra fidem Fidelium, & foveri divisiones propter res, quæ nec fidem lædunt, nec mores.

XCIV.

[e] *Rien ne donne une plus mauvaise opinion de l'Eglise à ses ennemis, que d'y voir dominer sur la foi des Fidèles, & y entretenir des divisions pour des choses qui ne blessent ni la foi ni les mœurs.*

XCV.

Veritates eò devenerunt, ut sint lingua quasi peregrina plerisque Christianis, & modus eas prædicandi est veluti idioma incognitum; adeò remotus est à simplicitate Apostolorum, & supra communem captum Fidelium; neque satis advertitur, quod hic defectus sit unum ex signis maximè sensibilibus senectutis Ecclesiæ, iræ Dei in Filios suos.

XCV.

[f] *Les verités sont devenuës comme une langue etrangere à la plupart des Chrétiens, & la maniere de les precher est comme un langage inconnu; tant elle est éloignée de la simplicité des Apôtres, & au dessus de la portée du commun des Fidéles. Et on ne fait pas reflexion que ce déchet est une des marques les plus sensibles de la vieillesse de l'Eglise, & de la colere de Dieu sur ses enfans.*

XCVI.

Deus permittit, ut omnes Potestates sint contrariæ prædicatoribus veritatis, ut ejus victoria attribui non possit, nisi Divinæ gratiæ.

XCVI.

[g] *Dieu permet que toutes les Puissances soient contraires aux Prédicateurs de la verité, afin que sa victoire ne puisse être attribuée qu'à sa grace.*

a Matt. 18. 17. edit. 1693 1699.
b Joan. 9. 22. 23. edit. 1693. 1699.
c Ro . 9 3. edit. 1693. 1699.
d Joan. 18. 11. edit. 1693. 1699.

e Rom. 14. 16. edit. 1693. 1699.
f 1. Cor. 14. 21. edit. 1693. 1699.
g Act. 17. 8. edit. 1693. 1699.

XCVII.

Nimis sæpè contigit [a]membra illa, quæ magis sancte, ac magis strictè unita Ecclesiæ sunt, respici atque tractari tanquam indigna ut sint in Ecclesia, vel tanquam ab ea separata. Sed justus vivit ex fide, & non ex opinione hominum.

XCVII.

[a]*Il n'arrive que trop souvent que les membres le plus saintement & le plus étroitement unis à l'Eglise sont regardés & traités comme indignes d'y être, ou comme en étant déja separés. Mais le juste vit de la foi de Dieu, & non pas de l'opinion des hommes.*

XCVIII.

Status persecutionis & pœnarum, quas quis tolerat, tanquam hæreticus flagitiosus, & impius, ultima plerumque probatio est, & maximè meritoria, utpote quæ facit hominem magis conformem Jesu-Christo.

XCVIII.

[b] *Celui*, l'état, *d'être persecuté & de souffrir comme un heretique, un méchant, un impie, est ordinairement la derniere épreuve & la plus meritoire, comme celle qui donne plus de conformité à Jesus-Christ.*

XCIX.

[c] Pervicacia, præventio, obstinatio in nolendo aut aliquid examinare, aut agnoscere se fuisse deceptum, mutant quotidie, quoad multos, in odorem mortis id quod Deus in sua Ecclesia posuit, ut in ea esset odor vitæ; v. g. bonos libros, instructiones, sancta exempla, &c.

XCIX.

[c] *L'entêtement, la prévention, l'obstination à ne vouloir ni rien examiner, ni reconnoitre qu'on s'est trompé, changent tous les jours en odeur de mort à l'égard de bien des gens, ce que Dieu a mis dans son Eglise pour y être une odeur de vie; comme les bons livres, les instructions, les saints exemples, &c.*

C.

Tempus deplorabile, quo creditur honorari Deus, persequendo veritatem ejusque Discipulos. Tempus hoc advenit...... Haberi & tractari à Religionis Ministris, tanquam impium, & indignum omni commercio cum Deo, tanquam membrum putridum, capax corrumpendi omnia in societate Sanctorum, est hominibus piis morte corporis mors terribilior. Frustra quis sibi blanditur de suarum intentionum puritate, & zelo quodam Religionis, persequendo flammâ ferroque viros probos, si propriâ passione est excæcatus, aut abreptus alienâ; propterea quod nihil vult examinare. Frequenter credimus sacrificare Deo impium, & sacrificamus diabolo Dei servum.

C.

[d] *Tems déplorable, où on croit honorer Dieu en persécutant la verité & ses Disciples. Ce tems est venu.... Estre regardé & traité par ceux qui en sont les Ministres,* de la Religion, *comme un impie indigne de tout commerce avec Dieu, comme un membre pourri, capable de tout corrompre dans la societé des Saints, c'est pour les personnes pieuses une mort plus terrible que celle du corps. En vain on se flatte de la pureté de ses intentions, & d'un zele de Religion, en poursuivant des gens de bien à feu & à sang, si on est ou aveuglé par sa propre passion, ou emporté par celle des autres, faute de vouloir bien examiner. On croit souvent sacrifier à Dieu un impie, & on sacrifie au diable un serviteur de Dieu.*

C I.

Nihil spiritui Dei, & doctrinæ Jesu-Christi magis opponitur, quàm communia facere juramenta in Ecclesia; quia hoc est multiplicare occasiones pejerandi, laqueos tendere infirmis, & idiotis, & efficere ut nomen & veritas Dei aliquando deserviant consilio impiorum.

CI.

[e] *Rien n'est plus contraire à l'esprit de Dieu & à la doctrine de Jesus-Christ, que de rendre communs les sermens dans l'Eglise; parce que c'est multiplier les occasions des parjures, dresser des pieges aux foibles & aux ignorans, & faire quelquefois servir le nom & la verité de Dieu aux desseins des méchans.*

a Act. 4. 31. edit 1693. 1699.
b Luc. 22. 37. edit. 1693. 1699.
c 2. Cor. 2. 16. edit. 1693. 1699.
d Joan. 16. 2. edit. 1693. 1699.
e Matt. 5. 37. edit. 1693. 1699.

Auditis itaque tum voce, tum scripto nobis exhibitis præfatorum Cardinalium, aliorumque Theologorum suffragiis; Divinique imprimis luminis, privatis ad eum finem, publicisque etiam indictis precibus, implorato præsidio; omnes & singulas Propositiones præinsertas, tanquam falsas, captiosas, malè sonantes, piarum aurium offensivas, scandalosas, perniciosas, temerarias, Ecclesiæ, & ejus praxi injuriosas, neque in Ecclesiam solùm, sed etiam in Potestates sæculi contumeliosas, seditiosas, impias, blasphemas, suspectas de hæresi, ac hæresim ipsam sapientes, necnon hæreticis, & hæresibus, ac etiam schismati faventes, erroneas, hæresi proximas, pluries damnatas; ac demùm etiam hæreticas, variasque hæreses, & potissimùm illas, quæ in famosis Jansenii Propositionibus, & quidem in eo sensu, in quo hæ damnatæ fuerunt acceptis, continentur, manifestè innovantes, respectivè, hâc nostrâ perpetuò valiturâ Constitutione declaramus, damnamus, & reprobamus.

Mandantes omnibus utriusque sexûs Christi Fidelibus, ne de dictis Propositionibus sentire, docere, prædicare aliter præsumant, quàm in hac eadem nostra Constitutione continetur; ita ut quicumque illas vel illarum aliquam conjunctim, vel divisim docuerit, defenderit, ediderit, aut de eis, etiam disputativè, publicè, aut privatim tractaverit, nisi forsan impugnando, Ecclesiasticis censuris, aliisque contra similia perpetrantes à Jure statutis pœnis ipso facto: absque alia declaratione subjaceat.

Cæterùm, per expressam præfatarum Propositionum reprobationem, alia in eodem libro contenta nullatenus approbare intendimus; cùm præsertim in decursu examinis complures alias in eo deprehenderimus propositiones illis, quæ ut supra damnatæ fuerunt, consimiles & affines, iisdemque erroribus imbutas: nec sanè paucas sub imaginario quodam, veluti grassantis hodie persecutionis obtentu inobedientiam & pervicaciam nutrientes, easque falso Christianæ patientiæ nomine prædicantes; quas propterea singulatim recensere, & nimis longum esse duximus, & minimè necessarium; ac demùm, quod intolerabilius est, sacrum ipsum Novi Testamenti textum damnabiliter vitiatum compererimus, & alteri dudùm reprobatæ versioni Gallicæ Montensi in multis conformem; à Vulgata verò editione, quæ tot sæculorum usu in Ecclesia probata est, atque ab Orthodoxis omnibus pro authentica haberi debet, multipliciter discrepantem, & aberrantem, pluriesque in alienos, exoticos, ac sæpe noxios sensus, non sine maxima perversione detortum.

Eumdem propterea librum utpote per *dulces sermones & benedictiones*, ut Apostolus loquitur, hoc est, sub falsâ piæ institutionis imagine, *seducendis innocentium cordibus* longè accomodatum, sive præmissis, sive alio quovis titulo inscriptum, ubicumque, & quocumque alio idiomate, seu quâvis editione, aut versione hactenus impressum, aut in posterùm (quod absit) imprimendum, auctoritate Apostolicâ, tenure præsentium iterùm prohibemus, ac similiter damnamus; quemadmodùm etiam alios omnes, & singulos in ejus defensionem, tam scripto, quàm typis editos, seu forsan (quod Deus avertat) edendos libros, seu libellos, eorumque lectionem, descriptionem, retentionem, & usum, omnibus & singulis Christi Fidelibus sub pœna excommunicationis per Contrafacientes ipso facto incurrenda, prohibemus pariter, & interdicimus.

Præcipimus insuper venerabilibus Fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, aliisque locorum Ordinariis; necnon hæreticæ pravitatis Inquisitoribus, ut contradictores & rebelles quoscunque per censuras, & pœnas præfatas, aliaque juris & facti remedia; invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, brachii sæcularis auxilio, omnino coërceant, & compellant.

Volumus autem, ut earumdem Præsentium transumptis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem fides prorsus adhibeatur, quæ ipsis originalibus litteris adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ declarationis, damnationis, mandati, prohibitionis & interdictionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ, apud S. M. Majorem, anno Incarnationis Dominicæ millesimo

ſeptingenteſimo decimo tertio, ſexto Idus Septembris, Pontificatûs noſtri anno decimo tertio.

I. Card. Prodatarius F. Oliverius.

Viſa de Curia L. Sergardus Loco † plumbi.

Regiſtrata in Secret. Brevium.

L. MARTINETUS.

Anno à Nativitate Domini Noſtri Jeſu Chriſti milleſimo ſeptingenteſimo decimo tertio, indictione ſextâ, die verò decimâ Septembris, Pontificatûs Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri Clementis Divinâ Providentiâ Papæ XI. anno decimo tertio ſupradictæ Litteræ Apoſtolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valvas Eccleſiæ Lateranenſis, & Baſilicæ Principis Apoſtolorum Cancellariæ Apoſtolicæ, Curiæ Generalis in Monte Citatorio, in Atie Campi Floræ, ac in aliis locis ſolitis, & conſuetis Urbis, per me Petrum Romulatium Apoſtolicum Curſorem.

ANTONIUS PLACENTIUS Magiſter Curſorum.

Anno Domini 1722.

Breves Litteræ Innocentii Papæ Decimi-Tertii ad Regem & Ducem Aurelianenſem.

Chariſſimo in Chriſto filio noſtro LUDOVICO Francorum Regi Chriſtianiſſimo. Innocentius PP. XIII.

CHARISSIME in Chriſto Fili noſter, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Deus totius conſolationis, qui nunquam obliviſcitur miſereri, ſicut Eccleſiis florentiſſimi Regni tui diuturno diſſidio laborantibus, firmum locavit in tua pietate præſidium; ita Nobis de omnium ſalute ſollicitis, ac de Dominici Gregis diſcrimine contriſtatis, opportunum paravit in eadem tuà virtute ſolatium. Propterea cum primùm, eo vocante, ad cuſtodiendas vigilias ſuper Gregem ſuum, in hanc celſam Apoſtolicæ Sedis ſpeculam planè immerentes pavidique conſcendimus, maximas illi gratias egimus, quòd in Regni tui auſpicatiſſima primordia inciderint Miniſterii noſtri & Apoſtolicæ ſervitutis initia. Nihil eſt enim vel ad reſtituendam, ac fovendam Eccleſiarum, Reique publicæ tranquillitatem, vel ad B. Petri auctoritatem tuendam, vel ad revocandos in viam pacis errantes, quod non poſſimus Nobis à filiali tuà erga hanc S. Sedem obſervantià polliceri. Præſertim cum ad Regiam indolem tuam pia & præclara inſtitutio, ac dilectiſſimi in Chriſto filii noſtri, Philippi Aurelianenſium Ducis, Galliarum Rectoris ſapientia ſingularis, & eximium Catholicæ Religionis ſtudium acceſſerit. Quæ ſanè divi-

A notre très-cher fils en Jeſus-Chriſt LOUIS, Roy de France très-chretien. Innocent Pape XIII.

NOTRE très-cher Fils en Jeſus-Chriſt, Salut & Bénédiction apoſtolique. Le Dieu de toute conſolation qui n'oublie jamais ſes miſericordes, touché des longues diviſions qui agitent l'Egliſe de votre floriſſant Royaume, lui a donné une reſſource aſſurée dans votre piété, & en même tems Nous y a heureuſement préparé dequoi nous ſoûtenir dans la ſollicitude que nous avons par rapport au ſalut de tous, & dans l'affliction que nous cauſe le péril où le troupeau du Seigneur ſe trouve aujourd'hui. C'eſt pourquoi auſſi-tôt que par ſon ordre, nous fûmes monté, ſans l'avoir mérité aucûnement, & avec crainte, ſur le Siege Apoſtolique, pour veiller de ce lieu éminent ſur ſon Troupeau, nous lui rendîmes de très-grandes actions de grace de ce qu'il lui avoit plû faire concourir notre avenement au Pontificat avec les heureux commencemens de votre Regne. Car que ne devons-nous pas nous promettre de votre vénération filiale envers le Saint Siége ſoit pour retablir ou conſerver la tranquillité dans l'Egliſe & dans l'Etat, ſoit pour défendre l'autorite que Saint Pierre nous a tranſmiſe, ſoit pour ramener à des ſentimens de paix ceux qui s'en ſont écartés

no consilio adversis hisce ac turbulentis temporibus reservata existimamus, ut Nos quidem ad agendam Dei causam alacriùs ac fidentiùs aggrederemur; Tu verò, Fili charissime, ad divinam opem incolumitati, ac regimini tuo promerendam, Christo & Ecclesiæ fœderatas regni primitias consecrares.

tés? Que ne devons-nous pas esperer, surtout quand nous voyons vos qualités vraiment Royales cultivées par une noble & pieuse éducation, & soûtenuës de la rare sagesse & du zele singulier pour la Religion Catholique de notre très-cher Fils en Jes. Christ Philippe Duc d'Orléans Regent du Royaume? La Providence avoit sans doute réservé cette heureuse conjoncture à ces tems d'épreuve & de confusion; afin que nous nous portassions avec plus d'ardeur & de courage à défendre la cause de Dieu & que vous, notre très-cher Fils, en consacrant les prémices de votre Regne par une sainte alliance avec Jesus Christ & son Eglise, puissiez attirer la bénédiction du Ciel sur votre personne & sur votre gouvernement.

Non est autem quod tibi ob oculos ponamus, nota sunt enim Majestati tuæ mala omnia, quæ in Gallias tuas invexit famosus Liber ille, Gallicè impressus, super seminatis in Agro Domini zizaniis, jam satis cognitus, & pervulgatus, qui ementitâ subdolaque pietatis specie, prava dogmata obtrudens, funestos istic animorum motus ac turbas excivit. Neque præterea obscurum tibi esse potest, quàm sollicitè enixèque inclytæ memoriæ Ludovicus, XIV. dum viveret, Francorum Rex Christianissimus: Proavus tuus, necnon plerique insignes ejusdem Regni Antistites curaverint & obsecraverint, ut per Apostolica Rescripta causa simul atque error, contentioque finiretur; tum etiam quot labores, curas & vigilias contulerit felicis recordationis Clemens P. P. XI. Antecessor noster, ut per Constitutionem, quæ incipit, Unigenitus Dei Filius, *discordias sedaret, & Catholicam Doctrinam adversus errores aut pridem damnatos, aut novè adinventos assereret ac muniret. Et quidem Rex optimus voti sui compos fuisset, & Gallia omnis, partâ concordiâ frueretur, nisi ad saluberrimam ac sanctissimam Constitutionem debitâ submissione suscipiendam pauci quidam ex Gallicanis Episcopis hæsitassent. Sed improvidâ eorum cunctatione factum est, ut nonnulli diffidentiæ filii adversus dominum & adversus Christum ejus malignantes consilium, apertissimam ejus Constitutionis sententiam ad alienos sensus torquere, rejectos errores cum sana doctrinâ confundere, eorumque censuras audacissimè calumniari non dubitarint: Quorum tamen perversa judicia, & mendacia, ut refellendo anteverteret vigilantissimus Pontifex, disertè in eâdem Constitutione præfatus erat, cavendos lupos ovina pelle contectos, & venena melle respersa, atque instructas sacrorum etiam verborum abusu præstigias esse vitandas; nimirum ut omnes intelligerent, non laudabiles Patrum sententias, aut innoxias sive circa dogmata, sive circa mores, ac disciplinam versentur, Catholicarum Scholarum opiniones; sed per-*

Il seroit inutile de vous remettre devant les yeux (Votre Majesté ne les connoît que trop) tous les maux qu'a causé à votre Etat ce fameux Livre imprimé en François, & maintenant si public & si connu par l'ivraie qu'il a semé dans le champ du Seigneur, lequel a excité des mouvemens & des troubles funestes par les dogmes pernicieux qu'on y présente, sous une fausse & trompeuse apparence de piété. Vous ne pouvez pas non plus ignorer avec quel empressement & quelles instances le Roi Très-chrétien Louis XIV. de glorieuse mémoire votre bisayeul, & tant de grands Evêques de ce Royaume ont sollicité & demandé qu'on mît fin aux disputes, aux erreurs, & aux divisions par les Rescripts Apostoliques. Vous sçavez enfin combien de travaux, de soins & de veilles Clement XI. d'heureuse mémoire, a employes pour appaiser les troubles, & pour defendre & affermir la Doctrine Catholique par la Constitution *Unigenitus* contre des erreurs ou déja condamnées, ou inventées de nouveau. Et certes les vœux de ce religieux Monarque auroient été accomplis, & toute la France jouiroit de la paix qu'il lui auroit procurée, si quelques Evêques n'eussent hésité à recevoir une Constitution si sainte & si salutaire avec la soumission qui lui etoit dûë: mais par leur irrésolution hors de propos, il est arrivé que des enfans d'incredulité & de desobeissance formant un dessein plein de malice contre le Seigneur & contre son Christ, n'ont pas eu honte de détourner à des sens forcés & étrangers le sens évident & manifeste de la Bulle, de confondre avec la saine Doctrine les erreurs proscrites, & de calomnier avec une extrême audace la censure qui avoit été faite de ces erreurs. Toutefois le Pontife par un effet de sa vigilance, pour réfuter par avance ces sentimens pervers & ces mensonges, avoit expressément averti dans cette même

nicioſiſſimos errores adſcitis illis coloribus illitos, eſſe proſcriptos. Meritò proinde calumniantium temeritatem deteſtatus, poſtquam eorum ſaluti omnibus paternæ charitatis, & auctoritatis argumentis conſulere conatus eſſet, obturantibus illis aures ſuas, opportuna ingraveſcenti morbo remedia parare, & animadverſiones intentare, neceſſario, & æquiſſimo judicio, pro rerum ac temporum conditione, non prætermiſit.

Conſtitution qu'il falloit ſe donner de garde des loups revêtus de la peau de brebis, & éviter un poiſon que l'on avoit aſſaiſonné de miel, & ne pas ſe laiſſer ſurprendre par des preſtiges cachés ſous l'ombre de la parole de Dieu. Par là il donnoit aſſez à connoître à tout le monde qu'il avoit condamné des erreurs très-dangereuſes, & déguiſées ſous ces couleurs empruntées & nullement les ſentimens reſpectables des Peres, ou les opinions reçues dans les Ecoles catholiques, ſoit en matiere de dogme, ſoit touchant les mœurs & la Diſcipline. Ce n'eſt donc pas ſans raiſon que déteſtant la témérité de ces calomniateurs, & voyant qu'après avoir epuiſé tout ce que ſon autorité & ſa charité paternelle lui fourniſſoit de moyens pour pourvoir à leur ſalut, ils ſe bouchoient les oreilles, il crut ne devoir plus différer, ſelon que l'occurence des tems & des choſes pouvoit le permettre, de preparer les remedes convenables à un mal qui croiſſoit de jour en jour, & de menacer de punir les Rebelles par un jugement auſſi équitable que néceſſaire.

Ac licèt ad unitatem reſarciendam multa iſtic agitari conſilia inaudiret, ſapienter tamen affirmabat atque identidem admonebat non aliam eſſe veræ unitatis vel integrandæ, vel retinendæ viam, præter Apoſtolicæ Conſtitutionis obedientiam non ambiguam & fucatam, ac novitate ſuſpectam, ſed apertam, ſinceram, ac pro veteri fidelium more demiſſam, qualem univerſa Chriſti Eccleſia Petro per Clementem loquenti præſtiterat. Ac ſalutaria, certè laudati Pontif. monita rerum etiam eventus comprobavit. Nam illi ipſi, qui novam deferendæ, aut potiùs prætendendæ obedientiæ ſemitam ineuntes, ſatis muneri ſuo feciſſe ſibi videbantur, nunquam adduci potuerunt, ut, quemadmodùm res poſtulabat, & fidelium ſcandala removerent, & violatam, quam Apoſtolicæ Sedi debebant, obedientiam ac reverentiam repararent. Ille verò, dum minùs audientes ad officium vehementiùs excitare & adducere pararet, humanis rebus exemptus, atque ad laborum ac virtutum præmia juſtitiæque coronam evocatus, hanc partem Nobis, qui divino judicio in ejus locum ſtationemque, licèt impares ſucceſſimus, pro graviſſimo Apoſtolatus munere conficiendam reliquit, cui certè ſine ingenti divinæ gloriæ, chriſtiani populi, noſtræque ſalutis periculo deeſſe non poſſumus.

De plus étant informé que l'on propoſoit en France divers projets pour établir l'unité, il aſſura ſagement & avertit plus d'une fois qu'il n'y avoit point d'autre moyen de rentrer réellement dans l'unité, ni de la maintenir, que de rendre à la Conſtitution Apoſtolique non une obéiſſance équivoque, feinte & ſuſpecte de nouveauté, mais claire, ſincere & humble, conformément à l'ancien uſage des Fideles, & telle que l'Egliſe univerſelle l'avoit déja renduë à Pierre prononçant par la bouche de Clement. L'evenement n'a que trop montré combien étoient ſalutaires les avertiſſemens de ce Pontife; car ceux mêmes qui prenoient une nouvelle route pour rendre, ou plûtôt pour feindre cette obeiſſance, & qui prerendoient avoir par là ſatisfait à leur devoir, n'ont jamais voulu ſe laiſſer perſuader, ainſi que leur faute l'éxigeoit, de lever le ſcandale qu'ils avoient donné aux Fideles, ni de faire réparation au Siege Apoſtolique, pour lui avoir refuſé l'obéiſſance qu'ils lui devoient. Enfin ce grand Pontife ayant été enlevé de ce monde pour recevoir la couronne de juſtice & la récompenſe éternelle duë à ſes vertus, dans le tems même qu'il ſe diſpoſoit à exciter & à ramener par des voies plus efficaces les indociles à leur devoir, il nous a laiſſé le ſoin de le faire: à nous qui par la volonté de Dieu, avons été élevez à ſa place, & qui lui ayant ſuccedé, nonobſtant notre foibleſſe, dans le redoutable miniſtere de l'Apoſtolat, ne pouvons négliger d'en remplir les obligations, ſans commettre les intérêts de la gloire de Dieu, & ſans expoſer à un péril évident le peuple chrétien, & notre propre ſalut.

Hæc autem, quamquam Majeſtati Tuæ apprimè cognita, & explorata ſunt, ordine tamen commemoranda putavimus, ut poſt diuturnos Anteceſſoris noſtri labores, poſt

Or quoique Votre Majeſté ſoit parfaitement informée de toutes ces choſes, nous avons cru néanmoins devoir vous en rappeller toute la ſuite, pour vous fai-

tentata paternæ longanimitatis experimenta, post adhibita, in omni patientiâ & doctrinâ arguendi, obsecrandi, & increpandi remedia, nihil jam superesse perspicias, nisi ut ejusdem vestigiis inhærentes, quo nihil sanè potius, & antiquius habere debemus, ministerium nostrum impleamus in hac gravissimi momenti causâ, in qua Catholicæ fidei, Ecclesiæque unitas in discrimen adducitur; & secundùm potestatem, quam à Domino in Ecclesiæ ædificationem accepimus, animarum periculis occurramus; ne diuturniori silentio nostro multiplicetur in eis ruina, & arrogantia eorum, qui oderunt pacem, ad nova simplicium scandala impunitate invalescat. Quo quidem metu sollicti jam operi manum admovere, & inde rei bene gerendæ initium ducere statueramus, ut Regiæ Potestatis tuæ subsidium imploraremus, atque ad patrocinium Ecclesiæ Matri debitum, & Christianæ plebi salutare, Regem Christianissimum, avitæ Religionis ac virtutis hæredem advocaremus.

re connoître plus à fond, que notre Predecesseur ayant vainement essaïé tant de travaux, ayant mis en usage tout ce que lui inspiroit sa longanimité paternelle; ayant employé pour remédier au mal, les reprimandes, les prieres, les reproches, sans jamais se lasser ni de supporter, ni d'instruire, il ne nous reste plus, & nous ne devons rien avoir plus à cœur, sinon, en suivant ses traces, de remplir notre ministere dans cette affaire importante où l'unité de l'Eglise & de la foi catholique se trouve en péril, & selon le pouvoir qui nous en a eté donné d'enhaut pour l'édification de l'Eglise, de prévenir la perte des ames, de peur que par un trop long silence de notre part, il n'en perisse un plus grand nombre, & que l'orgueilleuse presomption de ceux qui haïssent la paix étant accruë par l'impunité, ne soit une source de nouveaux scandales pour les simples. Pénetrés de cette crainte, nous avions pris la résolution de mettre la main à l'œuvre, & pour réüssir plus sûrement, de commencer par reclamer votre Autorité Royale, & d'appeller à notre secours le Roi Très-Chrétien, héritier de la pieté & de la Religion de ses Ancêtres, pour la juste defense de l'Eglise sa mere, & du peuple Chrétien.

Sed interea, dum paternas ad Majestatem Tuam litteras & obtestationes destinaremus, dum simul etiam felicem exitum præstolaremur earum rerum; de quibus jam tum ab exordio nostri muneris egeramus cum dilecto filio nostro, Armando S. R. E. Cardinali de Rohano, tunc Romæ commorante, cujus fidem, candorem, ac prudentiam cum sacra eruditione conjunctam, plurimùm in Domino commendavimus; dum eo scilicet consilio, eaque expectatione tribulationem nostram, ac sollicitudinis molestiam sustentaremus, super dolorem vulnerum nostrorum addiderunt operarii iniquitatis, quorum audaciam & insolentiam ultra omnem modum erupisse deprehendimus. Enim verò non sine gravi animi horrore delatæ sunt in manus nostras Gallicanorum quorumdam Episcoporum schismaticæ prorsus litteræ, in felle amaritudinis; subscriptis etiam Auctorum nominibus exaratæ, in quibus Antecessoris nostri fama & memoria sempiternis laudibus digna, proscinditur, Apostolica Constitutio calumniosè traducitur, utraque Potestas impudenter contemnitur, atque hæretico spiritu Divina omnia & humana miscentur. Quarum pestifera labes, ut latiùs diffunderetur, typis excusas in vulgus etiam spargere ausi sunt; ac ne quid ad execranda temeritatis argumentum & cumulum deesset, auctoritatem nostram in partem ac præsidium suæ perversitatis vo-

Mais tandis que nous songions à écrire à Votre Majesté, & à lui faire d'instantes prieres, que nous attendions même l'heureux succès des mesures que nous avions prises à Rome dès notre avénement au Pontificat, avec notre cher fils Armand Cardinal de Rohan, à qui nous avons rendu la justice que meritent sa foi, sa candeur, sa prudence, & son erudition dans les saintes Lettres; tandis que par cette esperance nous tâchions de nous soutenir dans nos tribulations, & dans les peines que nous cause notre sollicitude, nous avons vû avec etonnement que des ouvriers d'iniquité portant aux plus grands excès leur audace & leur insolence, ont ajouté de nouvelles douleurs à celles de nos playes. En effet nous avons été saisis d'horreur en recevant une Lettre de quelques Evêques de France; Lettre entierement schismatique écrite avec le fiel le plus amer, souscrite même par ses auteurs, où l'on déchire impitoyablement la mémoire de notre Prédecesseur digne d'immortelles loüanges, on diffame par des calomnies la Constitution Apostolique; on outrage impudemment l'une & l'autre Puissance, & l'on renverse par un esprit heretique tout l'ordre des choses Divines & humaines. Afin de répandre plus loin & plus

care non erubuerunt; quasi integrum esset Apostolicam reformare Doctrinam & fidem, quam tota Christi Ecclesia Petri præconio edocta, firmissimè profitetur. Meritis proinde censuris notatas rejecimus, proscripsimus ac damnavimus. Vides igitur, Fili charissime, quorsùm evaserit canonicæ animadversionis tamdiù dilata districtio, & Ecclesiasticæ pacis toties Apostolicæ Sedi promissa, imò etiam sæpe ostentata tranquillitas. Simul etiam intelligis, Pastoribus hujusmodi oves Christi perdendas potiùs, quàm pascendas ulterius permitti non posse.

facilement le venin contagieux de cette lettre, ils ont eu la hardiesse de la publier imprimee, & pour mettre le comble à leur execrable témerité, & la faire éclater davantage, ils ont osé nous proposer de nous joindre à eux, & d'appuyer leur malice de notre autorité, comme s'il étoit en notre pouvoir de changer la Doctrine Apostolique & la foi que l'Eglise universelle, instruite par la voix de Pierre, professe inviolablement : c'est pour cela que nous avons frappé cette Lettre des Censures qu'elle meritoit, que nons l'avons rejettee, proscrite, condamnee. Vons voyez donc enfin notre très-cher Fils, de quoi il a servi de differer si long-tems, le châtiment que meritoient les coupables, & à quoi ont abouti ces assurances reiterées d'une prochaine paix dans l'Eglise; assurances si positives, que souvent on sembloit plutot nous la donner que nous la promettre. Par où vous pouvez aisément comprendre qu'il n'est plus permis de laisser à des Pasteurs de ce caractere la liberté de paître, ou plûtôt de perdre les brebis de Jesus-Christ

Neque verò sola pastoralis Nobis imposita necessitas urget, ut disrupta consolidemus, ac depravata convertamus; sed paternus etiam erga Regni tui salutem & securitatem amor impellit. Veremur enim, ne, cujus Religio dissipatur, indignatio provocetur, ac ne scandala, quæ Ecclesiam perturbant, Divinæ iracundiæ flagella in tuum populum congregent. Majestati autem tuæ inquietorum hominum correctio & emendatio eo etiam magis optanda, & per legitimos sacrorum Canonum tramites adjuvanda est, quod turbulenta consilia sua satis produnt, dum factiosorum numerum exagerant & jactant. Intelligebat profectò clarissimæ memoriæ Ludovicus XIV. Proavus tuus, quàm infensi essent publicæ pacis hostes, qui Apostolicæ auctoritatis jugum excussissent, cum supremis votis, morte imminente, Regnum tibi traditurus, unitatem tuendam, & abolendæ Religionis dissidia commendavit. Quod igitur patrocinium Dei causa, & Ecclesiæ jura deposcunt, quod Regni tui non contemnenda pericula flagitant, quod Majorum tuorum pia exempla requirunt, hoc à te paternis vocibus postulamus.

Or ce n'est pas seulement le devoir indispensable de notre Ministere, mais encore notre zele paternel pour le salut & pour la sûreté de votre Royaume, qui nous engage & nous presse de raffermir ce qui a été ébranlé, & de réformer ce qui a été corrompu. Car nous craignons de voir s'allumer la colere de celui dont on renverse la Religion, & que les scandales qui ont jetté l'Eglise dans un si grand désordre; n'attirent sur votre peuple les fleaux de la vengeance Divine. votre Majeste même a d'autant plus d'interêt de corriger & de reprimer ces bommes inquiets, & d'être secondée en cela de l'autorité des saints Canons, que les factieux decouvrent manifestement leurs desseins turbulens, en exagerant & vantant, comme ils font, leur multitude. Certes Louis XIV. de glorieuse mémoire votre bisayeul, connoissoit bien que ceux qui ont secoue le joug de l'autorité Apostolique, sont les ennemis implacables de la tranquillité de l'Etat, lorsque sur le point d'expirer & de vous transmettre la Couronne, en vous déclarant les dernieres volontés, il vous recommanda de maintenir l'unité, & d'étouffer les divisions qui avoient été excitées au sujet de la Religion. Nous élevons donc notre voix paternelle pour vous demander l'appui & l'assistance qu'exigent de vous la cause de Dieu, les droits de l'Eglise, le grand péril où se trouve votre Royaume, les exemples de vos Ancêtres

Præliare, Fili charissime, junctis nobiscum studiis, prælia Domini, & eos, qui multiplici pertinaciæ significatione elongaverunt se à nobis, tuæ etiam potestatis brachio compelle intrare, ne aut ipsi extra Arcam pereant, regnante diluvio, aut alios inobedientiæ & erroris contagione corrumpant. Regni tui felicitatem ab hoc triumpho, sacrosanctæ Re-

Combattez, notre très-cher Fils, combattez de concert avec nous pour la défense du Seigneur, & contraignez par la force de votre bras à rentrer dans le devoir ceux qui se sont éloignés de nous, & qui ont donné tant de preuves de leur obstination : de peur que demeurant hors de l'Arche, ils ne périssent par le déluge,

ligionis

ligionis & Christianæ pacis auspicare. Christi cultu creverunt Francorum opes, & vires sibi fœdere sociatas provexit Deus. Tibi quoque hoc fœdere firmandæ sunt, ut sic Dominus exercituum protector tuus. Induere igitur fortitudine tuâ ad dissipandas gentes, quæ bella volunt, & ad humiliandos calumniatores, qui vias Domini rectas subvertunt. Audi, Fili charissime, disciplinam Patris tui, & ne dimittas legem Matris tuæ, ut addatur gratia capiti tuo, & accipias regnum decoris, & diadema speciei de manu Domini. Hæc autem ab eo per quem Reges regnant, tibi ex animo precantes, dum fructus tuâ sapientiâ dignos ad lætitiam, & coronam nostræ senectutis expectamus, Majestati Tuæ Apostolicam Benedictionem amantissimè impertimur. Datum Romæ, apud S. M. Majorem, sub Annullo Piscatoris, die 24. Martii 1722. Pontificatûs nostri anno 1.

MATTHÆUS SCAGLIONUS.

ou qu'ils ne communiquent à vos autres Sujets l'esprit contagieux de révolte & d'erreur. Que la felicité de votre Regne commence par ce triomphe de notre sainte Religion, & de la paix du peuple Chrétien. C'est par le culte de Jesus-Christ & par l'alliance contractée avec lui que les François ont accru leur puissance, vous devez l'affermir en maintenant cette alliance, & obligeant ainsi le Dieu des armées à se déclarer pour vous. Armez-vous donc de votre force pour dissiper les nations qui ne respirent que la guerre, & pour humilier ces calomniateurs qui se plaisent à remplir d'obstacles les voyes du Seigneur. Recevez, notre très-cher Fils, les instructions de votre Pere, & ne rejettez pas la loi de votre mere : elles serviront d'ornement à votre tête, & vous recevrez de la main du Seigneur un Royaume de gloire, & un diademe eclatant. Ce sont les vœux que nous faisons pour vous à celui par qui regnent les Rois; & dans l'attente où nous sommes des fruits dignes de votre sagesse qui couronnent notre vieillesse, & la comblent de joye, Nous vous donnons avec toute la tendresse possible notre Benédiction Apostolique. Donné à Rome à Sainte Marie Majeure, sous l'Anneau du Pêcheur le 24. Mars 1722. la premiere année de notre Pontificat. MATTH. SCAGL.

Dilectissimo in Christo filio nostro, PHILIPPO Duci Aurelianensi. Innocentius Papa XIII.

Dilectissime in Christo Fili noster, Salutem & Apostolicam Benedictionem. Sollicitudo omnium Ecclesiarum, quam superni dispensatione consilii gerimus, urget nos, ut turbatis Galliarum Ecclesiis propter eos, qui proferunt mendacia, & seminant inter fratres discordias, opem paternæ dilectionis, & Apostolicæ Providentiæ officium impendamus.

Ut autem opportuniùs atque utiliùs has Pastoralis muneris partes expleremus, post fusas ad Deum preces, qui pacem diligit & veritatem, Regiæ potestatis subsidium ad avertenda tam Religionis, quàm Regni pericula duximus advocandum. Propterea paternas litteras ad charissimum in Christo Filium nostrum Ludovicum XV. Francorum Regem Christianissimum, dedimus hortantes & obsecrantes, ut salutari fœdere sociatas conatibus nostris, potestatis suæ vires accommodet atque ad omnem discordiæ fomitem restinguendum studiis & votis nostris obsecundet. Prosperos autem successus nostræ sollicitudinis à tua potissimùm sapientia atque egregia erga rem Catholicam & publicam voluntate expectamus. Tibi igitur dilectissime in

A notre très-cher fils en Jesus-christ, PHILIPPE Duc d'Orleans. Innocent Pape XIII.

NOTRE très-cher Fils en Jesus-Christ, Salut & Benediction Apostolique. La sollicitude de toutes les Eglises, dont la Providence nous a chargés, presse notre charité paternelle & notre vigilance pastorale de secourir, selon notre devoir, les Eglises de France, troublées par des hommes qui débitent des mensonges & qui sement la discorde parmi les freres.

Or pour remplir plus à propos & plus utilement cette partie de notre ministere Apostolique, après avoir fait de très-humbles prieres à Dieu qui aime la paix & la verité, nous avons cru devoir implorer l'autorité Royale, pour détourner les perils qui menacent & la Religion & l'Etat. C'est pourquoi nous avons écrit une lettre paternelle à notre très-cher fils le Roy Très-chretien Louis XV. où nous l'exhortons & le supplions de faire avec nous une sainte confederation, d'appuïer nos efforts de ses forces, & de seconder notre zele & nos vœux pour éteindre jusqu'à la derniere étincelle de division. Mais c'est particulierement de

Christo fili noster, qui cogitationes & curas tuas pio sanè, ac laudabili consilio ad componenda dissidia, pacemque restituendam hactenus intendisti optatum laboris nostri exitum commendamus. Quanta sit inobedientium pertinacia, quibus artibus operæ tuæ fructum, perdiderit, quàm insolenter in dies invalescat, & quantum in discrimen unitas Ecclesiæ adducta sit, ipse præ cæteris nosti, cum ex plurimis aucta argumentis; tum maximè ex novissimis quorumdam Episcoporum litteris schismaticis prorsus & hæretico spiritu plenis, quæ tibi non molestæ accidere non potuerunt. Enitere igitur pro tua eximia in nos, & hanc S. Sedem observantiâ, à qua majora semper speramus, ut Regiâ potestate suffragante, in Apostolicæ auctoritatis reverentiâ sint istic Fratres unanimes, nec in deferenda eidem sincera obedientia novitas ulla subrepat, quæ procul dubio aditum perpetuis dissentionibus aperiret, paci verò & concordiæ reparandæ prorsus occluderet. Erit proinde prudentiæ ac virtutis tuæ, cui plurimùm confidimus, ut Rex Christianissimus præsidium sanæ doctrinæ ferat, & gravissimæ causæ patrocinium suscipiat, tum ad Divini nominis gloriam, quàm ad regiminis sui tranquillitatem; pro sui enim Regni salute geritur, quidquid pro quiete Ecclesiæ, vel sanctæ Religionis reverentiâ laboratur. Ac tibi, Dilectissime in Christo Fili noster, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ, apud S. M. Majorem, sub Annulo Piscatoris, die 24. Martii 1722. Pontificatûs nostri anno 1. MAT. SCAGL.

votre sagesse & de votre amour pour la Religion, & pour le bien public, que nous attendons l'heureux succès de nos demarches. C'est donc à vous, notre très-cher fils en Jesus-Christ, qui ayant formé le pieux & loüable dessein d'appaiser les troubles & de ramener la tranquillité, n'avez cessé jusqu'ici d'y travailler avec tant de soin & d'application, c'est à vous que nous avons recours pour pouvoir recueillir le fruit desiré de nos travaux. Vous connoissez mieux que personne quelle est l'opiniâtreté des Rebelles; par quels artifices ils ont fait échoüer vos projets; à quel point leur insolence s'augmente chaque jour, dans quel danger ils jettent l'unité de l'Eglise: & outre plusieurs autres preuves que vous en avez euës, ils viennent de vous en donner une éclatante dans la Lettre de quelques Evêques de France absolument schismatique, pleine d'un esprit hérétique, & qui n'a pû vous causer, que bien de la douleur. Faites donc tous les efforts que vous inspire votre vénération pour Nous & pour le Saint Siege, de laquelle nous attendons de jour en jour de plus grands secours, afin que par le concert de la Puissance Royale avec la nôtre, les Evêques de France s'unissent dans le respect dû à l'Autorité Apostolique, & que dans l'obéïssance sincere qu'ils lui rendront, il ne se glisse aucune nouveauté, ce qui rendroit certainement les divisions éternelles, & ne laisseroient plus nulle ouverture de réünion. Il est donc digne de votre Religion & de votre Sagesse sur laquelle nous nous reposons entierement, que le Roi Très-chrétien prenne en main la défense de la saine Doctrine, & appuye de son autorité une cause de cette importance où il s'agit de la gloire du Saint Nom de Dieu, & de la tranquillité du gouvernement. Car tout ce que l'on entreprend ou par zele pour la Religion, ou pour le repos de l'Eglise, tourne à l'avantage de l'Etat. Nous vous donnons, notre très-cher Fils, avec beaucoup de tendresse, la Benédiction Apostolique. Donné à Rome à Sainte Marie Majeure, sous l'Anneau du Pêcheur, le 24. Mars 1722. la premiere année de notre Pontificat. MATTH. SCAGL.



Anno Domini 1722.

Censura Sacræ Facultatis Theologicæ Duacensis in quasdam Propositiones de gratia, depromptas ex dictatis Philosophicis Dominorum LENGRAND & MARECHAL Primorum Collegii Duacensis Professorum, & Ecclesiæ Collegiatæ S. Amati, Canonicorum, quorum primus est Sacræ Theologiæ Licentiatus, alter verò Doctor Artium, & Regius Historiarum Professor. Accedit appendix ad causam Professorum Primariorum Collegii Regii. Item Mantissa continens Censuram in epistolam scriptam ab ER. Domino PIERRAT, Sacræ Theologiæ Licenciato; & Seminarii Henniniani Præside.

MONITUM AD LECTOREM.

Sacra Facultas vult omnibus esse notum. Primò. Se huic Censuræ non tribuere vim condemnationis, seu sententiæ judiciariæ, qualem habent decisiones Tribunalium jurisdictione propriè dictâ gaudentium, sed vim dumtaxat judicii scholastici seu doctrinalis, qualis competit censuris omnium Facultatum Theologicarum Collegium Constituentium, quæ ex consuetudine immemoriali à Summis Pontificibus & Regibus probatâ jus habent ferendi judicia, vulgandi responsa, &c. nec sine magno Reipublicæ damno hæc potestas Collegiis Theologicis adimeretur, quæ quodam modo perpetuas agunt excubias, ut novatorum insidias detegant, ut illos ex improviso irruentes armis scholasticis repellant, & censurarum eloquio ceu tubarum clangore Summos Pontifices & Episcopos de periculis imminentibus moneant. Visæ sunt quidem hoc tempore Facultates Theologicæ ipsis Novatoribus fœderatæ, & quasi furore, aut insaniâ percitæ in Ecclesiam Matrem irruentes: sed illæ in ordinem redigendæ sunt, & plexis præcipuis perduellionis authoribus quemadmodum fit in copiis militaribus, ad meliorem frugem revocandæ.

Secundò parallelum hâc censurâ contentum non esse tam accuratum, ut singuli textus Jansenii respondeant singulis textibus Professorum secundùm ordinem quo dispositi sunt non enim satis otii fuit, ut tam perfecta combinatio fieret, sed esse adeo justum; ut tota Professorum doctrina quoad substantiam, & plerasque expressiones reperiatur in relatis Jansenii textibus. Conferat Lector utramque paralleli columnam, & de perfecta hac similitudine convictus erit.

Tertiò ubi Professores Collegii Regii loquuntur de Præmotione Physica & speciali, nunquam eos intelligendos esse de Præmotione Physica genuinorum Thomistarum, sed ut ipsi disertè explicant de delectatione Cœlesti indeliberatâ superante terrenam & operante secundùm proportionem majoris inæqualitatis sicut calor, & aliæ qualitates activæ, sicut pondera in bilance, &c. adeoque de præmotione voluntatem applicante per modum naturæ.

Sparsa est nuper in vulgus epistola sacræ Facultati Theologicæ Duacensi inscripta, quâ dicta Philosophica Dominorum *Lengrand* & *Marechal* Primariorum Collegii Regii Duacensis Professorum, eidem Facultati denuntiantur, ut præcipua hæresis Jansenianæ dogmata apertè continentia. Hoc scripto tanquam classico excitus eximius Dominus Decanus sacram Facultatem in diem 29. Aprilis convocavit eique in ejusdem diei comitiis exposuit se præfatam epistolam accuratè legisse: in ea proferri luculenta & copiosa memoratorum Codicum excerpta damnatæ Jansenii doctrinæ prorsus consentanea: hæc si vera sint, studiosam juventutem Collegii Regii à multis annis pestiferâ doctrinâ imbutam fuisse, tantumque malum in dies augendum atque propagandum, nisi sacer consessus, quantùm in ipso est, illud compescat, & clamore valido manus auxiliares advocet: ad audita obstupuere animi: & quidem eò magis, quòd in publicis Collegii Regii Thesibus nulla hæresis Jansenianæ lineamenta unquam apparuerint. Ex quo intellexerunt, eo majori periculo obnoxios fuisse discipulos, qui perversis dogmatibus clam, & inter angustæ scholæ parietes instituerentur, nullo astante, qui incautos de periculi magnitudine moneret. Post varia hinc & inde dicta de urgentissima obligatione constitutiones Pontificias adversus profanas & concatenatas Jansenii Yprensis & Paschasii Quesnellii novitates, de arcendis ac fortiter pro-

pulsandis illis erroribus ab hac universitate & provinciis adjacentibus; de præmuniendis discipulis adversus malum, quod inter hidræ & colubri tortuosi incautis præsertim insidiatur, conclusum fuit denunciationem memoratam ab omnibus & singulis Doctoribus legendam, atque relegendam; ac novam Congregationem ab eximio D. Decano indicendam ad pleniorem super re tanti momenti discussionem faciendam. Habitæ sunt postmodùm frequentes de eodem negotio deliberationes; examinata diligentissimè Professorum dictata de quibus constitit, ea fuisse ab ipsis excepta in publicis ac ordinariis lectionibus, ex juratis discipulorum testimoniis coram Notario exhibitis. Textus animadversione digni in septem articulos distributi sunt, præfixis specialibus titulis. Facta insuper illorum articulorum collatio cum famoso & damnato Jansenii Augustino, & jussu Sacræ Facultatis instructum est parallelum utriusque textûs, quemadmodum ipse Jansenius aliàs instruxit parallelum erroris Massiliensium & opinionis quorumdam recentiorum. Hinc intelligetur tantam esse conformitatem dictatorum & doctrinæ Jansenianæ, ut non sit ovum ovo similiùs. Erit insuper hoc parallelum instar lapidis lydii, cujus contactu dignoscetur, an variorum recentiorum asserta sint Janseniana necne; quamvis enim non omnia, quæ docuit Jansenius sint hæretica, sicut nec omnia quæ scripsit Calvinus; constat tamen neminem posse cum Jansenio convenire, vel in uno ex dictis septem articulis, nisi quinque ejus hæresibus consentiat, vel apertè, vel implicitè, & æquivalenter. Sic enim colligata sunt hujus authoris dogmata, ut unum assumi non possit quin & alia sequantur instar annulorum ejusdem catenæ. Hinc proindè lucebit, omnium scholarum Catholicarum systemata de gratia, ac nominatim celeberrimæ Thomistarum scholæ à fermento Janseniano alienissima esse, nec ullam eis cum prætensis Augustini Discipulis erroris societatem intercedere. Tandem S. Facultas invocato Sancti Spiritûs lumine de doctrina dictorum septem articulorum pronuntiandum censuit, ut sequitur, adjectis etiam aliquot annotationibus, quibus mens ejus plenius innotescet, vana errantium subterfugia, & fraudes aperientur, & quidam eorum fautores designabuntur.

ARTICULUS PRIMUS.

Spurium Gratiæ utriusque statûs discrimen à duobus Professoribus & Jansenio Yprensi assertum.

PROFESSORES COLLEGII REGII DUACENSIS.	JANSENIUS YPRENSIS.
I.	I.
DOMINUS LENGRAND *in Dictatis Philosophicis anni* 1719. *disput.* 4. *de concursu causæ primæ cum secunda, quæstione* 2. §. 2. *prob.* 1. In statu innocentiæ *sufficiebat præmotio generalis & gratia sufficiens* à voluntate determinabilis ..... natura humana in illo statu erat omnino sana & integra, carebatque omni concupiscentiâ & infirmitate ... adeoque sufficiebat motio determinabilis à voluntate, *non autem requirebatur motio sanans & applicans voluntatem ad agendum.*	LIb. de gratia primi hominis & Angelorum, c. 14. *Perspicuè docet Augustinus, & iterum iterumque diligenter inculcat, adjutorium Adami.... non fuisse adjutorium*, quo, *sed adjutorium* sine quo non: *hoc est non fuisse tale adjutorium quo fieret ut Adam perseveraret aut vellet, sed quo posset perseverare si vellet, & sine quo perseverare non posset...unum est Gratiam illam Adami non fuisse adjutorium voluntatis*, seu volitionis *& actionis, hoc est quo fieret, ut vellet & ageret, seu quo daretur ei velle & agere sive perseverare*, *sed tantummodò* possibilitatis, *hoc est quo fieret, ut posset perseverare si vellet, seu quo sola possibilitas perseverandi juvaretur*

retur; nam in eo consistit totum discrimen istius adjutorii ab adjutorio quod Christus lapsis tribuit: quod per illud....daretur posse si vellet; per hoc etiam efficiatur ut velit......alterum quod ex isto sequitur est, usum istius adjutorii non ab ipso illu eodem adjutorio, sed à libero Primi Hominis arbitrio pependisse, *tertium istis duobus addi potest non aliud fuisse istud gratiæ adjutorium, quod Adamo & Angelis datum fuit, quàm* id quod schola passim sufficiens vocat. *Nam hoc ipso & per illud justè vivere & in justitia perseverare poterat, & sine illo non poterat, nec actum potestatis, sed potestatem actûs afferebat, apertissimè sequitur* non aliud, quàm sufficiens dicendum esse.

II.

Item prob. 6a.

Sanctus Augustinus clarè & fusè hanc sententiam propugnat c. 11. lib. de Corr. & Gratiâ ubi ait *tale erat adjutorium quod desereret si vellet, non quo fieret ut vellet*, nempe Adamus ante peccatum; atqui tale adjutorium *non erat motio efficax*, ut patet, quia per illam fit ut creatura velit; *ergo erat tantùm Gratia sufficiens*. Unde Augustinus ibi per adjutorium *quo* intelligit efficax, & per adjutorium *sine quo* intelligit sufficiens

Eadem docet in cursu Philosoph. 1720. 1721.

II.

Lib. 2. de Gratia Salv. c. 3.

Quæ cùm ita sint jam differentia sanæ & ægrotæ *voluntatis, quantùm ab bene vivendum incipit sublucescere; nempe voluntas sana ita robusta erat per institutionem primævæ suæ libertatis, quâ primus homo creatus est rectus ut seipso* nutu suo perinde ad bonum volendum quàm ad malum sponte flecteret non à gratia vel cupiditate imperante flecteretur.........*Nunc verò posteaquam est illa magna robustaque peccati meritò amissa libertas & peccandi servitus constituta periit ab ægrota volumtate, ille imperativus bene volendi nutus, ut non magis iisdem illis gratiæ adjutorii, quibus ante in sua sanitate juvabatur, uti possit*, quàm si cæco ad cernendum lumen offerres: *Nam ille sese flectendi erigendique nutus* potestati fractæ & ægrotæ libertati exortus est, *& à concupiscentiâ semper seipsam creaturasque diligente possidetur.*

III.

Ibid. object. 4. R.

Illud auxilium prostatu innocentiæ est tantùm generale ac sufficiens, nam auxilium hoc erat movens in quantùm inclinabat ad bonum universale, & aliundè gratia sufficiens dabat possibilitatem: imò movebat operantem ad sese & auxilium istud secum determinandum ad operationem.

Idem *tradit in dictatis* 1720. 1721. *disp.* 4. *q.* 4. *object.* 4. *R.*

III.

Ibid. c. 4.

Adjutorium ante ruinam *erat tale ut influxus adjutorii perinde atque voluntatis in opus* ab ipso liberæ voluntatis nutu penderet. *Nunc verò* post ruinam tale est ut faciat annuere, & influere, & velle voluntatem...... hoc ergo verum & genuinum discrimen est inter utriusque statûs adjuturium, quod adjutorium sanitatis seu integræ libertatis influeret aut non influeret cum voluntate pruut voluntas vellet: aut nollet medicinale verò ipsum bene velle fastidienti ægrotæque voluntati tribuat, ut pote quod ipsa concupiscentiæ dominanti subjugata de seipsa suæque libertatis impulsu etiam cum gratia quantumcunque magna sibi assistente habere non posset quemadmodum olim potuit. *Quod clariùs fortassis ita dici posset quod* gratia sanæ voluntatis in ejus libero arbitrio relinqueretur, *ut eam si vellet desereret, aut si vellet uteretur*; gratiæ vero lapsæ ægrotæque voluntatis nullo modo in ejus relinqueretur arbitrio *ut eam deserat aut arripiat si voluerit sed ipsa sit potiùs illa postrema gratia quæ invictissime facit ut velit, & à voluntate non destratur.*

IV.

Ibid. §. 1. prob. 6.

Potentia ægra, debilis & infirma *indiget motione sanante, elevante, & ipsam efficaciter ad actus supernaturales applicante*; atqui voluntas *in hoc statu* naturæ

IV.

Lib. 8. de grat. Christi Salvator. c. 2.

Quintò. *Prædeterminatio Physica necessaria statuitur omnibus agentibus ex vi causæ secundæ quæ essentialiter tam in operari, quàm in esse suo subordinatur primæ, à qua*

corruptæ per peccatum originale est potentia ægra, debilis & infirma, non potest ex *solâ virtute gratiæ sufficientis* sese applicare ad actus qui naturæ vires superant.....si posset sese virtute auxilii sufficientis ad illos actus applicare & determinare, homo lapsus & corruptus non esset minoris virtutis & conditionis quàm innocens.

ad agendum præmoveri debet. Christi adjutorium nequaquam, sed læsæ voluntati propter solum vulnus necessarium est.

V.

Ibid. object. 2. inst. 6.

Nos ergo non admittimus Præmotionem Physicam præcisè propter dependentiam & subordinationem causæ secundæ ad primam, quemadmodum admittunt moderni Thomistæ, *sed propter infirmitatem naturæ, seu propter dependentiam naturæ debilis & infirmæ à causâ sanante, elevante & applicante.*

V.

Ibidem.

Hinc 7°. Prædeterminatio Physica expressè dicitur statui innocentiæ tam Angelorum quàm hominum fuisse necessaria: Christi, adjutorium ei repugnat capitaliter.......... Quapropter qui medicinalem Christi Salvatoris gratiam sic defendere conantur ut eam in talem prædeterminationem transforment. *Omni statui hominum lapsorum & innocentium ex vi causæ primæ & indifferentiæ voluntatis necessariam;* magis profectò Aristotelici quàm Augustiniani sunt.

Ibid. §. 2. prob. 3.

VI.

Si in statu innocentiæ homo debuisset *præmoveri specialiter* ad actum bonum, sine sua culpa cecidisset, *& prob.* 4.

Necessitas *præmotionis specialis* non est repetenda præcisè ex dependentia causæ secundæ à prima; sed *ex infirmitate naturæ.* Probatur ex Augustino, &c.

Eadem legere est in Dictatis, annis 1721. 1722.

VII.

Dominus *Marechal* in Dictatis, annis 1721. 1722. dissert. 4. de causa efficiente increata q. 3. versus finem.

Quæres utrùm necessaria fuerit Præmotio Physica Adamo & Angelis in statu innocentiæ?

R negativè: Nam Augustino teste auxilium illius statûs tantùm dabat possibilitatem: erat enim auxilium sine quo homo non poterat perseverare: auxilium autem hujus statûs est auxilium quo homo actu perseverat, ratio est quia homo lapsus magis infirmus & debilis quam homo innocens. Nunc enim vulneratus est in naturabilibus bonis & supernaturalibus per peccatum originale. Aliqui Thomistæ oppositum affirmant ex eo quod Deus sit primus motor, ut inquiunt, sed ista ratio non convincit.

Idem lege in Dictatis, 1719. sed in Dictatis, 1713. & 1714. protestatur se nolle eam quæstionem dirimere.

VIII.

Q. 2. §. 2. prob. 3. homo lapsus magis infirmus, quàm homo innocens; ergo fortiori indiget auxilio, seu motione ad bonum agendum, quàm indigebat creatura innocens: subsumo, sed fortiùs illud auxilium est motio Physica, quæ non potentiam bene agendi, sed bonam actionem etiam in nobis producit. ergo homo lapsus indiget motione Physica ad bonum agendum. *Idem vide in Dictatis 1719.*

CENSURA.

Doctrina hoc articulo expressa quam Professores Collegii Regii ex damnato Jansenii Augustino deprompserunt, ac Discipulis suis tradiderunt: illa inquam, doctrina quatenus statui innocentiæ non aliam adscribit gratiam actualem quàm sufficientem, alii verò arbitrio determinabilem, seu adjutorium *sine quo non*; nec

aliam statui naturæ lapsæ assignat quàm efficacem cum effectu suo infallibiliter perpetuò conjunctam, seu adjutorium *quo*; si complexè sumatur, vel etiam specia tim quoad gratiam naturæ corruptæ, est *falsa, nova, omnibus scholis Catholicis exosæ à paucis recentioribus adoptata, ex qua seu fonte lutulento promanaat quinque hæresis Janseniana.*

ANNOTATIONES.

1°. AGnoscit Sacra Facultas illud gratiæ utriusque, statûs discrimen de quo Augustinus potissimùm l. de Corr. & Grat. c. 10. 11. 12. Fatetur enim cum sancto Doctore adjutorium Adamo innocenti datum ad perseverandum, fuisse adjutorium *sine quo non* quod desereret cùm vellet, & in quo permaneret si vellet non quo fieret ut vellet, ac proinde dici posse, *sufficiens*; verùm minimè probat illud adjutorium dici *versatile*, aut à *libero arbitrio determinabile*, quamvis voluntas cum illo auxilio præveniente & comitante posset ut causa instrumentalis sese determinare ad agendum vel non agendum. Cùm enim ista gratia virtute propriâ & actuosâ intus afficeret ne moraliter moveret voluntatem ad agendum, nec ullum influxum exciperet, aut excipere posset à libero arbitrio, ut quid diceretur *versatilis, aut à libero arbitrio determinabilis*; ut quid determinatio voluntatis ad bonum non tribueretur principaliter isti gratiæ? Istud igitur adjutorium liceat ex culpa Adami non dederit velle, illud tamen ex parte sua & ex intentione Dei conferebat. Unde quod ait S. Doctor non fuisse tale quo fieret ut vellet, hoc tantùm sensus intelligi debet, quod non faceret *indeclinabiliter ac insuperabiliter volentem.*

Patet etiam ex textu S. Augustini adjutorium, quod nunc Sanctis, seu prædestinatis conceditur ad perseverandum, esse adjutorium *quo, indeclinabile ac insuperabile* non quidem ratione singularum gratiarum cum quibus nunc Sancti operantur, sed ratione postremæ gratiæ, seu mortis in gratia quâ parvuli sicut & adulti formaliter ac finaliter perseverant. Hinc August. de Corr. & Grat. c. 8. *sicut*, inquit, *cogatur fateri donum Dei esse, ut finiat homo vitam istam, antequam ex bono mutetur in malum*.....ita donum Dei esse in bono perseverantiam........*Fateantur nobiscum*, & l. de dono perseverantiæ c. 17. *videte jam à veritate quam sit alienum negare donum Dei esse perseverantiam usque in finem hujus vitæ, cùm vitæ huic quando voluerit, ipse Dei finem: quem si dat ante imminentem lapsum facit hominem perseverare usque in finem; sed mirabilior & fidelibus evidentior largitas bonitatis Dei est, quod etiam parvulis quibus obedientia non est illius ætatis ut detur, datur hæc gratia.*

Quòd autem istud adjutorium non sit indeclinabile ac insuperabile ratione singularum gratiarum, vel eo constat, quod juxta S. Doctorem Sancti sub adjutorio perseverantiæ completè sumpto, quandoque *exorbitent, devient, nonnulla ipsis subrepant*, & obnoxii sint omnibus peccatis excepto illo quod est ad mortem, quo scilicet, *fides quæ per dilectionem operatur, deseritur usque ad mortem.*

Neque dici potest illas saltem gratias; cum quibus Sancti operantur, antequam vitam finiant, pertinere ad genus adjutorii *quo*, esse indeclinabiles ac insuperabiles: Cùm enim D. Augustinus has Propositiones tribuat dumtaxat adjutorio finalis perseverantiæ, gratis seu sine fundamento eædem dotes aliis gratiis concederentur.. Sufficiat igitur dicere cum S. Doctore, gratias, quibus nunc Sancti indigent ad vincendas concupiscentias, antequam moriantur, esse *potentiores, majores, & efficaciores* gratiis primi statûs non verò esse *indeclinabiles*, aut esse adjutoria *quo*. Quis enim non videat, gratiam posse esse validiorem, majorem, aut efficaciorem, etsi non sit insuperabilis?

Gratia igitur hujus statûs duplici titulo dici potentior gratiâ Adami innocentis: Primò quatenus ex meritis Christi præbet virtutem pugnandi & vincendi concupiscentiam, assentiente libero arbitrio, quod à via recta declinare potest sub quacunque gratia libero arbitrio attemperata. Secundò quatenùs cum morte felici conjuncta hominem formaliter perseverantem, facit independenter ab ejus consensu, adeoque indeclinabiliter ac insuperabiliter. Deus enim vitæ huic quando vult, dat finem nec ad hoc consensum nostrum præstolatur.

2°. Dum Professores Collegii Regii, præeunte Jansenio Yprensi, negant, prædeterminationem Physicam fundari in subordinatione causæ secundæ ad primam, aut illam esse necessariam ad tollendam causarum secundarum indifferentiam, & asserunt, illam ex infirmitate naturæ repetendam esse, adeoque nec eam requiri ad

materiale peccati, nec ad actus bonos status innocentiæ : Cùm, inquam, ista dicunt, satis manifestant, se usque Thomistis illusisse, quorum doctrinam quoad exteriorem apparentiam semper professi sunt. Deinde si præmotio Physica sit ad sanandam naturæ infirmitatem, ergo justi & à fortiori peccatores, gratiâ prædeterminante destituti remanent infirmi & debiles, adeoque carent gratiâ sufficienti, aut si illam habeant, ipsis inutilis est; cum *sola virtute gratiæ sufficientis non possint sese applicare ad actus, qui naturæ vires superant.*

3. Argumentum, quo utuntur illi Professores, ut evincant, potentiam ægram, debilem & infirmam non posse sese determinare solâ virtute auxilii sufficientis ad actus supernaturales, est futile & stramineum. Homo lapsus, inquiunt, *Non esset minoris virtutis & conditionis* quam innocens, si posset se determinare virtute gratiæ sufficientis : Respondetur, id esse omninò falsum : Quia 1°. Fatente Domino Lengrand, *quidam inter Augustinianos sentiunt, illam gratiam* (Adamo innocenti datam) *positam fuisse in cogitationibus & ideis rerum clarissimis.* Gratia autem sufficiens hominis lapsi, ex consensu omnium Catholicorum, importat motionem, non tantùm ex parte intellectûs, sed etiam ex parte voluntatis : atqui hoc posito, patet, hominem lapsum esse minoris virtutis, ac deterioris conditionis quàm fuerit homo innocens : ergo, &c.

2°. Juxta varios, homo lapsus cum gratia sufficienti tali qualem habuit Adam innocens, potest cum auxiliis ordinariis producere actus organicos faciliores : Adam autem integer & robustus cum eadem gratia poterat exercere actus perfectos & difficiliores : atqui, attentâ hâc opinione, patet rursus hominem lapsum esse minoris virtutis, ac deterioris conditionis quàm homo innocens : ergo, &c.

3°. Ut homo lapsus cum gratia sufficienti ponat actus perfectos & difficiliores, augenda est saltem gratiæ sufficientia juxta proportionem infirmitatis: imo & juxta multos addenda est aliquando gratia efficaciæ infallibilis, quam Deus oranti sicut oportet non recusat. Ex quo rursus lucet disparitas seu inæqualitas virtutis & conditionis inter hominem lapsum & innocentem.

4°. Homo lapsus, etsi gratiâ habituali sanatus, elevatus ad statum supernaturalem, & gratiâ sufficienti munitus obnoxius est multis tentationibus internis & externis ratione quarum persæpe tenetur orare Deum oratione gemitûs, & petere auxilia uberiora ad eas vincendas, ad quod, juxta Adversarios, non tenebatur Adam innocens. Homo igitur lapsus, est minoris virtutis ac deterioris conditionis quâm homo sanus, etsi virtute gratiæ sufficientis possit se determinare ad actus supernaturales.

Nec refert, quod gratia sufficiens in statu innocentiæ suppponeret sanitatem, & naturæ integritatem : nam eo non obstante, *addebat vires, reddebatque potentiam proportionatam actibus supernaturalibus, & sine illo auxilio non potuisset Adamus permanere in justitiâ* ut asserit Dominus *Lengrand* : & cùm liberum arbitrium per peccatum originale non fuerit destructum, sed attenuatum dumtaxat & infirmatum, vires gratiæ sufficientis illi superadditæ tribuunt saltem potentiam ad actus faciles.

Neque obstat, quod S. Augustinus in exempla adjutorii *sine quo non* adducat *lucem* & *alimenta*, quæ homini cœco, aut ægro prodesse nequeunt : nam comparatio illa manifestè claudicat ; cùm gratia sufficiens primi status virtute propriâ & actuosâ intus afficeret, ac moraliter moveret voluntatem, & *constituta esset*, ait Dominus Lengrand, *in actuali suavitate & delectatione voluntatis*, quæ luci & alimentis non conveniunt.

ARTICULUS SECUNDUS.

Gratia libero arbitrio subjecta in statu innocentiæ, & liberum arbitrium in eodem statu se discernens, ac in se glorians ex doctrinâ Domini Lengrand & Jansenii Yprensis.

Dominus LENGRAND

I.

IN *dictatis Philosophicis anni* 1720. & 1721. *disput.* 4. *de concursu Dei cum aturis*, *Q.* 4 *obj*, 2.

JANSENIUS Yprensis;

I.

LIb. de gratia Primi Hominis & Angelorum, cap. 14.

Jam verò etiamsi tale adjutorium Adamo &

Inst. 3. Dici nequit quod gratia Dei (Adamo data) *sit subjecta libero arbitrio*: ergo.

R. disting. ant. Quoad entitatem supernaturalem, C. *Quoad determinationem & libertatem actionis*, N.

Deinde gratia Dei fuit tantùm subjecta libero arbitrio secundùm Dei voluntatem.

Angelis datum fuerit, non tamen propterea in omnibus, quibus datum fuit, continuò factum est id propter quod datum fuit......... *Non enim adjutorium influendo faciebat ut arbitrium vellet, sed arbitrium volendo ut adjutorium influeret, idque non minùs influxum prosequendo, quàm incboando. Semper enim ejusdem rationis adjutorium est*, & omnino subditum nutui ipsius voluntatis manet......... *Neque quidquam prorsus refert, quod sive humanam, sive Divinam præscientiam non latuerit, effectum illo adjutorio concurrente esse sequuturum, vel etiam, si ita libet, quod homo vel Deus instituerit, procuretque ut effectus fiat illo cooperante: nihil enim istorum immutat adjuvandi modum. Si enim in libertatis arbitrio & flexu situm sit, ut adjutorium hujusmodi, quodcumque tandem fuerit, applicet, vel non applicet*, & ita ejus usui vel non usui quodam modo nutu suo dominetur, *impossibile est, ut aliud juxta Augustini descriptionem sit quàm adjutorium* sine quo non.

II.

Inst. 4. Quod in Adamo operatur velle & perficere, *non subjicitur libero voluntatis arbitrio*; atqui gratia hoc fuisset operata: ergo.

R. dist. maj. Non subjicitur quoad motionem prævenientem, C. *quoad determinationem & consensum*, N.

II.

Lib. 2. de Gratia Christi Salvatoris; cap. 5. *Cùm igitur ista conditio adjutorii*, sine quo non, *sanæque voluntatis, sit ipsâ luce, de qua tractamus, clarior; nempe ut usus & non usus ejus in voluntatis relinquatur arbitrio, profectò eâdem claritate perspicuum est, id quod diximus, nullum adjutorium gratiæ, cujus usus in voluntatis arbitrio relinquitur, esse adjutorium* quo....... *Nec esse adjutorium medicinale, seu gratiam Christi*........... *est enim non minùs manifestum atque certum omnia hujusmodi adjutoria*, quantùm ad usum & non usum plenissimè subjacere voluntatis arbitrio.

III.

Inst. 5. Hæc Propositio est damnata, *Deus nobis subjicit suam omnipotentiam*; ergo gratia Dei non potest esse *subjecta voluntati*.

R. dist. conseq. Quoad supernaturalitatem, C. *quoad determinationem*, N. Unde nostra sententia non incurrit in propositionem damnatam, quia ex ea non sequitur omnipotentiam Dei esse subjectam creaturæ quoad supernaturalitatem, & hoc sensu quod creatura possit ad quodlibet de omnipotentia Dei disponere (v. g. ad creandum novum mundum) *ut habetur in dictatis* 1719.

III.

Ibid. cap. 6.

Primus itaque effectus illius diversitatis adjutorii, est quod Angelis & Adamo adjutorium illud sine quo non, non donaret meritum voluntati, *quod illo licet cooperante nascebatur*, sed hoc ipsa sibi voluntas pararet. *Nunc verò gratia, quantumvis arbitrium ei simul influendo cooperetur, donat etiam ipsum opus & meritum, quod simul ex utroque proficiscitur.*

IV.

Inst. 1. Sequeretur quod libertas creaturæ *primatum tenuisset in merito*: atqui hoc dici nequit: ergo.

R. dist. maj. Quatenus meritum supernaturale est, & semen vitæ æternæ, N. *Quatenus meritum liberum est, & determinatum*, C. & sic gratia simpliciter primum locum teneret, quia meritum magis æstimatur à supernaturalitate quàm à libertate.

IV.

Ibidem cap. 8.

Quintus effectus diversitatis istius adjutorii, maximi momenti est....... *Quod ubi adjutorium* sine quo non, *seu sanitatis datum est*, ibi homines meritis, hoc est, per liberum arbitrium discernendi erant; *ubi adjutorium* quo, *per gratiam Dei*.

Sæpius tamen Augustinus meritum libero Adami arbitrio attribuit, sed debebat esse adjutum gratiâ saltem sufficienti quæ liberum non determinaret arbitrium;

sed potius ab ipso determinaretur, & ideo libero hominis innocentis arbitrio primas partes tribuit in bono.

V.

Inst. 4. Adamus *potuisset se discernere* ab alio: ergo.

R. dist. ant. *Potuisset se discernere ex gratiâ Dei præveniente & adjuvante*, C. sine illa N. *Quia voluntas se discrevisset virtute gratiæ sufficientis.*

V.

L. 4. de Gr. Salv. c. 10. *Ratio gratiæ sufficientis, integræ naturæ*, ac libero arbitrio seipsum suis viribus discernenti; propriâ est.

VI.

Inst. 5. Si potuisset se discernere ex tali gratia, *potuisset in se gloriari*: atqui hoc dici nequit: ergo.

R. Dist. maj. potuisset in se gloriari gloriatione superbâ, N. *gloriatione humili*, C. *Eadem lege in dictatis* 1719.

CENSURA.

Dominus *Lengrand*, Duce Jansenio Yprensi, quinque docet hoc articulo. Primum, gratiam primi status fuisse libero arbitrio subjectam quoad determinationem, & libertatem actionis. Secundum, hominem in eodem statu potuisse se discernere ex gratia. Tertium, eumdem potuisse gloriari in seipso humiliter. Quartum libertatem ejus primatum tenuisse in merito quatenus meritum est liberum & determinatum. Quintum, id quod in Adamo operatur velle & perficere, fuisse subjectum libero voluntatis arbitrio. Hæ autem propositiones, ut jacent, sunt *falsæ, malè sonantes, injuriosæ gratiæ Dei*, quæ in omni statu, libero arbitrio præeminere debet quoad omnem rationem boni supernaturalis, *propinquissimæ aliquot propositionibus Baianis*, & huic ab Innocentio X I. damnatæ: *Deus subjicit nobis suam omnipotentiam.*

ANNOTATIONES.

1°. Quod ait Dominus *Lengrand*, sententiam suam de gratiæ subjectione respectû liberi arbitrii *non incurrere in Propositionem damnatam ab Innocentio XI. quia ex ea non sequitur, omnipotentiam Dei esse subjectam creaturæ, quoad supernaturalitatem, & hoc sensu quod creatura possit ad quidlibet de omnipotentia Dei disponere*, v. g. *ad creandum novum mundum*: quod, inquam, ait Dominus *Lengrand*, ut se ab illa Propositione discernat, est prorsus frivolum, & veterano Professore indignum. Ubi illa Propositio damnata fuit, an ullus fuit sanæ mentis in orbe, qui cogitarit, aut cogitare potuerit: omnipotentiam Dei esse subjectam quoad supernaturalitatem, & hoc sensu quod creatura posset de ea disponere ad quidlibet, & speciatim *ad creandum novum mundum?* An credibile est, Propositionem fuisse damnatam propter sensum, qui nulli in mentem venit, aut venire potuit?

2°. Cùm objicitur quibusdam Theologis Catholicis, hominem lapsum cum gratia sufficienti, aut congruâ operantem, sese discernere, ac posse in se gloriari quasi aliquid boni non acceperit à Domino; respondent illicò & bonâ fide hominem in suo systemate non sese discernere propriè & principaliter, sed ut summum minus propriè, ac minus principaliter, quatenus gratiæ prævenienti, ac moraliter & physicè in actum deliberatum influenti cooperatur; sic ut quilibet homo bene operans confiteri debeat: *Non ego, sed gratia Dei mecum.* Ad cujus elucidationem, adferunt celeberrimum S. Anselmi locum ex ejus libello de concordia præscientiæ & prædest. q. 3. c. 5. ubi sic loquitur: *Cùm aliquis nudo, cui nihil debet, & qui nullum à se potest indumentum habere, dat vestem: non tamen, quamvis ipse habeat potestatem utendi acceptâ veste, si eâ utitur, imputandum est induto quia indutus est, sed danti vestem. Quapropter ita dici potest: non est induti quod est indutus, sed miserentis; id est, vestem dantis. Multò verò magis hoc diceretur, si ille qui dedit vestem, dedisset etiam potestatem servandi eam & utendi, sicut Deus homini, cum dat rectitudinem sæpe factam, dat etiam potestatem servandi & utendi: quia dedit priùs liberum arbitrium ad servandum illam & utendum. Si verò nudo, cui nihil debetur, non daretur vestis; aut si ipse acceptam projiceret, nulli nisi ipsi imputaretur ejus nuditas. Ita cùm Deus alicui concepto & nato in peccato, cui nihil nisi pœnam debet, dat velle & currere; non est volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei: & qui eamdem gratiam non accipit, aut acceptam rejicit, ejus est, non Dei, quod in suâ duritia & iniquitate permanet.*

Si præterea illis Theologis opponatur, Deum, per gratiam præveniendo, nec physicè determinando ad actum liberum, subjicere suam gratiam, aut omnipotentiam creaturæ; reponunt, ad fidem pertinere, *liberum arbitrium, motum & excitatum posse dissentire si velit; posse gratiæ deesse; posse abjicere inspirationem, quâ perducitur ad justificationem; posse gratiæ resistere vel obtemperare*: ac proinde creaturam rationalem à Deo motam posse quidem non uti omnipotentiâ Dei ad actum bonum & deliberatum oblatâ; verùm non ideo gratiam aut omnipotentiam Dei creaturæ esse subjectam; idque esse impossibile, ac dignitati gratiæ injuriosum. Sed quia hæ solutiones non placuerunt Jansenio, ideo nec Domino *Lengrand* arriserunt.

Dicit quidem S. Augustinus hominem innocentem adjutorio perseverantiæ munitum, *potuisse illud per liberum arbitrium deserere; Deum perseverare vel non perseverare in ejus reliquisse arbitrio*; sed nunquam vel leviter insinuavit, gratiam Dei libero arbitrio fuisse subjectam quoad determinationem & libertatem actionis.

3°. Cur Dominus *Marechal* mentem suam non aperuerit circa gratiæ subjectionem, & discretionem libero arbitrio tribuendam, facilè est conjicere: Cùm enim ejusdem sit sententiæ, ac Dominus *Lengrand*; verisimiliter existimavit, se eadem implicitè tradidisse, dum statui innocentiæ solam gratiam sufficientem à libero arbitrio determinabilem adscripsit. Aliunde non ægrè præterit quædam consectaria, sine quibus stat substantia Jansenianæ systematis Janseniani de duabus delectationibus necessitantibus, de gratiæ irresistibilitate, de libertate conjunctâ cum necessitate mutabili de Præceptorum implendorum impotentiâ, &c.

ARTICULUS TERTIUS.

Systema duarum delectationum necessitantium à Dominis Lengrand & Marechal; *nec-non Jansenio Yprensi traditum.*

Gratia, quâ agimus, nihil nisi delectatio rerum Cœlestium, seu sanctus Dei amor; vel operatio Dei immediatè conjuncta cum tali amore.

Systemati duarum delectationum necessitantium favent Professores Secundarii Collegii Regii, scilicet Erud. Dom. Descarpentries, D. le Fevre & D. Magnier.

PROFESSORES COLLEGII REGII Duacensis.

I.

Dominus Lengrand *in Dictatis anni* 1719. *disput.* 4. *de concursu causæ primæ cum secunda q.* 2. *in prænotandis.*

Nota 2. Hanc præmotionem (*physicam*) se tenere ex parte intellectûs, vel ex parte voluntatis. Si se teneat ex parte intellectûs, sita est in ejus illuminatione......... Si ex parte voluntatis, sita est in ejus excitatione, seu in suavitate quâdam, & *victrici delectatione rerum Cœlestium superante concupiscentiam rerum terrenarum*, & nullam necessitatem voluntati imponente.

Hæc autem delectatio victrix, quâ fit ut mandata Dei custodiamus, *est actus vitalis mentis nostræ, sed indeliberatus, qui deinceps voluntatis deliberationem & consensum operatur. Idem docet in Dictatis anni* 1720. & 1721. *disput.* 4. *q.* 3. *in prænotandis.*

II.

Item in Dictatis anni 1719. *quæst.* 2. *obj.* 2. *inst.* 1. *in responsione.*

Congruitas gratiæ in eo posita est, quod per se & ab intrinseco apta sit su-

JANSENIUS Yprensis.

I.

Lib, 8. de gratia Salvat. cap. 3. *Medicinale Christi adjutorium in hoc cum Physica prædeterminatione convenit, quod officium prædeterminandi voluntatem ei verè competat........Ineffabili suâ luce atque suavitate facit, ut voluntati sic videatur & velit.....Non hoc aliter facit, quàm voluntatem inclinando, applicando, determinando: & quia prævenit ipsam voluntatis prædeterminationem, etiam prædeterminando, non solùm moraliter, sed verà, reali & Physicâ determinatione.*

II.

Lib. 4. de gratia Salvat. cap. 6.

Ex his jam perspicuè intelligitur tantoperè esse necessariam istam delectationis Divinæ gratiam, *quando cum terrenarum rerum ten-*

tium libertatis tollit libertatem.

Resp. dist. min. Si mnveat contra exigentiam creaturæ, C. secus, N.

Eadem prorsus tradit in Dictatis ann. 172n. *&* 1721. *disput.* 4. *quæst.* 3.

gustini mentem, est actus vitalis & indeliberatus animæ: & quidem amoris ac desiderii præcedentis consensum, ac delectationem illam, quæ & quies animi & gaudium dicitur.*

VII.

Item in Dictatis ann. 1719. *disput.* 4. *de corpore naturali quæst.* 2. §. 2. *obj.* 1.

Inst. 4. Cnnsensus sequitur infallibiliter sensum: ergn·

Resp. dist. ant. *Quando non est alia impressio opposita fortior*, C. *quia tunc mens à priori impressione abripitur........Quando est alia impressio fortior*, N. quia talis impressio superveniens impedit quominus voluntas consensum præbeat prinri,

Jam verò potest esse alia impressio fortior præcedente, & quidem illi opposita, v.g *per Divinum auxilium quod ex meritis Christi tribuitur hominibus lapsis, & vocatur gratia Salvatoris. Hæc autem gratia facit ut voluntas resistat motibus corporis, & sensuum impressionibus.*

Idem docet in Dictatis 1720. *&* 1721.

VII.

Et in carpore ejusdem capitis.

Delectatio ista, quam ad omnia opera bona S. Augustinus exercenda postulat, non est aliud quàm actus quidam indeliberatus cœlitùs immissus in voluntatem, per quem ei bonum propositum, vel suaviter tantùm placet (qui actus subinde simplex voluntas dicitur, aut etiam complacentia, aut amor voluntatis respondens passioni amoris sensitivi) vel etiam in bonum appetendum commovetur; iste autem primus actus est principium motùs tendentis in bonum, quia est prima boni complacentia, per quam affectus bono tanquam sibi convenienti coaptatur.......Dicimus igitur delectationem istam, seu suavitatem in Augustino celebrem, esse partim primum illum & indeliberatum affectum animæ, qui actualis complacentia est, partim etiam & crebrò secundum, qui desiderium indeliberatum dicitur, quibus anima ista suaviter ac delectabiliter in bonum appetendum rapitur, ut voluntas ei actu libero consentiat, ac bonum diligat, tantò vehementiùs quantò fortiùs illius actibus rapitur.

VIII.

In Dictatis 1719. *tract. de rerum ortu & interitu, disput.* 4. *de generatione hominum, q.* 2.

R. voluntatem habuisse imperiuin absolutum in appetitum sensitivum ante peccatum Peimi Hominis, quia passionem exortam pro arbitrin potuit sedare, avertendo fluxum spirituum animalium, occasione cujus excitabatur Deinde magna tunc eeat in illo delectatin justitiæ, quâ omnem poterat superare delectationem terrenam; quæ occasione corporis in passionibus occurrebat.

VIII.

Et infra ibidem.

Hoc ipsum elucet ex pugna carnis & spiritùs, quam juxta Scripturarum doctrinam, S. Augustinus in homine vigere testatur. Nam sæpe docet pugnam istam exerceri, quatenus delectationes duæ, carnis & spiritùs inter se decertant, utram utra superatura, & animi consensum post se tractura sit.......hanc tamen pugnam non aliter committi, quàm per amores seu concupiscentias, seu desideria, quibus invicem sibi caro & spiritus adversantur.

Post peccatum autem imperium illud in fluxum spirituum animalium valdè diminutum est, sicut & delectatio justitiæ, quâ tanquam adverso pnndere contra passinnum impetus liberatur.

Ex quibus non difficulter intelligitur, quæ causa istius luctæ, quam in nnbis in carnem & spiritum experimur......*in lucta autem, quæ est inter partem superiorem & inferiorem, hoc sequitur anima quod magis delectat, sub delectatione comprehendendo non tantùm voluptatem sensualem, sed aliam quæ sæpe fortior est, oriturque ex consideratione cujuslibet boni*, v. g. *honoris, divitiarum, &c.*

Imò comprehenditur delectatio supernaturalis, quæ à justis aliquandn in hac vita cnncipitur, & in Beatis, ac Sanctis immensa est & ineffabilis: Unde ex Augustino; *Quod ampliùs nos delectat secundùm id operemur, necesse est; non quidem necessitate absolutâ, aut naturali; sed necessitate infallibilitatis.*

Hinc fugiendæ tentatinnes, & occasiones, quia per eas mens solet obnubilari &

excæcari, & sic delectatio terrena faciliùs superat delectationem cælestem, *Nisi Deus velit eam augere, &c.*

Eundem Textum videre est in Dictatis anni 1720. *&* 1721.

IX.

Dom. Marechal *in Dictatis ann.* 1713. *&* 1714. *differt.* 4. *de causa efficiente increata q.* 2. *in prænotandis* §. 1.

Illa motio specialis vel respectu intellectûs, vel voluntatis considerari potest.

Præmotio Physica specialis respectu intellectûs creati, est illuminatio intellectûs, quâ rerum idæis informatur animus, resque percipit.

Præmotio Physica specialis respectu voluntatis creatæ, est actio Dei, quâ voluntas creata vel ex mala in bonam teipsâ convertitur, vel si jam bona sit, ad actus bonos insuper applicatur. Hæc motio ex parte Dei consistit in ejus misericordia & omnipotentia; ex parte creaturæ consistit in motione & *delectatione voluntatis*, quâ Deus facit ut *plus delectet illud* quod præcipit, quàm quod impedit.

Observandum. 2. Præmotionem specialem rursus sumi posse quadrupliciter, quoad exercitium scilicet, quoad speciem, quoad intensionem, vel remissionem actûs, & quoad individuum. Determinatio quoad intensionem est determinatio ad agendum fortiori modo, (seu majori amore.) Sic determinatio hominis ad conversionem fortior est illa determinatione quâ determinatur *ad desiderium conversionis. Hæc determinatio vocatur aliter motio sufficiens*; altera, motio efficax.

IX.

Et rursum infra ibidem.

Ex quo consequenter constabit, id quod huc usque demonstravimus, delectationem illam cœlestem, quâ carnis desideria spiritui rebellantia coërcentur, non esse aliud nisi amorem vel desiderium à Spiritu Sancto inspiratum, quo mens hominis, improvisè & indeliberatè, ac delectabiliter tangitur & suaviter afficitur legi Dei seu justitiæ, &c.

X.

Ibid. §. 3. *obj.* 1. *in resp.*

Motio sufficiens est motio actualis & interior voluntatis, quæ suum ultimum non consequitur effectum, ad quem ordinatur à Deo ob resistentiam humanæ voluntatis & *concupiscentiæ*: talis est motio quâ movetur homo ad desiderium conversionis præcisè.

Motio efficax est motio actualis & interior, cujus tanta est vis, ut voluntatem humanam flectat infallibiliter, sed tamen *suaviter.*

X.

Lib. 7. de Grat. Salvat. cap. 3.

Nihil aliud existimamus quàm cognitionem ac delectationem, seu delectabilem objecti complacentiam, esse id quod tantam potestatem in liberum arbitrium habet, ut eam faciat velle & nolle, seu, ut eâ præsente, actus volendi sit reipsâ in ejus potestate, absente non sit. De cognitione hic non multùm solliciti sumus: illam enim ad volendum esse necessariam, vix quisquam dubitat.

XI.

Ibid. obj. 2. *inst.* 2. *in resp.*

Deinde si justus careat motione Physicâ ad observationem Mandatorum Dei, hoc oritur ex ejus culpa actuali vel originali, eò quòd non oret ut oportet, vel *non reprimat concupiscentiam.*

XI.

Lib. 4. de Grat. Salvat. cap. 2.

Suavitatem seu delectationem cælitùs infusam esse ex Augustini sententia veram illam gratiam, de qua tanta inter Scholasticos controversia est, demonstrari quasi inductione potest. Nullum est enim boni operis genus, quod ipse non ad istam Divinæ suavitatis inspirationem tanquam ad adjutorium revocet, quo Deus id in homine operatur

XII.

Et rursum inst. 2. *in resp.*

Quare si Justus labatur in peccatum, id oritur ex ejus culpa, v. g. *amore terrenorum.*

XII.

Et cap. 3. ibidem.

Delectationem istam Cœlestem esse verum ex Augustini sensu medicinalis gratiæ adjutorium, quod Deus ad justitiam operan-

Peres in quo consistat Præmotio.

R. Præmotionem.ex Parte Dei spectatam coosistere in omnipoteotiâ & misericordiâ Dei

R. Motionem illam ex parte nostri consistere in illuminatione intellectûs & motione voluntatis.

dam voluntati tribuit, ex eo demonstrari potest, quia similiter docet, delectationem terrenam esse causam, cur ab Adami posteris justitia deseratur, ac deserendo peccetur...... man festissimum puto, nullum peccatum fieri ab hominibus, quin voluntas, quamvis per seipsam ad peccandum prompta sit, quâdam delectatione prius titillante & proritante provocetur, ut ita quodam quasi Diaboli adjutorio, ut ita loquar, impulsa ad ruinam pertrahatur.

XIII.

Quæres 2°. in quo consistat illa motio voluoratis.

R. Illam motionem consistere, dum datur ad actum completum, *in delectatione victrici rerum Cælestium.*

Hæc autem delectatio non est quoddam gaudium, per quod animus in bono præsento quiescit; sed est quoddam desiderium voluntatis, ejus electionem præveniens & producens quidem infallibiliter, sed suaviter, id est, conformiter nostræ naturæ liberæ.

XIII.

Item cap. 4. ibidem.

Docet Augustinus, quamdiu in hac mortali vita vivimus, esse in homine luctam quamdam duarum delectationum, noxiæ & beneficæ, terrenæ atque cælestis; quarum utralibet vicerit, animum secum consentientem ac pronum trahit. Tunc verò hominem à peccato liberari, & opus bonum effici, cùm Cælestis illa suavitas de Cælo venerit, atque adversariam suam superaverit.

Dices, Præmotio est prior actione creaturæ, cùm sit illius causa: ergo non consistit in desiderio voluntatis.

R. dist. ant. Præmotio sumpta ex parte Dei est prior actione creaturæ, C. sumpta ex parte nostri, subdist. Est prior actione creaturæ quatenus producitur à creatura C. quatenus inspiratur à Deo, N. Sic idem desiderium respectu duplicis causæ, scilicet Dei & creaturæ, dicitur priùs & posteriùs seipso, saltem naturâ.

XIV.

Item q. 3. obj. 4.

Inst. 3. Quod antecedit exercitium libertatis, impedit libertatem, sed præmotio aotecedit exercitium libertatis: ergo.

R. dist. maj. Quod antecedit exercitium libertatis, impedit libertatem, si causet actum contra exigentiam causæ liberæ, C. secùs, N. Jam verò licet præmotio sit naturâ prior actione creaturæ, non ideo impedit ipsam electionem, quia movet *suaviter*, licet fortiter; agentia scilicet libera, liberè; & necessaria, necessariò.

XIV.

At cap. 5. ibidem.

*De Cælesti illa delectatione, quâ omnis oppositus dolor ac delectatio superanda est, ut opus bonum possit sequi, loquitur in hunc modum (*Aug. L. de Sp. & Litt. c. 28.....*) per fidem confugiat ad misericordiam Dei, ut det quod jubet, atque inspirata gratiæ suavitate per Spiritum Sanctum*, faciat plus delectare quod præcepit, quàm delectat quod impedit.

XV.

In Dictatis anni 1719. differt. 4. de causa efficienti increata, q. 2. §. 1.

Observandum est 1. nomine præmotionis intelligi prævium quemdam influxum unius causæ in aliam, sive id quo una causa ad agendum determinatur. Motio, determinatio, & prædeterminatio idem omnino significant.

Motio Physica specialis est motio quâ causa secunda.........determinatur à Deo

XV.

Cap. 6. ibidem.

Major delectatio nunquam sanè delectatione minore superabitur, sed eam sequetur animus, quæ magis eum afficiendo suavitate detinuerit......unus est locus hac de re clarissimus & præclarissimus, qui aureis meretur scribi characteribus, quo Augustini mentem plenissimè capiamus........epistolam igitur ad Gal. commentando........regnant ergo, inquit Augustinus, spirituales isti fructus in homi-

ad actum hujus speciei potiùs quàm alterius.

Illa motio specialis vel se tenet ex parte intellectûs, vel ex parte voluntatis. Ex parte intellectûs, illuminatio, inspiratio dicitur ad aliquid agendum. Ex parte voluntatis, est *inspiratio dilectionis*, seu inspiratio & determinatio voluntatis ad aliquid volendum. Cùm autem voluntas nihil velit nisi bonum, idcirco determinatio ad volendum dicitur *inspiratio dilectionis.*

ne in quo peccata non regnant. Regnant autem ista bona, si tantùm delectans, ut ipsa teneant animum in tentationibus, ne in peccati consensionem ruat. Quod enim amplius nos delectat, secundùm id operemur necesse est.

XVI.

Observandum 1°. *Præmotionem (Physicam specialem)* quadrupliciter spectari posse..........Præmotio quoad intensionem est determinatio ad agendum fortiori modo. Sic Magdalena, quæ subitò justificata est, determinata est ad amandum Deum fortiori modo, seu *majori amore*, quàm soleant ordinariè homines amare.

XVI.

Cap. 7. ibidem.

Dico itaque juxta S. Augustini mentem constantissimam & sæpe declaratam, idcirco in ista cum tentationibus dimicatione, magnam adeoque majorem ac victricem delectationem Cœlestem esse necessariam, ut delectatio terrena superetur, quia alioquin voluntas tam magnas volendi vires adhibere non potest, seu, ut schola loquitur, tam intensè ac fortiter velle non potest, quantùm necesse est ut tentatio, seu delectatio opposita superetur.

XVII.

§. 3. *ibid. obj.* 1. *in resp.*

Motio sufficiens est motio actualis & interior voluntatis, quæ ultimum suum (non) consequitur effectum, ad quem ordinatur à Deo ex voluntate antecedente, propter resistentiam *humanæ voluntatis & concupiscentiæ.....* Motio efficax est motio actualis & interior, cujus est tanta vis, ut voluntatem humanam applicet infallibiliter, sed tamen *suaviter* ad bonum agendum ......mediante motione efficaci Deus in nobis operatur velle *inspirando dilectionem rerum Cœlestium.*

XVII.

Cap. 9. ibidem.

Quæri hic verò potest, unde oriatur tanta necessitas delectationis Cœlestis ad opus bonum ut extra ipsam nec moveri ad bonum voluntas possit, nisi quid delectaverit, nec inter duo quæ delectant aliud eligere, nisi quod delectando superaverit......vera itaque ratio cur cœlestis delectatio ad actus bonos necessaria sit, ex natura medicinæ, seu medicinalis adjutorii petenda est. Voluntas enim per peccatum Primi Hominis in libidinum imperium præcipitata est, ex quibus fit ut in omnibus actionibus ante gratiam, delectatione quâdam libidinosâ præeunte ac titillante provocetur, cui consentiendo peccat.......quamdiu in hac vita post acceptam gratiam (homo) militat Deo, alternando creaturæ & Creatoris delectatione, nunc rectè, nunc perperam facit, prout Cœli & Terræ delectatio consensum ejus abripuerit.

XVIII.

Ibidem obj. 2. *inst.* 2. *in Resp.*

Si ergo Justus careat motione Physicâ ad observandum Dei præcepta necessaria, Id oritur ex ejus culpa originali vel actuali, eò quòd non oret ut oportet, *& non reprimat concupiscentiam......................* Hinc si justus in peccatum labatur, id oritur *ex amore bonorum terrestrium.*

XVIII.

Cap. 10. ibidem.

Hinc patet quartò, jam postquam gratia post lapsum nos adjuvare cœperit, esse quidem in homine liberum arbitrium ad utrumlibet faciendum, bonum ac malum: sed non ita, sicut ante lapsum in innocentiæ statu atque Angelis fuit. Illorum enim sic liberum erat, ut suo se nutu, nihil impediente, vel urgente libertatem, flecteret ad utrumlibet, solùm, non sine Dei adjutorio, si faceret bene. Nunc autem ipsum adjutorium beneficæ suavitatis facit, ut bonum velit; quo si desertum fuerit, ipsum adjutorium, ut ita loquar, noxiæ suavitatis facit, ut malum velit, illam quippe suavitatem quæ superaverit, voluntas consentiendo sequitur.

XIX.

XIX.

Inst. 4.

R..... Equidem motio sufficiens......non semper assequitur suum effectum ultimum quia non producit actum pœnitentiæ vel charitatis, ob quem producendum à Deo data est, idque accidit propter resistentiam voluntatis, vel *concupiscentiam bonorum terrenorum.*

XIX.

L. 8. de Grat. Salv. C. 3.

Perspicuè apparet, impossibile esse, ut adjutorium illud cœlestis delectationis non determinet, imò prædeterminet voluntatem; quia facit ut velis, & sine illa velle non possis: facit etiam ut ardentiùs velis, & sine illa ardentiùs velle non possis. Facit denique; ut necesse sit animum istud sequi, & secundùm illud operari, quod ampliùs delectaverit.

XX.

Quæres 2. In quo consistat illa motio voluntatis.

R. Illam consistere, juxta August. *in inspiratione dilectionis, sive in delectatione victrici.*

Hæc autem *delectatio non est quoddam gaudium per quod animus in bono præsenti quiescit, sed est quoddam voluntatis desiderium præveniens electionem creaturæ & eam infallibiliter, sed suaviter producens.*

XX.

L. 7. de Grat. Salv. C. 14.

Facit autem hoc gratia fortiter affigendo affectum ipsi justitiæ; ne deorsum cadat idque non aliter nisi cœlestis delectationis vehementiâ, quasi suavi amorosoque vinculo.

XXI.

Dices. Præmotio est prior actione creaturæ cùm sit illius causa, ergo non consistit in desiderio voluntatis, seu *in delectatione victrici.*

R. dist. ant. Præmotio ex parte Dei est prior actione creaturæ, C. Sumpta ex parte nostri, N.

XXI.

L. 4. de Grat. Salv. C. 11.

Consequens nunc est, ut ulteriùs dispiciamus quidnam sit ista delectatio cœlestis, quam veram Dei gratiam esse jam satis demonstravimus. Constat enim delectationem creaturæ rationalis, quando propriè sumitur, esse particularem actum, qui etiam gaudium dicitur, per quem animus in bono præsente, cum quâdam satisfactione & fruitione conquiescit. De isto delectationis actu non loqui Augustinum, perspicuum est. *Est enim terminus desiderii tanquam cujusdam motûs, quo voluntas ad istam delectationem tanquam ad quietem suam tendit. Delectatio verò seu suavitas, de qua multa S. Doctor tradidit, etiam ad desiderandum, & amandum Deum liberæ voluntatis motu necessaria est; cùm & illi sint actus boni, qui sine suavitatis gratia non possint à voluntate proficisci. Cujuslibet quoque præcepti observatio, ac tentationis expugnatio delectationem postulat, ad quam tamen hujusmodi delectationem, quæ sit fruitio seu gaudium, certum est non semper antecedere. Quapropter omissâ istâ delectatione, alii actus explorandi sunt. Nam eam esse quemdam vitalem actum voluntatis, non videtur posse dubitari.......Dicimus igitur delectationem istam, seu suavitatem in Augustino celebrem, esse partim primum illum & indeliberatum affectum animæ, qui actualis complacentia est, partim etiam & crebrò secundum, qui desiderium indeliberatum dicitur......delectatio ex qua peccata profluunt, non est illa propriè dicta delectatio, quæ est tertius actus animæ, & tanquam motûs quies desiderii etiam gaudium appellari solet; sed est vel ipse primus concupiscentiæ motus, quo bono terreno quasi coaptatur animus, vel desiderium indeliberatum, quo urgetur ad malum.*

XXII.

Q. 3. Ibid.

Prob. 1....... Præmotio Physica causat electionem creaturæ; hâc enim mediante, Deus operatur in nobis velle, *suaviter* trahendo, cùm illa motio *quædam sit delectatio* nobis à Deo misericorditer inspirata.

XXII.

L. 5. de Grat. Salv. c. 1.

In titulo

Transitur ad effectus gratiæ medicinalis Christi, Gratia Christi tantummodò ad diligendum in cujusvis præcepti impletione Deum necessaria.

Et in corpore.

Respondetur, quisquis ex præcedentibus colligit, ex Augustini mente, solam suavitatem, quâ fias ut diligamus Deum, esse gratiam Christi medicinalem, quam humano generi ægrotanti dedit, rectè colligit. Quod quamvis recentioribus Doctoribus valde fortasse mirum videatur, qui putabunt, vel omnium aliarum virtutum opera destrui. vel ad naturæ vires revocari, ex Augustini tamen mente dubitatione caret: cujus principia qui penetraverit, doctrinæ ipsius, tanquam veræ Christianæ, puritatem venerabitur potiùs quàm tanquam à tramite veritatis abstrusam aversabitur. Sed antequam quo pacto doctrina ejus accipienda sit, ostendamus eam reverà esse hanc ipsam quam asserimus demonstrandum est, solam videlicet charitatis inspirationem, quâ fiat, ut Deum verè, sincerè, & ut oportet diligamus, esse ex Augustini sententia præcipuè gratiam Salvatoris mundi, prout gratia propriè dicta Christi à scientia distinguitur. Nam scientia, sicut & remissio peccatorum, revera quoque sunt dona, & magna gratia, sed neutra est gratia illa, quæ nos facit velle & facere bonum, vel quâ facit Deus, ut in justificationibus ejus ambulemus, de qua propriè controversia est. Hanc igitur gratiam esse inspirationem amoris Dei, ex diversis Augustini principiis colligi, & evidenter ostendi potest.

XXIII.

Ibid. obj. inst. 2. *in Resp.*

Si amor vitæ movere possit infallibiliter ad resistendum in via dum occurrit latrooibus: cur pariter *amor rerum cœlestium* hominem movere non possit, infallibiliter ad agendum bonum.

XXIII.

C. 2. ibidem.

Quod si ex me quæras, quo pacto sola inspiratio charitatis, seu sola illa gratia, quâ ut ipse loquitur, infunditur charitas, sit illa gratia, quæ ad velle & operari, ad declinandum à malo & faciendum bonum ad justè rectèque vivendum, & consequenter ad omnia bona opera facienda & mala vitanda, totamque legem implendam, contra Pelagium necessaria est, non est difficile ex præcedentibus explicare. Nam apud Augustinum nullum est bonum, quamdiu fit formidine pœnæ, non amore justitiæ. Ipsa quippe justitia, quæ in præcepto bene vivendi, sive affirmativo, sive negativo elucet, sincerè diligenda est, ut esse possit opus bonum. Quâ de re plura dicta sunt, cùm de operibus bonis infidelium, & maximè cùm de pura natura tractaremus. Est enim ista doctrina eam certa, & fixa & immobilis in Augustino, ut nihil in ipso contra Pelagianos inculcatiùs & celebratiùs inveniri possit. Hæc autem justitia, quam in operibus quibuscumque bonis diligendam esse docet, non est aliquis habitus, vel actus animæ; sed est illa æterna & incommutabilis justitia, quæ supra mentes hominum fulget, quandocumque vident, aliquid præceptum esse justum, & aliquod opus quod præcepto consonat, aut dissonat, esse bonum aut malum.

XXIV.

Inst. 6. Præmotio juxtà nos consistit *in delectatione victrici*; sed delectatio victrix infert necessitatem absolutam: ergo.

Prob. mio. ex Aug. tr. 20. in Joannem. *Quod ampliùs nos delectat, secundùm id operemur necesse est.*

R. Nego mio. ad probationem distin. ant. *Quod ampliùs nos delectat, secundùm illud operemur necesse est* necessitate infallibilitatis & consequentiæ, C. Necessitate absolutâ & consequentis, N.

XXIV.

C. 3. Ibid.

Ex his principiis jam alia non parvi momenri doctrina incipit dilucescere, quam Augustinns constantissimè tradidit. Docet enim virtutem creaturæ rationalis non esse prorsus aliam quàm amorem Dei. Quæ quidem doctrina Philosophiæ Moralis Aristotelicæ Sectatoribus valde exotica videbitur, sed si bene suis ponderibus, hoc est Christianis trutinetur, castissima, dignissima, verissima, & ex intimis penetralibus Christianæ Religionis prompta.

XXV.

In Dictatis 1721. *&* 1722. *dissert.* 4. *de causa efficiente increata. q.* 2. §. 1.

Motio Physica specialis est motio, quâ

XXV.

C. 4. Ibid.

His ita constitutis, non operosum fuerit, declarare quâ ratione virtus ista quæ est

causa secunda efficaciter & infallibiliter determinatur à Deo ad actus hujus speciei potiùs quàm alterius.

Dicitur hæc motio per se efficax, quia ex natura suâ virtutem habet producendi consensum voluntatis creatæ.

Hæc motio dicitur executio decreti Divini efficacis; quia per eam Deus exequitur in tempore, quod apud seipsum ab æterno statuerat. Illa motio specialis vel se tenet ex parte intellectûs, vel voluntatis. Si se teneat ex parte intellectûs; dicitur inspiratio, seu pia cogitatio ad aliquid agendum. Ex parte voluntatis est *inspiratio delectionis rerum cælestium*, seu *inspiratio amoris* quo voluntas creata determinatur ad aliquid volendum.

amor Dei, in quatuor virtutes Cardinales; sub quibus omnium aliarum virtutum moralium exercitus militat, velut in membra dividatur. Nam ista divisio à diverso operandi modo ejusdem amoris sumitur, sive ab alio & alio amoris affectu, quem vel in discernendi bonis ac malis, vel in coërcendis libidinibus, vel in tolerandis difficilibus, vel in suo cuique distribuendo exerit.

Observandum 3°. Quadrupliciter spectari posse motionem specialem, &c............ Præmotio quoad remissionem actûs est determinatio ad agendum debiliori modo;

XXVI.

§. 3. *obj.* 1. *in resp.*

Motio sufficiens est motio actualis & interior voluntatis, quæ suum ultimum non consequitur effectum ad quem ordinatur à Deo ex voluntate antecedente propter resistentiam voluntatis *& concupiscentiæ*. Motio efficax est motio actualis & interior quæ voluntatem humanam infallibiliter & *suaviter* applicat ad bonum agendum......mediante motione efficaci Deus in nobis operatur velle & perficere bonum, *inspirando nobis amorem, seu delectationem rerum Cœlestium.*

XXVI.

C. 5. Ibid.

Hunc titulum præfigit: *etiam cæteræ virtutes quidam affectus sunt dilectionis Dei. Ostenditur hoc de virtute Religionis.*

Et in corpore.

Ista satis patefaciunt, nullam esse veram Religionem, aut cultum Dei, sed simulationem tantùm & larvam ejus, nisi Deus sincerè & castè, hoc est, gratis & propter se ipsum ex vera charitate diligatur.

XXVII.

Obj. 2. *inst.* 1. *in resp.*

Præmotio ex parte creaturæ consistit *in sancto amore nobis à Deo inspirato; sed sanctus ille amor* se tenet ex parte actûs secundi seu actionis, imo est ipsa actio ut inspirata à Deo.

XXVII.

C. 6. Ibid.

Hunc titulum præfigit: *Idem declaratur in Virtutibus Theologicis, & primò in fide ex diversis Augustini principiis & locis.*

Tum in corpore sic habet.

Quod si verò ad ipsas duas primas virtutes Theologicas, fidem ac spem animum advertamus, videtur quidem aliqua esse difficultas, quomodo & istæ, possint esse amor Dei; sed in Augustini doctrina res ista quoque certa est. Nullam enim & ipse agnoscit fidem veram atque christianam, nullam itidem spem, nisi ex Dei charitate dimanet.

XXVIII.

Inst. 2.

R......Justus ergo caret aliquando motione efficaci requisitâ ad observationem Mandatorum Dei, sed hoc oritur ex ejus culpa actuali vel originali, eò quod non oret ut oportet, *& non reprimat concupiscentiam*......Hinc si justus in peccatum incidat, id oritur *ex amore bonorum terrestrium*, quibus inhæret liberè.

XXVIII.

C. 7. Ibid.

Hunc titulum præfigit: *Dilectio ista, ex qua nascitur fides, charitas imperfecta est, & quo sensu.*

Tum in Corpore Capitis

Sed ne quis in hac doctrina fallatur; sciendum est non semper ita sumi ab Augustino charitatem, quemadmodum hoc tempore passim;

& fere semper in scholis usurpari solet. Nunc enim per charitatem nihilaliud intelligimus ; quam virtutem illam dilectionis in tam perfecto gradu, ut super omnia diligatur Deus, quo, sanè sensu certum est, ex Augustini mente fidem & spem non supponere charitatem ex quà nascantur ; sed è contrario fidem & spem charitati isti perfectæ, sicut & peccatorum remissioni viam sternere.....Augustinus igitur charitatem accipere plerumque solet pro dilectione, quà verè, sincerè, & gratis ex animo propter seipsum, nullius creaturæ, sed ipsius solius intuitu diligitur Deus, sive ad illam pertingat perfectionem, ut supra omnia creata diligatur, sive in simpliciori & inferiori affectu hæreat. Nam talis amor quamtumcumque remissus, exilis ac tenuis, est verissimus & castissimus fructus charitatis Dei, sive dilectionis° *amicitiæ, nulla concupiscentiæ ad se reflexæ perversitate distortus.*

XXIX.

Inst. 4.

R...... Motio sufficiens......suum semper non assequitur effectum ultimum & mediatum..,id autem accidit propter resistentiam humanæ voluntatis, *vel concupiscentiam bonorum terrenorum quibus liberè inhæret.*

XXIX.

C. 8. hunc præmittit titulum : *Idem de spe ostenditur.*

C. 9. in titulo :

Spes Christiana non oritur ex amore concupiscentiæ, sed genuinæ charitatis.

XXX.

Quæres. 1°. In quo consistat præmotio.

R. 1o. Præmotionem ex parte Dei consideratam, positam esse in ejus potentia & miseircordia.

R. 2. Præmotionem ex parte nostri consistere in illuminatione intellectûs & voluntatis.

XXX.

C. 10. Ibidem.

Quemadmodum non satis naturam charitatis attenderunt, qui spem non putaverunt esse motum ejus, ita non minus hallucinati sunt, qui mercedis seu retributionis intuitum ab ejus puritate removerunt. Nam sicut æternæ vitæ spem, seu beatitudinis expectationem, ita mercedis aut præmii appetitum amori concupiscentiæ proprium esse credidere. Sed in utroque non dissimiliter lapsi sunt. Non enim solus amor concupiscentiæ, sed & amor charitatis quammaximè præmium respicit, quod fortasse nec scholastici negaturi sunt, si attendere velint, quid sit præmium ejus. Cùm enim charitatis proprium sit & unica voluptas diligere Deum, non quia hoc sibi suave, vel utile, vel gloriosum est, vel aliâ quâcumque consideratione redundat in se, sed quia ita est ordo creaturæ sub Creatore, qui suâ superexcellenti bonitate & veritate dignus est, ut propter semetipsum super omnia ardentissimè diligatur, ita quoque unicum præmium est, veritatem & bonitatem Dei facie ad faciem contemplando ardentiùs amare & laudare Deum. Nec istud quia utile & beatificum est diligentis, sed quia æternæ veritati congruum, dilecto debitum, atque in seipso dignum & justum est.

XXXI.

Quæres 2o. In quo consistat illa voluntatis motio.

R. Illam consistere in inspiratione dilectionis sive in delectatione victrici juxta S. Augustinum.....*hæc autem delectatio non est quoddam gaudium per quod animus in bono quiescit præsente, sed est quoddam voluntatis desiderium præveniens electionem creaturæ, & eam infallibiliter, sed suaviter producens.*

XXXI.

C. 1.

Hunc titulum præfigit : *quid sit opus fieri sicut oportet juxta S. Augustini, Concilii Arausicani ac Tridentini phrasim.*

Tum Caput ita claudit.

Ex quibus omnibus satis perspicuè colligitur, opus bonum quemadmodum oportet fieri, nihil aliud esse, quàm opus ita fieri quemadmodum tam ex parte officii, quàm finis debet fieri, ut sit opus bonum, sive non malum. Ad hoc autem necesse est, ut non solum officium, quod agimus sit bonum, sed etiam finis propter quem agimus. Ille autem finis non est alius nisi justitia seu verus Deus verâ charitate ex fide gratis diligendus.

XXXII

XXXII.

Dices, Præmotio est prior actione creaturæ, cùm sit illius causa, ergo non consistit in desiderio voluntatis, seu in delectatione victrici.

R. dist. ant. Præmotio sumpta ex parte Dei est prior actione creaturæ, C. sumpta ex parte nostri, N.

XXXII.

C. 12.

In titulo: *ostenditur scholasticos Doctores multùm hallucinari de operibus quæ fiunt, vel non fiunt sicut oportet.*

Et in corpore.

Hinc jam facilè apparere potest, quàm commentitium sit, quod quidam Augustino imponere volunt, idcirco bonum aliquod opus non fieri sicut oportet, quia non est supernaturale; cum è contrario ideo supernaturale esse debeat, ut fiat sicut oportet. Idcirco quippe opus est gratià naturam superante, quia impossibile est, ut legitimus finis operis boni, (hoc est, Deus atque justitia, sine quibus nequidem moraliter bonum esse potest) nisi verà dilectione attingatur, impossibile etiam ut ista dilectio sine gratiæ adjutorio habeatur. Nam de ista conditione operis requisita, ut sit supernaturale quasi aliqua essent non supernaturaliter bona, in universis Augustini, aut veterum scriptis nulla mentio est, sed à scholasticis introductum, quia opinionibus eorum nomine Augustini introducendis, vestiendisque congruebat.

C. 13. Ibid.

Satis explicuimus quomodo gratia Christi medicinalis ad opera solius dilectionis, quæ in virtutibus omnibus Christianis implicatur, necessaria sit. Hinc verò dubium alicui subnasci posset, quid operibus ex timore damnationis, seu gehennæ profectis existimandum sit.....dico igitur timorem gehennæ, sive pœnæ in se consideratum, sive parvum, sive magnum, esse utilem ac bonum.

C. 14. Ibid.

Non parum ab Augustini mente exorbitant, qui putant timorem pœnæ, quam Deus peccatoribus comminatur, à charitate nequaquam excludi.

C. 15. Ejusdem libri.

In titulo: *timor pœnæ ex gratia quadam generali, non ex illa propriè & strictè dictâ Christi nascitur.*

C. 16. Ibid.

In titulo: *occurritur objectioni, & ostenditur, eandem esse rationem de quolibet timore pœnarum, etiam gehennæ. Nascitur ex amore creaturæ & sui.*

C. 17. in titulo.

Ampliùs declaratur, timorem pœnæ non esse ex Christi gratia, quia facit justitiam inde natam, ex lege & justitiam nostram, *non ex Deo.*

C. 18. ejusdem libri.

Ex istis igitur Augustini documentis clarum est, timorem pœnæ, & opus justitiæ, quod ex timore imperatur, fidem quidem prærequirere, sed eà jam in animo radicatà, propriè strictèque dictam Christi gratiam non exigere, sed ex propriis arbitrii viribus posse prosilire. Quod si Deus timorem istum suà providentià in animis peccatorum, vel semper vel subinde concitet, vel etiam si ita libet, interiùs inspiret, ea longè alterius rationis est, quàm ea Christi gratia, de qua hactenus disseruimus: limites enim naturalis providentiæ, quantùm ad substantiam non excedit, cujusmodi gratiam etiam Pelagiani multis modis agnoverunt & confessi sunt. Ex quo fit ut Augustinus iis qui ex timore operantur, gratiam disertis verbis dari neget.

XXXIII.

Q. 3. Ibid.

Prob. 1°......Præmotio Physica causat

XXXIII.

Ex puro timore pœnæ non potest ita fugi peccatum, ut nullum aliundè peccatum incurratur,

electionem creaturæ, hàc enim mediante Deus operatur in nobis velle *suaviter trahendo*, cùm sit *inspiratio sancti amoris*......adeoque non nocet libertati.

C. 20. Ibid.

Neque responderi hic potest loqui fortassis Augustinum de timore pœnarum temporalium, non autem de gehennæ Divinique judicii metu, eò quòd ille tantùm externum factum comprimat, iste voluntatem etiam peccandi quæ non minus quàm peccatum externum sempiterno est plectenda supplicio, hoc, inquam, responderi non potest: nam illa loca quæ citavimus, si unus solus excipiatur, de natura timoris loquuntur generaliter, ejusque naturam talem esse declarant, ut sub illo peccandi voluntas vivat, pondere timoris pressa potiùs quàm extincta.

XXXIV.

Obj. 1. *Inst.* 4.

R. dist. ant. Præmotus ad amorem Dei non potest non amare potentiâ consequente, positionis & futuritionis, C. non potest non amare potentiâ antecedente & possibilitatis, N. Deinde, & teste S. Prospero, Deus nobis imprimendo & *inspirando sui amorem*, non aufert *mutabilitatem*, quâ semper nolle possumus.

XXXIV. C. 21. in titulo.

Radix prima istius doctrinæ, quia qui nudo timore peccatum fugit, invitus & animo repugnanti fugit, ideoque non fugit peccatum, sed aliud quidpiam.

XXXV.

Obj. 2 *Ibid. Inst.* 3.

Deinde præmotio est secundùm nostram inclinationem & accommodata naturæ nostræ: nam *præmotio ex parte nostri est amor rerum Cœlestium*; sed omnis amor est secundùm nostram inclinationem, non autem vincula.

XXXV. C. 22. in titulo.

Secunda Radix, quia timor pœnæ non potest mutare voluntatem malam, sed solus amor justitiæ.

XXXVI.

Obj. 3. *Ibid.*

Inst. 3. Quod antecedit exercitium libertatis, impedit libertatem, atqui præmotio exercitium libertatis antecedit: ergo.

R. dist. maj. Si causet exercitium libertatis contra indigentiam creaturæ liberæ, C. Secùs, N.

XXXVI. C. 23. in titulo.

Radix tertia, quia timor ab amore justitiæ disjunctus, nascitur ex amore sui-ipsius, quatenus in creatura ultimò requiescit.

XXXVII.

Inst. 4. Quod præcedit exercitium libertatis, causat actum necessariò: ergo, &c.

R. dist. ant. Causat actum necessariò necessitate consequentiæ & infallibilitatis, C. causat actum necessariò necessitate absolutâ, N.

XXXVII. C. 24. in titulo.

Justitia ex timore pœnæ, est justitià ex lege, & nostra, quam Apostolus arbiteratus est detrimentum ac stercora.

XXXVIII.

Inst. 5. Præmotio juxtà nos consistit in delectatione victrici: sed delectatio victrix infert necessitatem absolutam: ergo.

Prob. min. ex Augustino tr. 20. in Joan. *Quod amplius nos delectat, secundùm id operemur, necesse est.*

R. N. min. Ad probationem dist. ant. Quod amplius nos delectat, secundùm id operemur, necesse est, necessitate infallibilitatis & consequentiæ, C. necessitate absolutâ & consequentis, N.

XXXVIII. C. 25. in titulo.

Repugnat magnoperè Augustino doctrina, quâ docetur, dolorem peccati propter gehennæ metum, seu attritionem quorumdam Scholasticorum excludere posse omnem peccandi voluntatem, & continere propositum bonæ vitæ, seu servandi totam legem, itemque esse dispositionem sufficientem ad justificationem cum Sacramento obtinendam.

XXXIX. XXXIX. C. 26. in titulo.

Inst. 6. Delectatio victrix se tenet ex parte potentiæ: ergo imponit necessitatem.

Concilium Tridentinum isti Doctrinæ multis locis adversatur.

R. dist. ant. *Delectatio victrix indeliberata* se tenet ex parte potentiæ, C. quia talis delectatio, *est motio Dei sufficiens*..........delectatio victrix deliberata se tenet ex parte potentiæ, N. nam talis delectatio consistit in amore efficaci voluntatis, sed *amor ille sanctus* se tenet ex parte actûs secundi, cùm sit exercitium libertatis creaturæ.

XL. XL.

Dices 2. in Systemate delectationis victricis nulla daretur motio Dei sufficiens; sed hoc admitti non potest.

Multi fructus timoris pœnæ recensentur ex quibus veritas Doctrinæ à Concilio Tridentino de timore pœnæ patescit & confirmatur.

Prob. maj. Ista motio non esset sufficiens ultra quam requireretur alia motio *ad vincendum concupiscentiam*, sed ultra motionem Dei sufficientem requireretur alia motio *ad vincendum concupiscentiam*.

R. nego maj. ad prob. dist. maj. illa motio non est sufficiens grammaticaliter & vulgariter ultra quàm alia requiritur motio *ad vincendum concupiscentiam*, C. non est sufficiens Theologicè & Thomisticè, N......juxtà verò Thomistas illa motio dicitur sufficiens, quæ dat posse agere tantùm, ita ut tamen ultra illam motionem alia motio sit necessaria ut creatura *vincat de facto concupiscentiam*: aliàs nulla esset necessitas motionis Dei per se efficacis; quod tamen nolunt Thomistæ.

XLI.

At inquies, cur usurpas hoc vocabulum, *Delectatio victrix*, quo usus est Jansenius?

R. 1o. Quia Scriptura Sacra significando gratiam Dei, hoc vocabulo utitur, ut patet ex supradictis. 2. Quia August. l. 2. de peccatorum meritis & remissione c. 18. & 19. gratiam Dei vocat delectationem victricem; sed ille vituperandus non est, qui utitur iisdem vocabulis, quibus usus est Aug. ergo, &c.

XLII.

Dices 3. Delectatio victrix imponit necessitatem: ergo non est admittenda.

Prob. ant. Supponit impotentiam ortam ex parte concupiscentiæ: ergo, &c.

R. nego ant. Ad probationem dist. ant. *supponit impotentiam ortam ex parte concupiscentiæ* liberam & voluntariam, C. supponit impotentiam Physicam, N.

XLIII.

Dices 4. sit v. g. *concupiscentia ad quatuor gradus: & motio Dei ad duos dumtaxat*; cum illa motione creatura non potest resistere concupiscentiæ; ergo illa motio non erit tunc sufficiens.

R. dist. ant. Tunc homo non poterit concupiscentiæ resistere potentiâ consequente, positionis & futuritionis, C. potentiâ antecedente & possibilitatis, N. quia minima Dei motio fortior est quâlibet concupiscentiâ. Unde si tunc homo non resistat concupiscentiæ, oritur ex ejus culpâ, eò quod illi concupiscentiæ liberè consentiat. Undè tunc habet potentiam promptam resistendi concupiscentiæ; quamvis nunquam eventurum sit, quod illi de facto non consentiat cum illa motione.

XLIV.

Item Q. 5. Ibid. post object. ultimam.

At inquies, à quo determinabitur ergo homo ad malum agendum?

R. *A propria concupiscentiâ*, quæ moraliter excitat hominem ad peccatum. Item à Dæmone qui utitur objectis externis, ut incautos & negligentes in malum protrahat.

XLV.

Petes utrùm delectatio rerum terrestrium sit efficax ex natura sua.

R. N. Quia illa movet tantùm moraliter (seu ut habet ibid. obj. 3. *occasionaliter*) animam, nec virtutem habet, immutandi liberum nostrum arbitrium; secùs autem gratia Divina, quæ consistit in delectatione victrici.

Ratio disparitatis est, quod concupiscentia potissimùm resideat in corpore: corpus autem physicè in animam agere non potest; cùm nec formaliter, nec eminenter includat cogitationem: at verò Deus cùm sit omnipotens, in animæ substantiam agere potest, efficiendo reverà ut illa velit amare illud quod antea non amabat. Hinc patet, quod gratia Salvatoris plus nobis prosit, quàm culpa Adami nobis nocuerit.

XLVI.

Colliges 3. Præmotionem Physicam posse dici moralem, quia causat actionem liberam, quæ est vel legi conformis, vel legi difformis, & Physicam, quia per verum influxum causat actiones bonas.

XLVII.

Colliges 4°. Omnes sententias de vario modo explicandi præmotionem Physicam ad actiones bonas facilè posse conciliari: nam qui dicunt eam consistere in qualitate recepta per modum transeuntis, nihil nobis contrarium propugnant, quia illa qualitas in voluntate recepta debet esse *amor sanctus*: sed *amor ille sanctus* nihil aliud est quàm delectatio, quæ creaturam applicat ad agendum: ergo.

2°. Qui cum Sylvio dicunt præmotionem consistere in actione creaturæ, idem asserunt quod nos implicitè: nam illa actio consistit in *amore rerum Cœlestium*: sed amor & delectatio sunt unum & idem: ergo

3°. Qui dicunt præmotionem consistere in actione Dei in creaturam, nobiscum etiam conveniunt, quia loquuntur illi de præmotione originativè sumpta: atqui nos idem dicimus de illa sic sumpta: ergo, &c.

CENSURA.

HOc Articulo duo potissimùm docent DD. LENGRAND & MARECHAL Jansenii vestigiis insistentes. Primum est *Systema duarum delectationum indeliberatarum, Cœlestis & terrenæ, quarum altera alteram superans necessitat ad agendum vel bonum, vel malum.*

Alterum est, *Gratiam, quâ bonum operamur, esse delectationem rerum Cœlestium; seu sanctum Dei amorem, aut operationem Dei cum illo amore immediatè conjunctam.* Primum quod docent, *est totius Jansenismi substantia, summarium, medulla, in qua quinque hæreses Jansenianæ includuntur, sicut & totius Theologiæ Moralis Christianæ subversio.* Unde hoc Systema habet *se instar terribilis Hydræ, seu Serpentis ab Hercule occisi, cujus erant septem capita.*

Alterum, quod tradunt Professores, *manifestè adversatur Scripturis, Patribus, Augustino speciatim, Tridentino, & unanimi Scholasticorum consensui.* Ex his enim fontibus constat, mortales non rarò piis motibus ex Dei gratia profectis, percelli, ubi necdùm, delectantur Cœlestibus, nec Deum directè amant, sed timore gehennæ concutiuntur, abstinentes interim ab omni peccato quod esset gehennæ inductivum, & sese disponentes ad sanctum Dei amorem, vel alium actum quo convertantur. » Hinc Trid. Sess. 6. c. 6. disponuntur autem ad ipsam justitiam, dum » excitati Divinâ gratiâ, & adjuti fidem ex auditu concipientes, liberè moventur » in Deum, credentes vera esse quæ divinitùs revelata & promissa sunt; atque illud » in primis, à Deo justificari impium per gratiam ejus, per Redemptionem quæ » est in CHRISTO JESU; & dum peccatores se esse intelligentes, à Divinæ justitiæ timore, quo utiliter concutiuntur, ad considerandam Dei misericordiam » se convertendo in spem eriguntur....illumque (Deum) tanquam omnis justitiæ fontem diligere incipiunt

» Et Sess. 4. c. 4. illam verò Contritionem imperfectam, quæ attritio dicitur, quoniam vel ex turpitudinis peccati consideratione, vel ex gehennæ & pœnarum » metu communiter concipitur, si voluntatem peccandi excludat, cum spe veniæ, declarat non solùm non facere hominem hypocritam, & magis peccatorem, verùm etiam donum Dei esse, & Spiritûs Sancti impulsum, non adhuc » quidem inhabitantis, sed tantùm moventis, quo pœnitens adjutus, viam sibi » ad justitiam parat.

Sic

Sic censet Sacra Facultas de memoratis duabus assertionibus hoc Articulo expressis.

ANNOTATIONES.

I. POstquam DD. LENGRAND & MARECHAL distinctissimè docuerunt atque inculcârunt, gratiam, quam præmutionem Physicam specialem appellant, sitam esse in *actu vitali delectationis indeliberatæ, prævenientis, superantis delectationem oppositam & determinantis infallibiliter ad actum deliberatum*; in decursu, eodem prorsus modo loquuntur de concupiscentia, seu delectatione terrenâ superante cœlestem, & determinante infallibiliter ad actum malum: ambas delectationes ut inter se luctantes exhibent, & illi quæ alteram superaverit, victoriam sec actum completum tribuunt.

Juxtà Dominum Lengrand, si *in justo augeatur concupiscentia, tunc gratia illi data, urgente præcepto non est idonea ad vincendam tentationem. Quod Corozaitæ non fuerint conversi, est quia majorem habebant concupiscentiam, quàm Tyrii. Gratiæ excitanti sæpe resistitur propter dominantem concupiscentiam: consensus sequitur infallibiliter sensum & mens abripitur: si non sit alia impressio opposita fortior: in lucta quam in nobis in carnem & spiritum experimur, hoc sequitur anima quod magis delectat. Delectatio terrena faciliùs superat delectationem Cœlestem, nisi Deus velit eam augere.*

Juxtà Dominum Marechal, *si justus careat motione Physicâ ad observationem Mandatorum Dei, hoc oritur,* quia *non reprimis concupiscentiam: si justus in peccatum labatur, id oritur ex ejus culpa*, v. g. *amore terrenorum, motio actualis interior suum ultimum non consequitur effectum propter resistentiam concupiscentiæ: præter gratiam sufficientem, requiritur ad vincendam concupiscentiam alia motio: & motio sufficiens tunc est tantùm sufficiens Theologicè & Thomisticè.* Ne autem supersit aliqua obscuritas, aut æquivocatio in dictis præcedentibus, hanc quæstionem sibi proponit D. Marechal: *à quo ergo determinabitur homo ad malum agendum?* Et nitidè respondet: *à propria concupiscentia, quæ moraliter excitat hominem ad peccatum.* Addit insuper, *delectationem victricem supponere impotentiam ex parte concupiscentiæ, sic ut nunquam eventurum sit, ut sine delectatione victrici non consentiat concupiscentiæ*: Et tandem concludit hoc argumento: *sit* v. g. *concupiscentia ad quatuor gradus, & motio Dei ad duos dumtaxat, cum illa motione creatura non potest resistere concupiscentiæ*: Cui argumento futiliter respondet: *tunc homo non poterit concupiscentiæ resistere potentiâ consequente, licèt poterit potentiâ antecedente & possibilitatis.* Quod autem illa impotentia sit reverà antecedens, patet, tum quia illa oritur ex pondere delectationis oppositam superantis, & determinantis infallibiliter ad malum: tum quia etiam Jansenius impotentiam ex quâcumque delectatione alteram superante natam appellat consequentem & voluntariam, relictâ aliquâ potentiâ antecedente ad oppositum; tum quia evidens est, ubi concurrunt delectatio terrena ut quatuor, & delectatio Cœlestis, ut duo; delectationem minorem non magis sufficere ad sistendam alteram, quàm pondus ut duo sufficiat ad attollendum pondus ut quatuor; tum denique, quia ex dicendis luce meridianâ clariùs evadet, gratiam excitantem & inefficacem à Jansenio & DD. Lengrand & Marechal in certis circumstantiis agnitam, non magis esse sufficientem apud Discipulos quàm apud Magistrum, eosque in re valdè seria & Dogmatica ineptire, verbis ludere, lectoribus incautis imponere, & antiquissimo ac perpetuo Novatorum more sibi per insignem fraudem contradicere; ut scilicet effugio semper pateat locus.

II. Dominis Lengrand & Marechal non est satis, delectationibus indeliberatis tribuere modum determinandi infallibiliter, sed & illis applicant illud Augustini perperàm intellectum ex Commentario in Epistolam ad Galatas: *Quod ampliùs nos delectat, secundùm illud operemur, necesse est.* Nun est mirum, quod hunc textum non prætermiserint, cùm Jansenius optaret, illum scribi characteribus aureis. Vide supra textum Paralleli, num. 15.

Hoc si præcedentibus adjunxeris, luculentissimè ac completissimè probatum erit, memoratos Professores tradidisse Systema duarum delectationum indeliberatarum, Cœlestis & terrenæ, quarum altera alteram superans necessitat ad agendum, vel bonum vel malum.

III. Opponent forsan Professores se textum Commentarii ad Galatas sic interpretatos esse ut inducat quidem necessitatem consequentiæ ac infallibilitatis, non verò necessitatem absolutam & consequentis.

Respondetur 1°. Illos in hoc consentire Paschasio Quesnello, quo nemo un-

quam Hæresi Janfenianæ fuit addictior. Audiamus eum in libro Gallico, cui titulus, la Paix de Clement IX. ubi pag. 50. fic habet : *Vocabulum*, NECESSITAS *folitariè confideratum, in fenfu proprio & naturali accipitur pro neceffitate abfolutâ libertati contrariâ ; fed ei addendo*, INFALLIBILITATIS, *ejus fenfus determinatur ac reftringitur ad fpeciem neceffitatis quæ non eft abfoluta, fed ex fuppofitione, & conditionata.* Hæc igitur verba, *infallibilitatis*, *'confequentiæ*, *confequens*, *voluntaria addita*, *vocabulo*, NECESSITAS, ab iis qui fpecialibus & propriis Janfenii principiis adhærent, funt dolofa, & in eo fine dumtaxat adhibentur, ut aliqualiter tegatur odiofa, & vera neceffitas à Janfenio admiffa.

R. 2. Nec Janfenium, nec Calvinum, nec Lutherum, nec ipfos Manichæos admififfe in hoc ftatu omnimodam, abfolutam, totalem ac immutabilem confequentis neceffitatem. Omnes experientiâ convicti fuêre, voluntatem in hoc ftatu obnoxiam effe variis agendi modis ; ficut neceffitetur nunc circa objectum avaritiæ, nunc circa objectum fuperbiæ, &c. Vera igitur neceffitas ftare poteft cum neceffitare infallibilitatis & confequentiæ, exclusâ neceffitate abfolutâ.

IV. Neque juvare poteft Dominum Lengrand, quòd fuprà n. 1. dicat delectationem Cœleftem terrenâ fuperiorem nullam imponere neceffitatem voluntati; nam certum eft, ipfum ficut & Janfenium, ac Dominum Marechal admittere fub quâcumque delectatione alteram fuperante, neceffitatem quam appellant confequentem, voluntariam, infallibilitatis, & confequentiæ : cùm igitur ait, nullam imponi neceffitatem intelligendus eft de neceffitate quæ fit inimica libertati, quæ fit agentibus naturalibus propria, aut quæ fit immutabilis. At Janfenius fexcenties proreftatus eft, fe etiam talem neceffitatem rejicere. Concludendum igitur, effe quamdam fpeciem neceffitatis, quæ à Novatoribus dicitur neceffitas confequens, voluntaria, infallibilitatis, ac confequentiæ, & quæ revera inimica eft libertati, non quidem libertati à coactione, quam Janfenius appellat effentialem & generalem, fed libertati à neceffitate, feu libertati indifferentiæ, de qua Janfenius lib. 6. de gratia Salvator. cap. 8. *quamvis*, inquit, *veriffimum fit, voluntatem fub gratia Dei ab agendo poffe ceffare (ficut & in Adamo & Angelis fine ulla dubitatione ceffare potuit) hoc tamen, ut dixi, veræ libertati voluntatis humanæ, juxta Auguftinum, per accidens conjunctum eft.* Hanc libertatem varii Janfeniftæ recentiores in Belgio *accidentalem* nominant, illamque parvi faciunt, & undequâque extenuant folliciti fervare præfertim illam libertatis ideam, fecundùm quam dicitur *facultas electiva, actuum humanorum domina, feu poteftas vivendi ut volumus*, vi cujus homo facit aliquid fi vult, fi non vult non facit, rejectâ aut faltem tacitâ definitione communiffimâ libertatis, quæ eft, *poteftas agendi & non agendi pofitis omnibus ad agendum prærequifitis*, Addunt nihilominus, facultatem electivam, quatenus in hoc ftatu eft meriti & demeriti fundativa, exigere, aliquam indifferentiam, contradictionis faltem, ideoque fub quâvis delectatione alteram fuperante agnofcunt potentiam ad oppofitum, quam identidem politicè, feu potiùs fraudulenter vocant, *proximam*, *completam*, *promptam*, *expeditiffimam* fubintellectâ aliquâ particulâ alienante ; quamvis revera nexu & vinculo delectationis majoris fit in his circumftantiis indiffolubiliter conftricta, ligata, impedita, affixa, abrepta, præcipitata, & fervituti addicta, donec delectatio oppofita major fupervenerit, quæ potentiam priori vinculo expeditam in alteram fervitutem præcipitet.

V. Itaque fatendum eft, delectationem fuperiorem, juxta Primarios Collegii Regii Profeffores, non inducere neceffitatem coactionis, neque neceffitatem abfolutam determinationis : verùm illa delectatio, fatentibus ipfis Profefforibus inducit neceffitatem quam ipfimet, Janfenio fuggerente, appellant *voluntariam & confequentem*, quæ procul dubio eft etiam neceffitas *infallibilitatis & confequentiæ*. Quis autem non videat, hanc neceffitatem effe *antecedentem*, & fenfu Catholicorum *involuntariam*, cùm fundetur in pondere & exceffu delectationis antecedentis, quæ non eft in noftra poteftate, & quæ non poteft effe inftrumentum Dei applicantis ad agendum, & perficientis libertatem eo modo quo fentit Schola Thomiftica, fecundùm quam Deus determinat quidem ad agendum concurfu prævio, Phyfico, & mirabili, non autem pondere & exceffu alicujus delectationis, ficut fit in bilance. Quod fanè clariffimum eft in delectatione terrena oppofitam fuperante, quæ cùm fit mala, non poteft effe inftrumentum Dei caufantis modum libertatis in actione peccaminofa. Ex quo formari poteft hoc argumentum in favo-

rem Scholæ Thomistarum : *Delectatio terrena, cùm non sit instrumentum Dei, non potest magis causare libertatem suo pondere, seu excessu graduum quàm summa auri præponderans possit eam causare in bilance: atqui delectatio cœlestis & terrena habent eundem modum determinandi juxta suos assertores : ergo nec delectatio Cœlestis terrenam superans potest eam causare.* Quod Deus *mirabili ac ineffabili potestate operetur in cordibus nostris actiones* bonas & liberas, Augustinianum est: quod *voluntate Dei efficacissima ea fiant quæ fieri vult, & eo modo quo fieri vult, contingenter, aut necessariò*, Thomisticum est. Quod autem Deus actiones liberas producat pondere, seu excessu graduum alicujus delectationis alteram compescentis, novum est, Jansenianum est, & contra manifesta rationis principia. Modus, quo Deus in nobis libertatem causat, mysterio non vacat, nec immeritò dicitur esse supra rationem. Quis igitur succenseat Theologis, hunc effectum in mirabilem Dei potestatem refundentibus? Modus autem causandæ libertatis majori pondere delectationis tam perimit libertatem; quàm modus tuendi æquilibrium bilancis inæquali pondere, destruit æquilibrium : ergo modus ille rejiciendus est ut hæreticus. Major igitur delectatio non habet se respectu libertatis sicut prædeterminatio Physica : & quamvis non tollat potestatem faciendi oppositum, *si voluerit*, ut loquitur D. Marechal, & consentit D. Lengrand; neque potentiam Physicam, seu mutabilitatem potentiæ activæ determinabilis pondere alterius delectationis; tollit tamen veram & genuinam liberi arbitrii potentiam; de quâ S. Th. 1. p. q. 82. a. 2. ubi postquam in corpore dixit: *liberum arbitrium indifferenter se habet, ad bene eligendum vel malè*: ad secundum ait : *dicendum quod facultas nominat quandoque potestatem expeditam ad operandum : & sic facultas ponitur in definitione liberi arbitrii.* Ex quibus lucet, necessitatem Jansenianam à Professoribus Collegii Regii admissam, esse mediam inter necessitatem coactionis, & necessitatem absolutam determinationis : sub qua necessitate Janseniana remanet quidem potentia ad oppositum ligata, impedita, constricta vinculo delectationis majoris, non verò potentia expedita, nec proinde potentia proxima, prompta & completa. Ad hæc sedulò advertat Lector, ne ambiguis Jansenistarum locutionibus circumveniatur : sciat, Jansenistis in omni quæstione de gratiâ, ubi à Catholicis dissident, semper adesse locutiones apparenter contradictorias, quibus, salvâ perversi systematis substantiâ, pro ratione circumstantiarum utantur, vel ut Catholicos seducant, vel ut difficultatibus se expediant, vel ut periculis quandoque imminentibus se subducant.

Sed de his rursùm uberiùs in articulis sequentibus.

VI. Nec est quod alleget Dominus Marechal se dixisse minimam Dei motionem esse quâlibet concupiscentiâ fortiorem : & delectationem rerum terrestrium non esse ex natura sua efficacem : ex quo intelligi debeat, sub delectatione terrena permanere veri nominis potentiam ad oppositum. Nam 1°. ubi ait minimam Dei motionem esse fortiorem quâlibet concupiscentiâ, fatetur concupiscentiam superiorem semper esse vincentem, nec unquam eventurum, ut in istis circumstantiis homo non consentiat concupiscentiæ : prætensa igitur major fortitudo minimæ Dei motionis in verbis dumtaxat sita est. Deinde quâ ratione pondus ut duo validius est pondere ut quatuor, ut sex, ut mille? An quia gratia pretiosior est concupiscentiâ? An auri pondus ut duo fortiùs est pondere luti ut quatuor, etsi aurum sit luto pretiosius.

2°. Quod docet Dominus Marechal, delectationem rerum terrestrium non esse ex natura sua efficacem, ineptum est, & astutiam Jansenianam continet : eo nonobstante, ipsoque fatente, verum est hominem *determinari ad peccandum à propria concupiscentia* : verum est concupiscentiam superiorem semper obtinere consensum: quid igitur ad rem facit, quod illa delectatio non sit ex natura sua efficax, seu verè efficiens; hæc est disparitas frivola, juxta D. Marechal, inter delectationem rerum cœlest. & delectationem rerum terrest. quod illa, cùm sit spiritualis, habeat veram efficaciam, seu efficientiam in animam; hæc verò, cùm sit corporea, non sit causa verè efficiens, principiis novæ Philosophiæ inhærendo, sed tantùm causa occasionalis, & moralis. Hæc disparitas verè frivola est, nec ad rem, de qua agitur, facit; cùm causa occasionalis, & moralis necessaria, suppositis naturæ legibus, æquè infallibiliter obtineat effectum, ac si esset verè efficiens, ut docent novi Philosophi. *Hinc patet*, inquit D. Marechal, *quod gratia Salvatoris plus nobis prosit, quàm culpa Adami nobis nocuerit.* Id quidem absolutè verum est : sed quâ ratione verum fie

apud hunc Professorem non apparet; cùm enim in ejus Systemate, culpa Adami infinitas causas occasionales & morales invexerit, quibus homines infallibiliter & necessariò determinantur ad peccandum; & gratia Salvatoris longè rariùs ad bonum determinet: quâ ratione gratia illa plus profuit, aut prodest, quàm culpa Adami nocuerit?

VII. Dum Professores Collegii Regii affectatè & studiosè inculcant præmotionem specialem esse *suavitatem, esse secundùm nostram inclinationem, & accommodatam naturæ nostræ; illam trahere suaviter, movere suaviter, producere suaviter* ostendunt quidem sibi cordi esse immunitatem à coactione, nihil verò speciatim dicunt pro immunitate ab illa necessitate, quæ Jansenio est simplex, voluntaria, & consequens; quamvis revera sit antecedens, involuntaria, & liberi arbitrii eversiva.

Neque libertati à necessitate magis favent, ubi aiunt, Deum movere secundùm exigentiam causæ liberæ; Deum non movere creaturam rationalem per modum naturæ, sed per modum liberi: ista enim omnia dixerunt Jansenius, Calvinus, neque illa plus exigunt apud eorum Sectatores, quàm immunitatem à coactione, & aliquam potentiæ activæ vertibilitatem in statu viæ, quam etiam vocant activam indifferentiam contradictionis.

VIII. Quis credat Domino Marechal asserenti, illam *impotentiam* quæ oritur ex parte concupiscentiæ dominantis, secundùm quam necesse est operari, esse *voluntariam & liberam?* Sic hodie verbis ludunt ac illudunt omnes Jansenistæ.

IX. Dum idem Professor duplicem delectationem victricem distinguit, unam indeliberatam, quæ se tenet ex parte potentiæ; alteram deliberatam, quæ se tenet ex parte actûs secundi, cùm sit exercitium libertatis creaturæ, dum, inquam illam distinctionem ponit, Jansenii vestigia premit, qui etiam illam agnoscit l. 4. de gr. Salv. c. 11. Vide supra textum n. 21.

Verùm Dominus Marechal non expedit se illo argumento, quod distinctioni duplicis delectationis occasionem præbuit. Tale est illud argumentum: *Delectatio victrix se tenet ex parte potentiæ: ergo imponit necessitatem?* Respondet cum hac distinctione: *Delectatio victrix indeliberata se tenet ex parte potentiæ*, C. *quia talis delectatio est motio Dei sufficiens, quæ ultimum suum non consequitur effectum, ad quem ordinatur ex voluntate Dei antecedente propter resistentiam creaturæ. Delectatio victrix deliberata se tenet ex parte potentiæ*, N. *ant. & consequens. Nam talis delectatio consistit in amore efficaci voluntatis; sed amor ille sanctus se tenet ex parte actûs secundi, cùm sit exercitium libertatis creaturæ; ergo, &c.* An non ex solutione consequitur, delectationem victricem indeliberatam, quæ se tenet ex parte potentiæ, & quæ est motio Dei sufficiens, imponere necessitatem? An non ex antecedente concesso sequitur consequens quod infertur, nec negatur? Aliunde si delectatio indeliberata careat effectu, ad quem ordinatur quomodo est *victrix?* Si verò sit victrix, quomodo *sufficiens?*

X. Sensit D. Marechal, se aliquando in Jansenismi suspicionem venturum, tum propter doctrinæ identitatem, tum quia usurpabat locutiones Jansenio familiares. Hinc sibi proponit hanc quæstionem: *Cur usurpas hoc vocabulum* DELECTATIO VICTRIX, *quo usus est Jansenius?* Et respondet 1°. *Quia Scriptura Sacra significando gratiam Dei, hoc vocabulo utitur, ut patet ex supradictis.* 2°. *Quia Aug l. 2. de peccatorum meritis & remissione, c. 18. & 19. gratiam Dei vocat delectationem victricem; sed ille vituperandus non est, qui utitur iisdem vocabulis, quibus usus est Aug. ergo, &c.*

Duos tantùm Scripturæ textus adducit hic Professor, unum ex Ps. 36. v. 4. *Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.* Alterum ex Ps. 84. v. 13. *Etenim Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum.* Verùm illud *delectare in Domino*, non intelligitur de gratia Dei, nisi fortè in sensu accommodatitio; & alter textus nihil ad rem facit.

Demus tamen, Scripturam aliquando expressisse gratiam vocabulo *delectationis, benedictionis, dulcedinis, suavitatis*, aut alterius æquivalentis, an ideo statuendum, nullam esse gratiam, nisi delectationis? An non aliundè constat, dari gratiam timoris & tristitiæ salutaris? An non præstat abstinere à vocabulo quo Jansenius & ejus Sectarii abusi sunt & quod ut Sectæ tesseram assumpsere? Ubi Ariani abutebantur, hoc Scripturæ textu, *Pater major me est*: An conveniebat Catholicis, nunquam loqui de Filio nisi ut minore illo, qui eum genuerat? Postquam Calvinus

in

in re Eucharistica abusus est vocabulo *cœnæ*: An licet Catholicis Communionem Eucharisticam nunquam exprimere nisi vocabulo *cœnæ*, quo etiam Scriptura utitur? An quia Augustinus in eadem materia aliquando usus est vocabulis signi, *figuræ*, *figuratæ locutionis*, an, inquam, Theologi & Fideles nunquam loquentur de Eucharistia, nisi sub ratione *signi*, *figuræ*, *&c.* Ista quidem, & similia sibi objiciunt Catholici, & variis explicationibus temperant & restringunt; sed veritatem Catholicam non solent exprimere vocabulis, quibus Hæretici abutuntur. Igitur imprudentiæ arguendi sunt, & in suspicionem erroris meritò veniunt, qui hodie gratiam exprimere solent vocabulo *delectationis*. Species imperfectior potest exprimi vocabulo generico; sed genus ipsum exprimi non debet vocabulo speciem perfectiorem significante. Gratia igitur alia est delectationis, alia timoris; alia obedientiæ, &c. Sed falsum est solâ delectatione gratiam comprehendi. Delectatio gratiæ aliquando major, aliquando minor; sed victoria non pendet ab excessu graduum, quo voluntas abripienda sit; quidni etenim voluntas possit cedere iis gratiæ motibus indeliberatis, quibus honestas virtutis præfertur turpitudini, vitio, independenter à gradibus, pondere, & intensione gratiæ? Intensio & gradus tribuunt forsan facilitatem, non verò potentiam determinant.

XI. Non alia erat Sacræ Facultatis intentio, ubi hanc Censuram aggressa est, quàm errores DD. *Lengrand* & *Marechal* patefacere; sed quia in examinis decursu intellexit, Professores Secundarios ejusdem Collegii iisdem erroribus favere; coacta fuit eorum Dictata lustrare; ex quorum lectione certior facta est, ipsos tradidisse doctrinam Systemati delectationum necessitantium valde affinem, si non prorsus conformem. Ut omnes sciant, quibus Præceptoribus commissa fuerit studiosa Juventus Collegii Regii Duacensis, ob oculos Lectoris ponemus testimonia ex illorum Dictatis fidelissimè excerpta.

XII. Incipiemus à Domino *Descarpentries* illorum Professorum antiquiori, qui in Philosophia Morali disput. a. de libertate q. 1. obj. a. sic habet.

» Instabis, ille perdidit liberum arbitrium ex toto, qui peccat ex necessitate: at» qui homo juxta August. peccat ex necessitate, ergo, &c.

» R. dist. min. Peccat ex necessitate morali, C. peccat ex necessitate Physica, » N. Itaque homo jam peccat ex necessitate Morali, quia per peccatum concu» piscentia facta est rebellis, & aliquo modo superior. At non peccat ex necessi» tate Physicâ, quia ut ait D. Aug. nemo peccat in eo quod vitare nequit.

» Obj. 3. ille non est liber, qui in bonis actionibus determinatur à gratia effi» caci, & in malis determinatur à concupiscentia rebelli: atqui homo in bonis » actionibus determinatur à gratia efficaci, & in malis determinatur à concupis» centia rebelli, ergo.

» R. dist. maj. Ille non est liber, qui determinatur à gratia & concupiscentia » per modum naturæ, C. qui determinatur per modum liberi, N. maj. similiter » distinctâ minore, N. conseq. itaque homo determinatur à gratia & concupis» centia, sed per modum liberi: nam ille determinatur per modum liberi, qui sic » determinatur, ut retineat potentiam ad oppositum: atqui homo sub gratia & » concupiscentia retinet veram potentiam ad oppositum: ergo, &c.

Agnoscit igitur D. *Descarpentries*, hominem peccare ex necessitate Morali, id est, vi concupiscentiæ quæ per peccatum facta est rebellis, & aliquo modo superior. Quod autem hæc verba, *aliquo modo* non imminuant vim determinandi concupiscentiæ, patet ex objectione sequenti, ubi fatetur, hominem in bonis determinari à gratia efficaci.

Hæc autem distinctio, *per modum naturæ & per modum liberi*, nihil facit ad rem: cùm sit desumpta ex Jansenio, qui etiam asserit voluntatem non moveri à Deo per modum naturæ, sed per modum libertatis. Audiamus hunc Authorem l. 6. de gratia Salv. c. 37. » Quemadmodum, inquit, natura semper servat suum ope» randi modum, qui est agere per modum naturæ, agi non agere, determinari » ab alio ad unum; ita voluntas semper & essentialiter servat proprium suum » operandi modum à natura distinctum, qui est agere non agi, movere & deter» minare seipsam; agere per modum libertatis: sive contingenter agat, sive ne» cessariò.

Quod ait D. *Descarpentries*, hominem non peccare *ex necessitate Physica*, quia ut ait D. Aug. *Nemo peccat in eo quod vitare nequit*, continet petitionem principii;

nam quæritur quâ ratione peccatum vitari queat, & quomodo non necessitetur physicè qui necessariò peccat vi concupiscentiæ rebellis. An concupiscentia determinans ad actionem malam, non est aliquid Physicum inducens illam necessitatem, quam placuit Domino *Descarpentries* & plerisque Jansenistis appellare Moralem? Quid igitur deest, ut sit necessitas Physica.

XIII. Domino *Descarpentries* perfectè consentit Dominus *Le Fevre* alter Professor Secundarius Collegii Regii Duacensis. Sic enim mentem suam aperit disp. de libero quæst. 1.

» Inst. ille perdidit liberum arbitrium simpliciter qui peccat ex necessitate: atqui homo juxtà D. Augustinum peccat ex necessitate: ergo, &c.

» R. dist. maj. Qui peccat ex necessitate Physica & invincibili, C. ex necessitate morali, N. maj. & sic distinctâ minore, nego conseq. Equidem homo peccat ex necessitate morali, quia per peccatum concupiscentia facta est rebellis & quasi superior: ex quo fit ut homo summâ cum difficultate abstineat à malo & faciat bonum, in quo consistit necessitas moralis. At non peccat homo ex necessitate physica & invincibili, quæ est determinatio ad unum sine potentia ad oppositum: quia ut ait D. Augustinus, *Nemo peccat in eo quod vitare nequit.*

» Obj. 3. ille non est liber, qui in bonis actionibus determinatur à gratia efficaci, & in malis determinatur à concupiscentia rebelli: sed homo in bonis actionibus determinatur à gratia efficaci, & in malis à concupiscentia rebelli: ergo, &c.

» N. dist. maj. ille non est liber, qui determinatur à gratia efficaci per modum naturæ, C. qui determinatur per modum liberi, N. maj. & sic distinctâ minore, N. consf. Equidem homo determinatur à gratia non per modum naturæ, quia cum gratia retinet potentiam ad oppositum; sed per modum liberi, quia sic determinatur à gratia, ut possit illi dissentire si velit, juxtà illud Concilii Trid. Sess. 6. Can. 6. bis verbis: *Si quis dixerit liberum hominis arbitrium à Deo motum & excitatum non posse dissentire si velit, anathema sit.* Eodem modo respondendum ad secundam partem. »

Dum Dominus *Le Fevre* necessitatem moralem appellat *summam difficultatem*, imitatur Jansenium qui lib. 3. de gr. Salv. c. 13. Præceptorum impossibilitatem vocat *difficultatem*. Cùm illa necessitas moralis ex mente Professoris determinet ineluctabiliter ad actionem malam, sicut gratia efficax ad actionem bonam, ut quid videri vult illam extenuari vocabulo *summæ difficultatis?*

Neque veram necessitatem tollit, dicendo cum D. *Descarpentries* remanere sub gratia & concupiscentia potentiam âd oppositum. 2°. Quicumque alii libertatis hostes, hoc ipso quo admiserunt necessitatem mutabilem, coacti etiam fuerunt agnoscere potentiam ad oppositum.

XIV. Collegis suis etiam concinit D. *Magnier*: nam disp. 2. de libero, postquàm *libertatem electionis opposuit* dumtaxat *necessitati naturali*, sic habet in decursu quæstionis primæ post object. 1.

» Inst. 1. Homo per peccatum, juxtà S. Augustinum, gravem contraxit peccandi necessitatem: ergo amisit liberum arbitrium quoad substantiam.

» R. dist. ant. Gravem contraxit peccandi necessitatem moralem, C. physicam N. duplex distinguenda est peccandi necessitas: una moralis, altera physica. Necessitas moralis peccandi, est difficultas declinandi à malo, & faciendi bonum. Necessitas verò physica est determinatio ad peccandum sine potentia ad oppositum. Equidem homo per peccatum, gravem contraxit necessitatem peccandi moralem, quia summâ cum difficultate declinat à malo & facit bonum ratione concupiscentiæ ad malum inclinantis, à qua erat immunis in statu innocentiæ: sed non contraxit gravem necessitatem peccandi physicam; quia, juxta Scripturam Sacram, homo potest transgredi & non transgredi. Unde S. Augustinus docet, neminem peccare in eo, quod caveri nullo modo potest.

» Obj. 2. Homo determinatur in bonis actionibus per gratiam, & in malis per concupiscentiam: ergo homo non est liber.

» R. dist. ant. Determinatur determinatione liberâ, C. necessariâ, N. ant. Duplex est determinatio una libera, altera necessaria. Determinatio libera est determinatio ad unum cum potentia ad oppositum; determinatio verò necessaria est determinatio ad unum sine potentia ad oppositum. Igitur homo determina-

» tur ad bonum per gratiam, & ad malum per concupiscentiam determinatione » liberâ, quia potest consentire vel dissentire si velit; sed non determinatur de» terminatione necessaria, quia retinet potentiam ad oppositum. «

Ex quibus patet necessitatem moralem peccandi, quam admittit D. *Magnier*; quamque appellat summam difficultatem declinandi à malo ratione concupiscentiæ inclinantis ad malum, non minus esse determinantem ad malum quàm gratiam ad bonum, ac proinde esse veri nominis necessitatem libero arbitrio oppositam, nec posse dici determinationem liberam nisi ex astutia Janseniana.

Omnes quidem Catholici agnoscunt in hoc statu quamdam peccandi necessitatem moralem, ut est magna proclivitas & propensio ad malum orta ex internarum atque externarum tentationum, frequentiâ & negligentiâ orandi, & se convertendi ad Deum: sed nunquam docent, illâ necessitate hominem determinari ad malum.

Nec est quod quis in favorem Professorum Collegii Regii alleget illud Augustini toties ab Hæreticis decantatum ex l. 5. de Civ. Dei cap. 10. *Si illa definitur necessitas, secundùm quam dicimus, necesse est ut ita sit aliquid, vel ita fiat, nescio cur eam timeamus ne nobis libertatem auferat voluntatis. Neque enim & vitam Dei & præscientiam Dei sub necessitate ponimus, si dicamus, necesse est Deum semper vivere, cuncta præscire.*

Respondetur cum omnibus Catholicis, qui post tempora Augustini Hæreticis restiterunt, non agi ibi de necessitate antecedente ortâ ex aliquo quod est extra potestatem agentis; sed de necessitate antecedente ortâ ex ipsomet libertatis exercitio. Id patet ex hoc S. Doctoris exemplo ibidem relato: *Sic etiam cùm dicimus, necesse est, ut cum volumus, libero arbitrio velimus, & verum procul dubio dicimus; & non ideò ipsum liberum arbitrium necessitati subjicimus, quæ adimit libertatem.*

Neque nocet exemplum *vitæ & præscientiæ Dei*, quod intelligi debet de vita secunda Dei, seu de æternis ejus decretis & præscientia consequente, quæ quidem inducunt necessitatem ex hypothesi libera, non verò ex suppositione antecedente; sed de his plura articulo sequenti.

Non sine dolore hos excessus propalat Sacra Facultas: sed sincerus veritatis amor, & gravis obligatio, tum charitatis, tum justitiæ, quâ tenetur sese erroribus opponere, ac Discipulos adversus imminentia subversionis pericula præmunire; ad hoc ipsam adigunt.

XV. Superest ut aliquid dicamus de altera parte Censuræ hujus Articuli, quâ scilicet arguuntur DD. *Lengrand* & *Marechal*, quod quidditatem physicam gratiæ collocarint in sola delectatione rerum cœlestium, seu in dilectionis inspiratione, aut sancto Dei amore.

Dominus *Marechal* in hoc copiosior fuit quàm Dominus *Lengrand*; hic hæret in expressione *delectationis rerum cœlestium*; ille verò multiplici vocabulorum varietate idem exprimit. Gratia enim modò ipsi est *inspiratio dilectionis*; modò *amor rerum cœlestium*, modò *sanctus amor nobis à Deo inspiratus*, modò *inspiratio sancti amoris*, modò *impressio & inspiratio amoris Dei*, modò *inspiratio amoris seu dilectionis rerum cœlestium* modo *inspiratio dilectionis rerum cœlestium, seu inspiratio amoris*. In hoc ambo secuti sunt Jansenium: in hoc ambo graviter excesserunt, & Scripturis, ac Patribus apertâ fronte adversati sunt.

XVI. Quod ait Dominus *Marechal*, sanctum & efficacem Dei amorem tenere se ex parte actûs secundi; & esse ipsius libertatis exercitium, id quidem verum est de aliquo amore, qui sensu Janseniano liber sit; non verò de illo amore indeliberato, de quo idem Professor suprà n. 20. & 31. sic habet.

R. Illam voluntatis motionem consistere in inspiratione dilectionis, seu in delectatione victrici, juxta S. Augustinum....hæc autem delectatio non est quoddam gaudium per quod animus in bono quiescit præsente; sed est quoddam voluntatis desiderium præveniens electionem creaturæ; & eam infallibiliter, sed suaviter producens.

Cùm præmotio delectans, juxta hunc Professorem, præveniat electionem creaturæ, eamque infallibiliter, sed suaviter producat; dicat, quantum voluerit, illam præmotionem quatenus se tenet ex parte Dei esse quidem priorem actione creaturæ, non verò quatenus se tenet ex parte nostri: illam quatenus se tenet ex parte nostri, esse priorem actione creaturæ; quatenus producitur à creatura; non verò quatenus actio inspiratur à Deo; ista sunt mera verba, quibus vellet rem clarissi-

mam obscurare, semperque manet, desiderium præveniens electionem tenere se ex parte actûs primi, nec esse ipsum libertatis exercitium, qun, saltem, ut fatetur, naturâ prius est.

ARTICULUS QUARTUS.

Tertia Hæresis Jansenianæ à duobus Primariis Collegii Regii Professoribus, sicut & à Jansenio tradita.

Juxta Dominum Marechal *infirmitas hujus statûs non se tenet ex parte potentiæ antecedentis.*

Item juxta, eumdem Non amare Deum, malum est.

Tertiæ Hæresi Jansenianæ favent Professores Secundarii Collegii Regii DD. Descarpentries, Le Fevre, Magnier & Mullet.

PROFESSORES COLLEGII REGII DUACENSIS.

I.

DOm. Lengrand *in Dictatis* 1719. *disp.* 4. *de concursu causæ primæ cum secunda q.* 2. §. 1. *object.* 2.

Inst. 3. S. Augustinus l. de Sp. & Litt. c. 33. ait, voluntatem, vocante Deo, surgere de libero arbitrin, qund naturaliter, cùm crearetur, accepit.

R. dist. ant. D. Aug. *Pelagianorum nomine* asserit, voluntatem de libero arbitrin surgere. C. *nomine proprio*. N. nam verba illa sunt argumentum Pelagianorum, quod sibi objicit Aug. ut patet ex textu. Nostri ergo adversarii Hæreticorum objectionem in hoc cum S. Augustini sententia confundunt.

II.

Ibidem object. 4.

Obj. ex præmotinne physica [a] deducuntur Hæreses Jansenianæ: ergo non est admittenda.

Prob. ant.....2°. Sequitur quod ad merendum & demerendum in hnc statu nnn requiratur libertas à necessitate, sed sufficiat libertas à coactinne, nam cum præmotione physica stat necessitas, quia præ motin necessariò infert actum.

R. ad 2. N. sequelam: ad prnb. dist. ant. Cum præmotinne physica stat necessitas cnnsequentiæ & infallibilitatis, C. stat necessitas cnnsequentis inimica libertati. N. [b]

JANSENIUS YPRENSIS.

I.

LIb. 2. de Grat. Salvat. c. 30.

Sed alia nonnulla ipsius Sanctissimi Doctoris, (Aug.) loca proferunt...... atque in primis ex l. de Sp. & Litt. c. 33......quandoquidem vocante Deo (voluntas credendi) surgit de libero arbitrio, quod naturaliter, cùm crearetur accepit. Alter locus ibidem est, ubi dicis: Vult autem Deus omnes salvos fieri, & in agnitionem veritatis venire, non sic tamen, ut eis adimat liberum arbitrium, quo bene vel malè utentes justissimè judicentur.

R. Rem videri admiratione dignam, & tamen veram, quod....Scholastici....recentiores,..tam enormiter aberraverint...nam utrobique Pelagianorum objectionem pro solutione cœperunt.

II.

L. 6. de Gr. Salv. c. 6.

Duplex in doctrina Augustini necessitas reperitur, una quæ operatur effectum suum etsi nolis, seu quantumcumque renitaris; altera quà simpliciter necesse est, aliquid fieri sine renisu voluntatis. Prima illa necessitas, quà fit aliquid etsi nolis, semper apud Aug. opponitur voluntati......Doctrina igitur Augustini est necessitatem illam primam, prout etiam naturam sic explicatam complectitur... capitaliter repugnare libertati, eamque funditus perimere; non autem illam necessitatem quæ est simul voluntaria, quà scilicet simpli-

a *Nota sedulo*, per præmotionem physicam & specialem *semper intelligi* à D. Lengrand delectationem cœlestem indeliberatam delectatione terrenâ superiorem secundum quam necesse est operari. *Unde non est hic sermo de præmotione physica genuinorum Thomistarum, quibus perpetuò illudere tentat Professor Primarius.*

b *Hæc quidem distinctio intellecta de præmotione physica genuinorum Thomistarum valde probabilis est, & ut Catholica recipitur* [illegible] *facultate: sed intellecta de* delectatione Janseniana, *improbabilis, falsissima, & fraudulentissima est.*

Idem puta de reliquis distinctionibus, ac solutionibus Domini Lengrand

citer

citer necesse est aliquid fieri non repugnante, sed immutabiliter volente voluntate........quod sola necessitas coactionis adimat libertatem, non necessitas illa simplex & voluntaria; ex aliis ejus locis non difficilè demonstrari potest.

III.

Q. 3. *ibid.*

Nota 1. Præmotionem physicam specialem, esse quidem fortissimam, cùm efficaciter & infallibiliter inferat actum; attamen esse suavissimam, cùm non immutet modum operandi creaturæ; sed illam moveat juxta exigentiam suæ naturæ, scilicet causam liberam, liberè; necessariam necessariò.

III.

L. 4. de Grat. Salv. c. 1.

Vestigiis sanctissimi & securissimi Doctoris (Aug.) inhærere qui statuerit....videbit perspicuè..gratiam istam Christi Salvatoris medicinalem, quam efficacem Schola vocat; non aliud esse, quàm cœlestem quamdam atque ineffabilem suavitatem, quâ voluntas prævenitur & flectitur ad volendum, faciendumque quidquid eam Deus velle constituerit.

Nota 3. Quod libertas nihil aliud sit quàm voluntas suorum actuum domina, seu vis electiva; *nam est potestas vivendi ut volumus.*

Ad libertatem autem requiritur indifferentia......Patet ad libertatem sufficere indifferentiam contradictionis.....Quæritur hîc an talis indifferentia subsistere possit cum præmotione physica.

IV.

R. & D. Præmotio physica non tollit libertatem.

Prob. 1. Motio movens creaturas juxta exigentiam suæ naturæ, id est, necessarias necessariò, liberas liberè, non tollit libertatem: atqui præmotio physica sic movet voluntatem: ergo.

Minor præterquam quod sit S. Thomæ & omnium Thomistarum, prob. insuper: Præmotio physica causat electionem creaturæ, eamque suaviter movet, cum sit delectatio victrix: ergo causas liberas liberè movet.

IV.

L. 6. de Grat. Salv. c. 3.

Aug. passim esse liberum voluntatis arbitrium, & esse in potestate nostra pro iisdem usurpat...consequens est, arbitrium & hominem esse liberum, quatenus est suæ non alienæ potestatis.......quatenus est Dominus, & gratia sui, non serviens alteri in cujus videlicet potestate & jure sit res vel actio cujus libertas exploratur.

V.

Prob. 2. Præmotio physica relinquit potentiam ad oppositum actûs, ad quem movet: ergo non tollit libertatem.

Prob. ant. voluntas potest inclinari in illud, quod repræsentatur sub aliqua specie boni: atqui præmotio physica non impedit quominus intellectus repræsentet omissionem actûs ad quem movet, vel actum sibi contrarium sub aliqua specie boni: ergo relinquit potentiam ad oppositum actûs, ad quem movet.

Prob. min. id ad quem movet præmotio physica non repræsentatur sub ratione summi boni clarè cogniti: ergo ejus oppositum non potest repræsentari sub aliqua specie boni.

V.

Et c. 4. ibid.

Definit Augustinus, id esse, seu haberi nos in potestate, quod cùm volumus, facimus...unde hoc quisque in potestate habere dicitur, quod si vult, facit; si non vult, non facit.

VI.

Prob. 4. juxta Concilium Tridentinum liberum arbitrium motum & excitatum motione Calvini, quæ erat physica & per se efficax. ....potest dissentire si velit: ergo præmotio physica non nocet libertati.

VI.

Item C. 38. ibid.

Hanc ergo maximam diversitatem inter agens liberum & naturale veteres perspectam habentes....omnem omnino rationalem voluntatem, hoc est voluntatis motum, & liberam, & electivam objecti sui posuerunt; solà exclusà violentiæ coactionisque necessitate;

VII.

Prob. 5. illa motio non tollit libertatem, quæ libertatem perficit & stabilit: atqui præmotio physica libertatem perficit & stabilit, ergo.

Prob. min. illa motio perficit & stabilit libertatem, quæ tollit ejus indifferentiam suspensivam, & efficit ut voluntas unum eligat, & otiosa non permaneat, atqui præmotio physica hoc facit.

VII.

Et c. 25. ibid.

Cum hoc habeat definitio actûs liberi ut eum agamus, & non agamus, quandocumque voluerimus, ita ut cum indifferentia contradictionis operemur........siquidem omnis voluntatis deliberatæ motus essentialiter quoque talem indifferentiam contradictionis quodam sensu secum trahit. Nec enim aliud est ista indifferentia voluntatis, quam tantoperè Scholastici admirantur, quàm potestas agendi & non agendi ad libitum voluntatis, seu cùm voluerit.

VIII.

Obj. 1. causa libera debet seipsam determinare: ergo motio prædeterminans tollit libertatem.

R. dist. ant. debet seipsam determinare per modum agentis primi, N. quia creatura non est prima causa, nec primum agens.

Per modum agentis secundi, C. quia determinatur à Deo tanquam primo motore, & se ipsam determinat virtute Divinæ motionis, cùm præmotio in eo causet electionem.

VIII.

Et infra eodem cap.

Quemadmodum nulla voluntas, seu volitio exeri potest, nisi delectatione aliquâ suscitetur, ita nec persistere, nisi delectatione nectatur. Neutrum impedit sed provocat, & efficit arbitrii libertatem. Non enim est impetus voluntati extraneus, vel intus eam per modum naturæ quasi brutali impetu concitans...sed illo pacto quo solo vo, luntas excitari, & provocari, & perdurare, & stabiliri potest. & sine quo non potest. Est enim modus ejus naturæ, prout nunc constituta est, prorsus instar proprietatis consentaneus. Hæc ergo delectatio sicut facit voluntatem velle, & sine qua non potest velle, quia non lubet, ita facit eam liberè velle.

IX.

Inst. 1. determinatio ad unum opponitur libertati: ergo.

R. dist. ant. determinatio ad unum per modum naturæ opponitur libertati, C. quia illa non oritur ex propria deliberatione, sed oritur ex necessitate naturæ, qualis est, v. g. determinatio ignis ad comburendum. Determinatio ad unum per modum liberi, N. quia illa movet creaturam liberam juxta exigentiam suæ naturæ, adeoque illam applicat ad unum relinquendo potentiam ad oppositum, cùm oppositum repræsentari possit sub specie boni.

IX.

L. 6. de Gr. Salv. c. 20.

Neque quicquam ad illam eorum sententiam infringendam valet, quod sæpè dicunt hominem in sua potestate habere, ut faciat bonum, aut malum, hoc vel istud agat, aut non agat: certa ista veritas est, fateor & sine errore negari nequit.

X.

Inst. 3. Præmotio physica infert infallibiliter actum: ergo.

R. dist. ant. Juxta exigentiam creaturæ agentis, C. contra ejus exigentiam, N. equidem præmotio physica infert infallibiliter actum, quia est ab intrinseco efficax, sed infert juxta exigentiam agentis liberi, id est, liberè. Licèt enim à fine ad finem attingat omnia fortiter, disponit tamen omnia suaviter. Dum enim Deus facit nos è nolentibus volentes, præparat nostras voluntates, eripiens cor lapideum, & dans nobis cor carneum.

X.

Et cap. 34 ejusdem lib.

Hominum igitur viatorum non solum coactionis expertem esse libertatem, sed etiam necessitatis immutabilis voluntariæ; hoc est, eam ad utrumque indifferentem esse, cum Script. Aug. & PP. & Catholicâ fide fatemur perlibenter.

XI.

Inſt. 4. Præmotus ad amorem non poteſt non amare : ergo.

R. diſt. ant. Non poteſt non amare potentia conſequente, C. potentiâ antecedente, N......itaque præmotus ad amorem non poteſt non amare potentiâ conſequente, quia cum præmotione ad amorem non ponitur non amor......poteſt tamen non amare potentiâ antecedente, quia potentia non amandi per præmotionem non tollitur, & non amor revera illi eſt poſſibilis, cùm moveatur juxta exigentiam ſuæ naturæ.

Sic vir ſui compos non ambulabit nudus per plateas, non exiliet ex altiori feneſtra, licèt habeat potentiam hoc faciendi, & faceret de facto, ſi aliquid extrinſecum ſuperveniret, aut perturbatio mentis.

XI.

L. 8. de Gr. Salv. c. 20.

Sic ergo voluntas quantumcumque gratiæ ſuavitate capiatur, poteſt non agere id quo rapitur, quia veram non agendi poteſtatem ſub gratia rapiente retinet; quamvis fieri nequeat, ut ipſa non actio cum gratiæ operatione in eadem voluntate ſimul copuletur.

XII.

Inſt. 5. Non datur potentia antecedens ad id quod eſt impoſſibile : ergo. Antecedens patet, quia potentia pro ſuo objecto reſpicit poſſibile, ſicut viſiva viſibile.

R. diſt. ant. Ad id quod eſt impoſſibile ex natura ſua, C. ſic non datur potentia antecedens in homine ad eſſe brutum. *Ad id quod eſt tantùm impoſſibile ex aliqua ſuppoſitione*, N. nam illud abſolutè & ſecundùm ſe eſt poſſibile. Sic non amor abſolutè eſt poſſibilis, licet ſuppoſitâ præmotione ad amorem, cum illa conjungi nequeat : quia præmotio infert infallibiliter amorem. Amor autem & non amor non poſſunt eſſe ſimul.

XII.

Et C. 21. ibid.

Auguſtino Dominus ita movet voluntatem, ut....poſſit tamen motioni Dei refragari, aut obtemperare, ſeu, ut Concilium Trid. loquitur, illi diſſentire ſi velit....Calvinus ex modo agendi, quo pollet gratia prædeterminando voluntatem, liberum arbitrium apertè deſtrui dixit, cùm potiùs libertatem cum gratia conciliare debuiſſet. Itaque ſuccumbens difficultati, quod Hæreticorum proprium eſt, & in apertam hæreſim erumpens, &c.

XIII.

Inſt. 6 Impoſſibile eſt, præmotum ad amorem non amare : ergo non amor non eſt illi poſſibilis in iſta ſuppoſitione.

R. diſt. ant. Impoſſibile eſt ad præmotum ad amorem non amare in ſenſu compoſito, C. quia non poteſt ſimul componere non amorem cum præmotione ad amorem, ſicut homo actu amans ex propria determinatione non poteſt ſimul ponere non amorem cum amore, eò quod duo contradictoria non poſſint ſimul eſſe, licèt ille amans ſit liberrimus juxta adverſarios. Impoſſibile eſt præmotum ad amorem non amare in ſenſu diviſo, N. quia cum præmotione ad amorem retinet & componit potentiam ad non amorem, non quidem conjunctim ponendum cum amore, aut cum præmotione ad amorem, ſed diviſim & ſeparatim ab illa.

XIII.

Dixerat ibidem ſuprà.

Calvinus negat eſſe in homine boni & mali electionem, quam tamen ſemper Auguſtinus libero arbitrio aſſerit...docet, (Aug.) hominem liberè eligere non ſolùm malum, ſed etiam bonum, atque ita eligere utrumlibet, ut illud ſi nollet, non eligeret; quamvis bonum nonniſi gratiâ præſtante eligatur.

XIV

Inſt. 7. Præmotus ad amorem neceſſariò amat : ergo.

R. diſt. ant. Neceſſariò amat neceſſitate conſequentiæ, C. quia valet hæc conſequentia : Petrus eſt præmotus ad amorem : ergo amat; ſicut valet hæc,

XIV.

Lib. 6. de Gr. Salv. c. 35.

Statuamus virum tantâ ſanctitate ſublimem, quantâ quemquam in hac vita fuiſſe vidimus, vel audivimus, vel citra claram Dei viſionem eſſe poſſe cogitamus, qui præter quàm quod naturali corporis atque ani-

Petrus currit, ergo movetur, licèt liberrimè moveatur.

Necessariò amat necessitate consequentis, N. quia non est necessaria connexio inter Petrum & amorem, sicut non est inter Petrum & motum. Unde amor non est ipsi necessarius, sed liber, quia ponitur cum indifferentia, tam activâ quàm objectivâ.

Itaque præmotio infert essentialiter actum, quia ex essentia sua est efficax; sed infert illum cum libertate, quia non tantùm attingit substantiam actûs, sed etiam modum libertatis; adeoque sicut essentialiter infert actum liberum; ita essentialiter infert actum liberum.

mæ constitutione ebrietatem aversetur, virtutis insuper magnitudine fœdissimum istud vitium instar mortis abhoreat. Si quis à tali viro quæreret, utrùm se inebriare posset; responderet utique possem, si vellem. Sed si ulteriùs instes, velis igitur & facias, nunquam animum quibuscumque promissis, blanditiis, rationibus, minisque provocatum eò adducere posset: nec tamen ideo quod sentiat bruto in contrarium impetu rapi voluntatem, sed quia tantæ absurditatis, fœditatis, & impietatis istud flagitium ei videtur, ut nisi mens ei passione vehementissimâ tolleretur, nunquam posset se ipsum ex nolente volentem facere, & tamen ei semper videtur, & sic revera est, quod hoc posset perpetrare si vellet.

XV.

Objicies 2. Præmotio Calvini tollit libertatem: atqui præmotio physica est præmotio Calvini: ergo.

R. dist. maj. Tollit libertatem ex natura sua, N. ex falso attributo Calvini, C. dicebat enim Calvinus præmotionem physicam tollere libertatem: & in hoc fuit à Concilio Tridentino damnatus.

XV.

L. 8. de Grat. Salv. c. 20.

Dicimus igitur liberum arbitrium quantumcumque vehementi atque efficaci gratiæ delectatione præventum atque determinatum ad faciendum bonum, adhuc tamen posse bonum non tantùm non facere, sed etiam malum. Verùm enim est istud non quidem in sensu composito, ut vulgò dici solet, sed in sensu diviso. Nimirùm, quia eodem tempore, quo voluntatis arbitrium sub gratiæ delectatione efficaciter eam movente positum est: imò quo etiam actum voluntatis bonum facit, est in eadem voluntate potestas illud non faciendi, imò peccandi, non quod cessatio ab actu quem tunc elicit, aut actuale peccatum cum gratiæ delectantis influxu consistere possit (quod sensus compositus postularet) sed quia cessandi & peccandi potestas cum eadem gratia simul in eodem voluntatis arbitrio conjungi potest. Nam quamvis duo actus contrarii sint oppositi, potestates tamen ad opposita nec sibi invicem, nec actibus oppositis, & in eodem simul subjecto, sive agente, sive quiescenti commorantur.

XVI.

Inst. 4. Præmotio est quid antecedens exercitium libertatis: atqui omne antecedens exercitium libertatis tollit libertatem.

R. dist. min. Si moveat contra exigentiam creaturæ, C. secùs, N. Jam verò Deus movet causas liberas juxta exigentiam suæ naturæ, id est, liberè. causat enim in illis electionem & determinationem.

XVI.

Et C. 3. ibidem.

Hoc ipso quo, secundùm principia S. Augustini, gratia vera Christi est adjutorium quo fit velle ac perficere......perspicuè patet, istud adjutorium esse tale, ut voluntatem cum quâcumque alia gratia in potentia constitutam ad actum protrahat.....ineffabili suâ luce atque suavitate faciendo, ut ei sic videatur & velit. Sic enim avellit cor lapideum, & dat carneum, sic animum efficacissimâ potestate convertit, sic duritiam cordis aufert, sic operatur velle & perficere, sic ex nolentibus & repugnantibus volentes & consentientes facit.

XVII.

Objicies 3. Impossibile est homini dissentire sine præmotione ad dissensum: ergo.

R. dist. ant. Impossibile est dissentire in actu secundo, C. quia sine præmotione ad dissensum nunquam dissentiet.

Impossibile est dissentire in actu pri-

XVII.

L. 8. de Gr. Salv. c. 20.

Hinc fit quod in nobis non solùm ipsa potentia voluntatis, quæ de se ad malum flexibilis est, sed etiam pondus ad peccandum, dum remanet, quod est peccandi potestas perfectissima, quæ non solùm adest, insuper voluntati, quando gratiæ delectatione me

mo, N. quia habet omnia requisita ex parte actûs primi, id est ex parte potentiæ ad dissentiendum.

caret, sed etiam quando intimà ejus suavitate efficaciter trahitur: propter quam sanè liberum arbitrium qualicumque gratiâ ad agendum rapiatur, rectissimè dici potest peccare, licet fieri nequeat; ut ipsum peccatum simul in sensu composito cum gratiæ operatione societur.

XVIII.

Inst. 2. Præmotio complet potentiam ad agendum; ergo se tenet ex parte actûs primi.

R. dist. ant. Complet potentiam in actu secundo, C. quia Facultatem de se otiosam reddit agentem. Complet in actu primo, N. quia illam completam supponit.

Eadem prorsus leguntur in Dictatis 1720. *&* 1721.

XVIII.

Et infrà ibidem.

Huc accedit, quod hujusmodi pondere delectationum, quibus efficitur, ut voluntas rationalis actu velit bonum, aut malum, non tam posse aliquid facere, quàm velle tribuant: & ideo consequenter posse, quia tribuunt velle, quo fit ut etiam tunc cùm jam pondere malarum cupiditatum ac delectationum ad peccandum trahitur, meritò magis voluntas quàm potestas, quia voluntas, deesse censeatur.

XIX

Inst. 6. non possumus præmotionem abjicere, aut illi resistere; ergo.

R. dist. ant. Potentiâ consequente, C. quia ex natura sua est efficax.

Potentiâ antecedente, quia illa non aufert à nobis potentiam ad oppositum.

XIX.

Lib. 7. de Gr. Salv. c. 13.

Libertas arbitrii, quæ circa res eligendas, utendasque versatur: nullo modo postulare potest, ut ipsa electio ordinem finis egrediatur.......ut propterea rectissimè dixerit S. Thomas Augustino succinendo; liberum arbitrium diversa eligere posset, servato ordine finis, hoc pertinet ad perfectionem libertatis ejus.

XX.

Dom. Marecbal *in Dictatis* 1721. *&* 1722. *differt.* 4. *de causa efficiente increatâ Q.* 3.

Nomine libertatis intelligitur facultas electiva mediorum, non prætermisso, sed servato ordine finis, *sive est potestas vivendi ut volueris.*

Hæc autem facultas electiva absque indifferentia non subsistit.

Certum est indifferentiam activam contradictionis ad liberum arbitrium esse necessariam.

Dixi activam contradictionis, quia certum est indifferentiam passivam, quâ modo determinatur ad bonum vel malum per concupiscentiam vel gratiam....

XX.

Lib. 6. de Gr. Salv. c. 4.

Quapropter ex hac Doctrina toties iterata patet, ut cognoscamus, utrum aliquid in potestate nostra, seu liberum nobis sit, hoc intuendum esse utrum fiat quando volumus. *Si enim fiat quandocumque volumus, & non fiat quando nolumus, liberum est; si verò cùm volumus non fiat, vel si nolumus fiat, certissimum est non esse nobis liberum; quia non est in nostra potestate.*

XXI.

R. & dico præmotio [a] Physica non nocet libertati creaturæ.

Prob. 1. motio quæ causat electionem creaturæ, quæ facit ut velimus suaviter veris & miris modis, inquit Augustinus, creaturas liberè movet: atqui præmotio physica causat electionem [b] creaturæ; hâc autem mediante Deus operatur in

XXI.

Et cap. 34. ibid.

Objiciuntur Scripturæ Sacræ quæ dicunt; Deus dereliquit hominem in manu consilii sui, adjecit mandata, &c....Ergo in homine est libertas & contrarietatis, & contradictionis, & non sola libertas à coactione.

Itaque respondeo, argumentum esse verissimum, quod ab ipso Augustino, Damasc.

[a] *Advertat Lector*, Dominum Marechal per præmotionem physicam semper intelligere *delectationem vitalem indeliberatam secundum quam necesse est operari*, non vero præmotionem physicam Thomistarum quâ causatur actio & modus veræ libertatis.

[b] Eo sensu, quo Calvinus & Jansenius docent.

nobis velle, suaviter trahendo, cùm sit inspiratio sancti amoris: ergo præmotio physica movet creaturas secundùm earum indigentiam & naturam, adeoque non nocet libertati, sed potiùs eam perficit.

XXII.

Prob. 2. illa motio non est noxia libertati creaturæ quæ non destruit indifferentiam activam contradictionis, id est, quæ non tollit potentiam eligendi oppositum illius ad quod movet: atqui, ergo.

XXIII.

Obj. Determinatio a[illegible] unum est noxia libertati: ergo, &c.

R. dist. ant. [a] Determ[illegible]natio ad unum per modum naturæ e[illegible] noxia libertati, C. per modum liberi, N. determinatio per modum naturæ est determinatio ad unum sine potentia ad oppositum ejus, ad quod determinat; talis est determinatio voluntatis versus beatitudinem, sic enim omnes volumus esse beati, & hoc nolle non possumus. Talis est etiam determinatio ignis ad comburendum, bellux ad ambulandum. Determinatio per modum liberi, est determinatio ad eligendum unum præ alio cum potestate eligendi oppositum.

XXIV.

Inst. 1. Præmotio physica tollit indifferentiam liberi arbitrii: ergo, &c.

R. dist. Præmotio physica tollit indifferentiam æquilibrem & suspensivam, C. tollit indifferentiam activam contradictionis, N.

XXV.

Inst. 2. Præmotio physica infert infallibiliter & indeclinabiliter actum, cùm sit ex natura sua efficax.

R. dist. ant. Infert infallibiliter actum secundùm indigentiam creaturæ liberæ, C. contra naturam creaturæ liberæ, N... trahit enim omnia fortiter & disponit omnia suaviter. Jam autem creatura libera exigit exercere actiones suas liberè.

XXVI.

Inst. 3. Præmotus ad amorem necessariò amat.

R. dist ant. Necessitate infallibilitatis

Bern. & cæteris non solùm admittitur, sed velut Catholicæ fidei immobilis basis adversus Manichæos, aliasque pestes veritatis & libertatis inimicas invictissimè defenditur & defendi debet.

XXII.

Et L. 8. C. 20.

Respondetur quamdiu hic vivimus, sive in infidelitate ante gratiam, sive jam sub gratia indifferentiam ad contraria, hoc est, ad volendum faciendumque bonum semper inesse libero arbitrio.

XXIII.

L. 6. de Gr. Salv. C. 13.

Omissis illis particulis, quæ ad explicandam libertatis essentiam, nihil faciunt, remanet illa definitio, quâ bonum, vel malum eligitur. *Quod Augustinus etiam sæpe confitetur. Sed hoc etiam Deo & Angelis jam Beatis, & damnatis convenit. Illi enim* eligunt *bonum, hi malum, utrique maximè voluntario* electionis *motu .... omnes isti (post Augustinum) volunt omnem rationalem voluntatis motum esse liberum, quia est motus quem voluntas habet in potestate, utpote per eum* eligens, *& facient id quod vult; ubi primò & maximè est ipsum velle.*

XXIV.

C. 15. ibid.

Nemo igitur quasi adversus Augustinum proferat, quod dicat sæpiùs (Damascenus) per liberum arbitrium, nos habere actus nostros in nostra potestate, in nobis, in arbitrio nostro, vel quod in idem redit, esse nos Dominos actuum nostrorum per arbitrii libertatem. Hac enim non solùm admittit libenter Aug. sed expressè docet, &c.

XXV.

Et infrà.

Neque verò quisquam isti doctrinæ contrarium putet, quod subinde Damascenus dicat liberi arbitrii esse deliberare, & deliberatum eligere vel non eligere, *in potestate esse in hanc vel illam partem declinare, &c....... nam & Aug. eadem & fortè instantiùs quàm Damasc. docet.*

XXVI.

C. 25. ibid.

Constans est doctrina S. Thomæ, liberum

[a] *Hæc distinctio, sicut & reliquæ, meritò applicatur præmotioni physicæ genuinorum Thomistarum, non verò præmotioni physicæ Jansenianæ.*

& consequentiæ, C. necessitate absolutâ & consequentis, N.

arbitrium esse respectu electionis.

XXVII

Inst. 4. Præmotus ad amorem; v. g. non potest non amare.

R. disting. Non potest non amare potentiâ consequente, positionis & futuritionis, C. potentiâ antecedente & possibilitatis, N. deinde teste sancto Prospero, Deus nobis imprimendo & inspirando sui amorem *non aufert mutabilitatem*, quâ semper nolle possumus.

XXVII.

C. 38. ibid.

Voluntas (juxta Veteres) semper sibi ipsi & actui suo dominando vult, semper seipsam agit & movet, nunquam ab alio agitur & movetur, semper per modum eligentis; *alteram partem vult.*

XXVIII.

Inst. 5. Impossibile est præmotum ad amorem non amare.

R. dist. Impossibile est in sensu composito, C. in sensu diviso, N.

XXVIII.

L. 8. de Grat. Salv. c. 8.

Gratia facit & facere (ut non alius quispiam de nobis, sed ipsum liberum arbitrium velit & faciat) & hoc ipso liberè, seu per ipsum liberum arbitrium, quia velle nisi liberè; juxta Augustinum, nemo prorsus, potest..... Adversariis displicebat in gratiæ operatione, quod voluntatem humanam prorsus tollere, & ideò liberum arbitrium violare videretur. Negat hoc Augustinus, & utrumque conciliat, quia gratia mutat voluntatem in aliam; malam in [a] *bonam, & bonam adjuvat. Non igitur tollit, sed relinquit voluntatem; & ita nullo modo liberum extinguit arbitrium.*

XXIX.

Obj. 2. ibidem.

Ille non est liber, qui non habet potentiam promptam & expeditam agendi oppositum illius ad quod movetur: atqui præmotus ad amorem, v. g. non habet potentiam promptam & expeditam non amandi, cùm careat præmotione ad non amorem: ergo, &c.

XXIX.

C. 16. ibid.

Quæ perspicuè clamant, gratiam quantumcumque potentis operationis non lædere libertatem, quia non cogit voluntatem, sed eam suaviter velle bonum facit.

R. N. min. & ejus probationem. Argumentum enim illud supponit falsum, scilicet necessariam esse præmotionem ad non amandum Deum, nam *non amare Deum; malum est*: sed ad electionem malam necessarium non est auxilium Dei; sed sufficit potentia naturalis & *concupiscentia*, quæ semper etiam in Justis remanet ad agonem, seu exercitium in hac vita, ut asserit Concilium Tridentinum.

XXX.

Inst. 1. Præmotio physica complet potentiam ad agendum.

R. dist. ant. Complet potentiam in actu primo, N. complet potentiam in actu secundo, C.

XXX.

C. 18. ibid.

Non sit suscipitur gratia, ut homines propriam perdant voluntatem, homines non sine suâ voluntate, sed suâ propriâ voluntate veniunt, suâ voluntate pugnant, suâ voluntate eligunt.

XXXI.

Inst. 2. Potentia præmotione destituta, est inutilis ad agendum: ergo non est completa.

R. dist. ant. Si non possit ad actum reduci, C. secùs, N. Jam verò voluntas præmotione destituta, potentiam habet expeditam Deum amandi, licèt nunquam futurum sit, ut Deum amet sine præmotione.

XXXI.

C. 19. ibid.

Intuebantur (Patres) istud principium; quod Augustinus explicuit, inculcantque frequentissimè, liberum hoc esse, quod est in nostra potestate: *hoc autem in nostra esse potestate*, quod fit quando volumus, *seu ut alibi dicit, quod aliquis*, si vult, facit; si non vult, non facit, *Hâc autem definitione quam Augustinus velut immobilis, ac*

[a] *In ore Prosperi, sanum; sed in ore D. Marechal suspectum.*

Sic v. g. *licèt Vir Nobilis facultatem habeat incedendi nudus in medio foro de die, vel abscindendi sibi digitum vel nasum, non sequitur idcirco potentiam illam esse inutilem,* quamvis nunquam sit reducenda ad actum, quamdiu erit sui compos; quia scilicet ex amore sui & honestatis vult membrorum suorum integritatem, & honestè incedere. Ita pariter quamvis præmotus ad amandum Deum nunquam sit positurus pro illo tempore odium Dei, non sequitur idcircò potentiam non amandi esse illi inutilem.

Idem in Dictatis 1719. mutatis dumtaxat exemplis in pœnitentia, & homine latronibus occurrente.

certissimæ veritatis regulam tenet, & omnes Discipuli ejus tenuerunt, omnis omnino voluntas, seu volitio rationalis libera est, quia quemadmodum impossibile est ut non fiat quando volumus, & fiat quando nolumus, ita consequenter impossibile est, ut non sit in nostra potestate, & hoc ipso libera ......quod si velle non potest nobis non esse liberum, si gratiæ facit ut arbitrium velit, facit etiam ut liberè velit, & nulla inter gratiam & liberum arbitrium est repugnantia.

Dixerat ibidem superius.

Quamvis, ut dixi, verissimo, gratiæque medicinali congruentissimo sensu, liberum arbitrium etiam peccato læsum, tam ante quàm post susceptam gratiam possit velle & nolle, agere & non agere, consentire, ac dissentire, agere bonum ac malum si voluerit.

XXXII.

Inst. 3. Ligatus vinculis non habet potentiam expeditam currendi; ergo nec præmotus ad amorem habet potentiam expeditam non amandi.

R. N. conseq. Disparitas est, quod vincula non sint in nostra potestate; *ligatur enim homo invitus, ut supponitur, unde de illo dici non potest, quod possit currere si velit.* At vera præmotio saltem ex parte termini sui est in nostra potestate; sic enim spectata est actus nostræ voluntatis; *atqui actus nostræ voluntatis est omnimodè in nostra potestate; semper enim præstò est, inquit Augustinus, dum volumus.* Deinde præmotio est secundùm nostram inclinationem, & accommodata naturæ nostræ; nam præmotio ex parte termini est *amor rerum cælestium*; sed omnis amor est secundùm nostram inclinationem; non autem vincula.

XXXII.

Ibidem c. 19.

Delectatio non indifferentem facit voluntatem, sed indifferentiam ad alteram partem vehementissimè trahit.

XXXIII.

Huic Instantiæ consonat altera ex q. 2. § 3. obj. 2. ut sequitur.

Inst. 1. Ille non habet in potestate sua conversionem suam, qui non habet in potestate sua Dei motionem: sed homo lapsus non habet in sua potestate motionem Dei efficacem: ergo.

R. dist. min. Sed homo non habet in potestate sua Dei motionem originativè sumptam, C. quia origo præmotionis est misericordia Divina, seu bona Dei voluntas, de qua non disponimus ut volumus. Sed homo non habet in potestate sua Dei motionem efficacem terminativè sumptam, N. nam terminus motionis Divinæ est voluntatis nostræ consensus in bonum opus; *atqui talis consensus à nobis etiam dependet; cùm homo Divinæ motioni cooperetur:* ergo, &c. unde, inquit Augustinus, *aguntur homines per gratiam, seu motionem Dei, non ut nihil agant, sed ut aliquid agant.*

XXXIII.

Et cap. 20. ejusdem Libri.

Delectatio quippe suaviter voluntatem provocat & provocando facit velle, & ipsum velle dando, etiam posse (consequens) largitur; quo enim quisque vehementiùs vult, eò robustior est, sive in bonum, sive in malum; quia in libero arbitrio posse (consequens) non præcedit, sed sequitur voluntatem.

XXXIV.

Ibid. obj. 3.

Objicies 3. Ille non est liber, qui seipsum non determinat; cùm antecedenter à Deo sit determinatus; ergo, &c.

R. dist. min. sed præmotus ad agendum: seipsum non determinat per mo-

XXXIV.

L. 6. de Gr. Salv. c. 35.

Respondemus, seipsum agere & movere, dominium quoddam super actum indicat, ut pro arbitrio sese moveat vel compescat; alioquin enim quantumvis internum sui motus principium habeat, agi & moveri potiùs

dum

dum agentis primi, C. per modum agentis secundi, N. equidem creatura præmota seipsam non determinat per modum agentis primi & independentis, quia priùs debet à Deo moveri quàm seipsam moveat: Deus enim est primus motor universalis, qui immotus omnia movet. At seipsam determinat per modum agentis secundi, quia inquit Augustinus, creatura agitur & movetur à Deo ut agat, non verò ut nihil agat.

quàm seipsom movere dicitur. Hoc autem omnino postolat, ut soper actum suum reflectere possit, non solùm appetendo, sed etiam judicando: nam sive potestas appetitia super seipsam sola reflecteretur, sive solà cognitiva, semper eodem modo istud agens; sicut bruta, moveretur vel refrænaretur Hæc ergo potestas reflectendi sese super actum soum, propter immaterialitatem, quà nulli materiæ alligata est, objectique vastitatem, rationi & voluntati creaturæ rationalis propria est. Ex ratione habet, ut possit de fine & mediis judicare, ea conferre, vtrorumque proportionem expendere, & per hoc ipsum, de proprio suo judicare, nòm rectè judicaverit. Ex voluntate habet, ut possit non solùm appetendo movere, sed etiam super motum suum se reflectendo velle movere; & in hoc propriè sita est potestas movendi se. Et quia in omni rationali motu semper adest expressè vel tacitè hujusmodi super se reflexio, semper etiam in omni rationali motu, seu consensu suo movet se, ac dominatur sui. Hoc est igitur propriè quod bruta, pueros, & insensata deficit. Impetu enim concitantur, & refrænantor; non judicio & approbante motum; vel quietem suam voluntate: idqoe sive idem semper obvium appetant aut fugiant, sive pro diversis imaginum cursibus diversa...... Sic ergo ratio cum plenissimo, tranquillissimo, serenissimoque judicio judicet, sibi diligendum esse Deum, & se sanctissimè judicare judicet; voluntas verò amando rationem sequi velit, & hoc si velle velit, & cessare nolit, perfectissimè Beati seipsot movent, & sui actùs perfectissimum dominium habent. Necessitas enim quæ in actu apparet, ab ipsa voluntate, & domini & libertatis ejus perfectione proficiscitur. quia ipsa sibi necessitatem facit, non per modum naturæ, sed perfectissimæ libertatis, *movendo & determinando se.*

XXXV.

Inst. 3. Quod præcedit exercitium libertatis impedit libertatem: atqui præmotionem exercitium libertatis antecedit: ergo, &c.

R. dist. maj. Si causet exercitium libertatis contra indigentiam creaturæ liberæ, C. secùs, N.

XXXV.

C. 37, Ibid.

Duplex necessitas cogitanda est, alterà præcurrens actum, & dominans actui, quem in alteram partem figat. Talis est necessitas omnis agentis naturalis: & quod illam habet, non agit, sed agitor...... alia necessitas est sequens voluntatem, & ab ipsa manens, quam sibi ipsi volontas facit. Sub ipsa quippe voluntate cadit, non solùm sui determinatio ad alterum oppositorum, sed etiam determinationis modus, quando propter pondus rationum evidentissimè cognitarum, & rationalis dilectionis magnitudinem nunqoam cessare eligit, & ita etiam in illo motu tantùm distat à necessitate naturali, necessitas illa volontaria, quantùm à natura voluntas, ab astrictione premente libertas fruent...... quemadmodùm igitur natura semper servat suum operandi modum, qui est agere per modum natoræ, agi non agere, determinari ab alio ad unum; ita voluntas semper & essentialiter servat suum operandi modum à natura distinctum, *qui est agere non agi, movere & determinare seipsum, agere* per modum libertatis, *sive contingenter agat sive necessariò.*

Dixerat C. 36. ibidem.

Constat hujusmodi improvisos voluntatis motus esse voluntarios & sine violentia, ex voluntate fluere, nec tamen etiam illo sensu (libertatis essentialis, seu generatim sumptæ) esse liberos. Deest illis qoippe id quod præcipuum est, quia non sunt in hominis potestate, non somus eorum Domini, fiunt sine plena rationis advertentia, profluunt invità repognanteque voluntate; quæ singula essentialiter repugnant libertati. Ampliùs ergo sine dobio requiritur, quàm esse voluntarium & sine violentia ut sit liberum.

XXXVI.

Inst. 4. Quod præcedit exercitium libertatis causat actum necessariò.

R. dist. ant. Causat actum necessariò

XXXVI.

L. 8. de Grat. Salv. C. 20.

Quemadmodum igitur cùm voluntas fortis gratiæ delectatione præparatur, ut ar-

necessitate consequentiæ & infallibilitatis, C. causat actum necessariò necessitate absolutâ, N. *deuter diligat bonum, non potestas propriè peccandi aufertur, sed voluntas, & catenus tautùm potestas, quatenùs voluntas quæ à malo per istam gratiæ delectationem avocata vehementer afficitur bono; ita vice versâ, cum liberum arbitrium delectationibus præcipitatur in malum, ut ardentissimè illud diligat, non tam bene faciendi potestas ei tollitur, quàm voluntas & ideo potestas, quia voluntas, posse enim sequitur voluntatem.* Illud scilicet posse quod Domini *Marechal*, *Lengrand*, & alii appellant potentiam consequentem, futuritionis, & positionis.

De quo posse sic loquitur Jansenius L. 3. de Gr. Salv. C. 15. Postquam tres potentiæ, seu possibilitatis modos recensuit, remotam scilicet, paulò propinquiorem, & multò pleniorem, ac propinquiorem.

XXXVII.

Inst. 6. Delectatio victrix se tenet ex parte potentiæ: ergo imponit necessitatem.

R. dist. ant. Delectatio victrix indeliberata se tenet ex parte potentiæ, C. quia talis delectatio est motio Dei sufficiens, quæ ultimum suum non consequitur effectum ad quem ordinatur ex voluntate Dei antecedente, propter resistentiam creaturæ. Delectatio victrix deliberata se tenet ex parte potentiæ, N. nam talis delectatio consistit in amore efficaci voluntatis; sed amor ille Sanctus se tenet ex parte actûs secundi, cùm sit exercitium libertatis creaturæ.

XXXVII.

Quarto itaque completissimè *dicimur posse, quando S. Spiritùs inspiratione sic voluntas præparatur, ut non nudè possit, sed etiam velit. Tali gratiâ non solùm posse, sed etiam ipsum agere adjuvatur. Dat enim non solùm posse si velis, sed & velle quod potes. Hoc posse nunquam habetur, nisi quando reipsâ quoque agitur, & est proprius effectus non fidei, aut charitatis, seu bonæ voluntatis habitualis, sed illius gratiæ actualis, quam Christus attulit hominibus infirmis per Crucem suam...... Hæc igitur gratia actualis completum posse tribuit, hoc ipso quo velle tribuit...... de tali posse tanquam vero effectu gratiæ Christi actualit, quod cum velle indisjunctè sociatum est, sæpe August. mentionem facit.*

XXXVIII.

Inst. 7. Omnis delectatio complet potentiam creaturæ; ergo se tenet ex parte potentiæ.

R. dist. ant. Complet potentiam creaturæ in ratione agentis, C. complet potentiam possibilitatis & separatam ab effectu suo, nam quod ad actionem creaturæ dumtaxat requiritur, & non ad ejus possibilitatem, non complet potentiam solitariam creaturæ, id est, separatam ab actione sua; atqui illa delectatio superaddita requiritur tantùm ad existentiam actionis creaturæ.

XXXVIII. Et L. 8. de Gr. Salv. c. 10.

Unde cùm alio in loco dixisset (Aug.) omnes homines ad Dei præcepta se convertere posse, si velint, ut intelligeremus istam potestatem proximam *convertendi se non præcedere, sed sequi, seu comitari ipsam bonam voluntatem, & in ipso primo & forti bene velle constitutam esse, loco explicationis adjungit: verum est omnino, omnes homines hoc posse, si velint, sed præparatur illa voluntas à Domino, & tantùm augetur munere charitatis ut possint.*

Verùm Jansenius l. 8. de Gr. Salv. c. 20. & c. 4. ejusdem libri cognoscit sub gratia efficaci & determinante ad actum bonum, potestatem antecedentem & merè possibilitatis ad oppositum, quam etiam appellat potestatem peccandi perfectissimam: quam nec prohibet dici completam in actu primo. Modò ista particula in actu primo sit particula alienans respectu potentiæ, completæ, sicut ly Thomisticè est particula alienans respectu gratiæ sufficientis apud Jansenistas.

Idem dic cum proportione de potestate ad oppositum sub delectatione terrena superante cœlestem. Vide supra n. 36. textum ex l. 8. c. 20.

XXXIX.

Inst. 8. Ex illa parte se tenet delectatio victrix, ex qua parte se tenet infirmitas:

XXXIX. Sic autem loquitur c. 4.

Sicut ergo in sensu composito veræ sunt hujusmodi phrases, quibus voluntas acta

sed infirmitas tenet se ex parte potentiæ; ergo, &c.

R. dist. min. Sed infirmitas tenet se ex parte potentiæ consequentis, positionis & futuritionis, C. quia nunquam eveniet, ut creatura bonum operetur sine præmotione physica, seu delectatione victrici, licèt possit illud agere.

Sed infirmitas tenet se ex parte potentiæ antecedentis & possibilitatis, N. cùm ergo extinctum non sit liberum arbitrium per peccatum originale, homo semper retinet potentiam naturalem & physicam bonum agendi, licèt nunquam eventurum sit, ut illa potentia reducatur ad actum sine præmotione physica.

Retinet etiam potentiam moralem per motionem sufficientem; unde tunc si non âgat homo urgente præcepto, non oritur ex resistentia creaturæ, quæ liberrimè convertitur ad creaturas.

per Divinam gratiam dicitur non posse resistere Deo, non posse dissentire ab eo, quod per eam vult operari Deus non posse declinari, non posse superari; ita è contrario, in sensu diviso veræ sunt, quibus dicitur posse declinari, posse superari, posse dissentire. Eodem igitur modo locus Tridentini, quo dicit, quod liberum arbitrium à Deo motum & excitatum possit dissentire si velit, *item quod* inspirationem recipiens, illam & abjicere potest, *non difficulter ab eis & à nobis solvi potest. Concilium enim in sensu diviso, inquiunt loquitur, quo significatur, ita hominem recipere Dei inspirationem & motionem, & excitationem istius delectationis, aut prædeterminationis (addo, si libet, etiam actualem ipsius voluntatis consensionem ac motum) ut nihil auferat ejus voluntati potestatem dissentiendi, si velit, quamvis dissensus actualis tum illis præsuppositis componi nequeat. Potestas enim dissentiendi non repugnat isti excitationi, aut delectationi, aut prædeterminationi, aut ipsi etiam consensui actuali voluntatis, sed tantùm dissensus actualis......hæc & similia respondent ii qui physicam prædeterminationem tuentur, ut per eam non destrui libertatem patefaciant : quæ sanè omnia ad istam veram Augustini gratiam ab adversantium argumentis eripiendam, tuendamque illam arbitrii libertatem, quam putant esse necessariam, mutatis tantùm vocabulis hùc transferri possent.*

XL. iterùm l. 8. de Gr. Salv. c. 20.

Hoc sensu S. Prosper: Qui ad obediendum sibi ipsum velle sic donat, ut etiam à perseveraturis illam mutabilitatem, quæ potest nolle, non auferat. *Quibus verbis significat, manere in Sanctis illis mutabilitatem, quæ in tentatione mutari potest, propter pugnam videlicet carnis & spiritûs....hæc est ergo peccandi potestas, quæ etiam sub gratia quantumcumque ad bonum determinante manet......hoc ergo modo sentit Augustinus & Prosper sub gratia manere peccandi potestatem, quia præter naturalem flexibilitatem ad malum, manet etiam concupiscentia, per cujus tentationes animus mutari potest.*

XLI. l. 6. de Gr. Salv. c. 5.

Hoc ipso quippe quo voluntas est, utique voluntas est, hoc est, eo ipso quo volumus, utique volumus: hoc ipso verò quo voluntas est, jam est in potestate, quia hoc ipso fit cùm volumus, hoc ipso igitur etiam libera est : hoc enim & nihil præterea, liberum est quod est in nostra potestate...hinc proficiscitur, ut sicut volitionem nostram liberam esse probat, quia est in nostra potestate, & fit cùm volumus; ita è contrario omne id non liberum sed necessarium esse docet quod est extra potestatem, hoc est, quod fit cùm nolumus, vel non fit cùm volumus : times quod etsi nolis, erit, & non times quod si nolis non erit. *Hoc est, times quod non est tibi liberum, scilicet mortem, & non times, quod tibi liberum est, mortem scilicèt æternam.*

XLII. Et c. 35. ibidem.

Et ne quis ab illa regula libertatis voluntatem ipsam, seu volitionem excluderet, rationis cujus in nostra potestate & liberum nobis est quidquid liberum est, statim adjicit, & crebrò repetit : quapropter nihil tam in nostra potestate quàm ipsa voluntas, *hoc est, volitio.....*ea enim, *respondet ipse Aug.* prorsus nullo intervallo mox ut volumus præstò est......*si præstò est cùm volumus, & non præstò est cùm nolumus, ergo libera est nobis.*

XLIII. l. 8. de Gr. Salv. c. 5.

Ex opposito S. Augustinus, ut libertatem astruat, actionem quidem per gratiam fieri; non tamen sine voluntate nostra profitetur. Potiùs intelligant, si filii Dei sunt, se agi, ut quod agendum est agant, *ipsimet scilicet, non solus Deus;* & cùm egerint ipsimet,

illi à quo aguntur gratias agant, aguntur enim ut agant, non ut ipsi nihil agant..... *Non aliter libertatem arbitrii incolumem manere probat, nisi quia nos non otiosi sumus aut nihil agimus, sed simul aliquid agimus.* Respondeo, *inquit*, imò & agis, & ageris. Et tunc bene agis, si a bono agaris. Spiritus enim Dei qui te agit agentibus adjutor est.... .nemo adjuvatur, si ab alio nihil agatur. Et *iterùm*, si non esses operator, ille non esset cooperator.

XLIV. l. 6. de Gr. Salv. c. 6.

Ex his vides, quàm enormiter aberrent illi, qui ut probent, ad libertatem arbitrii requiri indifferentiam, & abesse debere necessitatem, illo loco utuntur Augustini de civitate Dei, (l. 5. c. 10.) tùm non tantùm ex usu votis necessitas, *quem apud Augustinum & veteres Scriptores habet, sed ex ipsa contextûs evidentia perspicuum sit, eum de necessitate coactionis loqui. Nec ista eorum hallucinatio in solis Augustini scriptis stetit, sed ubicumque in sequentibus Patribus illud necessitatis nomen à libertate secludi viderunt, statim illam necessitatem voluntatis ad unum determinatæ suspicati sunt, eòque notissimam illam libertatis divisionem à necessitate, à peccato, à miseria, quæ ab Hugone, Bernardo, Magistro sententiarum, & aliis traditur, traxère; cùm scholasticorum antiquorum unanimi judicio necessitas coactionis in illa divisione intelligenda sit.*

XLV. Et c. 16. ibidem.

Mihi verò ut ingenuè loquar, non mediocriter admirationi fuit, qui fieri potuerit, ut plerique scholastici hujus ævi illam Sancto Bernardo sententiam imposuerint, quod ab arbitrii libertate omnem omnino determinationem ad unum excluserit, etiam voluntariam. Nimis profectò est illa Scriptoris istius (Marsilii) somnolenta lectio. Sed idem omnino quod in Augustino & Damasceno legendo eis contigit. Verbum enim istud necessitatis, *eis sine dubitatione hallucinandi causa fuit. Etenim cùm vocabulum istud ex hujus ætatis & aliquot præcedentium sæculorum usu, id omne significare soleat quod quoquo modo necessariò fieri dicitur, sive impetu sic ferente naturæ, sive violentia, sive firma & immobili voluntate fiat, non animadverterunt longè alia significatione ab Augustino, Damasceno, Bernardo, Magistro sententiarum, & penè omnibus ejus primis interpretibus in explicanda arbitrii libertate usurpari. Necessitas enim apud ipsos impetum & pondus quoddam significare solet, odiosum libertati, quod nolendo removeri nequeat. Ex quo fit, ut non audeant illud voluntati bonæ beatorum sive hominum, sive Angelorum, nisi cum quadam præfatione tribuere, sicut supra diversis testimoniis ab Augustino comprobavimus.*

XLVI. Et c. 38. ibid.

Bernardus docet, inculcat, repetit, impossibile esse ut volitio non sit libera, solamque coactionis necessitatem inimicam esse libertati.

XLVII. l. 8. de Gr. Salv. c. 20.

Hoc sensu alloquimur homines etiam infideles ut credant, credentes diligant, ut operentur, omniaque præcipiendi, consulendi, hortandi, corripiendi incentiva adhibemus, non ut significetur adesse illam immediatam operandi potestatem quam tribuit gratia, *ut nutu voluntatis ei tantùm accedente, influxus ejus sequatur, aut non sequatur; sed (quod sæpiùs ex professò S. Augustinus docet) ut significetur eos quibus loquimur, habere liberum voluntatis arbitrium, quo præceptum, aut consilium fieri potest, & non fieri, & per nostrum illud adminiculum sciant, quò debeant suam convertere voluntatem. Sed si desit gratia, quæ voluntatem peccato inhiantem flectat in bonum, potestas illa benefaciendi effectu suo cassa remanebit, nec tamen qualiscumque potestas benefaciendi esse desinet, quà sub peccandi & non credendi delectatione, ac determinatione constituti, possunt credere & benefacere. Hoc enim in eorum natura liberi arbitrii constitutum est, & quamdiù hic vivitur, mutari in utramlibet partem potest. Nam ut Augustinus:* posse habere fidem, sicut posse habere charitatem naturæ est hominum. *Quod perinde est, ac si diceret, homo naturaliter per liberum arbitrium habet potestatem, quò dici potest posse credere, nam posse habere fidem, nihil aliud est quàm posse credere.*

XLVIII. l. 6. de Gr. Salv. c. 4.

Recentiores imaginantur, illum tantummodò actum esse in nostra potestate, hoc est, in

in libero nostræ voluntatis arbitrio & illius tantùm nos esse Dominos, quem pro libitu nostro positis omnibus ad agendum necessariis possumus facere & non facere: qua in re, juxta Augustini sententiam creberrimè nobis explicatam, sine dubio falluntur.

XLIX. l. 7. de Gr. Salv. c. 14.

Et sanè, si non est alia libertas vera voluntatis, quàm agendi & non agendi, seu faciendi, & abstinendi ab eo quod facis, gravissima absurda evitari nequeunt, quibus non solùm tota doctrina S. Augustini funditùs concutitur, sed etiam sensus Christianæ pietatis læditur, & communis offenditur.

L. l. 8. de Gr. Salv. c. 5.

Verùmtamen meritò dubitari potest, utrum Aug. eo modo intellexerit incolumem permanere libertatem, atque ita senserit, influxum gratiæ cum libero arbitrio conciliandum esse, quatenus sub ejus efficacia determinante voluntatem ut velit & agat, simul potestas maneat, ut non velit & non agat......si Augustini monumenta lustremus universa, quæ contra inimicos gratiæ, Pelagianos exaravit, nusquam vestigium apparet ullum, ex quo colligas, ea ratione, vel ab ipso defensam arbitrii libertatem, vel gratiam cum libero arbitrio esse conciliandam.

LI. Item c. 19. ibid.

Augustino, Discipulis, & posteris ejus, definitio ista liberi arbitrii, quà nunc Scholastici quidam id esse volunt, quod positis omnibus ad agendum prærequisitis potest agere & non agere, ita videlicet, ut sicut ipsi intelligunt, tam agere quàm non agere, cum omnibus ad agendum prærequisitis, pro mero beneplacito voluntatis, conjungi disjungique possit, ad multa sæcula fuit ignotissima, sicut etiamnum ab omnibus, qui gratiam physicè determinantem liberum arbitrium tuentur, velut Christi gratiæ capitaliter inimica reprobatur. Nam ista definitio, quæ recto sensu exponi potest, eò potissimum de causa in isto prædicto sensu à quibusdam Recentioribus urgetur & exaggeratur, ut ita Dei, hoc est, gratiæ medicinalis operationem, non minùs atque habituum, liberæ voluntati subjectam ad concurrendum & non concurrendum esse tueantur.

LII. l. 6. de Gr. Salv. c. 8.

Accedit denique paradoxum, in Augustini doctrina inauditum esse........quod actus aliquis voluntatis propterea liber sit, quia ab illo desistere voluntas, & non agere potest; cùm potiùs diametraliter è contrario, semper ab eo propterea libertas alicujus actui asseratur, quia eum voluntas agere potest: ex quo fit ut............in nullis Augustini libris vel semel inveniri queat unus textus, vel vestigium opinionis istius, quod idcircò voluntas sub gratia quæ facit eam facere, maneret libera, quia cessare potest; sed potiùs conspirant omnia, idcircò esse liberam, quia gratia voluntatem nihil agentem potentissimè velle & operari facit. Nam quamvis verissimum sit, voluntatem sub gratia Dei ab agendo posse cessare, (sicut in Adamo & Angelis sine ulla dubitatione cessare potuit) hoc tamen ut dixi, veræ libertati voluntatis humanæ, juxta Augustinum, per accidens conjunctum est, & nihil omnino ad libertatem (generalem) volendi & operandi facit.

LIII. ibidem c. 20.

Neque quisquam ex eo consectarium esse putet, nullam superesse libero arbitrio indifferentiam.......absit ut hoc vel Augustinus, vel quisquam illorum scriptorum quos protulimus, suspicatus fuerit: cujus contrarium ex Augustini Scriptis infra adversus Hæreticos nostri temporis probaturi sumus..... sed hoc tantùm asserimus, non in istis indifferentiis, quocumque modo tandem ipsæ illæ intelligi debent, esse sitam, juxta Scriptores illo., essentialem arbitrii libertatem ex qua liberum nuncupatum est.

LIV. ibidem c. 34.

Quapropter liberum arbitrium in omnibus, sive Beatis, sive damnatis, sive viatoribus, sive Deo, sive creaturà, uniformem libertatis rationem obtinet, etsi difformem statum.......in Angelis & primo homine viatore indifferentissimum fuit ad bonum & malum; in hominibus lapsis viatoribus itidem indifferens; sed longè minùs.........ita fit ut liberum arbitrium pro natura cujusque, vel ordinis divinitùs instituti, vel meritorum

diversitate diversum statum sortiatur, in quo ad diversa actionum genera potens, promptum & expeditum fiat, citra tamen ullam ipsius liberi, seu formalis rationis libertatis varietatem..........quamobrem quando Scripturae, vel Patres, vel Concilia indifferentiam illam agendi boni & mali, & arbitrii flexibilitatem ad utramlibet partem urgent, aut judicant, aut provocant, per quam videlicet possumus, si velimus, bene vel male vivere, velle, vel nolle, Divinae inspirationi liberè consentire, eamque abjicere, Deo vocanti, consentire vel dissentire, certum liberi arbitrii statum respiciunt, cui hujusmodi flexibilitas propria & semper praesto est.

CENSURA.

PRiusquam Sacra Facultas de materia hujus Articuli judicium proferat; quædam observanda esse, & quædam in memoriam revocanda ducit.

1°. Dominos *Lengrand* & *Marechal* agere in Dictatis suis, quorum testimonia allegata sunt, de libertate, quâ homo gaudet sub gratia Salvatoris, & concupiscentiâ, adeoque de illa, sub qua homo meretur & demeretur in statu naturæ lapsæ. Hinc Dominus *Lengrand* objectâ sibi tertiâ Propositione Jansenianâ quæ *meritum & demeritum* spectat, non negat se agere de ista libertate; sed solùm reponit, cum præmotione physica stare necessitatem consequentiæ, non verò consequentis. Ita Jansenius l. 6. 7. & 8. de Gr. Salv. scribebat de libertate ad meritum & demeritum requisitâ.

2°. Illos cum Jansenio libertatem definire: *Potestas vivendi ut volumus, seu ut volueris.*

3°. Eosdem proinde in statu naturæ lapsæ agnoscere libertatem à coactione, quâ ex prævia rationis directione volumus.

4°. Jansenium quidem apertâ fronte rejicere communissimam libertatis definitionem: *Potestas agendi & non agendi positis omnibus ad agendum prærequisitis*: sed illos Professores Magistro aliquatenus cautiores, contentos fuisse illam definitionem altissimo silentio involvere.

5°. Eosdem Professores sicut & Jansenium, à libertate definita, & agnitâ in hoc statu, excludere *necessitatem absolutam*, *necessitatem naturæ*, qualis est *in igne ad comburendum*, *in Bellua ad ambulandum*; necessitatem *consequentis inimicam libertati*: sed ipsos cum illa libertate conjungere aliam speciem necessitatis, quàm illis placet appellare *necessitatem consequentem*, *necessitatem voluntariam*, *necessitatem infallibilitatis & consequentiæ*. Illos pariter cum eadem libertate copulare *impotentiam & impossibilitatem* ponendi oppositum, quam dicunt *voluntariam*, *liberam & ex suppositione*; quamvis fateantur illam impotentiam, sicut & necessitatem consequentem; oriri ex vi delectationis antecedentis, secundùm quam necesse est operari.

6°. Illos nihilominus, præeunte & inculcante Jansenio, admittere sub quacumque delectatione *Facultatem electivam*, *Dominium super actum*, *indifferentiam activam contradictionis & contrarietatis*, *nec-non potentiam ad oppositum*. Certum est, inquit D. Marechal in prænotatis q. 3. indifferentiam ad bonum & malum agendum, necessariam esse libertati creaturæ in statu naturæ lapsæ consideratæ saltem ad *merendum & demerendum*.

7°. Eodem Jansenio oculatiores, potentiam ad oppositum, quæ ad libertatem requiritur, æquiparare, ac comparare cum potestate ridicula, quem habet homo gravis, sui compos, nobilis, aut in dignitate constitutus, *extra casum necessitatis, aut stultitiæ supervenientis*; quam inquam, habet, *ad abscindendum sibi nasum, aut digitum; ad incedendum nudo corpore in medio foro de die; ad exiliendum ex altiori fenestra, &c.*

8°. Dominum Marechal speciatim, tamquam fervidum Jansenii Discipulum, hanc ponere disparitatem inter præmotum ad amorem, & vinculis ligatum, quoad libertatem; quod vincula non sint in nostra potestate, quia homo ligatur invitus, ideoque de illo dici nequeat, *quod possit currere si velit*: præmotio autem terminativè sumpta, sit in nostra potestate, quia importat actum voluntatis, qui sub ista ratione *est omnimodè in nostra potestate, cùm præsto sit, dum volumus.* Quod insuper *præmotio sit secundùm nostram inclinationem, & accommodata naturæ nostræ*, cùm sit amor, non autem vincula. In quibus omnibus laudatur quidem *libertas à coactione*; sed nulla mentio fit *de libertate à necessitate.*

9°. Juxta eumdem, motionem Dei efficacem terminativè sumptam, esse in potestate hominis lapsi, quia homo lapsus *Divinæ motioni cooperatur*, ratione cujus dicebat Au-

gustinus: aguntur homines per gratiam, seu motionem Dei *non ut nihil agant, sed ut aliquid agant.*

10°. Ambos Professores Jansenium sectantes, libertatem repetere ex actu cum ratione posito, potiùs quàm ex potestate indifferenti ad agere & non agere.

11°. Memoriâ recolendum esse illos Professores, juxta Censuram Articuli praecedentis, docere horrendum delectationum necessitantium systema.

His omnibus maturè consideratis, censet Sacra Facultas, Dominos Lengrand & Marechal apertè tradidisse Discipulis suis *tertiam Hæresim Jansenianam*, quæ hujus tenoris est, *ad merendum & demerendum in statu naturæ lapsæ non requiritur libertas à necessitate, sed sufficit libertas à coactione.* Quod fusiùs explicari posset his terminis; ad merendum & demerendum in statu naturæ lapsæ requiritur quidem libertas excludens necessitatem naturalem, necessitatem absolutam & immutabilem; sed non requiritur libertas opposita necessitati simplici & mutabili ortæ ex principio antecedente, & quantumvis determinante ad volendum, modò illa necessitas juxta novi Dictionarii Janseniani præscriptum appelletur *voluntaria, consequens, infallibilitatis, consequentiæ: summæ difficultas*, aut illi addantur hæ aut similes particulæ, *infallibilitatis, consequentiæ, secundùm quid, ex hypothesi*; ac proinde sufficit libertas à coactione, seu ab illa vi, quâ aliquid nobis invitis & reluctantibus fieret; cùm exclusio necessitatis naturalis, absolutæ, & immutabilis magis teneat se ex parte subjecti, & status, quàm ex parte libertatis ut sic. Posset rursùm ista Hæresis exponi hoc modo; ad merendum & demerendum in statu naturæ lapsæ necessaria quidem est illa libertas indifferentiæ, seu potestatis ad agendum & non agendum, quæ immutabili potentiæ activæ opposita est, sed non requiritur illa libertas indifferentiæ, quæ excludit necessitatem simplicem, variabilem, seu desultoriam, secundùm quam voluntas potest agere necessariò, modò ex vi delectationis cœlestis superantis terrenam, modò ex vi delectationis terrenæ superantis cœlestem: adeoque sufficit libertas à coactione, quâ voluntas sub rationis ductu velit, nunc ex determinatione unius delectationis invincibilis, nunc ex determinatione alterius delectationis similis

Quod asserit Dominus *Marechal, infirmitatem*, quam experimur in hoc statu naturæ lapsæ, ægræ, debilis, sauciatæ, &c. *non tenere se ex parte potentiæ antecedentis, seu actus primi, sed tantùm ex parte actûs secundi, manifestè adversatur Scripturis, summis Pontificibus, Conciliis, Patribus, S. Thomæ & generali Scholasticorum, ac Fidelium persuasioni.*

Hinc capite 4. illius Collectionis quæ Epistolæ Cœlestini Papæ ad Episcopos Gallos subjecta est. » In prævaricatione Adæ omnes homines naturalem possibilitatem » & innocentiam perdidisse, & neminem de profundo illius ruinæ per liberum ar- » bitrium posse consurgere, nisi eum gratia Dei miserentis erexerit, pronuntiante » beatæ memoriæ Papâ Innocentio, atque dicente in epistola ad Carthaginense » Concilium, liberum enim arbitrium ille perpessus, dum suis inconsultiùs utitur » bonis, cadens in prævaricationis profunda, demersus est, & nihil, quemadmo- » dùm exinde surgere posset invenit, suâque in æternum libertate deceptus, hu- » jus ruinâ jacuisset oppressus, nisi eum post, Christi pro suâ gratiâ relevasset ad- » ventus, &c.

Et Canone 1. Concilii Arausicani secundi » Si quis per offensam prævaricationis » Adæ non totum, id est, secundùm corpus & animam, in deteriùs dicit hominem » commutatum, sed animi libertate illæsâ durante, corpus tantummodò corruptioni » credit obnoxium, Pelagii errore deceptus, adversatur Scripturæ dicenti: *Anima quæ peccaverit, ipsa morietur.* Et nescitis, quoniam cui exhibetis vos servos ad obe- » diendum, servi estis ejus cui obeditis? A quo quis superabitur, ejus & servus ad- » dicitur.

Item Can. 13. » Arbitrium voluntatis in primo homine infirmatum, nisi per » gratiam Baptismi non potest reparari. Quod amissum, nisi à quo potuit dari, non » potest reddi. Unde ipsa veritas dicit; Si vos Filius liberaverit, tunc vere liberi » eritis.

Et Can. 22. » Nemo habet de suo nisi mendacium & peccatum.

Similia reperire est in Patribus, ac speciatim Augustino & Prospero.

Eamdem veritatem agnoscit Tridentinum Sess. 6. c. 1. » Tametsi liberum arbi- » trium minimè extinctum esset viribus licet attenuatum & inclinatum.

Idem confitetur S. Thomas 1. 2. q. 109. a. 2. O. his verbis: » Quia tamen natura » corrupta per peccatum non est totaliter corrupta, ut scilicet toto bono naturæ

» privetur; potest quidem etiam in statu naturæ corruptæ per virtutem suæ naturæ » aliquod bonum particulare agere (sicut ædificare domos, plantare vineas, & alia » hujusmodi) non tamen totum bonum connaturale : ita quod in nullo deficiat. Sicut » homo infirmus potest per seipsum aliquem motum habere, non tamen perfectè po- » test moveri motu hominis sani, nisi sanetur auxilio medicinæ. Sic igitur virtute » gratuitâ superadditâ virtuti naturæ indiget homo..........in statu naturæ corruptæ » quantùm ad duo, scilicet ut sanetur, & ulteriùs ut bonum supernaturalis virtu- » tis operetur.

His accedit ratio manifesta. *Cùm enim*, inquit D. *Lengrand*, disput. 4. q. 2. §. 2. obj. 2. inst. 2. in resp. *homo in statu naturæ corruptæ comparetur homini viatori à latronibus spoliato, & vulnerato, ac semi-vivo relicto, de quo mentio est in Evangelio, debet sanari, elevari, & ad agendum applicari.* Eandem gratiæ sanantis & elevantis necessitatem agnoscit D. *Marechal!* nec sui Collegæ comparationem rejicere potest: atqui infirmitas viatoris semi-vivi relicti tenet se ex parte actûs primi: ergo. Deinde sanatio, elevatio, reparatio & termini æquipollentes respiciunt actum primum. Non potest igitur D. *Marechal* asserere infirmitatem in hoc statu non tenere se ex parte actûs primi, nisi loquendo pugnantia & contradicentia.

Hæc quidem effutiit D. *Marechal*, ne cogeretur admittere delectationem cœlestem tenere se ex parte actûs primi, ac proinde illam necessitare: sed.

Incidit in Scyllam cupiens vitare Charibdim.

Animadversione etiam dignum est, quod generatim statuit D. Marechal, *non amare Deum, malum est*; nam quamvis hoc verum sit, ubi præceptum amandi urget, quod sine dubio, *frequenter frequentiùs*, imò *frequentissimè* instat, tum per se, tum per accidens; fieri tamen potest, ut omissio amoris non sit mala, cùm præceptum amandi, ut potè affirmativum, non semper obliget, ut docet S. Thomas, & post eum omnes Scholastici.

ANNOTATIONES.

I. NEque dictis obstat quod DD. *Lengrand* & *Marechal* videri velint, sese subjicere condemnationi quinque propositionum in Jansenio damnatarum, & speciatim tertiæ propositionis: nam primò. Omnes Jansenistæ moderni, ne uno quidem excepto, nisi forsan famoso De *Vuitte*, damnant illas quinque propositiones in omni sensu hæretico quem habent, vel etiam in sensu aliquo determinato & peregrino, quem sub Innocentio XII. per insignem fraudem cœperunt appellare *obvium*, sic tamen ut easdem propositiones tueantur in sensu obvio Augustini Yprensis, quem aliis terminis æquipollentibus exprimere solent. Hoc omnes norunt, qui in hac materia aliqualiter versati sunt.

2°. Mos est Hæreticis familiaris & antiquissimus, pugnantia & apparenter contradicentia loqui. Hoc observarunt omnes Theologi, ipseque Jansenius in Pelagio. Id etiam adverterunt in Luthero, Calvino, ipsoque Jansenio quotquot contra illos scripserunt: & revera nulla est ex quinque propositionibus Jansenianis, cui Jansenistæ non opponant contradictoriam ex damnato Jansenii Augustino depromptam. Hâc Fallaciâ multis illuserunt Novatores.

3°. Ipse Jansenius, etsi Calvino plenissimè consentiret quoad vim movendi gratiæ, quoad gratiæ irresistibilitatem; quoad liberi arbitrii ideam & cooperationem; simulavit nihilominus, doctrinam suam à Calviniana differre, & prætensa quinque discrimina protulit l. 8. de Gr. Salv. c. 21.

4°. DD. Lengrand & Marechal in materia quinque propositionum, & tertiæ speciatim, eadem principia, easdemque conclusiones docent; iisdem probationibus, ac solutionibus utuntur; ac ipse Jansenius: nulla igitur inter eos potest esse differentia quoad rem; sed ut summum quoad vocem.

5°. Licet Professores Primarii indicent, se acquiescere condemnationi quinque propositionum Jansenianarum, nunquam tamen profitentur illas propositiones fuisse ex Augustino Jansenii excerptas, illasque in sensu à Janseniano intento esse hæreticas: ergo non damnant illas propositiones in sensu obvio, legitimo & germano, de quo erat controversia occasione Augustini Yprensis, *sed in sensu qui propositionibus malignè affingi posset, quem tamen legitimè sumptæ non habent*, ut loquuntur Authores Libelli

Libelli à tribus columnis, quem summo Pontifici obtulerunt, ad avertendam illarum propositionum condemnationem.

6°. Etsi in quibusdam circumstantiis non possit alicui Authori tribui propositio hæretica, quam negat, quantumvis ex ejus dictis inferatur; in aliis tamen circumstantiis prudenter judicari potest, ipsum esse reum illius propositionis, quam verbo tenùs negat, vel in sensu alieno rejicit. Sic judicatum est in Pelagio, Calvino & Jansenio, quorum antilogiæ apparentes eruditis notæ sunt. Adsunt autem in causâ Dominorum *Lengrand* & *Marechal* omnes circumstantiæ requisitæ, ut ipsis tribuatur tertia propositio Jansenìana, etsi illam in aliquo sensu rejiciant.

7°. Certum est, eandem Hæresim posse exprimi diversimodè, seu vario verborum tenore: igitur fieri potest, ut quis rejectâ propositione, quâ Hæresis efferri solet eandem mordicùs retineat sub alia expressione. Hâc fraude non rarò ntuntur Novatores, Vocabula *impossibilitas, irresistibilitas, necessitas*, inquiunt Jansenistæ, sunt hodie Fidelibus odiosa, nec modernis auribus satis accommodata: substituamus eis nomina minùs dura; impossibilitati, *moralem impotentiam*, irresistibilitati, *perpetuam gratiæ conjunctionem cum effectu immediato*; necessitati simpliciter dictæ, *necessitatem infallibilitatis*, Factâ hâc terminorum mutatione, manebit idem sensus, quem à nobis edocti facilè intelligent. Equidem impossibilitas est *impotentia in genere moris*: irresistibilitas gratiæ *nihil aliud est quàm perpetua illius conjunctio cum effectu immediato, &c.*

8°. Si ad amoliendam Hæresis suspicionem sufficiat aliqua terminorum variatio; ergo operarii subdoli poterunt Hæresim impunè propalare, adeoque fideles imminenti perversionis periculo erunt obnoxii.

9°. Experientiâ certissimâ constat, multos à 50. annis & ampliùs subscripsisse Formulario Alexandri VII. etsi nec sensum damnatum rejicerent, nec Jansenii factum agnoscerent: ergo non est fidendum iis, qui quidem generatim respuunt quinque propositiones Jansenianas, aut in Jansenio damnatas, sed de sensu & facto Jansenii nihil affirmant, ac præterea produnt se non aliam habere libertatis ideam quam Jansenius habuerit.

10°. Cùm D. *Marechal* in dubium revocarit factum Jansenii, ut patebit ex postremò hujus Censuræ Articulo; quis credat, ipsum damnasse sensum à Jansenio intentum?

11°. Inde etiam difficultas augetur, quod toti universitati Duacenæ innotuerit, Dominum *Marechal* scripsisse ad Potestates Supremas fœderatarum Provinciarum Belgii contra Formularii Alexandrini subscriptionem. An credibile est, talem hominem bonâ fide assentiri Constitutionibus adversus Jansenium editis?

II. In vanum opponent Professores Primarii, se quidem cum libertate conjungere necessitatem consequentiæ & infallibilitatis, non verò necessitatem naturalem, absolutam & consequentis: se sub gratia admittere determinationem per modum liberi; & secundum exigentiam creaturæ liberæ; non verò determinationem per modum naturæ, & contra exigentiam causæ liberæ: se sub quavis delectatione alteram superante, agnoscere impotentiam consequentem, voluntariam, liberam, & ex suppositione; non autem impotentiam antecedentem, involuntariam, & absolutam: se ad libertatem exigere facultatem electivam, dominium & reflexionem super actum; nec ad hoc sibi sufficere, ut quis agat ex impetu sicut bruta, pueri & insensati: se denique sub gratia & concupiscentia negare quidem potestatem ad agere & non agere, ad bonum & malum in sensu composito, non autem in sensu diviso.

Respondetur. 1. Hæc omnia à Jansenio Yprensi dicta & inculcata fuisse iisdem, aut æquivalentibus terminis, ut patet ex ejus testimoniis hoc Articulo relatis: ac proinde inepta esse, ut se à damnato Jansenii sensu discernant; cum enim principiis Jansenii inhæreant circa libertatis ideam, circa necessitatem & vim movendi delectationum indeliberatarum, nec verbulum proferant, ex quo colligi queat, ipsorum doctrinam à Janseniana differre circa materiam tertiæ propositionis: quî fieri posset, ut adhibitis aliquot distinctionibus Jansenio familiaribus, ab ipsa Hæresi purgarentur.

Respondetur. 2. Quod mirabiliùs est, eadem omnia à Calvino præoccupata fuisse, ut demonstrant Illustrissimus Cameracensis in Instructione Pastorali per modum Dialogorum, epist. 2. Livinus *Meyer* in Dissertatione de mente Concilii Tridentini, Joannes *Le Porcq* in libro, cui titulus: *Doctrina Augustini opposita Doctrinæ Jansenianæ* prob. 14. c. 54. Stephanus *Deschamps* l. 2. de Hæresi Janseniana, disp. a. de

lib arb. c. 6. quî fieri potest, ut qui hîc Calvino consentiunt, ab Hæresi Janseniana alieni sint?

III. Fatendum quidem est genuinos Thomistas hîc minimè suspectos esse, etsi cum Calvino & Jansenio admittant potestatem ad opposita in sensu diviso, non autem in sensu composito: cùm enim principiis & conclusionibus à Calvino & Jansenio differant: cùm ipsi aliam habeant libertatis ideam quam Calvinus & Jansenius: cùm à delectationibus indeliberatis, secundùm quas necesse est operari, abhorreant: cum bona fide gratiam verè sufficientem ad implendum præceptum agnoscant in eo qui præceptum non implet; & cùm aliunde omnibus Ecclesiæ & Summorum Pontificum Constitutionibus adversus Calvinum, Bayum, Jansenium, & Quesnellum editis, se sincerè subjiciant, promptum, ac facile est illis Thomistis affirmare, imò & ostendere, se tueri sensum divisum à Calviniano & Janseniano remotissimum.

IV. Dictùm est supra, *genuinos Thomistas*: quia hodie multi sunt spurii Thomistæ, qui vel apertè & directè Jansenii & Quesnelli Hæreses ac errores tuentur, vel illis impensè favent. Horum longam seriem possemus exhibere: verùm sufficiat nunc, præter DD. *Lengrand* & *Marechal*, designare *Contensonum* & *Massoulieum*.

Horum postremus in opere, cui titulus: *D. Thomas sui interpres*, &c. tom. 2. diss. 3. q. 6. Postquam tribus quæstionibus prioribus tres explicandæ gratiæ efficacis modos assignavit, quartum adducit, quem multipliciter probat, laudatque, asserens, eum convenire cum sententia communi, illum quidem non esse omnino necessarium, sed tamen plura habere commoda: unde ad illo utendum Lectorem hortatur, faseturque se illo frequentissimè uti, ad solvenda argumenta. Hic autem explicandi modus, est ipsissimum Jansenii Yprensis systema de duabus delectationibus indeliberatis, quarum altera alteram intensione, seu gradibus superans, obtinet infallibiliter effectum; sic ut eadem entitativè gratia sit modò superior, modò inferior; modò efficax; modò inefficax; modò obtineat effectum completum, modò incompletum. Callidè quidem *Massoulieus* reticet hîc Jans. nomen; sed mentem suam tam fusè totque modis exponit, ut nullus de ea dubitare queat, nec ullus sit tergiversationi locus. Proferamus aliqua testimonia ex longa ejus quæstione 6. & primo quidem in procemio: *dum*, inquit, *reclamat conqueriturque* (infelix homo) *etiam se vinci fatetur: quod nolo*, inquit, *malum hoc ago, quia virtus operatur.* CUPIDITAS *quippe operatur, cui superanti ceditur; majores enim vires sunt* ACCENSÆ CUPIDITATIS, *quàm ut spiritus obsistere possit, nisi gratia Christi opem ferat, &* REBELLEM CUPIDITATEM *comprimat.*

Item Articulo 2. n. 1. ita *igitur si fortior Divinæ gratiæ motio, & eà motione accensa charitas vincat, superetque* PRAVAM CUPIDITATEM, *tunc motio, Divinæ gratiæ efficax est: quod si è contra vehementior sit* IPSA CUPIDITAS, *cassa & inefficax redditur Divina motio, aut ejus vis ita retardatur, ut licèt effectum aliquem habeat, non habeat tamen perfectum, ad quem ex Divina ordinatione, ut supra dictum est, refertur.*

N. 2. *Et sanè satis esse videtur ut Divinæ gratiæ motio, & motioni physicæ vis agendi & efficacia tribuatur*, qualis tribuitur naturalibus causis, *quibus per se convenit agere physicè: atqui certum est causas non agere nisi ex proportione majoris inæqualitatis, & non semper eundem effectum ab eadem efficiente causa, v. g. igne produci, &c.*

Et N. 5. *Quod enim gratiæ Divinæ, v. g. ut quatuor interdùm effectum non habeat, non oritur ex defectu ipsius motionis Divinæ, quæ vim agendi non habeat; est enim verissimè sufficiens imò & naturà sua efficax, nec minorem suo in ordine vim habet agendi, quàm habeat, v. g. calor in ordine Physico, quem nemo negaverit, vim habere sufficientem comburendi, &c.........sufficeret enim reipsà ea motio, quà impellitur, v. g. ad erogandam pauperi eleemosynam, cùm præceptum charitatis proximè urget, nisi pravo avaritiæ* CUPIDITATIS LAQUEO COMPEDITA VOLUNTAS TENERETUR. *Quod si in eo statu* PRAVÆ CUPIDITATIS, QUÆ VOLUNTATI DOMINATUR, EAMQUE CONSTRINGIT, *præter eam motionem altera ipsi necessaria sit, & majoris remedii ope egeat, imputet sibi, & magnitudini morbi, &c.*

Et infra; *Unde ea semel supposita Divinæ gratiæ motio prævia & efficax, suà ipsa vi*, QUÆ MAJOR EST APPETITUS CUPIDITATE, *ex qua in homine oriri solet voluntatis resistentia; ipsam voluntatem inflectit.....& conjungit cum actu.*

Dixerat priùs: *Demùm probari potest ea sententia, & veluti huic explicandi modo colophon imponi, quod nihil prohibeat, hunc explicandi modum à veris & germanis SS. Augustini & Thomæ Discipulis ultrò, ac veluti obviis ulnis admitti.*

Præterea art. 3. versùs finem, *certa videtur esse D. Augustini sententia, efficaciam gratiæ in delectatione victrice, eo modo quo aliàs explicuimus, esse repositam; & tum*

delectationem à Deo immissam efficacem esse, CUM SUPERAT VOLUPTATEM TERRENAM. *Ita enim centies Augustinus, &c......* CERTUM EST *voluntatis resistentiam*, NON ALIUNDE ORIRI QUAM EX IPSA CUPIDITATE, *quæ repugnat charitati........adeo enim virtus naturæ rectè institutæ consentanea est, suasque delicias habet, ut nemo iis se non allici sineret, nisi alioquin* PRAVÆ CUPIDITATIS ADVERSA VOLUPTATE DETINERETUR; *atque inde illa inter* CUPIDITATEM, *& virtutem* PERPETUA PUGNA: NEC VINCERETUR ea CUPIDITATIS VOLUPTAS, *nisi Deus* MAJOREM DELECTATIONEM *immitteret quæ alterius vires minueret, &* CUPIDITATIS *resistentiam omnem superaret, ergo & in ea videtur esse posita gratiæ efficacia quod sit* DELECTATIO VICTRIX; ALTERIUS SCILICET DELECTATIONIS *quam sibi subjicit, & cujus resistentiam superat.*

Denique Articulum 4. ejusdem quæstionis sic concludit: *Cùm hic explicandi modus, sua, pluraque commoda habeat, quorum aliquam partem recensuimus; nihilque habeat, quod commumbus D. Thomæ ejusque Scholæ principiis adversum sit;* QUID VETAT EUM USURPARI? IPSE QUAM FREQUENTISSIME EO UTOR, *ad solvenda argumenta, aut solutionibus majorem lucem afferendum.*

Dixerat initio quæst. 6. *cæteros forsitan hic quartus explicandi modus superare non incongruè dici potest, cùm plura habeat commoda, quæ prosequimur, &c... ....unde eà ex parte hic quartus explicandi modus singularem commendationem habere potest, quà cæteris explicandi modis, nec inferior, nec minùs probabilis, meritò existimari possit.*

Ex his *Massouliei* textibus manifestum evadit, ipsum non modò probasse systema delectationum indeliberatarum, quibus homo alternatim affigitur vel bono, vel malo; sed etiam cum Jansenio gratiam efficacem collocasse in *charitate*; nec aliud ipsi esse gratiam sufficientem, quam gratiam cupiditate inferiorem, quam etiam ipse Jansenius agnovit.

Hinc ubi primùm Domino *Lengrand* objectum est, ipsum Jansenio consentire circa delectationes indeliberatas, respondit illico, sibi in hoc suffragari *Massoulieum*: verissima sanè responsio; sed quæ minimè probabat, ipsum à doctrina Jansenii esse alienum. Profe citat *Massoulieus* Gonzalesium de Albelda; sed cùm hic Author diu ante tempora Jansenii scripserit, prorsus incredibile est, eamdem ab Ipso traditam fuisse doctrinam. Efficaciam gratiæ ponit quidem in quadam præmotionis congruitate cum subjecto ut refert Hiacynthus Serrius; sed minimè apparet, Ipsum docuisse voluntatem determinari, pondere & excessu majoris delectationis.

Quòd Pater Hiacynthus Serry, Dominicanus, & Frater Franciscus Latenay, Carmelita magnificè approbaverint opus Massouliei, non est mirandum; sed quòd hic Author tribus aliis Censoribus, totique Ordini suo hoc opere illuserit, maximè mirum est: Non enim de delectationibus agit obiter, paucis lineis, ac fine sufficienti examine, sed ex professo, fusè, summa cum attentione & industriâ, à pag. 204. ad pag. 227.

Dicet forsan quispiam, negari non posse, *Massoulieum* docuisse, voluntatem delectationibus indeliberatis pertrahi ad bonum vel malum; sed eum nunquam formaliter admisisse voluntatem *necessitari*. Id omnino verum est; sed posito principio, naturaliter sequitur conclusio in eo contenta; si voluntas delectationibus indeliberatis determinatur, non agit liberè. Delectationes illæ cùm agant physicè secundùm proportionem majoris inæqualitatis, ut sæpe inculcat *Massoulieus*, non sunt media libertati proportionata. Sicut Deus non dat vitam, occidendo, nec visum, oculos effodiendo; ita nec libertatem tribuit voluntatem determinando majori pondere, & excessu graduum alicujus delectationis. Evidens est, minus pondus necessariò cedere majori. Non aliud igitur libertatis principium à Thomistâ statuatur, quàm ineffabilis efficacia voluntatis Divinæ utentis mediis proportionatis ad fines suos. Major intensio, seu graduum excessus, aut superioritas in delectatione determinare potest per modum naturæ, non verò per modum liberi.

V. *Massoulieo* quadantenus audacior fuit Contensonius, etenim in Theologia mentis & cordis tom. 1. lib. 8. dissert. 5. in defensione Innocentianæ Constitutionis; ubi etiam fatetur: Alexandrum VII. declarasse, propositiones in ipso Jansenii sensu fuisse damnatas, desperatam hujus Authoris causam apertâ fronte suscipit, eumque ab omni errore vindicat. *Jansenius*, inquit, § 1. *nunquam aliud in his quinque Propositionibus intendit, nec intelligi voluit; quàm doctrinam gratiæ per se efficacis, à Pontifice & Episcopis intactæ; & à Catholicis Doctoribus palàm & intrepidè propug-*

natæ. Unde cùm dixit, Justis aliqua Præcepta esse impossibilia, non omnem possibilitatem exclusit, sed illam quæ omnia ad piè agendum necessaria complectitur: & quia Justi, dum tentationibus succumbunt, in peccata labuntur, gratiâ illâ victrici carent, quâ præsente nunquam vincimur, ideo usitatâ Patribus locutione dixit Jansenius, aliquando justos Præcepta Dei servare non posse, & deesse illis gratiam, quâ possunt.........Cæterùm impossibilitatem Præceptorum à gratia habituali, & auxilio sufficienti Thomistico, ultra quod requiratur aliud per se efficax, proficiscentem non exclusit; cùm exertè protestetur, de hujusmodi gratia sufficiente Thomistarum non esse suam controversiam; quin & in propositione damnata illam admittat, cùm justi volentis & conantis, sed succumbentis motus sint illius gratiæ effectus.

Eâdem imprudentiâ Jansenium excusat in cæteris Propositionibus.

Alterum suæ temeritatis specimen præbuit l. 5. differt. præamb. c. 2. corollar. 2. ubi docet nec Pontifices, nec Concilia in discernendis Librorum damnatorum sensibus esse infallibiles.

Nulla tamen hinc, neque ex indiscreto *Massoulieï* conatu labes infertur sanctissimo, doctissimo, ac de Ecclesia optime merito Prædicatorum Ordini, quæ enim Societas in Ecclesia; quæ Congregatio, sive Religiosa, sive Sæcularis; sive Franciscanorum, sive Augustinianorum, sive Jesuitarum, &c. unquam fuit, aut erit, in qua quidam non aliquando à recto tramite devient, sive in moribus, sive in doctrina?

VI. Quod aïunt Professores Primarii, potentiam gratiâ victrici destitutam, esse expeditam & completam in actu primo ad actum bonum, id procul dubio intelligunt cum particula alienante, *in sensu Jansenii*, juxta quem sub delectatione cœlesti, & ad bonum necessitante remanet *potestas peccandi perfectissima*.

Sic Jansenista *Riverius* ab annis 30. scribebat Arnaldo putatitio: *Gratia sufficiens si non sufficiat ad actionem propter quam appellatur sufficiens, videtur tamen quasi sufficere, ut nos ab adversariorum nostrorum laqueis eripiat. Cæterùm eâ utor quàm possum rarissimè, & semper additâ particulâ alienante*, SENSU THOMISTICO. Modo systema Jansenii quoad vim movendi delectationum indeliberatarum, quoad novam libertatis ideam, permaneat, &c. Nulla est expressio Catholica, quam non usurpent Jansenistæ, vel ut fallant incautos, vel ut periculis imminentibus se subducant. Si desit gratia victrix, potestas ligata est, & constricta vinculo delectationis terrenæ dominantis, adeoque non est expedita & completa in actu primo ad bonum. Si è contra absit delectatio terrena superior, tunc potestas delectationis cœlestis vehementiâ affigitur bono, adeoque non est expedita ad malum.

VII. Potestas quam habet homo sui compos extra casum necessitatis, ant alium ejusdem momenti: ad abscindendum sibi nasum, ad exiliendum è turri excelsâ, &c. Non est moralis, nec sufficiens ad meritum & demeritum, quia potestas moralis, seu libera, fatentibus omnibus Catholicis, & ipso D. *Lengrand*, pendet ab indifferentia judicii, secundùm quam aliud repræsentatur sub ratione boni & mali vel sub ratione boni finiti; atqui illa abscissio nasi, &c. Non potest repræsentari homini sanæ mentis sub ratione boni, extra casum necessitatis; ergo potestas sibi abscindendi nasum extra casum similem non est moralis, nec sufficiens ad meritum aut demeritum. Cùm igitur DD. *Lengrand & Marechal* potentiam ad oppositum, quæ juxta ipsos, sub quacunque delectatione remanet, comparant potestati ridiculæ sibi abscindendi nasum, manifestè produnt, se sub gratia & concupiscentia non agnoscere facultatem moralem ad opposita.

VIII. Necessitas & impotentia, quam iidem Professores appellant *voluntariam & consequentem*, hoc quidem sensu est voluntaria & consequens, quòd sit conjuncta cum volitione, quæ consequitur delectationem indeliberatam necessitantem; sed non est voluntaria & consequens hoc sensu quod oriatur præcisè ex ipso libertatis exercitio, vel ex aliquo prærequisito quod sit in nostra potestate. Illa igitur necessitas & impotentia dici debet simpliciter involuntaria & antecedens; cùm profluat ex delectatione indeliberatâ antecedente, quam nec possumus abjicere, nec illi consentire, aut dissentire. Hæc & similia dicta sint sine præjudicio Præmotionis Thomisticæ, quæ tota differt à delectatione indeliberata, secundùm quam necesse est operari, & quæ juxta suos Authores modo ineffabili libertatem perficit; cùm è contra delectatio indeliberata per modum naturæ determinet, excessu scilicet, & pluralitate graduum delectationis intensioris, quemadmodùm majus frigus vincit calorem minorem

minorem, & majus pondus in bilance attollit minus.

IX. Quod asserit D. *Lengrand*, Jansenio duce, textum Augustini ex l. de Sp. & Litt. c. 33. continere objectionem Pelagianorum, non Sancti Doctoris sententiam, à veritate textûs alienissimum est, & à Patre *Le Porcq* Oratorii Jesu Presbytero insigniter refutatum. Hunc textum probant PP. Benedictini in nova editione Operum S. Augustini, ut patet ex nota marginali, eumdem passim citant Authores, nec ullus de eo unquam ante Jansenium dubitavit. Cùm igitur D. *Lengrand* Adversarios suos Pelagianâ fuligine aspergere conatus est, non aliuni malignitatis suæ fructum reportavit, quàm uberiùs probare, se esse egregium Jansenii Discipulum.

X. Neque huic Professori Primario prodesse potest quud ait cum multis Thomistis, Præmotionem Calvini non tollere libertatem ex natura sua, sed tantùm ex falso Calvini attributo: etenim Thomistæ nunquam hoc dixerunt, nisi ex hypothesi, quod Præmotio Calvini eadem esset ac ipsorum præmotio. Verùm præmotio asserta à DD. *Lengrand* & *Marechal*, non est eadem ac Thomistarum prædeterminatio; cùm hæc sita sit vel in qualitate fluente, vel in operatione Dei virtuosâ physicè & priùs naturâ applicante creaturam ad agendum per modum liberi; illa verò sit delectatio vitalis & indeliberata, quæ pluralitate, seu excessu graduum determinat ad agendum per modum naturæ, quemadmodum calor intensior producit per modum naturæ novum gradum, quo frigus expellitur, aut saltem remittitur.

Mirum est Thomistas adeo faclle, ac liberaliter concessisse, præmotionem Calvini non differre à sua quoad substantiam, seu quidditatem; cùm probari possit, Calvinum, sicut & Jansenium, docuisse voluntatem, sive in bono, sive in malo, agi delectationibus vitalibus & indeliberatis per modum naturæ determinantibus. Vide Calvini testimonia apud Illustrissimum Cameracensem in Instructione Pastorali Epist. 2.

XI. Nec est, quod DD. *Lengrand* & *Marechal* existiment se à Jansenio discretos, dicendo sub delectatione alteram superante, remanere potentiam antecedentem & possibilitatis ad oppositum; etsi non remaneat potestas consequens, positionis, & futuritionis: nam Jansenius utramque illam potestatem etiam accuratè distinxit, & sub delectatione intensiori agnovit potestatem antecedentem ad oppositum, rejectâ dumtaxat potestate consequente, futuritionis. & positionis; quamvis iisdem terminis non sit usus.

XII. Superest, ut ostendamus, Professores Secundarios Collegii Regii favere tertiæ Propositioni Jansenianæ. Id quidem satis constat ex Articulo præcedenti; sed ad pleniorem convictionem, nova quædam hîc observabimus.

Ordiemur ut supra à Domino *Descarpentries*, qui in Philosophia Morali, parte 2. Disputatione 2. in duas quæstiones subdivisâ agit ex professo de libertatis existentia in hoc statu, ac de ejus essentia.

1°. Hic Professor altissimum tenet silentium de Jansenio & de Constitutionibus Pontificiis adversus hunc Authorem editis. *Hæretici recentiores*, inquit quæst. 1. *scilicet Lutherani & Calvinistæ, fatentur Adamum fuisse quidem liberum ante peccatum suum; sed dicunt, eum per peccatum suâ cecidisse libertate; atque idem sentiendum putant de omnibus ejus posteris.* Idem etiam docet Jansenius, sed de eo nulla mentio.

2°. Pari silentio involvit celeberrimam libertatis definitionem: *Potestas agendi & non agendi positis omnibus ad agendum prærequisitis.*

3°. Proponens sententiam illorum, qui *libertatem cum voluntate, & liberum cum voluntario confundunt*, illam ut opinionem arbitrariam refert, nec ullius erroris accusat; cum tamen S. Thomas eamdem sibi proponens q. 6. de malo. Art. unico O. illico pronuntiet: *eam esse Hæreticam*, &c.

4°. Referens sententiam oppositam, dicit libertatem, juxta illam, non consistere tantùm in sola immunitate à coactione; sed insuper *in quadam* indifferentia contradictionis agendi vel non agendi. *Ly in quadam*, suspicionem ingerit, per eam indifferentiam non aliud intelligi quàm *vertibilitatem, mutabilitatem, flexibilitatem, instabilitatem, volubilitatem, infirmitatem, inconstantiam ægritudinem, miserabilem potestatem, &c.* de quibus Lutherus, Calvinus, novissimè Jansenius, cui etiam arridet indifferentia temperata per particulam, *quàdam*. Hinc l. 6. de Grat. Salv. c. 36. *Cæteras humanæ vitæ actiones.......cum* QUADAM *indifferentiâ contradictionis, imò contrarietatis.........fieri credimus.* Et lege 8. c. 20. hunc titulum præfigit: *Agnovit Augustinus sub gratia, & ante gratiam, indifferentiam contrarietatis & con-*

traditionis QUODAM SENSU. Et l. de Gr. Salv c. 35. *Omnis voluntatis deliberatæ motus essentialiter quoque talem indifferentiam contradictionis* QUODAM SENSU *secum trahit.*

Ubi Dominus *Descurpentries* agit de metu comparato ad voluntarium, Discipulos suos sollicitè præmunit adversus opinionem Theologicam, quæ sibi, sicut & Jansenio, nun placet; sed ubi adversus Hæresim Jansenianam loquendum foret, silens est, ac mutus. Audiamus ipsum de metu dictantem parte 2. disp. 1. q. 4. §. 1. in fine. *Ex dictis*, inquit, *inferre licet, attritionem ex solo gehennæ metu conceptam in homine peccatore, semper includere quamdam involuntarietatem: quia quod fit ex metu, semper includit aliquam involuntarietatem, quando est affectus ad oppositum ei quod fit ex metu: atqui in peccatore est affectus ad oppositum ei quod fit ex metu, scilicet ad peccatum mortale*: ergo, &c.

In homine tamen justo attritio prædicta non includit aliquam involuntarietatem; cùm in homine justo nullus sit affectus ad oppositum ei quod fit ex metu, scilicet ad peccatum mortale.

Ulteriùs inferet, eum qui dolet de peccatis præcisè ex metu gehennæ, non esse sufficienter dispositum ad Sacramentum Pœnitentiæ; sed requiri aliquem amorem Dei, qui tollat illam involuntarietatem, & illum affectum ad peccatum: nam ut ait D. Augustinus, desiderium peccandi non extinguitur, nisi desiderio rectè faciendi

XIII. Quod Dominus *Descarpentries* improbavit sententiam communissimam, ac Catholicissimam, facilè condonatur ei: verùm, cur ex professo disputans de libertate, ejusque essentia, nc verbulo quidem Discipulos monuit de cavenda tertia Hæresi Janseniana? An Philosophi Christiani est, impetere opiniones Theologicas potiùs quàm Hæreses, ubi occasio loquendi se offert? Hinc etiam sinistra suspicio crescit, quod Hæresis Janseniana ab annis 80. per Orbem Cbristianum serpat instar Colubri tortuosi: quod multi Novatores omni conatu & astutiâ illam præmoveant; quod non obstantibus principum edictis, ac repetitis Summorum Pontificum Constitutionibus, nec non Episcoporum Instructionibus, illa Hæresis multam stragem inferat Ecclesiæ. An in istis circumstantiis Philosopho Christiano tacere licet, ubi publicè dictat de materia pertinente ad illam hæresim?

Opponet forsan D. *Descarpentries*, se tacito Jansenii nomine, tacitisque Ecclesiæ definitionibus, dictasse conclusiones Jansenismo oppositas: verùm in materia libertatis nihil prorsus dixit, aut asseruit quod Jansenius pariter non dixerit, aut asseruerit. Si quæ allegare velit, patebit illicò, ea esse æquivoca, nec Hæresi Jansenianæ adversantia.

In procemio Disputationis secundæ, libertatis generalis, ideam ponit cum Jansenio *in immunitate ac independentiâ*, unde, inquit, *liber esse dicitur, qui immunis est, & independens.* Tres libertatis species assignat, quas etiam agnovit Jansenius, scilicet *à peccato, à coactione, à necessitate.* Profitetur se in præsenti Disputatione agere de libertate à necessitate: de illa etiam egit frequenter Jansenius, licèt frequentiùs de libertate generali.

Quæstione 1. hanc conclusionem ponit: *In homine lapso datur libertas à necessitate, seu liberum arbitrium.* Hanc etiam conclusionem tenet Jansenius ut articulum fidei.

Libertatem probat in homine lapso ex potestate ad opposita, juxta illud Scripturæ: *Beatus vir qui potuit legem transgredi & non est transgressus; qui potuit facere mala, & non fecit.* Confirmat ex dominio & indifferentia voluntatis, ejusque appetitu universali, quo non adstringitur alicui bono particulari. Eadem centies inculcat Jansenius, & omnino necessaria existimat non quidem ad libertatem generalem, sed ad libertatem hominis lapsi, de quâ agit D. *Descarpentries*

Quæstione 2. *libertas*, juxta hunc Professorem, *definitur communiter facultas electiva immunis à necessitate.* Idem etiam docet Jansenius de libertate à necessitate, ut est distincta à libertate à coactione. *Vis autem electiva*, inquit Professor, *concipi nequit sine indifferentia, quæ est indeterminatio ad plura.* Sic etiam Jansenius. Vide ejus textum supra n. 7.

Eâdem quæstione 2. hanc conclusionem ponit: *R. & dico: essentia libertatis consistit in activa indifferentia contradictionis.* Idem tradit & inculcat Jansenius de libertate hujus statûs, de libertate à necessitate quatenus distincta est à libertate à coactione. Monuit autem D. *Descarpentries*, se agere de libertate à necessitate.

Verùm dicet aliquis, ergo Jansenius in hoc statu agnovit & requisivit ad meritum & demeritum libertatem à necessitate & indifferentiam contradictionis, adeo-

que, non est reus tertiæ propositionis: & sic Jansenium absolvimus ubi alterum condemnare volumus.

Respondetur contra R. P. Van-*Wavre* in suo Augustino Europæo, Jansenium, attentâ præsenti providentiâ, attentuque statu hominis lapsi, præter libertatem à coactione agnovisse, & requisivisse ad meritum & demeritum aliqualem libertatem à necessitate, non quidem à necessitate simplici & variabili, quam interdum appelat voluntariam & consequentem; sed à necessitate absoluta, naturali, & immutabili; quæ libertas, seu vertibilitas tenet se ex parte statûs: & eodem sensu requisisse indifferentiam contradictionis, secundùm quam voluntas possit simpliciter necessitari, modò ad agere, modò ad cessandum ab actione. Sub tali autem indifferentia, non datur veri nominis potestas ad opposita, quæ sit proxima & expedita; cùm semper impedita & constricta sit, modò per delectationem cœlestem, modò per delectationem terrenam. Sicut igitur Jansenius ad meritum & demeritum requisivit certum statum viaturis, ita & libertatem mutabilitatis illi statui propriam, Proferat D. *Descarpentries* ex Dictatis suis aliquid, quod huic hæresi adversetur.

Quis omnibus his attentis non judicet, hunc Professorem ut minimum favisse tertiæ propositioni Jansenianæ.

XIV. Omnia quæ observavimus in Domino *Descarpentries*, observanda etiam veniunt in Domino Le *Fevre* altero Collegii Regii Duacensis Professore. Eumdem prorsus dictandi modum ambo tenuêre. Cuncta quæ dixit, & tacuit D. *Descarpentries*, eadem dixit & tacuit alter: hoc unico excepto, quod D. Le *Fevre* nihil dictarit contra attritionem. Hic igitur etiam annumerari debet fautoribus tertiæ propositionis Jansenianæ.

XV. Quod Dominus *Magnier* ut minimum impensè faverit tertiæ propositioni Jansenianæ, ex sequentibus observationibus liquebit.

1°. In prooemio disputationis. 2°. De libero, libertatem illam, quam civilem appellat, ponit cum D. *Descarpentries* in immunitate à servitute & subjectione, secundùm quam aliquis est independens ab alio. In hoc imitatur Jansenium l. 6. de Grat. Salv. c. 2.

2°. Libertatem electionis & indifferentiæ opponit dumtaxat coactioni, & *necessitati naturali. Quinta Libertas*, inquit, *est libertas electionis & indifferentiæ, quâ liberum arbitrium dicitur, definiturque, immunitas tum à coactione tum à naturali necessitate. Necessitas autem naturalis est determinatio, seu propensio quædam voluntati à natura indita, ad aliquid necessariò prosequendum vel fugiendum, v. g. ad bonum generatim necessariò amandum, & malum odio habendum...........inde patet, ait, libertatem electionis opponi naturali necessitati.* Eatenus Jansenio perfectè concinit, qui etsi videri posset necessitatem naturalem conjungere cum libertate generali, illam tamen certò excludit à libertate indifferentiæ.

Quod libertas electionis, seu indifferentiæ opponatur necessitati naturali, qualis est in lapidibus, brutis & hominibus insensatis, nullus dubitat. Hinc S. Thom. 1. p. q. 23. a 1. ad primum. Respondens objectioni petitæ ex S. Damasceno contra hominum prædestinationem, ait: *Ad primum ergo dicendum, quod Damascenus nominat prædeterminationem impositionem necessitatis, sicut est in rebus naturalibus quæ sunt prædeterminatæ ad unum. Quod patet ex eo quod subdit: non enim vult malitiam, neque compellit virtutem, unde prædestinatio non excluditur.* Sed quod homo ratione præditus, eâque utens, non possit à Deo vel alio principio extrinseco necessitari ad agendum vel omittendum necessitate simplici tollente veri nominis potentiam ad oppositum, vel per substractionem alicujus prærequisiti, vel per additionem alicujus principii determinantis ad unum instar ponderis: quod inquam, homo non possit ita necessitari, falsissimum est. Ita Beati ratione præditi, eâque utentes, necessitantur ad amandum Deum quoad speciem & exercitium. Debet itaque libertas opponi, non tantùm necessitati naturali propriè dictæ, sed & necessitati simplici, undecumque oriatur.

3°. Quæstione 1. ubi inquirit, an detur in homine libertas, monet se agere *non de libertate à coactione, sed de libertate à necessitate, quæ dicitur libertas electionis, libertas indifferentiæ; seu liberum arbitrium.* De illa specie libertatis frequenter agit Jansenius, & de illa eodem modo loquitur, ac DD. *Descarpentries*, Le *Fevre*, & *Magnier*

D

4°. Enumerans errores adversus liberum arbitrium, mentionem fecit de Manichæis, & postmodum de Luthero, Calvino, aliisque nostri temporis Hæreticis, *quorum error*, inquit, *damnatus est in Concilio Tridentino Sess. 6. Can. 6.* de Jansenio autem & propositionibus Jansenianis, item de Constitutionibus adversus Jansenium editis altùm silet.

5°. His præmissis, hanc conclusionem ponit: Dico 2. *Homo in statu naturæ lapsæ præditus est libero arbitrio.* Id probat ex Genes. 4. ex Ecclesiast. 31. Idem affirmat inculcatque Jansenius, ac iisdem probationibus utitur. Vide textus supra relatos, & innumeros alios in damnato Jansenii Augustino.

6°. Quæstione 2. ubi quærit, *in quo consistat essentia libertatis*, Lectorem, monet, se tantùm agere de libertate electionis quæ liberum arbitrium dicitur: *Duplex*, inquit, *ut vidimus; distinguitur libertas, scilicet spontaneitatis, quæ confunditur cum voluntario; & electionis, quæ liberum arbitrium dicitur. Hic non agitur*, ait: *de prima libertate, sed de secunda, quæ libertas simpliciter dicitur: & quæritur utrum indifferentia sit de illius essentia.* Illam etiam distinctionem accuratè describit Jansenius, & aliter loquitur de prima & de secunda libertate.

7°. Propositâ quæstione, hanc conclusionem primo loco ponit: *R. & dico. 1°. Indifferentia contradictionis est de essentia libertatis, seu liberi arbitrii.* Idem etiam frequenter asserit Jansenius de libertate electionis & liberi arbitrii, ut est distincta à libertate spontaneitatis.

Conclusionem probat ex S. Th. ex dominio quod habet voluntas in suos actus. Pro eodem Jansenius citat sanctum Thomam, allegatque dominium voluntatis in suos actus.

Pro eadem assertione citat Professor duas Propositiones à Pio V. & Gregorio XIII. damnatas, has scilicet: *Quod voluntariè fit, etiamsi necessariò fiat, liberè tamen fit, &c.* Item: *Sola violentia repugnat libertati hominis naturali.*

Sed ne videretur vel rantillùm Jansenio dissentire, prætermisit Urbanum VIII; cujus authoritate damnatæ sunt etiam prædictæ Propositiones: Quia hic Pontifex renovando Bullam Pii V. & Gregorii XIII. simul proscripsit famosum Jansenii Augustinum, definiens, *multas ex Propositionibus à Prædecessoribus* suis *damnatas*, in eodem libro *contineri, & magno cum Catholicorum scandalo & authoritatis Apostolicæ Sedis contemptu defendi, &c.* Id facere non potuerant Pius V. & Gregorius XIII.

Ipse Jansenius nihilominus lib. 6. de Gr. Salv. c. 36. simulaverat, se damnationi prædictarum propositionum acquiescere, concludens: *Ampliùs ergo sine dubio requiritur, quàm esse voluntarium, & sine violentia, ut sit liberum.* An Dominus *Magnier* meliori fide se subjiciat eidem condemnationi, ex ejus Dictatis adeo colligi non potest, ut potiùs oppositum manifestè erui posse videatur. Quod à libertate à necessitate excludat non solùm violentiam, sed & cum Jansenio necessitatem naturalem; absuluram & immutabilem, minimè dubium est; sed quod excludat necessitatem simplicem determinationis, necessitatem mutabilem & relativam, quam *moralem* nominat, & quam solam admisit Jansenius in hoc statu, omnino falsum est.

Primæ Conclusioni hanc adjicit Dom. *Magnier: Dico 2. Indifferentia contrarietatis non servato ordine finis, seu indifferentia ad bonum & malum non est de essentia libertatis.* Idem multipliciter asserit Jansenius.

Idem Professor, sicut & alii duo, altissimo silentio involvit receptissimam libertatis definitionem: *Potestas agendi & non agendi positis omnibus ad agendum prærequisitis.* Illam diserte, nec-non sine cachinno negavit Jansenius, eam sæpiùs appellans *bicornem*; sed Discipuli cautiores maluerunt hærere in silentio; quod causæ magis profuturum existimarunt, quàm candidam mentis expositionem.

XVI. Ex his observationibus luculentissimè patet, Dominum *Magnier*, sicut & alios Professores Secundarios Collegii Regii: cùm ex professo disputaret de libero ne vel verbulum protulisse de Jansenio, de tertia Propositione Jansenii, aut de Constitutionibus adversus Jansenianas Hæreses vulgatis: illum tacuisse omnia quæ tacuit Dom. *Descarpentries*, nec quidquam dixisse, aut asseruisse quod cum tertia Hæresi Janseniana non apprimè cohæreat: maximè cùm nihil dixerit, aut asseruerit quod ipse Jansenius Yprensis non dixerit aut asseruerit. Igitur rectissimè dictum est Dominum *Magnier* impensè, ut minimùm, favisse tertiæ Propositioni Jansenianæ.

XVII. Neque Professores Secundarios juvare potest quod Jans. identidem dicat indifferentiam

indifferentiam hujus aut alterius statûs libertati per accidens esse conjunctam, cùm tamen ipsi Professores asserant indifferentiam contradictionis esse de essentia libertatis à necessitate, libertatis statûs naturæ lapsæ; nam ubi Jans. hoe asserit, manifestè loquitur de libertate generali & essentiali, de libertate à coactione; non verò de libertate speciali, & à necessitate. Quod autem accidentale est generi, potest esse essentiale speciei. Ita colori accidit esse disgregativum visûs, sed colori tali seu albedini id essentiale est. Quamvis igitur juxta Jansen. indifferentia hujus statûs habeat se ut quoddam accidens respectu libertatis generalis, habet se tamen ut pars essentialis respectu libertatis à necessitate quatenus huic statui propria est, supposito Adæ peccato, & suppositis Dei decretis. Quod adeo verum est, ut ipse Jansenius l. 6. de Gr. Salv. c. 35. dicat: *Omnis voluntatis deliberatæ motus essentialiter quoque talem indifferentiam contradictionis quodam sensu secum trahit.* Nec mirùm, pro naturæ cujusque vel ordinis divinitùs instituti, vel meritorum diversitate, libertatem varium statum sortiri, ac in diversas species dividi. Hinc orta libertatis divisio in libertatem à necessitate, à peccato, à miseria; item in libertatem à peccato, & à justitia Vide Jansenium l. 7. de Gr. Salv. c. 5. Itaque sicut libertas essentialis suam habet essentiam, ita & suam habet illa libertas, quam *accidentalem* vocant: hæc adeo bardus fuit Jans. Ypr. ut id vel negaret, vel de eo dubitaret. Ipsi autem Professores Secundarii dictantes de existentia & essentia libertatis, expresè monnerunt, se non disputare de libertate à coactione, sed de libertate à necessitate: ac proinde nihil Jansenio adversum docuerunt. Sicut autem indifferentia hujus statûs nihil aliud est Jansenio, quàm mutabilitas & flexibilitas potentiæ activæ determinabilis per diversas delectationes necessitantes ita & indifferentia à Professoribus Secundariis agnita, aliud dici nequit.

XVIII. Absoluto examine illarum quæstionum quas DD. *Descarpentries*, *Le Fevre* & *Magnier* de libero dictarunt, exhibita sunt Sacræ Facultati Dictata D. *Mullet*, qui etiam ur Professor Secundarius Philosophiam moralem in Collegio Regio Duacensi docuit. Et cùm boni publici plurimùm intersit nosse, qualis doctrina in eo Collegio tradita sit; ex quo DD. *Lengrand* & *Marechal* Philosophiam ibidem professi sunt, ut scilicet ii quibus Collegii cura & directio commissa est; muneri suo satisfacere queant, non gravata est Sacra Facultas; Dictata illa diligenti examine perscrutari. Non deerunt procul dubio, qui Facultatis zelum sugillent, eumque ut immoderatum traducant. Verùm Facultas, modò placeat Deo, & Christianæ Reipublicæ prosit, privatorum Dicteriis nequaquam movetur.

Discussis autem illis Dictatis deprehensum est, eorum authorem non minus tertiæ Propositioni Jansenianæ favere; quàm alios tres Professores Secundarios Collegii Regii. Id Lectori manifestum fiet ex sequentibus notis.

1°. D. *Mullet* parte 2. Ethicæ, quam dictavit anno 1703. Disp. 2. in 5. quæstiones subdivisâ, ubi agit ex professo de libertatis existentia in hoc statu, ejusque essentiâ & aliis ad eam pertinentibus, notat in limine libertatem variè accipi. 1°. Ut opponitur servituti. 2°. Ut opponitur coactioni. 3°. Ut opponitur necessitati, diciturque libertas indifferentiæ & electionis, seu vis electiva, vel etiam Facultas, quæ positis omnibus ad agendum prærequisitis, potest agere vel non agere. *Talis libertas*, inquit, *excludit omnem necessitatem tam interiorem seu naturâ, quàm exteriorem sive à coactione.*

Quod libertas à necessitate, seu libertas indifferentiæ & electionis, in hoc statu excludat omnem naturæ necessitatem, sæpiùs inculcant Calvinus & Jansenius. Vide quoad Calvinum, Illustrissimum Cameracensem, *Meyerum*, *Le Porcq*, & Stephanum *Deschamps* supra citatos. Quoad Jansenium, constat ex ejus textibus supra relatis. Plus igitur ad libertatem à necessitate requiritur, quàm exclusio coactionis & necessitatis naturalis; cùm possit quis ex alio capite necessitari, quàm à natura. Catholici Professoris erit, se in hoc à Calvino & Jansenio discernere. Videtur quidem hic Professor non omnino alienus à communissima libertatis definitione, *Potestas agendi vel non agendi positis omnibus ad agendum prærequisitis*, de qua altùm siluerunt omnes ejus Collegæ: verùm sequentia ejus asserta cum illa definitione non cohærent. Ita Jansenius l. 8. de Gr. Salv. c. 19. fatetur, *illam definitionem recto sensu exponi posse*, etsi aliundè illam neget ac funditùs evertat.

2°. Quæst. 1. statuit in homine, etiam post Adami peccatum, esse libertatem à necessitate intrinseca, seu libertatem electionis. Id probat ex Scripturis, ex Tridentino, & Augustino; item ex eo quod in homine sit Facultas electiva unius præ alio; quod inutiles essent leges, objurgationes, exhortationes, &c. Idem statuit

Jansenius, easdem probationes adducit.

Instabis, inquit ibidem, *Homo per peccatum contraxit gravem necessitatem: ergo amisit facultatem agendi vel non agendi*

R. dist. ant. Contraxit NECESSITATEM MORALEM, *C. necessitatem physicam, N. necessitas moralis est difficultas aliquid faciendi; necessitas physica est determinatio ad unum sine potentia ad oppositum. Per Peccatum homo contraxit necessitatem moralem, quia summa cum difficultate declinat à malo & facit bonum: at non contraxit necessitatem physicam ob rationes supra allatas.*

Quod necessitas moralis, quam Professur appellat *difficultatem*, & *summam difficultatem*, sit vera necessitas, patebit ex seqnenti ejus objectione.

. *Objicies*, inquit ibidem: *Homo in omnibus suis actionibus necessitatur: ergo non est liber.*

Prob. ant. Omnes actiones hominis vel bonæ sunt, vel malæ: atqui sive in bonis, sive in malis homo necessitatur: ergo, &c.

Prob. min. Homo in bonis actionibus determinatur à gratia; in malis autem à concupiscentia: ergo homo sive in bonis, sive in malis actionibus necessitatur.

R. N..ant. ad prob N. min. ad ultimam probationem dist. ant. Homo DETERMINATUR A GRATIA *in bonis actionibus*, & A CONCUPISCENTIA *in malis; determinatur necessariò, N. ant.* DETERMINATUR *liberè, C. ant. Itaque gratia ita determinat hominem ad actionem bonam, ut relinquat ei potestatem ad oppositum, adeoque illum determinat liberè, non verò necessariò. Idem dicendum est de concupiscentia respectu malarum actionum.*

Ex hac solutione patet, *necessitatem moralem* supra admissam à D. *Mullet*, quam, *difficultatem* & *summam difficultatem* vocat, esse veram necessitatem determinationis ad unum, quæ proinde dici nequit libera, nisi à coactione & immutabilitate. Sic observavimus Articulo præcedenti veram Præceptorum *impossibilitatem* ab ipso Jansenio dictam fuisse *difficultatem*. Hæc autem necessitas licèt sit moralis, hoc sensu quod sit in genere moris, meritò tamen dicitur *physica*; quia oritur vel ex gratia, vel ex concupiscentia, quæ sunt principia physica ad bonum vel malum determinantia. Cùm enim hîc, fatente Professore, loquendum sit de concupiscentia respectu malarum actionum, sicut & de gratia respectu bonarum, dicendum est, utramque determinare ad agendum. Aliunde constat, concupiscentiam, sicut & gratiam, esse aliquid physicum, ac proinde si utraque determinet, utramque etiam esse principium physicum determinandi. Quid igitur impedit, quominus illa necessitas determinationis ad unum dicatur necessitas physica.

Quod dicit sub gratia determinante remanere potentiam ad oppositum, id quidem verum est de potentia remota, ligata & vertibili per aliam motionem moraliter necessitantem; non verò de potentia propinqua, expedita quæ sub gratia seipsam determinare queat. Gratia enim & concupiscentia, juxta hunc Professorem, habent eundem modum determinandi, nt liquet ex responsione ad objectionem supra relatam: atqui concupiscentia determinans ad malum inducit gravem necessitatem moralem; ergo etiam gratia determinans infallibiliter ad bonum inducit parem necessitatem: ergo ulterius sub gratia & concupiscentia determinante remanet solùm potentia remota ad oppositum, ligata scilicet vinculo principii antecedentis, & determinantis ad unum per modum naturæ.

Aliud est de prædeterminatione physica, genuinorum Thomistarum, quæ quoad modum operandi ac determinandi longissime distat à concopiscentia. Ratio discriminis est, quod illa prædeterminatio sit instrumentum Dei causantis ac perficientis libertatem in subjecto idoneo: concupiscentia autem determinans ad malum cùm sit pessima, non possit esse instrumentum Dei causantis actionem, aut modum ejus: maximè cùm juxta suns Authores, agat instar causæ naturalis secundùm proportionem majoris inæqualitatis.

3°. Quæstione a. ubi inquirit D. *Mullet*, an & quæ indifferentia sit de essentia libertatis, *certum est*, inquit, *indifferentiam non esse de essentia libertatis generatim sumptæ, v. g. prout includit libertatem spontaneitatis, & libertatem electionis. Sed quæritur utrùm sit de essentia libertatis electionis, seu simpliciter liberi arbitrii.* Fassos est etiam Jansenius, libertatem generalem, seu essentialem abstrahere, ut loquuntur Logici, ab indifferentia: sed sollicitè ac operosè hanc quæstionem discussit, an libertas electionis, seu simpliciter liberi arbitrii, in aliquo statu importet essentialiter indifferentiam, & respondit, non secùs ac Dominus *Mullet*, ad libertatem specialem, qualis fuit in statu

innocentiæ, & nunc reperitur in statu naturæ lapsæ, non modo aliquam indifferentiam esse necessariam; sed & esse essentialem. Siquidem ait l. 6. de Gr. Salv. c. 35. *Omnis voluntatis deliberatæ motus essentialiter quoque talem indifferentiam contradictionis quodam sensu secum trahit. Nec enim aliud est ista indifferentia libertatis; quam tantoperè Scholastici admirantur; quàm potestas agendi & non agendi ad libitum voluntatis; seu cùm voluerit. Quod si voluntas forte vel agere, vel cessare nolit, & firmiter nolit, & immutabiliter nolit, quodnam hinc fingi potest detrimentum libertatis? Cùm hæc ipsa firmitas, libertatis sit exercitium, & testimonium libertatis ejus.*

4°. Prædictis adde, Dominum *Muller* in tota disputatione de libero imitatum esse suos Collegas in tenendo silentio circa Jansenium, Jansenianas Propositiones, & Constitutiones adversus hæresim Jansenianam editas. Verùm ubi disput. 1. q. 3. egit de metu comparato ad voluntarium, non prætermisit quæstionem de Attririone; à qua tamen Philosopbi solent abstinere. *Inferes*; inquit, *detestationem peccatorum, quæ fit à peccatoribus ex solo metu gehennæ, includere quandam involuntarietatem*, &c. *sic ergo* addit, *Attritio ex solo metu gehennæ non est dispositio sufficiens ad Sacramentum Pœnitentiæ*, &c. Vide supra dicta, occasione D. *Descarpenrries*.

5°. Tam obstinatum fuit hujus Professoris silentium circa illa quæ ad causam Jansenii pertinent; ut etiam in cursu Philosophico anni 1712. ne vel verbulum eâ de re proferre dignatus sit; etsi Attritionem pari zelo, quo antea impugnarit. In hoc tamen posteriori cursu paulò fuit circumspectior quàm in priori: nam admissâ gravi necessitate morali peccandi ortâ ex peccato Adæ, siluit de concupiscentia determinante ad actiones malas, quemadmodum gratia ab intrinseco efficax determinat infallibiliter ad actiones bonas. Siluit etiam de libertate à necessitate opposita dumtaxat *necessitati naturali*.

XIX. Hæc sanè sufficiunt, ut Lector convictus sit, Dominum *Mullet* non minùs astipulatum esse delectationibus indeliberatis, ac speciatim tertiæ Propositioni Jansenianæ, quàm alios Collegii Regii Professores Secundarios, de quibus dici potest, illos utpote ipso juniores, doctrinam suspectam ex ejus Dictatis hausisse; quamvis ad hoc non parùm etiam contulerit conversatio cum Primariis Professoribus Jansenianâ Lue infectis.

ARTICULUS QUINTUS.

Resistentia & potestas resistendi gratiæ in hoc statu, negantur à duobus Professoribus; sicut & à Jansenio.

PROFESSORES COLLEGII REGII DUACENSIS.

I.

DOm. Lengrand *in Dictatis Phil. anni* 1720. *&* 1721. *Disp.* 4. *de concursu Dei cum creaturis q.* 3. *in Resol. prob.* 3.

S. Augustinus, cujus sententia circa materiam de auxiliis gratiæ, est doctrina Ecclesiæ, prout varia Concilia, & summi Pontifices declararunt, ubique docet; voluntatem applicari à Deo, motione quæ facit, ut voluntas faciat, quæ est efficax efficaciâ fundatâ in omnipotentia Dei, & dominio quod habet in voluntatem creatam, per quam inclinat cor ad agendum *invincibiliter & irresistibiliter*, quæ in nobis agit quidquid vult.

JANSENIUS YPRENSIS.

I.

LIbr. 2. de Grat. Salv. cap. 24.

Ex isto efficaci imperandi modo proficiscitur quod Augustinus non rarò gratiam Christi medicinalem victricem vocat, *quia omnes oppositos obices voluntatum & affectuum* invictâ potestate perrumpit...*quamobrem gratiam Dei Aug. ita victricem statuit supra voluntatis arbitrium ut* non rarò dicat, hominem operanti Deo per gratiam non posse resistere.

II.

Ibid. object. 4.

Obj. 4. Ex præmotione physica dedu-

II.

Ibidem cap. 25.

Hæc itaque est vera radix; cur nulla om-

cuntur hæreses Jansenianæ; ergo non est admittenda.

Prob. ant. 1°. Sequitur quod gratiæ interiori in statu naturæ lapsæ nunquam resistatur; nam præmotio physica est gratia interior: atqui præmotioni physicæ nunquam resistitur.

nino medicinalis Christi gratia effectu suo careat, sed omnis efficiat ut velit, & aliquid operetur........apud Aug. gratia & opus bonum reciprocantur, ut quemadmodum ex gratia data mox effectum operis consecutum inferre licet, *ita vice versâ, ex defectu operis, gratiam non esse datam.*

R. ad primum, N. ant. ad prob. N. sequel. ad cujus prob. dist. consequens: gratiæ interiori efficaci nunquam resistitur, C. gratiæ interiori inefficaci, & excitanti, N. equidem gratiæ efficaci nunquam resistitur, quia in[illegible]t infallibiliter actum; gratiæ autem excitanti sæpe resistitur *propter dominantem concupiscentiam*: quia gratia illa movet ad aliquos actus, qui revera non ponuntur, eò quod absolutâ & consequente Dei voluntate ad illos non destinetur. Jam autem præmotio physica est quidem gratia interior, sed efficax, præter quam datur altera inefficax, & excitans, *quæ sufficiens dici solet* cui frequenter resistitur.

Eadem vide in Dictatis 1719.

III.

Item in Logica dictata anno 1718. *part.* 4. *quæst.* 4. §. 3. Duplex est quæstio, una juris, altera facti, quæstio juris est propositio, quæ à loco, tempore, cæterisque circumstantiis non pendet, *sed necessaria est: & talis est hæc, Gratia Christi est efficax.* Quæstio facti est propositio, cujus veritas loco, tempori, cæterisque circumstantiis adstringitur, & contingens est: talis est, *S. Aug. admisit gratiam Christi efficacem.*

III.

Et cap. 27. ibid.

Nec verò moveat quemquam, quod constet multos divinitùs mente collustrari, imò verò & in ipsa voluntate motibus divinæ gratiæ percelli; qui tamen ab ejus internâ suasione, & inclinatione *dissentiunt*, ut propterea falsum putet, gratiam in eo cui datur, semper operari effectum ob quem datur. *Considerandum est enim multiplices esse Divinæ gratiæ effectus, quemadmodum & voluntatis. Est enim velle perfectum, quod August. posse vocat; est & imperfectum, quod velleïtatem appellare solet: & hoc ipsum diversos gradus habet, donec ad ipsam primam tenuissimamque boni complacentiam veniatur. Hæc ergo primus est cœlestis istius roris effectus*, quem ut minimùm in omnibus operatur, quibus eum infundit Deum.

IV.

Dom. Marechal *in Dictatis Philosophicis anni* 1713. & 1714. *Differt.* 4. *de causa efficiente increata*, art. 2 §. 1.

Determinatio (seu præmotio physica specialis) quoad intensionem, est determinatio ad agendum fortiori modo (seu ut habet in Dictatis an. 1719. majori amore) sic determinatio hominis ad conversionem fortior est illâ determinatione, quâ *determinatur ad desiderium conversionis.* Hæc determinatio vocatur aliter *motio sufficiens*; altera, motio efficax.

IV.

Lib. 4. de Grat. Salv. c. 10.

Cum (Aug.) nulla sit gratia operandi præter istam suavitatem Dei, nisi ista tanta fuerit, ut ei delectationes rerum creatarum cesserint, vel peccabitur, vel alternante delectationum fluctu, in medio remanebitur: sin autem ista superaverit, jam sine dubio bene voluntas operabitur...........sed utrumlibet fiat, non erit sufficiens gratia, *sed vel efficax, vel ita* inefficax, *ex qua operatio* nequidem possit sequi, *nisi ejus inefficacia per aliam suppleatur.*

V.

Ibid. §. 2.

Augustinus, cujus scientia circa hanc materiam, est doctrina Ecclesiæ, ut non semel declârarunt Summi Pontifices, asserit Deum movere cor hominis, *irresistibiliter*, & præbendo vires efficacissimas.

Idem docet in Dictatis 1719. & 1721

V.

Lib. 2. de Gr. Salv. c. 32.

Omnis omnino (gratia Christi) efficit ut voluntas sive tenuiter, sive fortiter velit, quemadmodum supra (c. 27.) diximus, unde quodam loco dicit Augustinus. Gratia verò Dei semper est bona Et effectum ejus adæquatum duplicem; videlicet voluntatem seu volitionem infirmam, ac fortem

tem statim explicans, &c.... *ubi quod dixit gratia Dei semper est bona, non alium sensum habet, nisi quod semper hominem efficiat bonum*......nimirum quia semper voluntatem determinat ad influendum secum, *non à voluntate ad influendum determinatur.*

VI.

Ibidem §. 3.

Objicies 1....Illa motio non est ex se efficax, cui sæpiùs homo resistit; sed motioni Divinæ sæpiùs homo resistit: ergo.

R. dist. min. Sed homo sæpiùs resistit motioni Divinæ sufficienti, C. motioni efficaci, N. duplex itaque distinguenda est motio Divina, sufficiens scilicet & efficax. Motio sufficiens est motio actualis & interior voluntatis quæ suum ultimum non consequitur effectum, ad quem ordinatur à Deo ob resistentiam humanæ voluntatis, & *concupiscentiæ*. Talis est motio quâ *movetur homo ad desiderium conversionis præcisè.* Resistentiam gratiæ rursum adscribit voluntati & *concupiscentiæ, in Dictatis* 1719. 1721. & 1722.

VI.

Lib. 3. de Grat. Salv. c. 4.

Hinc ulteriùs docet Aug. nullam Christi gratiam *effectu operis, ad quem efficiendum, voluntati datur*, ullâ voluntatis pervicaciâ frustrari; *frangit enim ante omnia ipsam illam voluntatis pervicaciam, per quam effectus ejus impediretur.*

VII.

In Dictatis 1719. *Dissert.* 4. *de causa efficiente q.* 2. §. 3. *object.* 2.

Instabis 4. juxta nos nulli gratiæ interiori resistitur: ergo.

Prob. ant. Nam non resistitur motioni efficaci & sufficienti: ergo.

Prob. ant. pro 2. parte: nam illi motioni non resistitur quæ suum semper consequitur effectum, ad quem ordinatur à Deo; sed motio sufficiens suum semper consequitur effectum: ergo, &c.

R. N. ant. Et ejus prob. ad cujus prob. dist. min. sed motio sufficiens suum semper consequitur effectum immediatum, C. mediatum & ultimum, N. equidem motio sufficiens semper suum assequitur effectum immediatum, scilicet dare potentiam completam & expeditam actum bonum exercendi, *vel ejus desiderium*: at non semper effectum suum ultimum, quia non producit actum Pœnitentiæ, vel charitatis; ob quem producendum à Deo data est, id que accidit propter resistentiam voluntatis, *vel concupiscentiam bonorum terrenorum.*

VII.

Lib. 8. de Grat. Salv. c. 2.

Prædeterminatio Physica talis esse dicitur; ut in quibuscumque circumstantiis voluntas collocetur, semper satiat facere & operetur effectum suum, omnemque superet resistentiam: Christi adjutorium nullo modo. *Nam delectatio victrix, quæ Augustino est efficax adjutorium, relativa est. Tunc enim est victrix, quando alteram superat. Quod si contingat alteram ardentiorem esse*, in solis inefficacibus desideriis hærebit animus; nec efficaciter unquam volet, quod volendum est.

VIII.

In Dictatis 1721. & 1722. *Q.* 2. §. 3. *object.* 2.

Instabis 3. saltem juxta nos vera est hæc Jansenii Propositio *Gratiæ interiori in statu naturæ lapsæ nunquam resistitur*: atqui illa Propositio Hæreseos damnata est; ergo.

Prob maj. nam præmotio est gratia interior; atqui præmotioni nunquam resistitur, cùm sit ex natura sua, efficax concursus nostræ voluntatis: ergo gratiæ interiori nunquam resistitur.

Resp. N. maj. ad prob. dist. conseq. ergo alicui interiori gratiæ non resistitur, C. nulli gratiæ interiori, N.....Equidem

VIII.

Item c. 21. ibid.

Secundum est, quod Calvinus docuit; gratiam ita movere hominem, ut non sit ei liberum resistere. Sic enim loquitur: voluntatem Dominus movet, non qualiter multis sæculis traditum est, & creditum ut nostræ postea sit electionis, motioni aut obtemperare, aut refragari: Augustino verò Dominus ita movet voluntatem, ut quamvis infallibiliter convertatur & operetur; possit tamen motioni Dei refragari, aut obtemperare, *seu ut Concilium Tridentinum loquitur*, illi dissentire si velit. *Potentia quippe dissentiendi non repugnat actuali gratiæ motioni & consensui, quamvis fieri ne-*

motio sufficiens suum semper assequitur effectum immediatum, quia semper dat potentiam completam & expeditam actum exercendi, vel ejus inspirat *cogitationem* vel *desiderium*: at suum semper non assequitur effectum ultimum & mediatum, quia non semper producit actum Pœnitentiæ, v. g. ad quem producendum à Deo creaturæ data fuerat. Id autem accidit propter resistentiam humanæ voluntatis, vel *concupiscentiam bonorum terrenorum*, quibus liberè adhæret.

queat ut actualis dissensus cum actuali Dei motione jungatur.

IX.

In Dictatis iisdem Differt. 4. de causa efficiente increata, q. 3. object. 2.

Inst. 6. Delectatio victrix se tenet ex parte potentiæ; ergo imponit necessitatem.

R. dist. ant. Delectatio *victrix* indeliberata se tenet ex parte potentiæ, C. quia *talis Delectatio est motio Dei sufficiens*, quæ ultimum non consequitur effectum, ad quem ordinatur ex voluntate Dei antecedente propter resistentiam creaturæ. Delectatio victrix deliberata se tenet ex parte potentiæ, N ant. & conf. nam talis delectatio consistit in amore efficaci voluntatis: sed amor ille sanctus se tenet ex parte actûs secundi, cùm sit exercitium libertatis creaturæ; ergo, &c.

IX.

Lib. 3. de Grat. Salv. c. 13.

Has vires ad faciendum quod præcipitur, homo etiam fidelis & justus non semper habet integras, sed ex ipsa tentatione divisas. Concupiscentiis enim carnalibus, pravisque consuetudinibus vulneratus, earumque motibus distractus, bonum quod vult, non fortiter atque integrè vult, sed ut August. voce loquar, semi sauciam, hâc atque illâc versat, jactatque voluntatem, parte assurgente cum alia parte cadente luctantem. *Quam luctam sanare & integras volendi vires sibi reddere libertas voluntatis, vel natura ipsa sauciata non potest, sed hoc ad solam pertinet medicinam gratiæ Dei.. .... nam istæ magnæ totæque vires voluntatis sunt effectus magnæ &* non passim usitatæ gratiæ.

X.

Inst. 7. Omnis delectatio complet potentiam creaturæ; ergo se tenet ex parte potentiæ.

R. dist. ant. Complet potentiam creaturæ in ratione agentis, C. complet potentiam possibilitatis & separatam ab effectu suo, N. ant. & conseq. nam quod ad actionem creaturæ, duntaxat requiritur, & non ad ejus possibilitatem, non complet potentiam solitariam creaturæ, id est, separatam ab actione sua; atqui illa delectatio supradicta requiritur tantùm ad existentiam actionis creaturæ; ergo, &c.

X.

Lib. 8. de Grat. Salv. c. 20.

Hoc ipso quo justitia, & benè vivere, & credere, & mutare in meliùs voluntatem, est in nostra potestate, etiam est in potestate nostra eligere bonum & malum, gratiæ Dei resistere, & non resistere, obtemperare, aut refragari: *& hoc ipso illa eadem sunt nobis libera, quia liberum esse nobis non est, ut diximus, aliud quam esse in nostra potestate. Nam esto, gratia ad benè vivendum necessaria sit, non tamen propterea negandum est, aut Aug. negat, benè vivere non esse in nostra potestate.*

XI.

Dices 2. In systemate delectationis victricis nulla daretur motio Dei sufficiens: sed hoc admitti non potest; ergo, &c.

Prob. maj. Illa motio non esset sufficiens, ultra quam requireretur alia motio ad vincendum concupiscentiam: sed ultra motionem Dei sufficientem requireretur alia motio ad vincendam concupiscentiam; ergo, &c.

R. N. maj. ad prob. dist. maj. Illa motio non est sufficiens grammaticaliter & vulgariter, ultra quam alia requiritur motio ad vincendam concupiscentiam, C. *non est sufficiens Theologicè & Thomisticè*, N. maj. & conseq. Conveniunt ergo Thomistæ

XI.

Lib. 3. de Grat. Salv. c. 1.

Vocamus autem illam sufficientem gratiam, seu sufficiens adjutorium, præter quod nihil aliud ex parte Dei per modum principii necessarium est, ut homo velit, aut operetur. Sic enim à multis recentioribus & vulgò ferè accipi solet. Quod si verò sic accipiatur, ut sufficiens dicatur, sicut à quibusdam dicitur, quod satis est, ut homo dicatur posse operari, quamvis aliud adhuc sit necessarium ut de facto operetur, de hujusmodi sufficienti gratia non est hic nostra controversia. Talem enim sufficientem fortasse non difficulter, admitteret S. Augustinus, quamvis (attentâ præcisè ratione; sub qua dat nu-

cum Molinistis in vocabulo *motionis sufficientis*, quia utrique admittunt motionem Dei sufficientem; *sed tamen diversa est apud illos istius vocabuli significatio.*

dum posse ab agere sejunctum) *esse veram illam Christi gratiam* (actionis scilicet) *de qua quaestio est*, *pernegaret* Nullum igitur jam dari hominibus lapsis adjutorium sufficiens juxta primum sensum; quin sit simul efficax, in Aug. principiis exploratum est. *Viderunt hoc etiam tradideruntque non pauci recentiores & in primis* Didacus Alvares, Cumel; Navarette, Sylvius; *denique omnes illi Doctores qui tenent praeter adjutorium sufficiens, quod dat nudum posse; necessarium esse aliud efficax, quo Deus efficiat ut actualiter operetur.*

XII.

Dices 3. *Delectatio* victrix imponit necessitatem antecedentem; ergo non est admittenda.

Prob. ant. Supponit impotentiam ortam ex parte concupiscentiae; ergo, &c.

R. N. ant. ad prob. dist. anteced. Supponit impotentiam ortam ex parte concupiscentiae liberam & voluntariam, C. supponit impotentiam physicam, N. ant. & conseq. In systemate necessitatis delectationis victricis ad bonum agendum, datur quaedam impotentia in creatura, sed illa impotentia est purè consequens & voluntaria, orta ex libera conversione creaturae ad bona terrestria: at non est impotentia physica, quia de fide est, quod homo possit semper bonum agere si vult; cùm definitum sit, liberum arbitrium non esse extinctum per peccatum originale, licèt sit viribus attenuatum, ut inquit Concilium Trid. §. 6.

XII.

Lib. 8. de Grat. Salv. c. 20.

Juxta hoc principium August. impotentiam illam bene faciendi quam in incredulis; & quibuscumque obduratis excaecatisque cernimus, quaotumcumque gratiâ destitutis certissimae culpae deputat; tum quia ipsam sibi ipsi volendo pepererunt; tum quia ipsa eorum impotentia in vehementissimè nolendo sita est, *quam nolendi vehementiam, & indè impotentiam ardentissima concupiscentiae delectatio facit.*

XIII.

Dices 4. Sit, v. g. concupiscentia ad 4. gradus, & motio Dei ad duos dumtaxat; cum illa motione non potest creatura resistere concupiscentiae; ergo illa motio non erit tunc sufficiens.

R. dist. ant. Tunc homo non poterit concupiscentiae resistere potentiâ consequente positionis, & futuritionis, C. potentiâ antecedente, & possibilitatis, N. ant. & conseq. quia minima Dei motio fortior est quâlibet concupiscentiâ. Undè si tunc homo non resistat concupiscentiae, oritur ex ejus culpa, eò quòd illi concupiscentiae liberè consentiat, unde tunc habet potentiam promptam resistendi concupiscentiae, quamvis nunquam eventurum sit, quod illi de facto non consentiat cum illa motione.

XIII.

Lib. 3. de Grat Salv. c. 19.

Non animadvertunt gratiam Christi medicinalem quae post humanae naturae lapsum, ad bene vivendum sufficit, non esse talem qualis Primi Hominis fuit, quae videlicet afferret quamdam bene vivendi potestatem quâ..... uteretur, aut non uteretur ut vellet; sed esse talem quae, quando datur, ipsum velle & operari tribuit..........non est enim ampliùs adjutorium sine quo, seu quo volumus; & quo operamur.

XIV. *Ibidem Q. 3. in fine.*

Quaeres, utrùm necessaria fuerit praemotio physica Adamo & Angelis?

R. N. Nam Augustino teste, auxilium istius status, tantùm dabat possibilitatem, erat enim auxilium *sine quo* homo non poterat perseverare: auxilium autem hujus status est auxilium *quo* homo actu perseverat...... nunc enim homo vulneratus est in bonis naturalibus & supernaturalibus per peccatum originale.

XIV.

Ibidem c. 1. *Gratia Christi ab Augustino praedicata sufficientiam donat* non ab actu tamen disjunctam, *sed quem victrici potestate largitur.*

XV. *Quaest. 4. ibid. Obj. 2. Inst. 2.*

R....Equidem omnis actio bona & sa-

XV.

Et rursùm, c. 5. *sufficiens gratia*, *juxta*

lutaris adeoque & desiderium conversionis dependet à Deo specialiter præmovente: quia Deus est, qui operatur in nobis velle & perficere bonum.

doctrinam Augustini solidissimam, non est alia, nec, ut videatur sine errore alia dici potest, quam illa quæ voluntatem facit facere & in ea operatur reipsa velle & operari.

XVI. *Quæst.* 2. *ibid.* §. 1.

Motio physica specialis, est motio: quâ causa secunda efficaciter & infallibiliter determinatur à Deo ad actum hujus speciei potiùs quàm alterius.... Dicitur hæc motio per se efficax, quia ex natura, virtutem habet producendi consensum voluntatis creatæ.... per eam motionem Deus exequitur in tempore quod apud seipsum ab æterno statuerat......quatenus se tenet ex parte voluntatis, est inspiratio dilectionis rerum cœlestium, seu inspiratio amoris, quo voluntas creata determinatur ad aliquid volendum....præmotio quoad intensionem est determinatio ad agendum fortiori modo.... sic Magdalena fuit determinata ad amandum majori amore....... præmotio quantùm ad remissionem actûs est determinatio ad agendum debiliori modo.

CENSURA.

JUxta Dominum *Lengrand*, sicut & juxta Jansenium, S. Augustinus ubique docet, voluntatem applicari à Deo motione, quæ facit ut faciamus, quæ est efficax efficaciâ fundatâ in omnipotentia Dei, & dominio quod habet in voluntatem creatam, per quam inclinat cor ad agendum *invincibiliter & irresistibiliter*, & quæ in nobis agit quidquid vult. Fatetur nihilominus idem Professor cum Jans. gratiæ interiori inefficaci & excitanti sæpe resisti eo genere resistentiæ, quæ oritur ex *concupiscentia dominante*. Hæc gratia *inefficax & excitans*, addit Professor Primarius, *sufficiens dici solet*. In statu innocentiæ, inquit, non opus erat alio adjutorio, quam *sufficienti & sine quo*; sed in statu naturæ lapsæ homo indiget, *adjutorio quo seu efficaci*; nec virtute gratiæ sufficientis potest se ad bonum determinare. Hæc Propositio: *Gratia Christi est efficax, est propositio necessaria*. Non ignorat D. *Lengrand*, propositionem indefinitam necessariam æquivalere universali: omnis igitur gratia Christi est efficax.

Domino *Lengrand* & Jansenio Yprensi concinit D. *Marechal*. Determinatio hominis, inquit ad conversionem fortior est *illâ determinatione, quâ determinatur ad desiderium conversionis*. Hæc determinatio *vocatur aliter motio sufficiens*; altera motio efficax. S. Augustinus asserit, Deum movere cor hominis *irresistibiliter*, & præbendo vires efficacissimas. *Motio sufficiens* est motio interior & actualis, quæ suum ultimum non consequitur effectum ob resistentiam humanæ voluntatis & *concupiscentiæ*. Talis est motio, ait, quâ movetur homo *ad desiderium conversionis præcisè*. Motio sufficiens suum semper consequitur effectum immediatum, scilicet dare potentiam completam & expeditam actum bonum exercendi, *vel ejus desiderium, vel ejus cogitationem*: at non semper effectum suum ultimum producit. Conveniunt, ait, Thomistæ cum Molinistis in vocabulo gratiæ sufficientis; sed tamen diversa est apud illos istius vocabuli significatio. Motio Dei sufficiens est delectatio *victrix* indeliberata. Homo sub concupiscentia, secundùm quam necesse est operari, habet impotentiam liberam, voluntariam & consequentem ad bonum, ideoque gratiæ resistit. Motio Dei sufficiens, seu inferior concupiscentiâ necessitante, non potest quidem resistere concupiscentiæ potentiâ consequente, positionis & futuritionis; sed potest potentiâ antecedente, possibilitatis seu potentiâ ab actu sejunctâ. Unde homo sub illa gratia habet potentiam promptam resistendi concupiscentiæ; quamvis nunquam eventurum sit, quod illi de facto non consentiat cum illa motione. Auxilium hujus status est *auxilium quo seu efficax*; sed in statu innocentiæ satis erat *auxilium sine quo seu sufficiens*.

Equidem omnis actio bona & salutaris, adeoque & desiderium conversionis, in hoc statu dependet à Deo specialiter præmovente, seu à gratia efficaci.

His omnibus summa cum attentione perpensis judicat Sacra Facultas DD. *Lengrand* & *Marechal* ex professo & apertè docuisse secundam & quartam Hæresim Jansenianam, quarum illa hujus est tenoris: *Interiori gratiæ in statu naturæ lapsæ nunquam resistitur*. Hæc verò, ut est præcisè dogmatica, & à Semipelagianorum facto sejuncta sic exprimitur: *Gratia præveniens interior non est talis, cui possit humana voluntas resistere vel obtemperare.*

Resistentia

Resistentia in hoc genere non est præcisè aliquis renisus, aut quædam lucta adversus gratiam vincentem; nec etiam qualiscumque omissio effectûs, ad quem gratia excitat: sed est omissio libera illius actûs, ad quem gratia interior tenens se ex parte voluntatis datur, ad quem movet, ad quem verè sufficiens est, ad quem potestatem proximam largitur. Tolle libertatem omissionis, non erit resistentia culpabilis, sed omissio necessaria. Tolle veram sufficientiam gratiæ ad actum, seu potestatem proximam illius actûs exercendi, hoc ipso perimis libertatem omissionis. Idem dic cum proportione de potestate resistendi gratiæ, quæ essentialiter requirit libertatem ex parte actûs primi.

DD. *Lengrand* & *Marechal* fassi sunt quidem cum Calvino, Jansenin, aliisque Hæreticis vim gratiæ supra modum efferentibus, gratiam interdum destitui effectu ad quem movet, sed illam effectûs omissionem tribuerunt concupiscentiæ dominanti, secundùm quàm necesse est operari, ac proinde negârunt illam resistentiam, illamque potestatem gratiæ resistendi quam Ecclesia in hoc statu agnoscit, & sine qua peccatores ratione noxarum actualium increpari, ac æternùm puniri non possunt.

ANNOTATIONES.

I. GRatia, quam D. *Lengrand* appellat cum Jansenio *excitantem ac inefficacem*, non obtinet quidem effectum mediatum ad quem movet, sed non privatur illo effectu, cujus est capax. Privatio supponit capacitatem subjecti, aut causæ efficientis; sed mera negatio præscindit à capacitate. Igitur illi gratiæ nequaquam resistitur: cum effectu nullo privetur.

II. Illa gratia, inquit, idem Professor, *dici solet sufficiens*; sed non est ipsi sufficiens, cùm non minus sit efficax volitionis infirmæ, quam gratia simpliciter efficax juxta illum, est efficax volitionis robustæ. Illa igitur gratia est inefficax respectu volitionis perfectæ ad quam insufficiens est; non vero respectu volitionis imperfectæ ad quam sufficit. Vide Jans. supra n. 4. & 5.

III. Si ad resistentiam gratiæ satis sit, illam destitui effectu mediato ad quem movet, sed ad quem insufficiens est: ergo nec Calvinus, nec Jansenius, nec ulli alii Hæretici in hac materia, argui possunt negatæ in hoc statu resistentiæ; cùm certissimè agnoverint, & experti sint, homines identidem non ponere actus virtutum, ad quos per internam Dei gratiam excitabantur; Ecclesia igitur contra illos definiens, interiori gratiæ in statu naturæ lapsæ aliquando resisti, significavit adesse potestatem proximam ad actum quo gratia interior destituitur. Præterea quod aiunt, gratiam semper habere effectum immediatum, distingui debet. Si intelligant, de effectu immediato in genere causæ formalis, qui est intellectus; & voluntatem moveri ad aliquem actum vitalem, verum est. Hic enim effectus non distinguitur ab ipsa operatione Dei recepta in creatura. Si verò intelligant de effectu immediato in genere causæ efficientis, novâ distinctione opus est, vel enim comparant operationem Dei ad actum indeliberatum, v. g. desiderium conversionis, vel alium actum sive imperfectum, sive etiam perfectum qui sit indeliberatus; & sub ista consideratione verum est rursus assumptum. Si autem comparent gratiam ad actum deliberatum, sive imperfectum, sive perfectum, falsum est. Homo enim gratiâ imbutus, potest abstinere, & revera aliquando abstinet ab omni effectu immediato, deliberato, sive perfecto, sive imperfecto, ad quem gratia veram præbet sufficientiam; & ex ordine ad hunc effectum tantùm petenda est resistentia propriè dicta.

IV. Si gratiæ tenui, seu minus intensæ resistatur propter omissionem effectûs mediati, ad quem ex voluntate Dei antecedente ordinatur, & ad quem insufficiens est: ergo etiam gratiæ forti, seu intensiori sæpè resistitur, propter defectum perseverantiæ, ad quam ex voluntate Dei antecedente tendit, & destinatur.

V. Nec obstat, quod DD. *Lengrand* & *Marechal* asserant, interiori gratiæ in statu naturæ lapsæ aliquando resisti: nam id eodem modo intelligunt quo Jansenius supra n. 3. Sicut igitur juxta Jansenium homo delectatione terrenâ superante cœlestem, necessitatur ad malum, ac proindè cogitur gratiæ dissentire, seu in boni velleïtatibus hærere; ita & juxta Professores, delectatio terrena major cælesti necessitat ad malum, cogit hærere in desiderio conversionis, vel in cogitatione boni, aut alio actu imperfecto, & hoc Jansenii sensu, appellant resistentiam. Resistentia autem necessaria, sicut & dissensus Jansenii necessarius, non est resistentia à Trid. & summis Pontificibus definita.

V I. Verùm opponet D. *Marechal* se non semel dixisse, grariam minùs intensam esse sufficientem, illamque determinare ad desiderium conversionis præcisè, vel ejuscogitationem, aut alium actum imperfectum.

Respondetur, gratiam minùs intensam, seu delectatione rerrenâ inferiorem, isti Professori esse sufficientem ad effectum immediarum, quem assequitur, scilicet ad desiderium conversionis, vel ejus cogitationem; non verò sufficientem ad actum quem non obrinet. Hinc illa gratia ab eodem Professore dicitur *victrix.* Itaque si illa gratia comparetur ad conversionem, vel alium actum completum, quem non obtinet, est ipsi tantùm sufficiens Theologicè & Thomisticè, seu, *cum particula alternante* prout intelligitur à novis Theologis & pseudo-Thomistis. Quis nisi Pelagianus aut Semipelagianus ausit dicere gratiam quâ inspiratur *cogitatio* conversionis, & quæ D. *Marechal* Thomisticè sufficiens est ad conversionem, esse revera sufficientem? An ullus Thomista genuinns docet, gratiam, quâ inspiratur *cogitatio* conversionis, esse sufficientem ad actum conversionis?

V I I. Quod ait idem Professor, Thomistas convenire cum Molinistis in vocabulo *motionis sufficientis*, quia utrique admittunt gratiam sufficienrem, sed tamen diversam esse apud illos istius vocabuli *sufficientis* significationem: quod, inquam, ait iste Prufessor, est falsum, calumniosum, & à Jansenistis confictum ad abrumpendam unionem, quæ inter Scholas Catholicas vigere debet, ur favore divisionis inductæ, res Imperii Janseniani promoveant, juxta effatum politicum: *Divide & impera.* Itaque conveniunt omnes Scbolæ Carbolicæ non solùm in vocabulo *gratiæ sufficientis*, sed potissimùm in ipsa re, in ipsa idea, & significatione gratiæ sufficientis: gratia sufficiens omnibus Scholis illa est, quæ *totùs voluntatem afficiens pervicacia voluntatis humanæ, privatur effectu suo in iis circumstantiis, in quibus ad illum potestatem proximam, com pletam, & expeditam largitur, ad quem proinde verè & propriè sufficiens est.* Sermo est de gratia proximè sufficienti. Nam si agatur de gratia remotè sufficienti quâ tali, qualis est gratia sufficiens ad orandum comparata ad pœnitentiam, v. g. aut actum amoris Dei, paulò alirer loquendum est, illam scilicet tribuere quidem potestatem proximam ad orationem, quâ privatur; non verò ad pœnitenriam, aut amorem Dei, ad quem remotè & mediatè dumtaxat sufficit.

Nec prædictæ descriptioni officit opinio Scholæ Thomisticæ, juxta quam, præter gratiam sufficienrem ad agendum, requiritur præmotio physica per modum applicationis ad actum; nam ista præmorio physica, juxta suos Defensores non magis requiritur ad *sufficientiam*, quam concursus in actu secundo ad eam necessarius sit juxta Molinistas. Quod autem Scholæ Catholicæ se mutuò lacessant, aut potiùs exerceant variis argutiis, consequentiis, & quæstionibus opinativis, quæ aliquam connexionem, seu relarionem habenr cum dogmatibus, non impedit veram & sinceram unionem quoad dogmara. Ita Thomistæ, Scotistæ, Molinistæ conveniunt circa Eucharistiam, liberum arbitrium, mysteria Trinitatis & Incarnationis: conveniunt, inquam, non solùm quoad vocabula, sed etiam potissimùm quoad res ipsas, rerum ideas, & vocabulorum significationes; quamvis inter se discrepent quoad modos; & variis consequentiis sese impetant. Sic admissâ veritare Eucharisticâ statuit Thomista, ad hoc requiri reproductionem Corporis Christi; id negat Scotista, asserens sufficere adductionem. Sic admisso libero arbitrio, contendit Molinista, ad id requiri sensum compositum; negat Thomista, cui sensus divisus sufficit. Simile quid occurret in omnibus veritatibus Catholicis, si illæ sigillarim lustrentur. Ita pariter hîc, Catbolici omnes bonâ fide conveniunt; ut supra diximus, circa gratiam sufficienrem quoad rem ipsam, rei ideam, & vocabuli significationem; sed Thomista admissâ hâc veritate, docet potestatem proximam & completam ad agendum, seu gratiam verè sufficientem ad actum illius potentiæ, applicandam esse ad actum per physicam prædeterminationem; Molinista verò infert gratiam non fore sufficientem, si præter eam requiratur motio applicans ad agendum. An quod infert Molinista, tribuendum est Thomistæ id ipsum neganti? An Thomista & Molinista mutant liberi arbitrii fidem & ideam quia circa illud variis disputationibus se se fatigant, ac prope obtundunt? Permisit Deus ista Scholarum dissidia propter bonos fines; sed salvâ unitate fidei, quam in Ecclesia tuebitur usque ad consummationem sæculi. Desinant igirur Jansenistæ zizania superseminare, & Scholarum Catholicarum pacem & concordiam nequitiâ ac astutiâ suâ, seu ca-

lumniis & fraudibus perturbare. Ab annis 80. circiter comædias, ac interdum tragædias in Ecclesia agunt illi Novatores : & quamvis larva ipsis identidem detrahatur, tricati & Fideles circumvenire non cessant, ut erroribus suis irretiant.

VIII. Verùm dicet aliquis : An non D. *Marechal* supra n. 4. & 5. asserit, gratiam sufficientem semper dare potentiam completam & expeditam actum bonum exercendi? An non idem, n. 10. docet hominem sub delectatione cœlesti *ut duo*, comparatâ ad delectationem terrenam *ut quatuor*, habere potentiam promptam resistendi concupiscentiæ, adeoque bonum operandi?

Respondetur huc non dici ab isto Professore *simpliciter*, sed *sub disjunctione. Dat*, inquit, *potentiam completam*, &c. *vel inspirat ejus cogitationem, vel desiderium.* In illa disjunctione certò continetur astutia Janseniana. Ad quid enim servit illa disjunctio, nisi ad indicandum minimè necessarium esse, ut gratia sufficiens det potentiam completam & expeditam actum bonum exercendi, ac proinde liberum esse, aliter sentire. Enim verò, si id non sit necessarium : ergo non fundatur in entitate gratiæ, quæ dolosè sufficiens appellatur. An gratia inspirans *cogitationem boni* constituit potentiam completam & expeditam illud exercendi? Cur supra n. 4. dicit Professor Primarius motionem Divinam, quâ movetur homo ad desiderium conversionis *præcisè* vocari sufficientem? Si gratia sufficiens plus dat quàm actum imperfectum, ut quid sollicitè addit particulam *præcisè*? Prærerea quâ fronte audet asserere, delectationem *ut duo*, quæ ipsi est gratia sufficiens donare potentiam promptam resistendi concupiscentiæ *ut quatuor*, seu bonum exercendi? An non juxta illum necesse est operari secundùm majorem delectationem? Si autem est necessitas operandi malum, an remanet potestas expedita, seu prompta faciendi bonum, seu resistendi concupiscentiæ? Neque recurrat ad necessitatem, aut impotentiam liberam, voluntariam, consequentem, &c. nam evidens est, illam necessitatem ac impotentiam proficisci ex delectatione terrena antecedente, quæ potestati nostræ non subjacet, & quæ operatur secundùm proportionem excessus graduum, seu, ut ait *Massoulieus*, secundùm proportionem majoris inæqualitatis, adeoque per modum naturæ, non vero per modum liberi. Minima quidem Dei motio, ut habet D. *Marechal* suprà n. 11. est fortior quâlibet concupiscentiâ; sed huc intelligi debet *absolutè* loquendo, quia saltem sufficit ad faciendum aliquod bonum opus, cujus intuitu largiatur Deus gratiam uberiorem, quâ homo cuilibet concupiscentiæ resistat: nam illud omnino falsum est in *hypothesi* DD. *Lengrand* & *Marechal*, juxta quam homo sub minima Dei motione necessitatur ab opposita majore, cujus activitas naturalis proportionata est excessui, seu graduum inæqualitati. Maneat itaque fixum, ac immobile, Dominum *Marechal* sicut & D. *Lengrand*, nec admisisse gratiam verè sufficientem, nec sub ea potestatem proximam ad actum, nec proinde resistentiam, quam Ecclesia Catholica agnoscit.

IX. Verumtamen novus occurrit scrupulus : gratia sufficiens Thomistarum & Molinistarum ; est gratia excitans & inefficax : atqui D. *Lengrand* admittit gratiam excitantem & inefficacem : ergo quoad gratiam sufficientem consentit Thomistis & Molinistis.

R. Gratiam sufficientem Molinistarum ac Thomistarum esse quidem inefficacem ac excitantem; sed præterea habere hanc perfectionem peculiarem, quod *sit verè sufficiens, quod potestatem proximam & expeditam largiatur*, quæ proindè non elidatur per delectationem terrenam superiorem, secundùm quam necesse sit operari. At D. *Lengrand* admittit quidem aliquam perfectionem genericam gratiæ sufficientis cum imperfectionibus; sed non superaddit *perfectionem specificam, seu formalitatem*, quâ constituitur in esse sufficientis & roborantis, seu dantis potentiam expeditam ad agendum : imò contendit illam qualemcumque gratiam tenuem parvam, & delectatione terrenâ inferiorem sic comprimi, ut necesse sit secundùm delectationem superiorem operari malum. Alienissimi sunt Thomistæ & Molinistæ ab hac novellæ gratiæ idea & quidditate. Igitur gratia inefficax admissa à D. *Lengrand* & Jansenio, est quidem inefficax respectu effectûs, quem obtinere nequit; sed est efficax totius effectûs, cujus est capax. Hinc Jansenius supra n. 5. appositè monet, *duplicem esse effectum adæquatum gratiæ Christi, scilicet volitionem infirmam*, quæ gratiæ inefficaci respondet; *& volitionem fortem*, quæ est effectus gratiæ simpliciter efficacis. Propter hanc rationem Jansenius ejusque Asseclæ non aliam assignant gratiam statui naturæ lapsæ, quam efficacem & adjutorium quo, nullatenus distinguentes vim mo-

ven li gratiæ, sive major sive minor sit, sicut enim calor remissior non minùs infallibiliter, ac necessario producit effectum sibi proportionatum, quàm calor intensior producat calorem intensiorem; ita & gratia minor, ac major.

X. Et ne quis se decipi sinat ambiguis aut mendacibus Jansenistarum, aliorumque Hæreticorum locutionibus, habeat semper præ oculis hæc Spiritûs Sancti monita. 2. Cor 11. » Nam ejusmodi pseudo Apostoli, sunt operarii subdoli, transfigu» rantes se in Apostolos Christi, & non mirum: ipse enim Satanas transfigurat se in » Angelum lucis. Non est ergo magnum, si Ministri ejus transfigurentur velut Mi» nistri justitiæ: quorum finis erit secundùm opera ipsorum. Ad Ephes. 4. Ut » jam non simus parvuli fluctuantes, & circumferamur omni vento doctrinæ in ne» quitia hominum, in astutia ad circumventionem erroris. 1. Timoth. 4. Spiritus au» tem manifestè dicit: quia in novissimis temporibus discedent quidam à fide, at» tendentes spiritibus erroris, & doctrinis Dæmoniorum, in hypocrisi loquentium » mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam. 2. Petri 2. In vobis » erunt Magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis, & eum qui emit » eos, dominum negant, superinducentes sibi celerem perditionem, & multi sequen» tur eorum luxurias. Et c. 3. ibid. Venient in novissimis diebus in deceptione illu» sores, juxta proprias concupiscentias ambulantes. 1. Joan. 4. Nolite omni spi» ritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sint, quoniam multi pseudo-Pro» phetæ exierunt in mundum. Item Epist. 2. ejusdem. Multi Seductores exierunt » in mundum. Denique Judas Apostolus in Epist. Catb. Vos autem Charissimi me» mores estote verborum, quæ prædicata sunt ab Apostolis Domini nostri Jesu» Christi, qui dicebant vobis, quoniam in novissimo tempore venient illusores, » secundùm desideria sua ambulantes in impietatibus. Hi sunt qui segregant semet» ipsos, animales, spiritum non babentes.

Jansenistæ igitur, sicut & reliqui bæretici, meritò dicuntur *operarii subdoli, homines nequam & astuti, in hypocrisi loquentes mendacia, magistri mendaces, illusores, pseudo-Prophetæ, seductores, segregantes semetipsos* suâ superbia & pertinaciâ ab unitatis fonte & centro. Hinc ubi adest sufficiens fundamentum hæresim tribuendi Novatoribus, non oportet à priori judicio discedere propter aliquas locutiones ambiguas & apparenter contradicentes: aliàs enim Fideles ab operariis subdolis omni vento doctrinæ circumferrentur. Quid SS. PP. de hac speciali hæreticorum fraude sentiant videbitur articulo sequenti.

XI. Quis non admiretur industriam & zelum, seu potiùs furorem D. *Lengrand* in propagando Jansenismo? Is enim Professor, dum Discipulos præceptis Logicæ imbuit, impatiens moræ, iisdem præceptis doctrinam Jansenianam permiscet. Hæc Propositio inquit, *gratia Christi est efficax, est propositio necessaria* adeoque universali æquipollens: *& gratiam Christi efficacem admisit Augustinus.* En præcipuum Jansenismi fundamentum paucis verbis expressum, & quidem, si credere fas est, ab Augustino traditum. Si enim omnis gratia Christi est efficax: ergo justi præcepta non implentes, carent gratiâ, quâ præcepta possibilia fiant: ergo necessariò peccant ac demerentur: ergo interiori gratiæ in hoc statu nunquam resistitur: ergo gratia non est talis cui possimus resistere, vel obtemperare: ergo Christus nulli reprobo meritus est gratiam ad salutem necessariam, cùm nullus eorum babuerit gratiam efficacem ad perseverandum requisitam. O pretiosum semen adolescentum ingeniis insertum! quid non inde sperent Janseniani proceres? Quis nescit illud Poëtæ?

Quo semel est imbuta recens servabit odorem.
testa diu.

XII. Sed quid lacessimus DD. *Lengrand* & *Marechal*, quod docuerint, gratiam Cbristi movere cor hominis *irresistibiliter.* An non Augustinus prævivit, dicens l. de Corr. & Gr. c. 12. *subventum est infirmitati voluntatis humanæ, ut Divinâ gratiâ indeclinabiliter & insuperabiliter ageretur?* An non synonima sunt hæc vocabula, *irresistibiliter, indeclinabiliter & insuperabiliter?* Retorquetur. 1º. Argumentum: ut quid Calvin. & Calvinianos insectamur, quod doceant in Eucharistia esse figuram Corporis Christi? An non etiam prævivit Aug. dicens in Eucharistia esse figuram & signum Corporis Christi? An non pariter dixit, *nisi manducaveritis, &c.* esse figuratam locutionem.

Respondetur 2. Illa Aug. effata ab omni erroris suspicione esse aliena, tum ex

præsumptione

præsumptione fundata in ejus sanctitate, & Ecclesiæ approbatione; cùm ex rei veritate, quam manifestant innumera alia ejus testimonia clarissima & indubitata. An singulis Professoribus idem honos referendus est, ac SS. PP. An Sanctitas & Ecclesiæ approbatio suffragantur DD. *Lengrand* & *Marechal*? An ex aliis eorum testimoniis clarissimis ly *irresistibiliter* determinatur ad sensum Catholicum; his accedit quod ly *indeclinabiliter*, *ac insuperabiliter* nulli Ecclesiæ definitioni contradicant: at ly *irresistibiliter* apertè & diametraliter opponitur Ecclesiæ definienti, non solùm posse hominem gratiæ resistere, sed & illi aliquando resistere. Præterea textus Augustini ex l. de Cor. & Gr. secundùm genuinam ejus interpretationem, quam Sacra Facultas probat, intelligendus est de dono perseverantiæ finalis ipsam mortem complectente, ex quo haud dubiè consequitur voluntatem agi indeclinabiliter & insuperabiliter; non verò de singulis gratiis actualibus, cum quibus nunc Sancti operantur.

ARTICULUS SEXTUS.

Præceptorum impossibilitas asserta à Professoribus Regiis, sicut & à Jansenio Yprensi.

PROFESSORES COLLEGII REGII DUACENSIS.

I.

DOminos Lengrand *in Dictatis Philosophicis anni* 1719. *disp* 4. *de concursu causæ primæ cum secunda Q.* a. 5. 1. *prob.* 6.

Voluntas in hoc statu naturæ corruptæ per peccatum originale, est potentia ægra, debilis, & infirma.

Potentia ægra, debilis, & infirma non potest ex sola virtute gratiæ sufficientis sese applicare ad actus qui naturæ vires superant.

II.

Ibid. object. 3.

Obj. Si daretur præmotio physica in hoc statu, inutiles essent exhortationes & correptiones.

Prob. ant. Non ille meritò corripitur, qui non habet omnia necessaria ad benè operandum: atqui qui malè operatur, & mandata Dei non servat, non habet omnia necessaria ad operandum; non enim habet præmotionem physicam; aliàs mandata Dei servaret.

R. N. ant. ad prob. dist. maj. Qui non habet omnia necessaria sine sua culpa, C. ex sua culpa, N. Jam verò quòd homo non habeat motionem efficacem ad bene operandum, hoc provenit ex ejus culpa vel originali, vel actuali. Ita respondet S. Th. 1. 2. q. 2. art. 5. ad 1. ubi sic ait: *Quibus divinitùs datur illud auxilium, misericorditer datur; quibus autem non datur, ex justitia non datur in pœnam præcedentis, aut saltem originalis peccati; ut Aug. dicit in L. de Correp. & Gr.*

JANSENIUS YPRENSIS.

I.

LIbro 3. de Grat. Salv. c. 2 *Nullius momenti est ad efficiendas operationes bonas, istiut adjutorii sufficientis restitutio, quo præsente non minùs intrinsecus erit æger & imbecillis, atque ante illo absente fuit. Opus est enim gratiâ medicinæ, quæ id restituat atque suppleat, aut roboret, quod propriè in volentis arbitrio læsum est. Nam quemadmodum cibus & lumen non sunt propriè læsarum virium, sed sanarum adjutoria ......ita sufficiens istud adjutorium.....*non est adjutorium læsæ voluntatis.

II.

Et c 16. ibid.

Sed addunt, frustra fore præcepta, frustra consilia, frustra exhortationes atque correptiones, nisi gratia sufficiens omnibus detur.

Respondetur, &c........quapropter non est illusoria Dei vocatio, & admonitio, & increpatio, & correptio quam peccatoribus vel per seipsum, vel per Prophetas suos, vel per visibilem Cœli Terræque machinam, Divinæ sapientiæ, bonitatisque testimoniis plenam adhibet. Culpa enim ipsorum est, *qui in suscepta semel mala voluntate durissimè permanent, quod admonitiones suo effectu careant.*

III.

Inst. 1. *Justus* qui labitur in peccatum, caret auxilio ad vitandum peccatum necessariò sine sua culpa; ergo.

R. dist. ant. Sine sua culpa mortali, C. quia supponitur esse justus. Sine sua culpa veniali, N. *Hoc enim oritur ex propria ejus negligentia, vel ex peccatis venialibus quibus augetur concupiscentia. Unde fit ut gratia illi data, urgente præcepto non sit idonea ad vincendam tentationem.*

III.

Et c. 13. ibidem.

Itaque S. Thomas Augustini vestigia secutus, audet & resolute dicit.......quod quidem auxilium quibuscumque divinitùs datur, misericorditer datur, quibus autem non datur, ex justitia non datur, in pœnam præcedentis, aut saltem originalis peccati, *ut Augustinus dicit lib. de Corrept. & Grat.*

IV.

Instabis 2. Deus neminem deserit, nisi prius deseratur, ut ait Concilium Trid. ergo.

R. dist. ant. Neminem deserit per substractionem gratiæ habitualis, nisi priùs deseratur, C. quia Deus non aufert a justo gratiam sanctificantem, nisi peccaverit mortaliter,

Per substractionem gratiæ actualis, *N. quia cùm gratia actualis nulli sit debita, potest Deus in pœnam peccati venialis vel originalis alicui denegare.*

Sic explicant locum Tridentini omnes Thomistæ.

IV.

Et rursum ibidem.

Hæc igitur omnia plenissimè planissimèque demonstrant, nihil esse in S. Augustini doctrina certiùs ac fundatiùs, quàm esse Præcepta quædam quæ hominibus *non tantùm infidelibus excæcatis, obduratis*, sed Fidelibus quoque & justis volentibus, conantibus secundùm præsentes quas habent vires, sunt possibilia, deesse quoque gratiam quâ fiant impossibilia: *Hoc enim* Sancti Petri exemplo *aliisque multis manifestum esse*, qui tentantur ultra quàm possint sustinere: *nec illam implendi talia Præcepta* difficultatem *proficisci, quod actus implendi debeat esse supernaturalis vel meritorius, vel aliquid simile, sed ex eo quod vires voluntatis infirmæ sint* propter concupiscentiam à volendo bono retrahentem, *cujus rensu fit, ut vires voluntatis distrahantur, atque ita homo non plenè velit, non integrè velit, non totà voluntate velit. Talem autem voluntatem non esse idoneam ut superet alteram vetustate roboratam.*

V.

Objicies 4. Ex præmotione physica deducuntur Hæreses Jansenianæ: ergo non est admittenda.

Prob. ant......3°. *Sequitur Præcepta Dei justis esse impossibilia:* nam justus sine præmotione physica non potest implere Præcepta; cùm præmotio ad hoc sit necessaria: atqui justus non habet semper præmotionem physicam, ut constat; aliàs enim nunquam peccaret: ergo.

R. ad 3. negando sequelam, ad cujus prob. dist. maj. Non potest implere præcepta potentiâ *consequente* [a] C. quia potentia consequens hîc & nunc consequitur effectum: seclusâ autem præmotione, effectus hîc & nunc haberi nequit.

Non potest implere Præcepta potentiâ antecedente, N. quia potentia antecedens est illa quæ hîc & nunc non est reducenda in actum sed reducibilis tantùm, *eò quod respiciat effectum præcisè secundùm se abstrahendo à circumstantiis; unde manet semper instar meræ possibilitatis. Sic vir sapiens*

V.

Cap. 19. ibidem.

Objici & illud solet, quòd Deus non deserat, si non deseratur.

Respondetur sententiam illam haberi in Concilio Tridentino, & ex D. Augustino desumptam esse. Tam verò Tridentinum quàm Augustinus perspicuè indicant se sic illam intelligere, quod Deus neminem deserit ab eo discedendo, ipsâ scilicet justitiæ substractione, *nisi homo priùs Deum per inobedientiam deserat.*

Et infra. *Nam si desertionem Dei*, quæ fit actualis gratiæ substractione, *spectare voluerimus, nimis enormiter ab Augustini mente discedunt, qui ei istud* paradoxum *& equidem postquam per Adami lapsum in statum damnationis & iræ Dei præcipitati sumus*, imponere volunt.

[a] *Malitiosa tenebrarum effusio, ut videbitur in Annotationibus.*

habet potentiam sibi abscindendi nasum, tametsi hæc potentia in actum nunquam sit reducenda.

Eadem vide in Dictatis 1720. 1721.

VI.

DOMINUS MARECHAL *in Dictatis Philosophicis anni* 1721 *&* 1722 *Dissert.* 4. *de causa efficiente increata Q.* 1. *versus finem.*

Quæres 3. utrùm detur concursus in actu primo indifferens?

....

R. 2. Eum esse rejiciendum pro actionibus bonis creaturarum, quia post peccatum originale, & attentâ in malum propensione, creatura nimiùm est debilis, ut seipsam determinare possit ad aliquod bonum particulare volendum *nisi præveniatur à Deo specialiter eam movente.*

VI.

Item c. 3. ibidem.

Primum omnium (argumentum) tanquam inexpugnabile munimentum afferunt, quod Deus jubeat homines credere pœnitere, &c. Deus autem non jubet impossibilia: ergo, &c.

Cui argumento sic respondet Jansenius Yprensis, c. 15. ibidem.

Ad argumentum igitur initio Capitis 13. *propositum veniendo respondemus præcepta Dei esse homini possibilia, seu posse ab homine fieri & consequenter hominem ea posse facere* Etenim si jam justificatus est, *habet charitatem, seu bonam voluntatem, per quam Deum diligere, & consequenter* totam legem implere potest.. .....Si autem fidelis quidem, *sed nondùm justificatus est, habet aliquid bonæ voluntatis quatenus credit.........* *Per hanc autem potest mundari*, potest uberiùs auxilium invocare, & consequenter rectè pièque vivere, *quòd si etiam* fide Christi caret, *habet liberum voluntatis arbitrium per quod uti carni titillanti, ita & Spiritui illuminanti consentire; uti peccare,* ita & rectè vivere potest.

VII.

Ibid. Q. 2. §. 2. *Concl.* 3. *Prob.* 3.

Homo lapsus magis est infirmus quàm homo innocens: ergo fortiori indiget auxilio, seu motione ad bonum agendum. Subsumo. Sed fortiùs illud auxilium est præmotio physica, quæ non tantùm potentiam bene agendi, sed bonam actionem etiam in nobis producit: ergo homo lapsus indiget auxilio, seu motione ad bonum agendum.

VII.

Et infra. *Quomodo igitur non excusat tanta implendi præcepti impotentia?*

Respondent aliqui verè peccare eos qui adjutorio sufficientis gratiæ carent: quia eorum impotentia non est antecedens, sed concomitans........ *Non enim ideo peccant, quia non possunt abstinere à peccato, sed idcirco peccant*, quia non volunt, neque vellent abstinere etiam si possent... Si hoc alicui sufficiat, nihil superest prætereà satagendum.

VIII.

Ibidem §. 3.

Obj 2. Ex nostra sententia deducuntur quinque famosæ Propositiones damnatæ in Jansenio: ergo non est admittenda.

Prob. ant. Nam 1°. *Sequitur, justis volentibus & conantibus, aliqua Præcepta Dei esse impossibilia*; sed illa est prima Propositio inter damnatas: ergo, &c.

Prob. maj. Nam illi præcepta sunt impossibilia, qui non potest ea adimplere; sed justus præmotione physicâ destitutus præcepta Dei non potest adimplere: ergo, &c.

VIII.

Item L. 2. de Gr. Christi Salv. c. 23.

Docet Augustinus frequenter id quod sine apertâ impietate negari nequit, postquam humana natura in peccati infirmitatem præcipitata est, jam nihil omnino in homine boni esse posse, nec nutum quidem voluntatis, aut studium, aut conatum, nisi homini detur; *non solùm illud facere posse, si velit, sed nisi ei hoc ipsum quidquid boni ab ipso, vel in ipso fit*, gratiâ largiente donetur.

R. N. ant. & ejus prob. ad cujus prob. dist. min. *Sed justus præmotione physica destitutus, præcepta Dei non potest adimplere potentiâ consequente*, [a] *potentiâ positionis, potentiâ futuritionis*, C. potentiâ antecedente & possibilitatis, N. duplex itaque distinguenda est potentia antecedens se: & consequens: potentia antecedens est illa quâ aliquid est possibile, licet de facto non fiat Potentia consequens est illa, quæ est conjuncta cum suo actu.

[a] *Occultatio hæresis, ut probabitur in Annotationibus.*

Equidem justus præmotione physicâ destitutus præcepta Dei non potest adimplere potentiâ consequente, quia de facto bonum non facit, nec habet potentiam conjunctam cum actu: at verò potest illa adimplere potentiâ antecedente & possibilitatis; nam qui habet omnia necessaria quaorùm ad sufficientiam virtutis operativæ, id est, *qui potest ea observare, si velit*, illi præcepta Dei non sunt impossibilia; sed justus destitutus præmotione physicâ, habet omnia necessaria ex parte potentiæ; habet enim gratiam habitualem, seu sanctitatem & gratiam sufficientem, [a] quæ potentiam expeditissimam reddunt ad bonum agendum urgente præcepto.

IX.

Inst. 1. Ille non potest præcepta Dei adimplere potentiâ antecedente & possibilitatis: qui caret motione necessariâ ad præceptorum observationem, sed carens præmotione physicâ non habet auxilium necessarium ad observanda Dei præcepta: ergo; &c.

R. dist. min. Sed carens præmotione physicâ non habet auxilium necessarium ex parte actûs secundi, seu actionis; C. non habet Auxilium necessarium ex parte actûs primi, seu potentiæ, N. nam qui habet potentiam promptam & expeditam ad observanda Dei præcepta non caret auxilio necessario ex parte potentiæ: atqui justus præmotione carens habet potentiam promptam & expeditam ad observanda Dei præcepta; instructus est enim auxilio sufficienti. [b]

IX.

Et Lib. 3. c. 18.

Illud pristinum primævæ integritatis auxilium (seu gratia sufficiens) quo veritatem agendorum cernere & agenda implere sufficiebat quantùmlibet fractis viribus abundaret & superflueret, nullo pacto ad faciendam justitiam sufficeret aut congrueret, sed potentissima illa Sanguinis Christi & Redemptionis medicina, quæ vulnerato quassatoque sufficit, necessaria est, quemadmodùm latiùs alibi disseruimus.

X.

Inst. 2. Saltem ille justus immeritò corripitur, quòd bonum non faciat.

Prob. Ille immeritò corripitur quòd bonum non egerit, qui caret auxilio necessario ad agendum bonum, sed ille justus caret auxilio necessario ad bonum agendum: ergo, &c.

R. N. ant. ad prob. dist. maj. Ille immeritò corripitur quòd bonum non egerit, qui sine sua culpa caret auxilio necessario ad bonum agendum, C. qui caret ex sua culpa, N. & sic distinctâ minore, nego conseq. *Justus ergo caret aliquando motione efficaci requisitâ ad observationem mandatorum Dei: sed hoc oritur ex ejus culpa actuali vel originali, eò quod non oret ut oportet, & non reprimat concupiscentiam*; quia Deus neminem deserit, nisi priùs ab eo deseratur.....sed adjuvat ut possis, & petere quod non possis. *Hinc si justus in peccatum incidat, id oritur ex amore bonorum terrestrium quibus inhæres liberè*, quia illi justo nunquam saltem desunt vires etiam supernaturales [c] *dum vult & conatur bene agere.*

Hæc responsio *addit in Dictatis* 1713. & 1714. est D. Thom. & Augustini.

X.

Item lib. 3. de Grat. Salv. c. 15.

Itaque respondetur esse duplicem præcepti faciendi impotentiam: una est ex defectu alicujus quod non potest quantùmlibet magnâ voluntate, hoc est quantùmlibet fortiter volendo suppleri, *talis est impotentia illius qui caret breviario ad Horas, quas ignorat, recitandas, & illius qui caret rebus temporalibus ad largiendam eleemosynam, & scientiâ ad eum docendum, qui defectu instructionis perit, & ejusmodi infinita.* De tali impotentia verissimum est, quòd Deus non jubet impossibilia: *nam hoc ipso, quo talis oritur impossibilitas, vel præceptum extinguitur, vel certè ad implendum, is cui præcipitur, non ampliùs obligatus est. In hujusmodi etiam impossibilibus voluntas pro facto reputatur: non enim est culpa voluntatis quòd non fiat, sed pura inopia potestatis.* Altera impotentia est quæ ex defectu ipsius voluntatis, seu volitionis oritur, quæ si adesset quanta adesse debet, præceptum facillimè impleretur. *Tantummodò enim fortiter volendo impletur*; unde si fortiter vult, hoc ipso jam impletum est, & non impletum esse non potest..... *Talis enim voluntas sicut necessariò secum affert plenum velle, ita & posse quod voluit.....* Hæc impotentia faciendi

a *Vel indistinctam à Gratia habituali, vel sufficientem more cognitionis, &c.*
b *A Gratia habituali indistincto.*
c *Non dicit, sufficientes.*

ciendi nullo modo excusat eum, qui non implet quod præcipitur. Posset enim implere si vellet. *Quod si noluerit atque ideo non potuerit, quis non enim dixerit pro ipsa tam perversà obduratàque voluntate culpandum? ......Ex hac igitur duplicis impotentiæ distinctione facilè apparet quid ad objectionem istam (de præceptorum impossibilitate ex defectu gratiæ actualis) quam diù volvimus, respondendum sit, nimirùm* impotentiam Divina mandata faciendi, *quæ in peccatoribus reperitur, esse talem* ut non desinant ea implere posse, si voluerint. Velint enim, plenèque velint, mox ut voluerint, implebuntur. *Si autem nolint, ideoque non possint: quis nisi nolentibus vitio vertat duritiam iniquæ voluntatis, secutumque defectum potestatis? Nam revera defectus talis potestatis non est aliud quàm duritia malæ voluntatis à qua suscepta recedere non posse, non est aliud quàm tenaciter nolle...... Ex qua S. Augustini & Bernardi doctrina planum est, talem implendorum præceptorum* impotentiam ex duritia volendi profectam, sicut non abstergit culpam voluntatis humanæ, sed auger potiùs; ita quoque nullo modo tollere libertatem; *quo secundùm Augustini principia nihil veriùs dici potest. Nam apud illum nihil est aliud voluntatem esse liberam, quàm actum suum habere in sua potestate, & habere in potestate, nihil aliud, quàm eum facere si voluerit.*

XI.

Dices: Justus tunc non habet motionem ad orandum: ergo si non oret, non est ejus culpa.

R. dist. ant Justus non habet gratiam efficacem ad orandum, C. motionem sufficientem. N. Hoc autem sufficit ut sit in culpa; nam ille culpabilis est qui non facit illud quod facere potest dum tenetur; atqui ille justus potest orare virtute motionis sufficientis; [a] ergo culpabilis est, si non oret.

At inquies, cur Deus non dat ei motionem efficacem? R. quia *Deus nemini suam debet gratiam; miseretur enim cujus vult, & quem vult indurat; unde tunc recurrendum est ad inscrutabilia Dei judicia, qui unum præ alio eligit ad vitam æternam pro suo beneplacito.*

XI.

Et rursùm c. 13. ibid.

Multi fideles non convertuntur ad invocandam gratiam, *è qua sola, vires illæ voluntatis nasci possunt, atque expectari debent. Plurimi quippe præsumptione pleni se satis fortes esse putant ad præcepta facienda si tantùm velint, quà superbia occultà implicati* non invocant adjutorem Deum... *Tales autem per frequentes lapsus ad infirmæ voluntatis suæ agnitionem perducuntur, si tamen eis miseretur Deus, ut vel sic confusi, ipsàque confusione humilitatis in timore ac tremore discant operari salutem suam, & ab ipso solo faciendi vires expectare.*

Denique addit in cursu Philosophico 1719. Justus ille semper habet gratiam habitualem & potentiam naturalem liberam *sæpissimè conjunctam* cum auxilio actuali [b] ad bonum agendum Unde si malè agat: donisque à Deo sibi datis resistat, hoc ipsum malitiæ vel negligentiæ tribuendum est.

XII.

Inst. primò. Præmotio physica complet potentiam ad agendum: ergo carens præmotione physicâ non habet potentiam expeditam ad agendum.

R. dist. ant. Præmotio physica complet potentiam in actu secundo, C. quia voluntatem otiosam reddit operantem. Complet potentiam in actu primo, N. Nam quod requiritur tantùm ad existentiam actionis bonæ, non verò ad ejus possibilitatem, complet tantùm potentiam agendi in actu secundo; atqui præmotio Physica tantummodò est necessaria ad existentiam actionis bonæ, non verò ad ejus possibilitatem, cùm antequam creatura agat, intelligatur habere potentiam promptam & expeditam agendi: ergo.

XII.

Item c. 14.

Ex quo ostenditur subinde fieri posse, ut aliquis gratià careat, sine qua preceptum implere non possit, negligentià aut superbià præsumptuosæ voluntatis pœnam istam promerente, *& tamen peccatum non solùm in causa, hoc est in neglectu contemptuque gratiæ, sed etiam peccatum propriè dictum & veri nominis perpetret.........Dico itaque id quod Augustinus de similibus adjutorio sufficienti destitutis crebrò dixit, non esse iniquitatem apud Deum, qui gratiam negat; culpam enim peccantium ita meruisse, ut æquissimà istà severitate puniatur.* Cui solutio ista displicet, alium quærat exitum, sed caveat præcipitium.

[a] *Habitualis.*
[b] *Quod non est sufficient.*

XIII.

Inſt. 2. Potentia præmotione deſtituta eſt inutilis ad agendum:ergo non eſt completa.

R. diſt. ant. Si non poſſit ad actum reduci, C. ſecùs, N. ant. & conſequentiam. Jam verò voluntas præmotione deſtituta potentiam babet expeditam Deum amandi; licet nunquam futurum ſit, ut Deum amet ſine præmotione.

Sic, v.g. *licet vir nobilis facultatem habeat incedendi nudus in medio foro de die, vel abſcindendi ſibi digitum vel naſum, non ſequitur illam potentiam eſſe inutilem quamvis nunquam ſit reducenda ad actum quamdin erit ſui compos* : quia ſcilicet ex amore ſui & honeſtatis vult membrorum ſuorum integritatem, & honeſtè incedere. *Ita pariter* quamvis præmotus ad amandum Deum nunquam ſit poſiturus pro illo tempore odium Dei, *non ſequitur idcircò potentiam non amandi eſſe illi inutilem.*

XIII.

Ac rursùm c. 13. ibid.

Paſſim docet Auguſtinus Petrum, cum ſe pro Chriſto moriturum polliceretur propter defectum virium voluntatis præſtare non potuiſſe, quod promiſerat: voluntas enim ejus hoc eſt, vis volendi divinitùs ei data adhuc parva erat, quam oportebat eſſe maximam: ne mortis oblata terrore frangeretur.........Noverat hoc non exiguum eſſe Divinæ gratiæ beneficium, quod propterea, quia gratia eſt non promiſcuè cuilibet etiam credentium tribuat, ſed tantùm orantibus, ac de Divino adjutorio, ſicut oportet, confidentibus, adeoque fere electis.

XIV.

Ibid. obj. 3. poſt inſt. 8.

Dices 3. Delectatio victrix imponit neceſſitatem antecedentem: ergo non eſt admittenda.

Prob. ant. Supponit impotentiam ortam ex parte concupiſcentiæ: ergo, &c.

R. N. ant. *Supponit impotentiam ortam ex parte concupiſcentiæ liberam & voluntariam.* [a] C. Supponit impotentiam phyſicam, N. ant. & conſeq. *In ſyſtemate delectationis victricis ad bonum agendum, datur quædam impotentia in creatura*, ſed illa impotentia eſt pure conſequens & voluntaria orta ex libera converſione creaturæ ad bona terreſtria, *at non eſt impotentia phyſica, quia de fide eſt quod homo poſſit ſemper bonum agere ſi velit.*: cùm definitum ſit liberum arbitrium non eſſe extinctum per peccatum originale, licèt ſit viribus attenuatum, ut inquit Concil. Trid.

XIV.

L. 8. de Grat. Salv. c. 20.

Quemadmodum igitur qui ſub gratia ad opus bonum determinante operatur, ſimul etiam peccare poteſt; ita quoque è contrario qui iſtâ gratiâ deſtituitur, *ſive fidelis, ſive infidelis, & peccandi tentationibus quatitur*, poteſt bene facere...... *quia quantumcumque ad peccandum peccati voluptate, hoc eſt voluntatis infirmitate trahatur, manet in arbitrio non ſolùm fides & habitus boni in Fidelibus, ſed in infidelibus etiam illa ſaltem naturalis flexibilitas, ſeu capacitas quâ liberum arbitrium credere, ſperare, ac Deum diligere poteſt... ..quæ credendi, aut bene faciendi operatio, licet in infidelitate vel determinatione ad peccandum jungi in eadem voluntate nequeat*, potentia tamen illa credendi & bene faciendi cum infidelitate ſimul manet....*& quamvis talis non peccandi, ſeu bene faciendi facultas, concupiſcentiâ ſæviente, & gratiâ non juvante, nullius fructûs ſit, ad hoc ut reipsà peccati reatus effugiatur*, utilitate tamen ſuâ nequaquam caret.

XV.

Quæſt. 2. § 2. concl. 3. prob. 3.

Si non indigeret homo motione phyſicâ ad bene agendum, unus homo ſe redderet altero meliorem per ſolas ſuas vires naturales.

Prob. Ille ſe reddit altero meliorem per ſolas ſuas vires qui non accipit à Deo auxilium, juxta Moliniſtas, homo bene operans, fortiorem non accipit à Deo motionem quàm otioſus: ergo, &c.

a *Oſtenditur eſſe neceſſariam & antecedentem.*

XV.

Et infra.

Hæc ergo firmitas ardorque voluntatis malæ, vehementi delectatione concupiſcentiarum adjuta & incitata, parit bene faciendi impotentiam, *quam ſola voluntas ſuperare non poteſt, quia velle non poteſt*, idque ideo fortiter, ſtabiliterque non vult *cum qua tamen, quia manet facultas illa liberi arbitrii interna & flexibilis bene faciendi, mala voluntas propter cauſam jam dictam, rea eſt*, quamvis nulla ei detur

gratia, & habet quamdam ad contraria indifferentiam *quamdiu in hac vita vivitur; ratione cujus, si Spiritus Sanctus aspiraverit, bonam voluntatem seu velle, quod petulanter admissum est, iterum suscipere potest. ...... Quod si ista declaratio permanentis in hac vita indifferentiæ ad contraria intelligitur, jam facilè patet quid de indifferentia contradictionis æstimandum sit.* Nam hoc ipso quo semper adest libertas talis ad contraria, sive ante gratiam, sive sub gratia delectante atque determinante, necessariò quoque libertas ad contradictoria adesse debet.

CENSURA.

JUxta Dominum *Lengrand*, homo in hoc statu naturæ corruptæ, potest quidem se determinare, ac revera se determinat per solam gratiam excitantem ac inefficacem ad actus aliquos imperfectos supernaturales; sed *ex sola virtute gratiæ sufficientis non potest sese applicare ad actus qui naturæ vires superant*; ideoque in hoc statu non datur gratia sufficiens, seu adjutorium *sine quo*; sed solùm gratia efficax; seu adjutorium *quo*. Illa enim gratia, quæ *propter dominantem concupiscentiam* dicitur excitans ac inefficax, obtinet in his circumstantiis totum effectum, cujus hîc & nunc est capax, adeoque, propriè loquendo, est efficax. Hinc illa propositio, ut habet articulo præcedenti, *Gratia Christi est efficax*, est propositio necessaria adeoque universali æquipollens. Juxta eundem Professorem generaliter loquentem, *Qui non servat mandata Dei*, ac proinde motione efficaci caret, *non habet omnia necessaria ad illa servanda; & nihilominùs justè corripitur. Quod ipse justus in peccatum labatur, oritur ex propria ejus negligentia, vel ex peccatis venialibus, quibus augetur concupiscentia Unde fit ut gratia illi data, urgente Præcepto, non sit idonea ad vincendam tentationem.* Hinc *Deus justum non deserit quidem priusquam deseratur per substractionem gratiæ habitualis; sed illum priùs deserit quàm deseratur, per substractionem gratiæ actualis. Et ita*; inquit, *explicant locum Tridentini omnes Thomistæ.* Justus Præcepta non implens defectu præmotionis physicæ seu delectationis cœlestis superantis terrenam, non potest quidem illa implere potentiâ consequente conjunctâ cum actu, & respiciente omnes circumstantias; sed potest illa implere potentiâ antecedente: eò quòd hæc potentia respiciat effectum secundùm se; abstrahendo à circumstantiis. Unde manet semper, inquit, instar meræ possibilitatis. *Sic*, addit, *vir sapiens habet potentiam sibi abscindendi nasum*, tametsi hæc potentia in actum nunquam sit reducenda. Necessitas præmotionis specialis, ut videre est articulo primo, repetenda est ex infirmitate naturæ, seu ex dependentia naturæ debilis & infirmæ à causa sanante, elevante, & applicante, adeoque justus præmotione speciali destitutus, est debilis & infirmus, ac proinde mandata servare non potest. Nec mirùm, cùm justus in illis circumstantiis necessitetur ad peccandum vi concupiscentiæ dominantis

Juxta Dominum Marecbal, *auxilium statûs innocentiæ est adjutorium* SINE QUO; *seu sufficiens; sed auxilium hujus statûs est adjutorium* QUO, *seu efficax: nunc enim homo vulneratus est in bonis naturalibus & supernaturalibus per peccatum originale. Omnis actio bona & salutaris dependet à Deo specialiter præmovente: quia Deus est, qui operatur in nobis velle & perficere bonum.* Hinc *homo indiget præmotione physicâ ad bene agendum; aliàs unus homo redderet se altero meliorem per solas vires suas naturales. Necessitas præmotionis physicæ fundatur in infirmitate naturæ: unde homo illâ præmotione destitutus, est debilis, æger, infirmus*, adeoque caret gratiâ verè sufficienti. *Nihilominùs determinatio ad desiderium conversionis vocatur gratia sufficiens. Motio sufficiens suum ultimum non consequitur effectum ob resistentiam humanæ voluntatis & concupiscentiæ. Talis est motio, quâ movetur homo ad desiderium conversionis præcisè. Motio sufficiens semper dat potentiam completam exercendi bonum, vel ejus inspirat cogitationem, vel desiderium. Thomistæ & Molinistæ conveniunt in vocabulo gratiæ sufficientis, sed non in re significata. Delectatio victrix indeliberata est motio Dei sufficiens. Motio Divina ad duos gradus dumtaxat comparata ad concupiscentiam ad quatuor, est sufficiens ad eam vincendam, imò fortior quâlibet concupiscentiâ, quamvis nunquam eventurum sit, quod homo illi de facto non consentiat cum illa motione. Justus præmotione physicâ destitutus, Præcepta Dei non potest adimplere potentiâ consequente, potentiâ positionis, potentiâ futuritionis; sed potest potentiâ antecedente & possibilitatis: nam habet omnia necessaria quantùm ad sufficientiam virtutis operativæ, cùm possit Præcepta observare si velit.* Justus ergo caret aliquando motione efficaci requisitâ ad observationem mandatorum Dei: sed hoc ori-

tur ex ejus culpa actuali vel originali, eò quod non oret ut oportet, & non reprimat concupiscentiam. Hinc si justus in peccatum incidat, id oritur ex amore bonorum terrestrium, quibus inhæret liberè: quia illi justo nunquam saltem desunt vires etiam supernaturales, dum vult & conatur bene agere. *At, inquies, cur Deus justo non dat motionem efficacem? R. Quia Deus nemini suam debet gratiam: miseretur enim cujus vult, & quem vult indurat; unde tunc recurrendum est ad inscrutabilia Dei judicia, qui unum præ alio eligit ad vitam æternam pro suo beneplacito.*

Sacra Facultas, attentis, quòd DD. *Lengrand* & *Marechal* ab hoc statu excludant gratiam verè sufficientem ab actu sejunctam; quòd ad implenda Præcepta statuant, necessariam esse præmotionem physicam Jansenianam, seu delectationem cœlestem terrenâ superiorem, secundùm quam necesse est operari, quâ absente, aut decrescente, delectatio terrena vicissim dominatur & necessitat; quòd istâ occasione, & in casu justi carentis illâ delectatione cœlesti objecerint sibi primam propositionem Jansenianam, nec quidquam reposuerint quod Jansenius ipse non reposuerit; quòd illam Propositionem diu volverint, & sensum ejus damnatum adeo non rejecerint, ut potiùs multipliciter confirmarint: attentis, inquam, illis omnibus; censet Sacra Facultas primam Hæresim Jansenianam à Dominis *Lengrand* & *Marechal* dolosè & cum magno Discipulorum damno, aut saltem periculo, traditam fuisse. Hic est autem illius Propositionis tenor. *Aliqua Dei Præcepta hominibus justis volentibus & conantibus secundùm præsentes quas habent vires, sunt impossibilia; deest quoque illis gratia, quâ possibilia fiant.*

ANNOTATIONES.

I. Potentia antecedens servandi Mandata Dei, quam DD. *Lengrand* & *Marechal* admittunt in justo carente gratiâ actuali est ludicra, inepta, & meræ præcisionis: est enim potentia, quæ respicit mandata secundùm se, abstrahendo à circumstantiis concupiscentiæ necessitantis, & defectus gratiæ necessariæ. An Calvinus, an Jansenius, an ullus hæreticus negavit talem potentiam? An possibilitas Præceptorum asserta à Patribus & Conciliis nihil aliud exigit? An ambulatio possibilis est ægroto, aut ligato ad columnam, quia abstrahendo ab ægritudine, & vinculo indissolubili, potest ambulare?

II. Impotentia *consequens, positionis, futuritionis, libera & voluntaria*, quam iidem Professores agnoscunt in justo carente delectatione cœlesti superante terrenam, est revera antecedens; cùm oriatur ex defectu gratiæ antecedente, & ex concupiscentia determinante ad malum. Non aliam etiam præcepti implendi impotentiam agnoscit Jansenius: & aliundè multiplicem præceptorum possibilitatem admittit in justo præcepta non implente. Vide supra n. VI. VII. VIII. X.

III. Nec refert quod D. *Marechal* de justo carente præmotione physicâ dicat, illum *habere omnia necessaria quantùm ad sufficientiam virtutis operativæ, id est, eum posse præcepta Dei observare si velit. Habet enim*, addit, *omnia necessaria ex parte potentiæ: habet gratiam habitualem, seu sanctitatem & gratiam sufficientem, quæ potentiam expeditissimam reddunt ad bonum agendum urgente præcepto.*

Respondetur 1°. Jansenium non solùm in justo gratiâ efficaci destituto, sed & in quovis peccatore agnoscere potentiam implendi præcepta *si voluerit. Velint*, inquit, *plenèque velint, mox ut voluerint, implebuntur.* Vide textum integrum supra n. X.

2°. Jansenium in quovis justo agnoscere potentiam implendi præcepta fundatam in gratia habituali. *Dicimur*, inquit L. 3. de Gr. Salv. c. 14. *multò pleniùs propinquiùsque posse per charitatem, per quam homo justificatur.* Vide etiam supra n. VI.

Neque existimet D. *Marechal* Lectorem fascinandum vocabulis *gratiæ sufficientis*, & *potentiæ expeditissimæ*, quibus utitur: nam gratia sufficiens, cujus meminit, non distinguitur ab ipsa gratia habituali.

Id colligitur 1°. Ex particula; *seu*, quam usurpat. *Habet enim*, inquit, *gratiam habitualem, seu sanctitatem, & gratiam sufficientem.* Hæc autem particula, *seu* non superaddit aliquid termino, cui adjungitur; sed eum præcisè explicat.

2°. Ubi idem Professor alibi conjungit gratiam habitualem cum auxilio à se distincto, non appellat illud, *sufficiens*, sed *actuale. Justus*, inquit, *semper habet gratiam habitualem & potentiam naturalem sæpissimè conjunctam cum auxilio actuali.*

3°. Dum alibi dicit, justo cadenti *nunquam saltem deesse vires etiam supernaturales, dum vult & conatur bene agere*, vires illas non appellat *sufficientes.*

4°.

4°. Hanc fraudem hausit Professor ex famoso Antonio Arnaldo factionis Jansenianæ Primipilo, qui in opere, cui titulus; *Causa Arnaldina*, scripto 8. art. 5. pag. 112. & 113. sic loquitur: *Verùm non eâ tantùm ratione præcepta omnia justis omnibus possibilia sunt (quia possunt ea servare si velint) sed præterea, quia per virtutem gratuitam naturæ superadditam, & in ipsa justificatione acceptam possunt ea servare, quatenus ea gratia in suo genere hoc est in genere habitualis doni* SUFFICIENTER *adjuvat ad non peccandum*, QUANTUM AD SUFFICIENTIAM OPERATIVÆ VIRTUTIS..... *Non ergo aliâ ratione gratia habitualis dicitur auxilium* DE SE SUFFICIENS *ad non peccandum vel ad mandata servanda, quàm quia dat homini posse* QUANTUM AD SUFFICIENTIAM OPERATIVÆ VIRTUTIS; *nec indiget homo, ut id reipsâ præstet, aliâ sibi inditâ operativâ virtute, hoc est alio habituali dono, etsi ulteriùs indigeat auxilio Dei moventis.* Vide eundem *Arnaldum* ibidem pag. 110. & 111. item *Contensonium*, tom. 1. l. 8. dissert. 2. cap. 2. quæst. 2.

5°. Non potuit D. *Marechal* agnoscere in justo gratiâ efficaci destituto gratiam verè sufficientem ab habituali distinctam, nisi omnia principia sua sùsque dèque subverteret.

6°. Cùm in ejus principiis, absente delectatione cælesti superante terrenam, justus illicò necessitetur ab opposita delectatione, quomodò superesse potest auxilium verè sufficiens ad implenda præcepta? 7°. Motio sufficiens, juxta D. *Marechal*, semper dat potentiam *completam exercendi bonum, vel ejus inspirat cogitationem, vel desiderium.* An ibi est gratia sufficiens sensu Catholico? An cogitatio inspirata boni sufficit, ad illud exercendum, vel ad potentiam illud exercendi?

8°. Si D. *Marechal* admittat gratiam verè sufficientem, cur dicit voluntatem per eam moveri ad desiderium conversionis *præcisè*? Cur dicit eam gratiam esse *victricem*?

Cæterùm etiam Jansenius admisit in *justo volente & conante*, sed præceptum non implente *vires supernaturales*; cùm juxta illum, supra n. VIII. *nihil omnino in homine boni esse possit, nec nutus quidem voluntatis, aut studium, aut conatus, nisi homini gratiâ largiente donetur.* Hinc etiam gratiam habitualem sæpissimè conjungit cum auxilio actuali in justo gratiâ efficaci destituto.

Ex Dictis facilè est intelligere, quo sensu D. *Marechal*, asserat, *justum præmotione carentem habere potentiam promptam & expeditam ad observanda Dei mandata: illum esse instructum auxilio sufficienti, quod dat completè posse.* Ista omnia, juxtà ipsum & *Arnaldum*, præstat gratia habitualis.

Hinc, juxta eundem Professorem, antecedenter ad quamvis gratiam actualem; potentia est prompta, expedita & completa, vel in ordine supernaturali per gratiam sanctificantem, vel in ordine inferiori per fidem, & facultatem naturalem liberi arbitrii. Si autem gratiæ habituali accedat actualis insufficiens, novus exurget potentiæ gradus. In variis illis potentiæ, sufficientiæ, & complementi gradibus & distinctiunibus, divitem habes fraudum Janseniarum apparatum.

IV. Jansenius sicut & D. *Marechal* carentiam gratiæ refundit in culpam originalem vel actualem, in negligentiam orandi, in concupiscentiam, & in judicia Dei inserutabilia circa electos. Vide textus Jansenii n. III. XI. XII. & XIII.

Reclamabit forsan D. *Marechal*, dicens se in justo gratiâ efficaci destituto admisisse motionem sufficientem, vi cujus orare posset; cùm tamen Jansenius non videatur illam agnovisse. Sed ex dictis evidens est, vel illam motiunem esse formalem gratiæ habituali identificatam, vel esse motionem efficientem delectatione terrenâ inferiorem, qualis est, juxtà hunc Professorem, motio gratiæ ad duos gradus comparata ad concupiscentiam ut quatuor: & sub utraque consideratione, illa motio est revera Insufficiens

V. In hoc quod DD. *Lengrand* & *Marechal* comparant potentiam implendi præcepta quæ superest in justo gratiâ efficaci destituto, cum potentia abscindendi sibi nasum, &c. manifestè produnt se non agnoscere in justo cadente, potestatem liberam & moralem implendi præcepta. Cùm enim abscisso nasi non possit homini sanâ mente prædito repræsentari ut bona, extra casum necessitatis, aut similis motivi extraordinarii, impossibile est, ut istud medium eligat. Si autem simile motivum aliquando occurrat, fatendum est, tunc abscissionem nasi fore possibilem, non tantùm possibilitate antecedente, ut loquuntur adversarii; sed & possibilitate consequente cum actu conjungenda, ut quandoque contigit: sed tunc illud exemplum in adver-

sarios contorquebitur, juxta quos nunquam fieri potest, ut potentia justi gratiâ efficaci carentis, ad actum reducatur.

Verum quidem est Thomistas esse irreprehensibiles, etsi asserant, sub præmotione physica remanere potentiam moralem & liberam ad oppositum; nam inter illos & Jansenistas latissimum est discrimen. Thomistæ admittunt gratiam verè sufficientem in justo gratiam efficacem non habente, de quo hîc est quæstio; & aliunde rejiciunt, dominatum concupiscentiæ necessitantis: secus Jansenistæ.

Attamen in principiis Thomistarum abscissio nasi non potest dici possibilis respectu hominis sui compotis, extra casum necessitatis, aut similis motivi, quia juxta illos, sicut & juxta reliquos Theologos, indifferentia judicii ad libertatem requiritur. Ad hoc autem necesse est, ut medium eligibile proponatur sub ratione boni & mali, vel sub ratione boni finiti. Fieri autem non potest, ut abscissio nasi proponatur homini ut bona in nostra hypothesi, adeoque libero arbitrio non subjacet. Si quis tamen contra omnem experientiam supponat, illam repræsentari, aut posse moraliter repræsentari ut bonâm extra casum necessitatis, tunc poterit admitti potentia libera & moralis sibi nasum abscindendi; sed illa hypothesis nequaquam adversariorum causæ proderit.

Hæc enim manifesta disparitas erit inter potentiam implendi præcepta in systemate Jansenii, & potentiam sibi abscindendi nasum in nova suppositione, quòd Justus præcepta non implens, carebit principio sufficienti & necessario ad agendum bonum: homini autem nasum non abscindenti, nihil prorsus deerit ex parte antecedentium, ut sibi nasum abscindat. Præterea in systemate Jansenii justus necessitabitur ad actum incompossibilem cum abscissione nasi.

Nec est quod Professores Primarii cum sociis P. W. V. W. glorientur, aut delectentur exemplis à Nicolio sectæ Jansenianæ pugile propositis; nam etiam Jansenius l. 6. de Gr. Salv. c. 15 simile exemplum proposuit in viro, qui non solùm naturalis corporis atque animæ constitutione, sed etiam virtutis magnitudine ebrietatem aversaretur. *Si quis*, inquit, *à tali viro quæreret, utrùm se inebriare posset; responderet utique, possem, si vellem. Sed si ulteriùs instes, velis igitur & facias? Nunquam animum.........eò adducere posset. .... & tamen ei semper videtur, &c. sic revera est, quod hoc posset perpetrare si vellet.* Vide supra n. XIV. textum integrum. Quid illud exemplum Jansenio profuit? An suam causam meliorem effecit? An illâ ratione persuasit, se sub gratia aut concupiscentia agnoscere liberam potestatem ad oppositum? An illud exemplum doctrinam ejus de libertate, Vaticanis subduxit fulminibus? Minimè profectò. Hoc sciunt Professores Regii, hoc pariter norunt eorum socii: cur igitur veritatem Catholicam exemplis inanibus, captiosis, astutiâ & nequitiâ refertis impetere non cessant?

VI. Quod asserit D. *Lengrand*, Deum in pœnam peccati originalis, aut saltem actualis venialis justo denegare gratiam actualem necessariam ad implenda præcepta, & omnes Thomistas sic explicare locum Tridentini; *Deus justificatos non deserit, nisi ab eis priùs deseratur*, ut intelligendus sit de desertione per substractionem gratiæ habitualis, non verò de desertione per substractionem gratiæ actualis; totum illud solidissimè refutatur, & falsi convincitur ab egregio piissimo Thomista Ordinis Prædicatorum, Sacræ Theologiæ Doctore, & Professore in Universitate Avenionensi. Is est Ludovicus *Bancel*, cujus notissima sunt opera, & 1°. quidem Theologia moralis S. Thomæ duobus tomis comprehensa. 2°. Theologia Scholastica in 7. tomos distributa, & Cardinali *Cybo* dicata.

Ille igitur Thomista, tom. 2. Theologiæ Scholasticæ quæst. 4. de voluntate Dei salvandi omnes §. 4. pag. 274. allegato Tridentini textu: *Deus semel justificatos non deserit*, &c. sic prosequitur, » Respondent Jansenistæ, Deum non deserere justos, » subtrahendo ipsis suam gratiam habitualem & sanctificantem, nisi priùs, non » quidem prioritate temporis, sed naturæ, deseratur ab eis, dum peccant mortaliter; sed semper manet, quod plures Justos priusquam mortaliter peccent, Deus » deserat subtrahendo ipsis suam actualem gratiam tam sufficientem quàm efficacem, sine qua præcepta non sunt eis possibilia, unde inevitabiliter sequitur, » quod ea transgrediantur, & sic mortaliter peccant.

» Sed contra est, quod Concilium, juxta mentem D. Augustini, ex quo suam » desumit doctrinam, sic intelligi debet, ut nisi priùs Justi mortaliter peccantes » Deum deserant, Deus nunquam eos ita deserit, ut eis subtrahat auxilium necessa-

» rium ad hoc ut pie semper, justeque vivant. Sed est articulus fidei.........quod ad
» hoc ut piè semper; justeque vivant, vel vivere possint, non sufficit eis lola grà-
» tia habitualis & sanctificans, sed requiritur insuper gɪatia actualis (*vel efficax*
» vel sufficiens. Ergo nisi justi priùs mortaliter peccando, gratiam sanctificantem
» perdant & Deum deserant, Deus ex parte sua illos non deserit, nec unquam eis
» denegat gratiam actualem vel efficacem, vel saltem sufficientem, per quam pos-
» sibilia fiant præcepta piè semper, justèque vivendi.

Ecce Ludovicus *Bancel*; eam interpretationem, quam Dominus *Lengrand* probat; & omnibus Thomistis tribuit, ipse Thomista ut Jansenistis propriam refellit. Quis tantam Professoris Regii impudentiam æquo animo ferat, Quis non advertat illius Canonici astutiam in venditanda interpretatione prava sub authoritate celeberrimæ Thomistarum Scholæ? Qnis ejus Discipulorum sortem non doleat? Non Thomistas, sed Jansenium sequutus est Professor in distorta Tridentini expositione. Vidé supra textum Jansenii n. V.

VII. DD. *Lengrand* & *Marechal*, duce Jansenio, perperàm advocant in erroris patrocinium illud S. Thomæ 2. 2. q. 2. art. 1. » Dicendum, quòd si in potestate
» hominis esse dicatur aliquid excluso auxilio gratiæ, sic ad multa tenetur ho-
» mo, ad quæ non potest sine gratia reparante, sicut ad diligendum Deum &
» proximum; & similiter ad credendum articulos Fidei. Sed tamen hoc potest
» cum auxilio gratiæ, quod quidem auxilium quibuscumque divinitùs datur mise-
» ricorditer datur, quihus autem non datur, ex justiria non datur, in pœnam
» præcedentis, aut saltem originalis peccati; ut Augustinus dicit in l. de Corr. &
» Grat.

Item illud Augustini l. de Corr. & Grat. c. 11. » Tunc ergo dederat homini
» Deus bonam voluntatem....dederat adjutorium sine quo in ea non posset perma-
» nere si vellet......Si aurem hoc adjutorium vel Angelo vel homini, cùm primùm
» facti sunt, defuisset; quoniam non ralis narura facta erat, ut sine divino adjutorio
» posset manere si vellet, non utique suâ culpâ cecidissent: adjutorium quippe de-
» fuisset, sine quo manere non possunt. Nunc autem quibus deest tale adjutorium;
» jam pœna peccati est: quihus autem darur, secundùm gratiam darur, non se-
» cundùm dehitum. & tantò amplius datur per Jesum-Christum Dominum nos-
» trum, quihus id dare Deo placuit, ut non solùm adsit sine quo permanere non
» possumus etiamsi velimus, verùm etiam tantum ac tale sir, ut velimus. Fit quippe
» in nobis per hanc Dei gratiam in hono recipiendo & perseveranter renendo, non
» solùm posse quod volumus; verùm etiam velle quod possumus. Quod non fuit in
» homine primo: unum enim horum in illo fuit, alterum non fuit.

Ad primum respondet Ludovicus *Bancel* eâdem quæst. p. 305. & 306. 1.. Ibi non esse sermonem de auxilio sufficienti, sine quo mandata servari non possunt; sed, ut ex textu liquet, *de gratia reparante*. » Certum est autem, *inquit* quod gratia ac-
» tualis & sufficiens non reparat hominem lapsum; sed tantùm gratia habitualis &
» sanctificans quæ constituit hominem in statu naturæ reparatæ, in quo simul cum
» hujusmodi gratia habet virtutes Fidei & Charitatis, & est capax producendi ea-
» rum actus......Fatemur autem, *ait*; quod gratia hahitualis, & sanctificans non
» datur omnibus, sed multis denegatur in pœnam peccari, sed semper manet, quod
» omnihus conceditur gratia actualis, & sufficiens, quâ si bene uterentur, ulterio-
» ra eis auxilia trihuerentur; quonsque obtinerent gratiam illam reparantem, quæ
» dicitur medicinalis gratia Christi.

Addi potest, etiam ex mente S. Thomæ, sine gratia reparante, seu habituali, non dari potentiam implendi præcepta *antonomasticè* dictam, quæ scilicet respicit omnia præcepta collectivè & meritoriè implenda per gratias actuales necessarias; ad quas sicut & ad vitam æternam; jus tribuit gratia habitualis; sed nihilominus dari potestatem inferioris ordinis per gratias actuales, quas præceptis urgentibus, largitur Deus misericorditer, ita ut hæc potentia non sit constans & permanens instar habitûs; aut cujusdam naturæ, sicut potestas *antonomasticè* dicta; sed transitoria, desinens, & reviviscens, nec omnia præcepta collectivè respiciens, sed distributivè tantùm, ac sine merito. Hanc Doctoris Angelici mentem norunt Thomistæ.

Respondet 2°. Quod quamvis concederetur, Doctorem Angelicum loqui de auxilio sufficienti; id posse intelligi de auxilio sufficienti proximo & immediato ad fidem explicitam, perfectam & consummatam necessario; ut erui potest ex titulo,

qui est de obligatione ad credendum aliquid explicitè, cui respondet solutio ad primum. » Cum quo semper manet, *inquit*, quod quilibet homo habeat auxilium
» saltem sufficiens ad fidem implicitam, sive imperfectam, & inchoatam.....& hoc
» auxilium est remotum & mediatum ad fidem explicitam; quia si homo bene
» illo uteretur; daretur illi ulteriùs auxilium, quo hujusmodi fidem explicitam con-
» sequeretur.

Ad illam autem difficultatem, quod S. Thomas velit, hominem teneri ad fidem explicitam, quæ sine auxilio ad hoc sufficienti concipi nun potest, respondet laudatus *Bancel* cum Patre *Nicolai* » non velle S. Doctorem, hominem, etiamsi careat au-
» xilio sufficienti ad fidem explicitam, teneri ad illam necessitate præcepti, quasi
» reus sit, ex hoc quod tunc non credit: nam, juxta S. Thomam, infidelitas negati-
» va eorum, qui non credunt Evangelio, eò quod nihil de ipso audierunt, non im-
» putatur eis ad culpam; sed teneri dumtaxat necessitate medii, ita ut sine illa sal-
» vari nun possit, nisi fidem explicitam babeat eurum mysteriorum, quorum notitia
» est de necessitate salutis. Semper autem notandum est, quod si homo quantumvis
» barbarus, & in sylvis enutritus, bene uteretur auxiliis sibi datis, Deus non per-
» mitteret eum mori, quousque de hujusmodi mysteriis ad salutem necessariis ins-
» tructus esset.

Cùm tamen S. Thomas in corpore articuli citati expresè dicat: *Determinatio ergo virtuosi actûs ad proprium & per se objectum virtutis est sub necessitate præcepti, sicut & ipse virtutis actus*: Et infra: *quantùm ergo ad prima credibilia, quæ sunt articuli Fidei; tenetur homo explicitè credere, sicut & tenetur habere fidem.*

Responderi potest ulteriùs, hominem sine gratia reparante, seu habituali, teneri ex præcepto ad fidem explicitam, vel immediatè, & vi gratiæ proximè sufficientis, si sermo sit de homine fideli & peccatore; vel teneri rantùm mediatè, remotè, & indirectè vi auxilii remotè dumtaxat sufficientis, si sit infidelis, qui de fide nihil unquam audiit; sic tamen ut omissio illius boni, ad quod auxilium propinquè sufficit: ipsi imputetur; non verò omissio fidei explicitæ, quæ ut supponitur in causa remotissima, nec prævidetur, nec prævideri potuit.

Ad Augustini textum respondet idem *Bancel* ibidem pag. 369. & 370. 1°. Sic arguendo: » D. Augustinus, ibi loquitur de auxilio actuali & interno, ac sufficienti ad
» perseverandum, quod non est efficax......loquitur enim de auxilio, sine quo An-
» gelus & homo perseverare non poterant, & cum quo ex sua culpa nun perseve-
» rarunt; certum est autem quod in gratia habituali, & sanctificante, quam ab
» ipso primo suæ creationis instanti receperant, non poterant perseverare sine ac-
» tuali auxilio interno saltem sufficienti, & quod, nisi tale habuissent, non fuissent
» culpabiles, si non perseverassent......Igitur D. Augustinus loquitur de gratia in-
» teriori, quæ non est efficax, sed tantùm sufficiens. Sed asserit quod nunc talis
» gratia datur aliquibus, & aliis denegatur; ergo nunc, sive in statu præsenti na-
» turæ lapsæ, datur aliqua interiur gratia, quæ non est nisi sufficiens, & cui proinde
» resistitur.

Resp. 2° *Inquit Bancel* & clarè & facilè, sermonem ibi esse de auxilio sufficienti
» proximo & immediato ad perseverandum; tale enim fuit auxilium Angelo & ho-
» mini innocenti collatum; nam gratiam sanctificantem, statim in sua creatione
» receperunt, & insuper concessum eis fuit auxilium, saltem sufficiens perfectum &
» completum, ac consummatum, cum quo in statu gratiæ perseverassent si voluis-
» sent. Et fatemur, quod nunc tale auxilium denegatur aliquibus, imo etiam innu-
» meris; quia innumeri sunt qui gratiam habitualem & sanctificantem non recipiunt,
» nec pruinde auxilium sive efficax, sive sufficiens, ut in statu gratiæ perseverent;
» nam auxilium datum ad perseverandum in gratia, ipsammet gratiam supponit,
» ut per se patet. Sed cum hoc semper manet, quod nullus est homo etiam in sta-
» tu præsenti naturæ lapsæ, qui non recipiat auxilium Divinæ gratiæ ad perseve-
» randum, sed remotum & mediatum, quod non est nisi imperfectum, & incomple-
» tum, ac inchoatum, quatenus si bene illo uteretur, & faceret quod in se est,
» Deus infallibilissimè & certissimè ipsi conferret gratiam habitualem, & sanctifi-
» cantem, & gratiam quoque actualem saltem sufficientem, cum quâ perseverare
» posset, si vellet; & culpa ipsius esset, si non perseveraret.

Dici potest aliis & paucioribus verbis, Deum in pœnam peccati originalis necdum remissi, multis nun dare gratiam habitualem cum aliis donis, tum habitualibus, tum

actualibus

tualibus, quæ illam comitantur; quamvis datâ illâ gratiâ, nunquam deneget gratiam actualem necessariam & sufficientem ad operandum bonum, & perseverandum in ea. Imo absente illâ gratiâ, nunquam Deus mortales destituit auxilio actuali prorsus necessariò ad implenda præcepta urgentia. Hinc S. Aug. l. de gr. & lib. arb. c. 4. *homo gratiâ juvatur, ne sine causa voluntati ejus jubeatur.*

En genuina textuum SS. Augustini & Thomæ expositio, quàm si DD. *Lengrand* & *Marechal* securi fuissent, justis non denegassent gratiam actualem necessariam ad implenda præcepta sub obtentu vano peccati originalis remissi, vel alicujus negligentiæ vel defectûs orandi, vel concupiscentiæ non repressæ, vel alicujus peccati venialis. Ista omnia collectivè, aut distributivè considerata non possunt esse ratio, cur Deus benignissimus, amantissimus, fidelissimus filiis suis carissimis deneget, aut subtrahat auxilium actuale prorsus necessarium ad implenda præcepta, hoc sine horrore cogitari non potest. Venialia quidem deliberatè & sæpiùs repetita ad mortale disponunt: & Deum movere possunt ad subtrahendam gratiam proximè sufficientem, aut gratiam facilitantem, aut gratiarum ubertatem: sed nunquam ad denegandam gratiam actualem remotè saltem sufficientem ad mortale vitandum. Hinc quandoque adest gravis obligatio orandi Deum, aut alia bona opera exercendi, ut obtineamus gratiam propinquè sufficientem, quâ liberemur à tentatione & peccato.

VIII. An non ex charitatis & justitiæ præscripto tenemur dicta DD. *Lengrand* & *Marechal* benignè interpretari, illosque ut genuinos Thomistas amplecti, cùm nihil nisi prædeterminationem Thomisticam spirare videantur; & D. *Marechal* speciatim videri possit nun refugere gratiam sufficientem Scholæ Thomisticæ?

Respondetur, illos Professores à 20. & 30. annis agere comœdiam in Collegio Regio Duacensi: illos sub larva, seu personâ Thomisticâ Hæreses Jansenianas sycophantiosè suis Discipulis venditasse cum magno Reipublicæ Christianæ detrimento; machinationem illam, seu potiùs prævaricatiunem noo posse diutiùs tolerari, sed ex umnibus ex charitatis & justitiæ debito aperiendam & manifestandam esse, atque ad supremas Potestates deferendam.

Adversus Hæreticos larvatos præsertim Christus Fideles præmunivit, dicens; Matth. 7. *Attendite à falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecùs autem sunt lupi rapaces.* De Hæreticis personatis sæpe conquesti sunt SS. Patres. Irenæus l. 1. in præfatiune: » Ne fortè *inquit*, & cum nostro delicto abripiantor qui» dam quasi oves à lupis, ignorantes eos propter exterius ovilis pellis super indu» mentum à quibus cavere denuntiavit nobis Dominus, *similia quidem nobis loquen» tes, dissimilia verò sentientes.*

Tertullianus adversus Valentinianos, c. 1. » *Nihil magis curant quàm occultare » quod prædicant*: si tamen prædicant qui occultant,.....Sanctis nominibus & titulis: » & argumentis veræ Religionis vanissima atque turpissima figmenta configurant..... » Si bonâ fide quæras, concreto vultu, suspenso supercilio, altum est, aiunt. Si » subtiliter tentes, *per ambiguitates bilingues communem fidem affirmant.* Si scire te » subostendas, *negant quidquid agnoscunt*.................. ne Discipulis quidem propriis » ante committunt quàm suos fecerint. Habent artificium quo prius persuadeant, » quàm edoceant.

Origeoes bum. 7. in Ezech. » Vide mihi, *inquit*, aliquem Marcionistam, sive » Discipulum Valentini, aut certè cujuslibet hæresis defensorem, & considera quo» mudo idola sua, id est figmenta sua, quæ ipse composuit, mansuetudine & casti» tate vestiat.....Juxta qoidem animi mei sensum multò nocentior est Hæreticus ho» oæ vitæ, & plus in doctrina sua habet authoritatis, eo, qui doctrinam » conversatione commaculat......Idcircò sollicitè caveamus Hæreticos, qui conver» sationis optimæ sunt; quorum fortè vitam non tam Deus, quàm Diabolus instru» xit, nam qoomodò quaídam illecebras escarum aucupes proponunt, ut facilius » aves capiant per oblectamentum gulæ; sic (ut aodacius dicam) est quædam casti» tas Diaboli, id est, decipula humanæ animæ, ut per istius modi castitatem, » & mansuetudinem & justitiam possit facillus capere, & falsis sermonibos irretire.

S. Hieronymus de Novatoribus sui temporis, epist. ad Pammachium & Oceanum: » Sic verba temperant, sic ordinem vertunt, & *ambigua quæque concinnant, ut & » nostram & Adversariorum confessionem teneant: ut aliter Hæreticus, aliter Catholicus audiat.* Non mihi, *inquit*; Ciceronis lingua sufficiat, non fervens Demosthenis ora» tio animi mei possit implere fervorem, *si velim Hæreticorum fraudulentias pro-*

» *dere qui verbo tenùs Resurrectionem fatentes, animo negant.*

Cyrillus Hierosolymitanus Catechesi 4. » Imitatur, *inquit* virtutem improbitas, &
» zizania contendit videri triticum..... *Multi lupi obambulant in vestimentis ovium, ac*
» *pelle quidem mansuetâ induti, specie probitatis decipiunt. Opus est igitur Divinâ gratiâ,*
» *& sobriâ mente, & vigilantibus oculis, ne zizaniis, pro tritico vescentes, imprudenter*
» *pereamus neve lupum existimantes esse ovem, rapiamur.*

S. Bernardus serm. 65. in Cantica: Quid faciemus *his malignissimis vulpibus ut*
» *capi queant*, quæ nocere quàm vincere malunt: *& ne apparere quidem volunt,*
» *sed serpere*........denique indixere, ut dicitur latebras sibi, firmaverunt sibi sermo-
» nem nequam? jura, perjura, secretum prodere noli........Si fidem interroges nihil
» christianiùs: si conversationem, nihil irreprehensibiliùs: & quæ loquitur, factis
» probat. Videas hominem in testimonium suæ fidei frequentare Ecclesiam, hono-
» rare Presbyteros, offerre munus suum, Confessionem facere, Sacramentis com-
» municare. Quid fideliùs? ....Pallent insuper ora jejuniis, panem non comedit
» otiosus, operatur manibus unde vitam sustentat. Ubi jam Vulpes?

Patribus adjungitur ipsius Jansenii testimonium, qui in Pelagianis eandem fraudulentiam agnovit l. 6. de hæresi Pelagiana, c. 25. » eodem, *inquit*, pertinet & illa
» fraudulentia, *quâ solebant Pelagiani sententias suas à Catholica fide remotissimas am-*
» *biguis verbis exprimere*, & ita ambidextrâ subtilitate temperare, ut utrumlibet sen-
» sum admittendo; *etiam oculatissimi fallerentur.* Cujusmodi dexteritatem sæpiùs Au-
» gustinus in Pelagio expertus est. *Videte*, inquit l. 2. de Pecc. Orig. c. 18. *latebras*
» *ambiguitatis falsitati præparare refugia, offundendo caliginem veritati, ita ut etiam*
» *nos, cùm primùm ea legimus, recta vel correcta prope modùm gauderemus.* Et alio in
» loco: (c. 21. ibid.) & ista ejus verba Romam pro magna ejus purgatione trans-
» missa, *tam sunt ambigua. ut possint eorum dogmati præbere latibula, unde ad insidian-*
» *dum prosiliat hæreticus sensus*, &c. Itemque in Juliano (l. 4. contra Julian. c. 3.) ita
» sententiam temperasti, *ut & vestrâ & nostrâ posset voce defendi*, &c. Sed qui sci-
» mus quod sentiatis, *nescire non possumus quomodò ista dicatis*, & hâc quidem per-
» plexitatis arte tantoperè Pelagius, & omnes posteri ejus valuere, ut *nihil tam spe-*
» *ciosum* à Catholicis de gratia prædicari posset, *quin iisdem phrasibus atque elogiis*
» *etiam ipsi uterentur*, ut ex libris fausti Rhegiensis, atque aliis facilè animadverti
» potest. Ex quo nata est *summa illa difficultas detegendi errores*, quibus sive nunc, sive
» tunc Divinæ gratiæ sinceritas adulterata est. Neque hoc ipsum D. Augustinum la-
» tuit, qui in Pelagio adversariorum Divinæ gratiæ principe *versutiam illam dete-*
» *gendo*, posteros monuit, ne propterea statim Catholicam gratiæ confessionem esse
» crederent, quia *verbis Catholicum sensum præferentibus* ederetur. *Potest*, inquit, (l.
» de Gr. Chr. c. 47.) *Pelagius ita se latebris obscuritatis hujus involvere*, ut etiam iis,
» quæ à S. Ambrosio conscripta posuimus, *consentire se dicat*; & ea se quoque sen-
» tire proclamet, semperque sensisse, atque ita *singula* conetur exponere, *ut etiam*
» *ejus sententiæ convenire credantur.*

» *Eandem indolem vulpinam redolet* & ista subtilitas Pelagio familiaris, quâ ut se-
» curiùs hæresim propinaret, sub alia persona disputandas proferebat difficultates.
» Nimirùm sic caput subducere, si quâ duriore censurâ protereretur....ut verò tutiùs
» venenum suum proderent, *& ab ignaris serpentinæ fraudis hominibus securiùs bibe-*
» *retur, magnam Sedis Apostolicæ præferebant reverentiam, omniaque Romani Pontificis*
» *judicio se submittere simulabant.*

Huc usque Jansenius Yprensis, qui verisimiliter non prævidit, hoc ejus testimonium aliquando retorquendum contra ipsum ejusque asseclas.

Cùm Hæretici antiqui, testantibus Irenæo, Tertulliano, Hieronymo, Cyrillo Hyerosol. Augustino, Bernardo, ipsoque Jansenio Yprensi *similia Catholicis loquerentur, sed dissimilia sentirent:* nihil magis curarent quàm *occultare quod prædicant; & per ambiguitates bilingues communem fidem affirmarent:* cùm ambigua quæque sic concinnarent *ut & Catholicorum & adversariorum confessionem tenerent; ut aliter hæreticus, aliter Catholicus audiret.* Cùm adversus eorum fraudes? *opus esset Divinâ gratiâ, & sobriâ mente; & vigilantibus oculis in* iisdem detegendis *oculatissimi fallerentur*: cum denique Patres nobis exhibeant Novatores sui temporis ut *vulpes malignissimas, ut serpentes callidissimos:* quid mirum, si tales hodie reperiantur, quorum artes manifestandæ sint, ut saltem minùs noceant. Calviniani, teste Illustrissimo Bossuetio, tam cautè, & sub tot involucris suas hæreses disseminabant, ut Catholici usque ad

Colloquium Pissiacum ignorarint eorum sententiam circa Eucharistiam. Hinc Gregorius IX. in Constitutione, quam contra Catharos, Patarenos, Pauperes de Lugduno, Arnaldistas, aliosque Hæreticos condidit, *excommunicamus*, inquit, *diversos Hæreticos.....facies quidem habentes diversas, sed caudas ad invicem colligatas: quia de vanitate conveniunt in id ipsum.*

Neque nobis opponi potest, quòd ordinem correctionis fraternæ non servemus: nam, ut habet S. Th, 2. 2. q. 33. à 7. O, » dicendum est, quod circa publicam de- » nuntiationem peccatorum, distinguendum est. Aut enim peccata sunt publica, » aut sunt occulta. Siquidem sint publica, non est tantùm adhibendum remedium » ei qui peccavit ut melior fiat; sed etiam aliis, in quorum notitiam devenit, ut non » scandalizentur. Et ideò talia peccata sunt publicè arguenda, secundùm illud » Apost. 1. Tim. 5. peccantes coram omnibus argue, ut & cæteri timorem habeant. » Quod intelligitur de peccatis publicis, ut Aug. dicit l. de verbis Domini.........Sed « quia etiam in occultis peccatis potest parari proximorum offensa, ideò adhuc » videtur distinguendum esse. Quædam enim peccata occulta sunt, quæ sunt in » nocumentum proximorum, vel corporale, vel spirituale; puta si aliquis occultè » tractet, quomodò civitas tradatur hostibus, vel si hæreticus privatim homines à » fide avertat. Et quia ille qui sic occultè peccat, non solùm in te peccat, sed » etiam in alios, oportet statim procedere ad denuntiationem, ut hujusmodi no- » cumentum impediatur, &c.

Item ad tertium ibid. » Dicendum, quòd quando imminet periculum multitudinis » non habent ibi locum verba Domini; quia tunc frater peccans non peccat in te » tantùm.

Sicut autem denuntiare licet peccata publica & occulta Reipublicæ perniciosa sicut certa; ita & licet illa denuntiare de quibus rationaliter dubitamus, aut suspicamur.

IX. Non apparet, quâ ratione D. *Marechal* asserat supra n. XV. paral. hominem per solas naturæ vires meliorem evasurum, si non indigeat præmotione physicâ Jans. Annon in illa hypothesi evaderet melior beneficio gratiæ sufficientis, aut alterius gratiæ minimè necessitantis, sed voluntatem prævenientis & adjuvantis? Ergo non per solas naturæ vires. Angeli boni in systemate D. *Marechal* per gratiam sufficientem perseverarunt: an ideo per solas naturæ vires? Homo juxta hunc Professorem: potest saltem sine prædeterminatione Jans. evadere melior potentiâ antecedente & possibilitis: an fatebitur, posse per solas naturæ vires? Si actus independens à præmotione Janseniana, habendus sit per solas naturæ vires: ergo etiam potentia independens à tali præmotione, constituitur per solas naturæ vires. Talis enim debet esse potentia, qualis actus: si actus supernaturalis: ergo & potentia supernaturalis. E contrario, si actus naturalis: ergo & potentia naturalis. Cogetur ergo D. *Marechal* fateri, hominem gratiâ delectante destitutum, habere potentiam antecedentem, naturalem, & completam operandi bonum; quod sanè hæreticum, ac Pelagianum est.

X. Qui Jansenii principia docent, & consectaria de agendi necessitate, de præceptorum impossibilitate, de morte Christi pro salute Prædestinatorum dumtaxat, &c. tradunt adjectis aliquibus terminis mollientibus, æqvivocis, ipsi Hæresi minimè adversantibus: qui, inquam, ista docent & tradunt, similes illis sceleratis videri possunt, qui alios interimere volentes, offerunt eis in cibo & potu venenum saccaro & molle conditum. Methodus illa perniciosissima est: nam ex una parte Auditorum mentes imbuunt principiis, seu fundamentis totius Hæreseos Jansenianæ; ex altera verò, illorum aures assuefaciunt excipiendis vocabulis significantibus necessitatem agendi, præceptorum impossibilitatem, & mortem Christi ad Prædestinatos restrictam. Quòd autem cogantur adjicere aliquos terminos molliores, ambiguos, eum Hæresi compatibiles, id pro tempore tolerandum autumant, donec assecutâ pleoâ conscientiæ libertate, ut loquuntur, Fideles palàm edocendi sint, terminos illos esse inutiles; quod sanè facillimum erit persuadere iis qui principiis Jansenianis innutriti fuerint, ac sæpè audierint præcepta aliquo sensu esse impossibilia; homines aliquo sensu ad agendum necessitari; Christum aliquo sensu pro solis Prædestinatis mortuum esse. Interim, dùm amplior conscientiæ libertas expectatur, non desunt qui Sectæ mysteriis plenè initientur, & de terminorum adjectorum inutilitate convicti sint.

XI. Professores Secundarii Collegii Regii non docent quidem præceptorum impossibilitatem in justis; sed ubi D. *Descarpentries* asserit, ad peccandum nullam re-

quiri advertentiam ad malitiam, neque ullam dubitationem, neque ullum scrupulum; sed sufficere cognitionem actûs; item nullam dari ignorantiam invincibilem, seu excusantem in jure naturæ, etiam quoad conclusiones remotas, seu difficiliores; generatim non esse licitum sequi sententiam probabiliorem minus tutam, imò nec probabilissimam in jure naturæ; ubi, inquam ista asserit; an non videri potest sternere vias dogmati impossibilitatis, & impingere in Decretum Alexandri VIII. quo damnatur hæc propositio: *Non licee sequi opinionem vel inter probabiles probabilissimam!*

Domino *Descarpentries* consentiunt ex parte alii Professores Secundarii. *Dico*, inquit Dom. *Le Fevre*, *ad malitiam peccati non requiritur necessariò cognitio confusa, seu scrupulus, aut dubitatio de malitia actionis.* Idem docet D. *Magnier.* Idem iisdem verbis tradit D. *Muslet* & addit: *R. & dico: non potest dari ignorantia invincibilis legis naturalis quoad præcepta tertiæ classis, seu conclusiones remotè & obscurè deductas ex primis principiis*

ARTICULUS SEPTIMUS.

Factum Jansenii Dogmaticum à Summis Pontificibus infallibiliter definitum, sed à D. Marechal rebus dubiis annumeratum.

Calvino imponunt DD. Lengrand *&* Marechal, *ut videantur se ab illo discernere.*

Jansenio pariter imponit D. Marechal.
In similibus exemplo prævivit ipse Jansenius.

PROFESSORES COLLEGII REGII DUACENSIS.

I.

DOm. MARECHAL *in Dictatis* 1719. *dissert. 4. de causa efficiente increata, q. 2. §. 2. versus finem.*

Dices 2. Jansenius reponit essentiam motionis in delectatione victrici: ergo idem asserere non possumus.

R. dist. ant. Reponit essentiam motionis in delectatione victrici tollente libertatem, *transeat antecedens*: reponit naturam motionis in delectatione victrici causante electionem creaturæ, N. Si contrarium evincere tentes ex libro Jansenii de Gr. Salv. dicas eum in eo non fuisse condemnatum, sic v. g. licet Calvinistæ admittant mysterium sanctissimæ Trinitatis, non ideo illud negandum à Catholicis.

JANSENIUS YPRENSIS.

I.

LIb. 8. de Grat. Salv. c. 21.

Objicietur fortassis adversus istam gratiæ & liberi arbitrii concordiam, eam à sententia Calvini non differre. Sic enim utrumque conciliat ut dicat hominem vi gratiæ non ita trahi ut sine motu voluntatis quasi extraneo impulsu feratur; sed intùs affici, ut suâ voluntate obsequatur, hoc est voluntariè tantùm, non liberè influere in opera bona voluntatem. Quæ sententia à Concilio Trid. dissonat.

Respondetur non omnia quæ Hæretici docent sunt hæretica: mos enim solemnis omnium Hæreticorum est, ut falsis vera misceant....quod si qua in re Calvinus cum Augustino & antiquis Patribus senserit, non propter Calvinum Augustino indignandum est, sed propter Augustinum Calvino potiùs gratulandum, cujus mentem, si in omnibus dignatus fuisset sequi, non veterum Catalogum Hæreticorum opprobrio suæ damnationis auxisset.

Tum allegat Jansenius quinque puncta in quibus se à Calvino diversum lectoribus incautis, aut imperitis persuadere contendit: & quintum punctum sic prosequitur.

Quòd si.....Calvinus illam quoque Philosophicam tetigerit quæstionem de natura liberi arbitrii, in quo sita est, an S. Augustinus propter Calvinum luere debet? An ideo negandum est quod apertissimum, ac certissimum est, Augustinum videlicet & Discipulos, ac posteros ejus, Sanctos PP. ita conciliasse gratiam cum libero arbitrio, ut gratia non cogat violentè voluntatem, sed suaviter ei velle tribuat, atque ita non nihil instar lapidis agat, sed aliquid etiam proprio motu cooperetur, nec alius de ipso homine, sed ipse homo velit:

an

an hoc, inquam ideò negandum est Augustinum sensisse ac docuisse, quia Calvinus etiam in immunitate coactionis libertatem videtur voluisse collocare.

Dixerat idem Jansenius in præfatione libri 6. de Grat. Salv. versus finem: *Facessat & ista hinc invidiosa querimonia, quòd Augustini sententia Calvino aut Luthero favere videatur; si enim Augustini est, illorum error esse non potest. Sed quia non esse adeò hæretici exorbitare solent, quin sæpe in aliquibus articulis veritatem, in aliis nonnulla veritatis lineamenta retineant, si quid fortè hac in re cum Augustino senserint, veritas amplectenda est, sin dissenserint, error corrigendus.*

Huc etiam facit quod habet Jansenius l. 8. de Hæresi Pelagiana, c. 23. his verbis: *Plerique recentiores, ut* Genebrardus, Baronius, Suarez, *A Castro & alii passim aliud genus errantium Pelagianis oppositum afferunt, quos hæreticos prædestinatos vel prædestinatianos vocant.... Istius hæresis sententiam & originem expressit* Sigibertus *in Chronico, quem ferè recentiores primum citant qui mentionem ejus fecerit...... Verumtamen invenio hæresim prædestinatianam & hæreticos prædestinatianos commemoratos ab* Hincmaro, *Archiepiscopo Remensi apud* Flodoardum *in Epistola ad* Nicolaum *Papam, ubi quemdam* Gothescalcum *prædestinianâ hæresi contaminatum; eamque ob causam damnatum fuisse testatur.* Et quibusdam interjectis sic pergit Jansenius: *quam ob rem, ut suspicionem meam liberè dicam & lectoribus dijudicandam offeram* (Jansenio præiverat Usserius Calvinista) *existimo equidem nunquam in rerum natura fuisse hæresim prædestinatianam vel hæreticos prædestinatianos sed è contrario Doctrinam Catholicam, quam S. Augustin. & Prosper docuerunt, sub nomine istius Hæresis calumniosè à Massiliensibus traductam esse.*

II.

Item in Dictatis Philosophicis 1721. 1722. *dissert.* 4. *de causa efficiente increata q.* 3. *post objectionem tertiam & instantiam octavam.*

Dices, systema de delectatione victrici est systema Jansenii: ergo non est admittendum.

R. dist. ant. Systema de delectatione victrici necessitante est systema Jansenii, C. ant. Quia *vulgò dicitur*, quòd Jansenius propugnaverit hanc propositionem: *Ad merendum & demerendum non requiritur libertas à necessitate.* [a]

Systema de delectatione victrici determinante per modum liberi est systema Jansenii, N. ant. & conseq.

III.

Ibid object. post. inst. inst. 6.

Dices Calvinus admisit etiam motum ad amorem posse dissentire in sensu diviso; ergo idem sustinuit ac nos

R. dist. ant. Calvinus admisit præmotum posse dissentire in sensu dividente, præmotionem ad amorem à potentia non amandi, C. in sensu diviso dividente unum actum ab actu opposito tantùm, N.

Sic enim ratiocinabatur ille hæreticus: Homo est motus ad amandum Deum: ergo Deum non potest non amare: hinc falsò dicebat: liberum arbitrium à Deo motum non potest dissentire si velit, sed habet se ut inanimatum quoddam sub motione Dei.

Quamvis autem videbatur admittere interdùm potentiam ad oppositum; hoc tamen non admittit sine errore, quia dicebat illam potentiam tantùmmodò esse passivam, qualis est in baculo; non verò illud intelligebat de potentia activa quæ cooperatur Deo moventi, qualem nos admittimus.

IV.

Dominus Lengrand *in Dictatis* 1719. *dissert* 4. *q.* 3. *object.* 2.

Inst. 3. Calvinus etiam admisit potentiam ad oppositum cum præmotione physica: ergo.

R. dist. ant. Admisit potentiam activam & proximam, N. potentiam passivam & remotam qualis est in ligato ad currendum, C. dicebat enim hominem à Deo motum nihil cooperari Deo excitanti.

[a] *Tria exemplaria Dictatorum habent particulam,* vulgò, *licet in quibusdam aliis abrasa sit nescientibus discipulis, qui circa hoc interrogati fuere, quomodo, & quando facta sit abrasio.*
Quidquid sit, sublatâ illâ particulâ, manet idem sensus.

CENSURA.

POstquam Summi Pontifices definierunt, quinque Propositiones Jansenianas ex Augustino Jansenii esse excerptas, & in sensu ab Authore intento hæreticas; postquam Clerus Gallicanus in Comitiis solemnibus has definitiones sæpiùs laudavit; postquàm his Definitionibus Universæ Ecclesiæ consensus accessit; D. *Marechal*, propositâ sibi hâc objectione, quod Jansenius reponat essentiam motionis in delectatione victrici, respondet cum distinctione, cujus hoc est primum membrum, *reponit essentiam motionis in delectatione victrici tollente libertatem*, *transeat antecedens.* Particula, *transeat*, hîc apposita sine ulla necessitate, manifestè indicat, hunc Professorem non credere factum Jansenii quoad tertiam Propositionem. Præterea idem Professor, eandem difficultatem sibi opponens sub his terminis: *systema de delectatione victrici est systema Jansenii*, respondet cum distinctione, cujus hæc est prima pars: *systema de delectatione victrici necessitante est systema Jansenii*, *concedo antecedens: quia vulgò dicitur*, *quod Jansenius propugnaverit hanc Propositionem: ad merendum & demerendum non requiritur libertas à necessitate.* Videri posset hîc primâ fronte confiteri factum Jansenii quoad tertiam Propositionem, sed astutiam notate: significat, se factum illud admittere, non ex sententia propria, non ex vera persuasione, non ob Ecclesiæ authoritatem; sed ex opinione vulgi, & tanquam factum vacillanti gasularum authoritati innixum, *concedo antecedens*, inquit: *quia vulgò dicitur*, *quod Jansenius propugnaverit*, *&c.*

Illa quidem particula, *vulgò*, deleta est in quibusdam exemplaribus; sed in multis aliis integra permansit. Quidquid sit de illa veritate, certum est lituram non mutasse mentem Authoris, nec sensum distinctionis, in qua includitur, ut cuilibet Lectori patebit.

His præmissis, censet Sacra Facultas; sententiam Domini *Marechal* negantis aut dubitantis de dogmatico Jansenii facto post receptas Ecclesiæ definitiones, *esse insigniter temerariam*, *Ecclesiæ & summis Pontificibus injuriosam*, *schismaticam*, *præbentem ansam renovandi ex integro Jansenii Hæreses*, *& præsumptivè hæreticam.* Qui enim factum Dogmaticum alicujus Libri hæretici ab Ecclesia solemniter definitum negat, aut de eo dubitat, jure meritissimo præsumitur ipsi Hæresi in eo libro damnatæ suffragari, nisi forsan aliunde constaret; ipsum dogmati Catholico firmiter inhærere? Quod sanè adeò non constat de Domino *Marechal*, ut potiùs evidens sit, ipsum tertiæ Propositioni Jansenianæ addictissimum esse.

Quod aiunt DD *Lengrand* & *Marechal*, ut se à Calvino discernant, hunc Hæresiarcham docuisse, liberum arbitrium à Deo motum non posse dissentire si velit, sed habere se ut inanimatum quoddam sub motione Dei; potentiam ad oppositum tantummodò esse passivam, qualis est in baculo non verò activam, quæ cooperetur Deo moventi: Et rursum, Calvinum non admisisse cum præmotione physica potentiam ad oppositum activam & proximam, sed passivam dumtaxat & remotam, qualis est in ligato ad currendum, sic ut homo à Deo motus nihil cooperetur Deo excitanti; quod, inquam, aïunt, est falsissimum, & calumniosum, juxta eorum sensum, seu systema de libertate, & delectationibus Indeliberatis. Etenim doctrinam suam à Calviniana hîc discernere nequeunt, nisi ipsi tribuendo, quod negarit, hominem sub gratia Dei agere & cooperari verè, physicè, realiter, secundùm inclinationem, & ductum rationis. Quod autem Calvinus hoc non negarit, tam certum est, ut in dubium revocari nequeat. Vide supra Illustrissimum Cameracensem, Stephanum *Deschamps*, & Joannem *Le Porcq* Oratorii Jesu Presbyterum 1. parte c. 54. pag. 310. Tentârat etiam Jansenius, se à Calvino discernere eodem modo quo DD. *Lengrand* & *Marechal*; sed conatu prorsus inani, quem omnes Catholici exploserunt. Cùm igitur hi Professores non aliter de vi movendi gratiæ sentiant quàm Jansenius, ipsi pariter explodendi sunt.

Sed quid ad Tridentinum Sess. 6. Can. 4. En legitima ejus expositio: Calvinus docuerat sicut & Lutherus, hominem necessitari non tantùm in primis gratiæ motibus, qui indeliberati dicuntur; sed & in omnibus subsequentibus, qui juxta Doctrinam Catholicam sunt deliberati. Cùm autem qui necessitatur, censeatur in sensu morali agi potiùs quàm agere, quia non sic se movet, ut in contrarium se movere queat; hoc sensu asseruerant Lutherus & Calvinus, *Liberum arbitrium motum & exci-*

tatum nihil cooperari assentiendo Deo excitanti, atque vocanti, quoad obtinendam justificationis gratiam se disponat, ac præparet; neque posse dissentire si velit, sed veluti inanime quoddam nihil omninò agere, merèque passivè se habere: Et hoc, juxta antiquorum Scholasticorum sensum, seu loquendi modum, quibus causa censebatur habere se merè passivè, ubi motionem necessitantem recipiebat. Hunc igitur sensum gratiæ necessitantis non tantùm ad primos motus, sed etiam ad reliquos subsequentes, in Luthero & Calvino damnavit Tridentinum Canone citato; non verò hunc sensum, quòd homo sub gratia non ageret physicè & realiter, secundùm inclinationem & ductum rationis, de quo nulla prorsus erat quæstio; cùm speciatim Calvinus in omnibus suis lucubrationibus, & nominatim in sua Institutione protestaretur, inculcaret, & prope ad nauseam ingeminaret, hominem sub gratia liberum esse à coactione, illum agere, velle, non habere se instar lapidis? Idque Augustini testimoniis confirmaret, ac aliter sentientem pro Hæretico haberet. Hinc l. 2. inst. c. 5. n. 11. non dicit simpliciter, hominem habere se *passivè* sub gratiâ, sed cum particula diminuente, *ut ita loquar tenenda est*, inquit, *Pauli admonitio, dùm Fideles jubet operari salutem suam cum timore & tremore, quia Deus est qui operatur & velle & perficere. Agendi quidem partes illis assignat, ne indulgeant carnis torpori: sed metum & sollicitudinem præcipiens, sic eos humiliat, ut meminerint hoc ipsum quod agere jubentur, proprium esse Dei opus. Quod disertè exprimit, passivè, ut ita loquar, agere Fideles, quatenus è Cœlo suggeritur facultas, ut nihil sibi prorsus arrogent.*

Ex quibus patet Professores Regios non posse à Calvino se discernere, nisi illum calumniando, seu illi tribuendo sententiam absurdissimam à qua semper alienus fuit. Jansenio pariter imponit D. *Marechal*, dum negat illum reposuisse naturam motionis in delectatione victrici causante electionem creaturæ Item dum negat systema de delectatione victrici determinante per modum liberi esse systema Jansenii. Quamvis enim constet, Jansenium *revera* non agnovisse in homine lapso faculatem eligendi, neque gratiam determinantem per mudum liberi, non minùs tamen illas expressiones usurpavit, nec minùs illas gratiæ accommodavit quam DD. *Lengrand* & *Marechal*, ut patebit legenti parallelum respondens articulo quarto. Cum igitur Professores Primarii non possint quoad rem, se discernere à Jansenio circa tertiam Propositionem; & aliunde Jansenius conveniat cum ipsis in usu vocabulorum, quibus gratiæ tribuitur vis causandæ electionis, & determinandi per modum liberi; non potest D. *Marechal*, salvâ justitiâ, Jansenio aliam doctrinam attribuere hac in parte, quam quæ fuit ab ipso & Collegâ suo in prælectionibus publicis tradita. Id satis advertit ipse *Marechal*: nam postquam negavit, Jansenium reponere naturam motionis in delectatione victrici causante electionem creaturæ, illicò & immediatè subjungit, *si contrarium evincere tentes ex libro Jansenii de Gratia Salvatoris, dicas, eum non fuisse in eo condemnatum. Sic v. g. licèt Calvinistæ admittant Mysterium SSS. Trinitatis, non ideò illud negandum à Catholicis.*

In similibus exemplo prævivit Jansenius: nam 1°. Frustra & calumniosè doctrinam suam à Calviniana secernere conatus est. 2°. Cùm prævideret, systema suum de gratia & concupiscentia necessitante, item de morte Christi ad prædestinatorum salutem restrictâ, revocandum esse ad Hæresim Prædestinatianam, negavit factum illius Hæresis adversus testimonia omnium ferè eruditorum, quorum aliqua ipse citat. Non ignoramus, *Mauguinium*, *Contensonium*, & quosdam Lectores Novellæ Jansenii opinioni post-modùm accessisse; sed etiam scimus illis refragatos esse Cardinalem *Capisuccum*, Cardinalem *Norisium*, *Sirmundum*, *Natalem Alexandrum*, *Picciuardum*, &c. Hæc tamen est disparitas inter factum Hæresis Jansenianæ, & factum Hæresis Prædestinatianæ, quòd illud ab Ecclesia solemniter definitum fuerit, non verò alterum.

ANNOTATIONES.

I. QUantum sit flagitium negare, aut dubitare de facto dogmatico ab Ecclesia solemniter definito, colligi potest vel ex actione 8. Concilii Chalcedonensis, ubi Theodoretus adigitur, ad dicendum anathema *Nestorio* & dogmatibus ejus. Sic loquuntur Patres illius Concilii: *Reverendissimi Episcopi clamaverunt: nihil relegi volumus: modò anathematiza* Nestorium. Theodoretus *Reverendissimus Episcopus dixit: Ego per Dei gratiam ab Orthodoxis sum nutritus, & orthodoxè sum edoctus, & orthodoxè prædicavi: & non solùm* Nestorium *&* Eutychem, *sed & omnem hominem,*

qui rectè non sapit, aversor, & alienum existimo. Et cùm diceret hæc, Reverendissimi Episcopi clamaverunt; claré dic anathema Nestorio *& dogmatibus ejus: anathema* Nestorio *& amantibus eum.* Theodoretus *Reverendissimus Episcopus dixit: verè non dico, nisi quomodò novi Deo placere...... calumniam passus sum, veni satisfacere me esse orthodoxum (& omnem Hæreticum, qui converti noluerit anathematizo) & quia* Nestorium *&* Eutychem, *& omnem hominem dicentem, vel opinantem duos Filios anathematizo. Et cùm diceret, Reverendissimi Episcopi clamaverunt: dic apertè anathema* Nestorio, *& qui ea, quæ ejus sunt, sapiunt.* Theodoretus *Reverendissimus Episcopus dixit: Ego nisi exposuero quomodò credo, non dico. Credo autem. Et tùm diceret, Reverendissimi Episcopi clamaverunt: iste Hæreticus est, iste Nestorianus est Hæreticum foras mitte.* Theodoretus *Reverendissimus Episcopus dixit: Anathema* Nestorio, *&c.*

Præterimus, brevitatis causâ multa alia testimooia ejusdem roboris, tùm Conciliorum generalium, tùm Summorum Pontificum, ex quibus constat, eos, qui facta dogmatica à Summis Pontificibus & Conciliis definita negâruot, vel deiis dubitârunt, anathematizatos fuisse, & Hæreticis annumeratos.

II. Quod sentiebat Jansenius, de Hæresi Prædestioatiaoa, non aosus est simplicirer affirmare; sed illud proposuit dumtaxat, *ut suspicionem quam Lectoribus dijudicandam offerebat.* Cur hodie ejus Discipuli, aliique in hoc ipsi consentientes intrepidè ac superciliosè illam Hæresim, seu phantasma exsibilaot?

III. Si quæstio de natura liberi arbitrii sic tantùm Philosophica, à Tridentino intacta, ut ait Jansenius, cur ipse, qui alios toties reprehendit ut Philosophos & Aristotelicos, taotùm temporis & laboris impendit, ut illam resolveret, & probationibus undequaque firmaret? Cur seoteotiam suam circa illam quæstionem toties inculcat ut veritatem Catholicam à Scripturis, Patribus & Coociliis assertam? Cur adversantes sibi in illa quæstione accusat intolerabilis inantiquitate imperitiæ? An non valde tolerabilis est imperitia circa Quæstionem Philosophicam ab Ecclesia intactam.

APPENDIX.

Quinta Propositio Janseniana meritò tribuitur Primariis Collegii Regii Professoribus sicut & Jansenio.

PROFESSORES COLLEGII REGII DUACENSIS.

I.

Docent nullam dari in stato naturæ lapsæ gratiam præter efficacem ex natura sua, seu adjutorium *quo*. Vide articulum primum & quintum.

JANSENIUS YPRENSIS.

I.

Pro prima parte quiotæ Propositionis sequeotia proferuotur ex Jansenio.

L. 3. de Gr. Salv. c. 21.

Sed aliud argumentum pro gratia sufficienti omnium proferri solet, quia Christus est Redemptor omnium, juxta illud 1. ad Timoth. c. 2. Qui dedit semetipsum redemptionem pro omoibus, *&c.*

Respondetur: & hoc argumentum, sicut omnia præcedentia, jam olim ad nauseam usque à Pelagianis, præsertimque Massiliensibus inculcatum fuit, ut mirùm sit Recentiores tanto studio trita Hæreticorum arma colligere & obsoleta recudere.........Tanquam firmissimam basim errori suo collocàrunt Massilienses ista Scripturæ loca, quibus Deus dicitur, omnes velle salvos fieri, atque esse Redemptor omnium......nihil mirum videri debet, si idem iisdem morbis præparemus antidotum, hoc est, si iisdem argumentis, quibus usi sunt, Massilienses, easdem Augustini & Prosperi solutiones opponamus?

II.

Hominem lapsum necessitari ad bonum vel malum agendum, prout delectatio cœlestis terrenam vicerit, vel delectatio terrena cœlestem superavit. Vide articulum tertium.

Ibid. *II.*

Nunquam Augustinus fatetur in scriptis suis Christum pro omnibus, nullo excepto, se dedisse redemptionem, vel crucifixum esse, vel mortuum.

III.

III.

Non aliam homini lapso libertatem adesse, quàm quæ conjuncta est cum necessitate mutabili relinquente potentiam ad oppositum, *si volueris*; cùm tamen condirio sit impossibilis. Vide articulum quartum.

III.

Hinc genuiniùs veriùsque respondemus, Christum dici se dedisse redemptionem pro omnibus, *hoc est pro Universa sua Ecclesia toto Orbe dispersa....ex quibus clarum est, non aliter Augustini judicio Christum se redemptionem pro omnibus dedisse, seu propitiationem esse pro peccatis totius mundi, nisi quia pro peccatis omnium Fidelium, ex quibus una constituitur Ecclesia redemptio atque propitiatio est. Nec in universis Augustini operibus, nisi fallor locus est, ubi doceat Christum pro peccatis Infidelium in infidelitate permanentium esse propitiationem, vel pro illis se dedisse redemptionem.*

IV.

Gratiam in hoc statu semper obtinere totum effectum, cujus hîc & nunc est capax; nec aliter illi resisti, quàm eo genere resistentiæ, quæ oritur ex dominatu concupiscentiæ necessitantis ad malum. Vide articulum quintum.

IV.

Ex quibus omnibus jam satis arbitror patere, argumentum istud; quo Christus passus & mortuus, vel redemptionem se pro omnibus dedisse dicitur, nihil omnino pro auxilio sufficienti omnibus, nemine excepto suppeditando facere. Nec enim juxta doctrinam Antiquorum, pro omnibus omnino Christus passus, aut mortuus est, aut pro omnibus omnino tam generaliter Sanguinem fudit; cùm hoc potiùs tanquam errorem à fide Catholica abhorrentem doceant esse respuendum.

Prima pars autem quintæ Propositionis sic exprimitur: *Semipelagianum est dicere, Christum pro omnibus omnino hominibus mortuum esse, aut Sanguinem fudisse.*

Altera pars autem ejusdem Propositionis, pro qua, sequentia testimonia adducuntur hujus tenoris est: *Christus pro salute dumtaxat Prædestinatorum mortuus est.*

V.

Deum per gratiam movere enr hominis irresistibiliter. Vide rursus artic. quintum.

V. Lib. 3. de Gr. Salv. c. 21.

Pro primi generis hominibus (qui perseverant usque in finem) tanquam veris ovibus suis, vero populo suo, tanquam absolutè salvando semetipsum dedit ac tradidit: pro istorum peccatis omnibus omnino delendis, & æternâ oblivione sepeliendis propitiatio est, pro istis in æternum vivificandis mortuus est, pro istis ab omni malo liberandis rogavit Patrem suum; non pro cæteris qui à Fide & Charitate deficientes, in iniquitate moriuntur.

V I.

Præcepta homini justo quandoque esse impossibilia, nec adesse grariam quâ possibilia fiant. Vide articulum sextum.

VI. Ibidem.

Vanum est & stultum pro irritando, vel avertendo rogare Deum, quod immutabili decreto sancitum & prædestinatum esse jam nosti: vanum etiam pro talibus salvandis seriâ voluntate pati ac mori: vanum pro talibus à perditione decreta liberandis offerre Patri vota, preces, Mortem & Sanguinem suum.

VII. Ibidem.

Quæ sanè cùm in Augustini doctrina perspicua certaque sint, nullo modo principiis ejus consentaneum est, ut Christus Dominus vel pro Infidelium in infidelitate morientium, vel pro justorum non perseverantium æternâ salute mortuus esse, Sanguinem fudisse semetipsum redemprionem dedisse, Patrem orasse sentiatur. *Scivit enim quò quisque jam ab æterno prædestinatus erat; scivit hoc decretum, neque ullius pretii oblivione mutandum esse, nec seipsum velle mutare. Ex quo factum est, ut juxta sanctissimum Doctorem*, non magis Patrem pro æterna liberatione ipsorum, quàm pro Diaboli deprecatus fuerit; sed si quid pro illis rogavit Patrem, pro temporalibus quibusdam justitiæ effectibus rogavit, & pro iisdem obtinendis obtulit pretium, fuditque Sanguinem suum.

VIII. Ibidem.

Hinc etiam fluxit.....quòd nunquam locum illum Apostolicum . Deus vult omnes homines salvos fieri, *ad omnes omnino homines extendi passus fuerit; sed semper ita, quamvis per diversas interpretationes, intelligendum esse contenderit;* ut in solis Prædestinatis effectum suum voluntas illa sortiretur.

IX. Ibidem.

Sicut ergo non voluit, voluntatem Dei ad salutem omnium omnino hominum extendi; sed illorum dumtaxat; qui ex omni gente & lingua, ex omni hominum genere prædestinati sunt; *ita nec voluit, effectus istius voluntatis, hoc est, mortem, Sanguinem, Redemptionem, Propitiationem, Orationem Christi*, ad omnes homines dilatari; *sed vel ad solos illos*, qui prædestinati sunt, *quatenùs pro æterna & totali eorum salute offeruntur, vel certè* aliquatenùs *quoque ad illos, qui ratione temporalis fidei, aut charitatis, effectus aliquos Redemptionis & Propitiationis assequuntur. Nam illa extensio tam vaga modernorum Scriptorum non alio ex capite, quàm ex ista generali & indifferenti voluntate Dei erga salutem omnium, & ex illa sufficientis gratiæ omnibus conferendæ præparatione fluxit, quorum utrumque* Augustinus, Prosper, Fulgentius, *& antiqua Ecclesia velut machinam à Semipelagianis introductam repudiavit.*

X. L. 10. de Gr. Salv. c. 3.

Quòd Scholastici plerique putant, Deum post hominem lapsum, habere adhuc voluntatem salvandi omnes omnino, nemine excepto, & ex illa voluntate omnibus etiam reprobis sufficientem non solùm redemptionem, sed etiam gratiam præparasse, ab Augustini doctrina prorsus dissentaneum est.

CENSURA SACRÆ FACULTATIS.

Conveniunt omnes, qui in materiis de Gratia versati sunt, tantam esse connexionem inter Jansenii principia & singulas ejus Propositiones, ut unum illorum explicitè doceri non possit, quin & reliqua saltem implicitè doceantur: ac proindè qui unius Propositionis Jansenianæ reus est, posse illi sine temeritate reliquas tribui. Hoc posito tanquam certo & indubitato; cùm Professores Primarii Collegii Regii distinctè & copiosè Jansenii principia, & primas quatuor ex famosis 5. Propositionibus tradiderint, ut patet ex Articulis præcedentibus, S. Facultas censet quintam Propositionem Jansenianam, quoad totum virus, contineri in eorum Dictatis. Quâ enim ratione Christus mortem suam obtulerit, & Patrem rogaverit pro salute eorum justorum, quibus Deus gratiam ad implenda Præcepta necessariam, seu sufficientem denegat? Quâ ratione Christus promeritus sit gratiam ad salutem necessariam iis, qui ad peccandum necessitantur? Ex quibus colligere est, quàm horrenda sit illa doctrina, quâ scilicet spei & consolationis Christianæ fundamentum evertitur, potentissimum charitatis incentivum eripitur, & patentissima Scripturarum testimonia de voluntate Dei salvandi omnes, de infinita benignitate Salvatoris & Redemptoris, ad sensus alienos detorquentur.

ANNOTATIONES.

I. Domini *Lengrand* & *Marechal* videntur agnoscere in Deo voluntatem antecedentem, secundùm quam gratiæ ordinantur ad effectus salutares, qui per voluntatem Dei consequentem, & concupiscentiam dominantem impediuntur. An hoc non sufficit, ut Deus dicatur velle omnes homines, nullo excepto, salvos fieri, & Christus pariter dicatur mortuus pro omnibus omnino?

Respondetur Jansenium l. 10. de Gr. Salv. c. 1. & l. 3. de Gr. Salv. c. 20. etiam admittere in Deo talem voluntatem antecedentem. *Habuit igitur Deus*, inquit l. 10. *generalem voluntatem benevolentiæ erga omnes, ex qua, quantùm in se est, omnium beatitudinem æternam voluit, omnibusque propterea beatitudinis consequendæ media sufficientissima largitus est.* Et l. 3. relatâ sententiâ S. Damasceni & S. Th. de voluntate antecedente Dei salvandi omnes, sic prosequitur: *Talis antecedens voluntas, quam-*

diu res sine accessoriis circumstantiis consideratur, aliquid ad causandam gratiam sufficientem, aliaque media necessaria procurandæ saluti facit, utpote ex qua gratia primorum hominum sufficiens fluxit. Sed postquam peccata jam ab hominibus inducta considerantur, antecedens voluntas in sola præcisione mentis, adeòque noda quàdam velleitate nihil omnino gratiæ causante consistere potest. Quod ex eo man festissimè patet, quia talem antecedentem voluntatem etiam erga damnatas creaturas sive hominum, sive Angelorum Deus habet. Quà non obstante, sicut potest consequente voluntate justitiæ, Angelos omni gratià sufficiente, & salute spoliare, excæcare, obdurare, damnare; ita non obstante eâdem antecedente voluntate, quibusdam hominibus originali labe damnatis, consequenti voluntate, justitiæ, gratiam sufficientem, fidem, justitiam, salutem, fœlicitatemque negare potest, eosque nolle salvos fieri.

Voluntas autem antecedens salutis omnium, quam SS. Damascenus & Thomas agnoscunt in Deo, etiam supposito peccato originali, non est velleïtas sterilis in sola mentis præcisione consisteos; sed est voluntas formalis & beneplaciti perseverans ut talis post illud peccatum, ex qua, propter merita Mortis & Passionis Christi, derivantur in omnes mortales media proximè vel remotè, sed verè sufficientia ad salutem & Præceptorum Divinorum observationem; non in justos tantùm, sed & in peccatores; non in peccatores communes dumtaxat, sed & in excœcatos, & obduratos; neque in Fideles tantùm, sed & in Infideles, ac quoscumque Barbaros; neque in adultos solùm, sed & in parvulos consideratos in parentibus, vel aliis, quorum curæ commissi sunt quoad corporalia & spiritualia. Hæc tamen sic intellige, ut mensura gratiæ concessæ non sit æqualis; sed cum infinita varietate distribuatur.

Ne quis autem ex imperitia putet, nos hîc quædam singularia & exotica proferre, audiat Ludovicum *Bancel* egregium Thomistam tom. 2. q. 4. de voluntate salutis omnium art. 1. §. 1. » Tertia sententia, *inquit*, si loquimur de justis, est, quòd
» nulla præcepta sunt eis impossibilia, sed quòd habent gratiam necessariam ad ea
» omnia observanda sicut oportet ad salutem; & hanc sententiam modò post con-
» demnationem Jansenii teoent omnes Catholici Doctores tanquam articulum fi-
» dei. Sed divisi sunt, si loquamur de aliis hominibus: quamvis eoim communi-
» ter doceant, quòd, si quando præcepta obligant, non dentur auxilia saltem
» sufficientia quibus adimpleri possint, hujusmodi præceptorum omissio, vel trans-
» gressio non imputatur ad culpam, nec est peccatum in se, sed ad summum in
» causa; attameo utrum omnibus dentur vel proximè, vel remote auxilia vel effica-
» cia, vel sufficientia ad præceptorum omnium observantiam, & æternam salutem,
» adhuc est duplex seotentia.

» Altera est Goneti ....& quorumdam aliorum tam intra, quàm extra Scholam D.
» Thomæ...docent, quòd si dare sumatur prout idem est ac præparare, Deus om-
» nibus dat anxilia sufficientia ad omnia præcepta sicut oportet ad salutem: quia
» ea omnibus præparat: sed si sumatur prout idem est ac recipere, Deus non dat
» hujusmodi auxilia omnibus; sed multi eis privantur in pœnam peccati, vel per-
» sonnalis, vel saltem originalis. Et boc asserunt præsertim de peccatoribus excœ-
» catis & obduratis, & de Infidelibus.

» Altera sententia est PP. Carmelitarum Excalceatorum Salmanticensium tract.
« 14. q. 3. disp. 6. de Gr. effic. dub. 3. asserunt, Deum nedum offerre, sed etiam
» conferre omnibus & singulis hominibus auxilia sufficientia ad salutem; ita ut nul-
» lus si homo rationis compos, qni hujusmodi auxilia non recipiat, vel proximè &
» immediatè, vel remotè & mediatè. Asserunt illi Doctissimi Thomistæ hujusmodi
» auxilia unicuique collata, esse supernaturalia; quam ego sententiam existimo ne-
» dùm probabiliorem, sed etiam omnino veram. Ipsi autem pro ea citant ex Tho-
» mistis Ferrariensem, Medinam, Nazarium, Arauzum, P. Nicolai, Alvarez,
» Joannem à Sancto Thoma, Zumelem, & Cabreram, & dicunt, quòd *excessit Go-*
» *netus, dum asseruit, paucos Thomistas nostræ adhærere sententiæ: nam profectò*, in-
» quiunt, *non tot Thomistas refert, nec referre potest pro sua opinione, quot nos pro nos-*
» *tra adduximus: & perperam pro se retulit alvarez, Joannem à S. Thoma, & Zumelem;*
» *nam priores illi duo expressè docent nostram sententiam, & Zumel licèt priùs oppositam*
» *docuerit illam tamen postea apertè retractavit.* Videri possunt apud eosdem Salman-
» ticenses loca omnia citata.

» Cabrera ab iisdem citatus, nostram sententiam ita tenet, ut oppositam dicat
» esse falsam, improbabilem, minùs tutam, & à Divina Misericordia alienam.

» Quantùm ad præceptorum obſervantiam ſic babet Ledeſma quæſt. unicâ de au-
» xiliis Divinæ Gratiæ, art. 16. cuncl. 3. auxilium ſufficiens, phyſicum, & intrin-
» ſecum ad vitanda peccata datur omnibus hominibus pro tempure, quo peccarent,
» ſi non vitarent illa peccata. Et ſimiliter datur auxilium neceſſarium ſufficiens, in-
» trinſecum, ad implenda præcepta pro tempore, quu obligant. *Hoc dictum eſt cer-*
» *tiſſimum inter Theologos, & illud docent omnes Diſcipuli D. Thomæ*; & ibidem ſubdit,
» quod videtur expreſſa mens Doct. Angeli hoc eſſe de fide. Etenim 3. p. q. 86.
» art. 1. docet omnem peccaturem viatorem poſſe pœnitere de peccatis, & oppo-
» ſitum eſſe erroneum. At vero ſine auxilio ſufficienti neceſſariu non poteſt homo
» pœnitere de peccatis, neque illa virare, neque præcepta adimplere. Igitur tale au-
» xilium datur. Medina in 1. 2. q. 109. art. 10. Statuit hanc cunclusionem, *quilibet*
» *homo viator poteſt ad Deum converti, & pœnitere: & oppoſitum aſſerere, eſt dogma hæ-*
» *reticum.*

» Nugno in Comment. art. 1. q. 86. p. ſic habet: *Inter Catholicos fuerunt aliqui*
» *dicentes, quòd Deus aliquando in pœnam graviſſimorum peccatorum negat quibuſdam*
» *peccatoribus auxilia neceſſaria & ſufficientia, ut pœnitere poſſint, quales ſunt illi, qui*
» *in Scripturis dicuntur excæcati & obdurati, &c. Quæ ſententia communiter damnatur*
» *tanquam maximè temeraria, & proxima errori.* Et poſtea ſuam ſtatuit concluſio-
» nem his verbis: *fides eſt, ita ut oppoſitum ſit hæreſis manifeſta, quòd omnis homo dum*
» *eſt in via & compos rationis, poteſt ſimpliciter loquendo pœnitentiam agere de peccatis;*
» *atque adeo, quod omnibus dantur auxilia ſufficientia, ut poſſint pœnitere.*

» Has Cenſuras retuli, non ut eas approbem, ſed ut videant omnes, quantùm Diſci-
» puli Doctoris Angelici ſemper abhorruerint ab opiniunibus Janſenii aſſerentis,
» Deum nequidem præparare omnibus auxilia ad obſervantiam præceptorum, &
» ad eorum ſalutem ſufficientia.

» Cæterùm ſententia iſla, quòd Deus dat omnibus, nullo prorſus excepto, auxi-
» lia neceſſaria ad ſalutem, abſtrabendo à variis modis illam explicandi, eſt com-
» muniſſima in omnibus Scbulis.

» D. *Lemoine* Doctor & Profeſſor Sorbonicus in Opuſculo egregio de dono orandi
» c. 2. de gratia omnibus data, aſſert. 2. ait, quòd ubique in Chriſtianis Academiis
» recepta eſt, & in particulari ex ſociis ſuis Sorbonicis citat *Duv..lium, Gamachæum*,
» & *Iſambertum*. Jam vidimus quod omnes Thomiſtæ ita docent. Idem de omnibus
» Scotiſtis aſſerit *Maſtrius*. Omnes denique Autbures PP. Societatis, qui de bac
» materia ſcripſerunt, idem ſentiunt.

» Concluſiu. Deus nedum offert, ſed etiam vel proximè, vel remotè, confert
» omnibus hominibus nullo prorſus excepto, auxilia ipſi neceſſaria ad omnium præ-
» ceptorum obſervantiam, & ad ſalutem æternam: ita ut ſi aliqui eorum damnan-
» tur, boc non ſe teneat ex parte Dei, ſed tantùm ex parte hominum nec ulla-
» tenùs proveniat ex defectu auxiliorum Divinæ Gratiæ, ſed ex ſola culpa, ſive ne-
» gligentia, vel malitiâ illorum, qui bujuſmodi auxiliis ſibi collatis vel non utuntur;
» vel etiam abutuntur.

Et rurſus ibid. art. ult. §. 3. pag. 442. » Dicendum eſt, *inquit*, quòd ſicut retuli-
» mus ſupra ex D. Aug. l. 4. contra Julianum, c. 8. intulerabilis eſt abſurditas, di-
» cere Deum eſſe benevolentiorem adultis, quàm parvulis: cùm parvuli non ha-
» beant niſi originale peccatum, adulti autem originali peccato ſuperaddant plura
» peccata perſonalia. Sicut ergo nullus eſt adultus, cui Deus non conferat auxilia
» ſaltem ſufficientia ad ſalutem; ita nullus eſt parvulus, cui ſimiliter hæc auxilia
» nun cui ferantur; cum boc tamen diſcrimine, quòd adulti bæc auxilia recipiunt
» in ſe ipſis, quia ſunt capaces ſalvari per ſeipſos; parvuli verò non recipiant ea
» niſi in parentibus, vel in aliis, quia ſunt incapaces ſalvari niſi per alios.

Hùc uſque Ludovicus *Bancel*, ex cujus ductrina, & teſtimoniis ab eo relatis conſ-
tat? nos nihil exoticum, nihil niſi in Scbolis commune aſſeruiſſe circa gratiæ ſuffi-
cientiam, ejuſque in mortales effuſionem.

Hanc doctrinam probare poſſemus ex Patribus affatim, Auguſtino ſpeciatim & S.
Thomâ: ſed ne ſimus juſtò prolixiores, ſat nobis erit, adducere teſtimonium *Oroſii*
egregii S. Auguſtini Diſcipuli, cui procul dubio mens Magiſtri perſpectiſſima erat.
Hic autem *Oroſius* in Apologetico, quem pro arbitrii libertate contra Pelagium
ſcripſit, ſententiam noſtram apertè tradit his verbis. » Rectè mihi hæc amentiæ, ut
» non dicam ſuperbiæ, ingererentur opprobria, ſi dicerem ſine adjutorio Dei homi-
nem

» nem posse esse sine peccato; nunc autem cùm adjutorium adjicio, nihil difficile » assero......mea semper hæc est fidelis atque indubitata sententia, Deum adjuto- » rium suum non solum in corpore suo, quod est Ecclesia: cui specialia ob creden- » tium fidem gratiæ suæ dona largitur *verùm etiam universis in hoc mundo gentibus* » propter longanimem sui æternamque clementiam *subministrare*, non ut tu (Pela- » gi) asseris cum Discipulo tuo Cœlestio, cui jam apud Africanam Synodum occul- » ta illa impiorum dogmatum natura contusa est, in solo naturali bono, & in libe- » ro arbitrio generaliter universis unam gratiam contributam: *sed speciatim quotidie* » *per tempora, per momenta, per annos & cunctis & singulis ministrare*......Quantùm ergo » de Dei adjutorio gaudeam, per id metire, quod ministrari per singula etiam gen- » tibus probo.......cùm videas, hominibus ignaris tantam Diaboli incubuisse nequi- » tiam in disperdendo, nullam hinc credis Dei in custodiendo gratiam præfuisse...... » Adest adjutorium Dei, & per singula, & per singulos.........habes ut arbitror, » etiam gentibus sufficientem cooperantis gratiæ probationem......ex quo evidentis- » simè declaratum est, *nemini hominum deesse Dei adjutorium*: præsertim cùm & se- » ductor insistat; & insit infirmitas.

Nihil ad rem nostram clariùs aut validiùs adduci posset. Hoc sensit Jansenius Y-prensis, ideoque *Orosii* Apologeticum suo authori abjudicare conatus est sed ex rationibus tam frivolis ac levibus, ut jam omnes eruditi agnoscant, librum hunc esse genuinum *Orosii* fœtum. Ita sentiunt Patres Benedictini in nova editione operum *S. Augustini*, *Natalis Alexander*, *Garnerius*, *Grotius*, *Lupus*, *Habertus*, *Guillelmus Cave*, *Dupinius*, *Tillemontius*, *&c.*

II. Nec est quòd Novatores exprobent, nos aliter loqui & sentire de gratiæ sufficientia, ejusque distributione, nec-non de voluntate Dei salvandi omnes, & morte Christi pro omnibus, quàm Majores nostri in famosa censura anni 1588. & speciatim *Estius* ac *Sylvius* in suis Commentariis, tum in scripturas, tum in libros sen-tiarum, tum in S. Thomam. Nam 1°. ab iis ex parte recedendum esse confitetur ipse *Massoulieus* tomo 2. *Thomæ sui interpretis* dissert 4. q. 3. art 4 in fine. » Fatemur, » *inquit*, celeberrimas Academias & Lovaniensem & Duacensem, quas ejusdem tem- » poris sapientissimus *Lemos* cum laude referebat, aliquando sufficientis nomen eo » sensu usurpasse, præter quòd non requiritur aliud. Sed non dubito, quin præser- » tim hâc tempestate, & post confixas Jansenii Propositiones, pleno ore sufficien- » tem gratiam, Scholæ nostræ Theologorum more, & sensu, nuncuparent; ut non » immerito dici possit, quod à D. Augustino dictum est l. de prædest. SS. cap. 14. » *Quid igitur opus est, ut eorum scrutemur opuscula, qui priusquam hæc hæresis oriretur,* » *non habuerunt necessitatem in hac difficili ad solvendum quæstione versari; quòd procul* » *dubio facerent, si respondere, talibus cogerentur.*

2°. Non ita pridem scripto publico monebat *Steyartius*, celeberrimus Doctor & Professor Lovaniensis, *Estium cautè legendum esse.* Et in resolutione Sacræ Facultatis Theologicæ Lovaniensis, datâ 12. Septembris 1699. accusatione respondente Articulo VII. legitur, *cui quidem inter Theologos famosiores præiverat etiam* ESTIUS: SED VEL IDEO HÎC ET ALIBI, JUXTA THEOLOGOS SENSATOS, CAUTE LEGENDUS.

3°. Ipse Jansenius l. 3. de Gr. Sal. c. 20. *Estium* nostrum prædicat ut doctissimum Epistolarum interpretem, ejusque interpretationem, secundùm quam *Deus vult omnes salvos fieri*, quia vult & in nobis operatur ut omnium salutem desideremus, approbat. Magistrum imitantur Jansenistæ, nec ullum interpretem pluris faciunt quàm *Estium*. Ex quo colligere est, eum non pauca suis Commentariis inseruisse, quæ novo dogmati adstipulentur.

4°. Idem Jansenius l. 3. de Gr. Salv. c 1. Majorum nostrorum censuram anni 1588. sicut & Lovaniensem ejusdem ferè temporis impensè laudat, easque, seu b.-ses suarum hæresum præmittit. Etenim c. 13. & 21. ejusdem libri non aliunde infert præceptorum impossibilitatem in justis, & Christum pro salute duntaxat prædestinatorum mortuum esse, quàm ex eo quòd in hoc statu non detur gratia sufficiens ab efficaci distincta, ut prædictis censuris asseritur. Ut quid igitur pertinaciter adhærere censuræ, ex qua consectaria tam horrenda non obscure deducuntur?

5° A tempore immemoriali, cuique liberum fuit in nostro Collegio tueri sententias oppositas iis, quæ in prædicta censura continentur: imò paucis opinionibus exceptis, nullum unquam discipulum vidimus, nec ullum unquam fuisse audivimus.

qui pro gradibus adipiſcendis iſtius cenſuræ aſſertiones diſputandas propoſuerit. Unde in praxi, vix ulla apud nos iſtius cenſuræ ratio habita eſt. Nunquam tamen improbavit S. Facultas, neque hodie improbat prædeſtinationem gratuitam ad gloriam, neque neceſſitatem gratiæ per ſe efficacis, prout in ſcholis Catholicis communiter defenditur, admiſſâ inſuper neceſſitate gratiæ actualis verè ſufficientis; neque neceſſitatem inſpirationis ſingulorum verborum Scripturæ ſacræ: & per eam, cuique fas erit ſicut & ſemper fuit, iſtas opiniones in ſuo Collegio tueri; nec Profeſſoribus Regiis minùs grati erunt diſcipuli, qui iſtas ſententias propugnaverint, quàm qui oppoſitas. Facultati perſuaſiſſimum eſt, impoſſibile eſſe: ut mortales in omnibus opinionibus, ſive ſpeculativis, ſive practicis ſint unanimes; fidei autem unitatem ac integritatem ſicut & morum puritatem cum opinionum varietate ſubſiſtere poſſe. Hinc ipſi ſtatutum eſt, ſequi Apoſtolum dicentem ad Rom. 14. *unuſquiſque in ſuo ſenſu abundet*, ac pruinde in Theſibus, quæ pro Gradibus Academicis ſuſtineri ſolent, admittere quaſvis opiniones communes Scholarum Catholicarum, donec à Sede Apoſtolica improbatæ fuerint. Eos tamen ut infames repellet, qui vel Formulario Alexandri VII. purè, ſimpliciter ſine exceptione, reſtrictione, diſtinctione, expoſitione, ſubſcribere recuſarint; vel leviſſimam ingeſſerint ſuſpicionem, ſe Conſtitutioni *Unigenitus*, tanquam fidei regulæ non aſſentiri purè & ſimpliciter.

6°. In prædicta Cenſura ab aſſertione 1. ſub titulo de prædeſtinatione & reprobatione, ad aſſertionem 20. multa continentur circa præceptorum poſſibilitatem, Chriſti orationem & mortem, voluntatem Dei ſalvandi omnes, quæ correctione indigent. Cur inter alia, Authores Cenſuræ ad aſſertionem ſecundam dicunt ſimpliciter: *Deinde eâdem Scripturâ teſte, nec Chriſtus pro omnibus orat Patrem?* Citant quidem illud ex Joan. 17. *Non pro mundo rogo, ſed pro iis, quos dediſti mihi:* ſed & meminiſſe debuiſſent illius ex 1. Joan. 2. *Sed & ſi quis peccaverit, Advocatum habemus apud Patrem, Jeſum Chriſtum juſtum: & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris; non pro noſtris autem tantùm, ſed etiam pro totius mundi.* Item illius ex Joan. 4. *Hic eſt verè Salvator mundi.* Denique & illius, 1. ad Timoth. 4. v. 10. *Qui eſt Salvator omnium hominum, maximè Fidelium* Comparando loca inter ſe, intellexiſſent, Chriſtum illâ occaſione de qua Joan. 17. non oraſſe quidem pro mundo; ſed aliis occaſionibus, oraſſe pro toto genere humano; vel non oraſſe pro mundo oratione ſpeciali, quâ Patrem deprecatus eſt pro Apoſtolis; licèt oraverit oratione communi & ſufficienti ad omnium & ſingulorum ſalutem.

Quid ineptiùs illo argumento, quo tàm ſæpe ex orationis neceſſitate contendunt probare; non dari auxilium ſufficiens ad implenda præcepta? Qui enim aſſerunt, dari omnibus media ſufficientia ad ſalutem, & præceptorum obſervantiam, non volunt, iis ſemper adeſſe gratiam, quæ proximè & immediatè ſufficiat ad quodlibet bonum opus faciendum; ſed ſaltem adeſſe gratiam ſufficientem orandi, ſeſe humiliandi, aut faciendi aliquod opus bonum, cujus intuitu largiturus ſit Deus gratiam proximè ſufficientem; cum quo manet orandi neceſſitas, & ſententia communiſſima de Gratia ſufficienti omnibus collata. In hoc peccârunt Majores noſtri ſicut & Janſenius, quòd magis ad peccatum originale attenderint, quàm ad beneficium Redemptionis Chriſti. Verum eſt, attento illo peccato, omnes gratiâ indignos eſſe & pœnis æternis addicendos: ſed attento Redemptionis beneficio, omnes deſtinati ſunt ad æternam beatitudinem, ac proinde donantur mediis ad illum finem aſſequendum neceſſariis. Debuiſſent reflectere, homines viatores melioris eſſe conditionis, quàm Dæmones, pro quibus Chriſtus non eſt mortuus: ſi autem non detur hominibus gratia ſufficiens ad implenda præcepta: illos fore deterioris conditionis quàm Dæmones, cùm hi, juxta omnes, non amplius demereantur, & juxta multos, nec peccent formaliter; illi autem gratiâ ſufficiente deſtituti ſunt, juxta Cenſuræ Authores, demerituri, & formaliter peccaturi Quâ igitur ratione Chriſtus mortuus eſt pro illis hominibus, potiùs quàm pro Dæmonibus?

7°. Diffiteri non poſſumus, quædam occurrere in operibus *Eſtii* & *Sylvii*, quæ duriora ſint, & corrigenda, ne quid pejus dicamus. Legatur *Eſtius* in cap. 3. Evang. ſecundùm Joan. v. 17. Item in cap. 6. v. 37. & rurſum in cap. 17. v. 9. & v. 20. Item in cap. 10. v. 15. denique in Iſaïæ cap. 5. v. 4 ex illis omnibus unicum textum referemus ex Joan. 10. v. 15. *Hic locus*, inquit, *oſtendit, Chriſtum, non pro omnibus mortuum, ſed pro ſolis electis, ſcilicet ut ſalventur.* In hoc, ut ingenuè loquamur, apertè continetur quinta hæreſis Janſeniana. Quis igitur à nobis exigat, ut doctrinam *Eſtii* de Gratia ſequamur?

Quoad *Sylvium?* ipse Jansenio superstes fuit aliquot annis, & reliquo tempore vitæ, luculentissima sinceri adversus Doctrinam Jansenianam zeli specimina præbuit & 1°. quidem cum Collegis suis contra illam Doctrinam, gravem scripsit Epistolam ad Archiducem *Leopoldum*. 2°. Cum occasione illius Epistolæ Lovanienses Duacum deputassent Doctorem *Recht*; illi deputato protestanti, *quod non nisi pro tuendis Augustini signis in aciem prodirent Doctores Lovanienses*, reposuit inter alia *Sylvius* dignam *Sylvio* sententiam: *vos pro tuendis signis Augustini Batavi, vel Yprensis certare parati estis: nos pro S. Augustini verâ Doctrinâ propugnandâ, quia pontificia est: & ad extremum usque spiritum animos huic pugnæ comparavimus.* 3°. Consentiente & probante *Sylvio* editus est in lucem liber, cui titulus: *Veritas & æquitas Censuræ Pontificiæ Urbani VIII.* in quo ex ipso *Estio* & *Sylvio* multa adducuntur testimonia contra Doctrinam Bayanam & Jansenianam. 4°. Inter resolutiones *Sylvii* una insignis reperitur, quâ à quodam ignoto interrogatus de *libero arbitrio*, refutat errorem Jansenii exigentis dumtaxat ad meritum vel demeritum immunitatem à coactione. Illa resolutio est anni 1644. 1. Septembris. 5°. Ipse *Sylvius* cum quinque aliis Doctoribus ejusdem Facultati scripto authentico declaravit, sententias Jesuitarum de libero arbitrio, gratiâ Dei, ejusque scientiâ; *nulli errori esse affines, sed Catholicè, Religiosè, piè, solidè, à Patribus Societatis & quibuslibet posse defendi.* Si autem *Sylvius* Doctrinæ Jansenianæ fuisset addictus, huic declarationi profectò non subscripsisset.

Cùm tamen opera *Sylvii* fuerint ab ipso edita ante tragædiam Jansenianam, non est mirum, si quædam etiam occurrant in eis duriora & emendatione digna quæ vir optimus verisimiliter existimavit, à lectoribus benignè explicanda; qualia sunt, quæ docet in primam de voluntate salutis omnium, quam asserit esse in Deo tantùm eminenter & metaphoricè, sicut Deo tribuuntur dolor & pœnitentia, & quam interpretatur ut supra *Estius*. Item in primam secundæ de præceptorum possibilitate, ad quam dicit, impertinentem esse gratiam sufficientem. Item in tertiam partem de Oratione Christi pro crucifixoribus, quam nullâ distinctione adhibitâ restringit ad aliquos. Illi quidem quoad hoc prævivit S. Thomas; sed omnes Thomistæ post Constitutiones Pontificias adversus Hæresim Jansenianam, Magistrum explicant. Vide Ludovicum *Bancel* 1. 2. q. 4. de voluntate salutis omnium. Art. 5. §. 9. pag 420. 21. & 22.

Quod Majores nostri errarint, aut minus circumspectè locuti sint, id infirmitati humanæ tribuendum est, nec ideò quidquam eorum honori & famæ detrahendum. Similibus nævis obnoxii sunt Patres, quos impensè veneramur, & usque ad æthera extollimus.

Majores nostri, & præsertim *Estius*, ac *Sylvius* pietate, doctrinâ ac eruditione clarissimi fuerunt, nec non Sedi Apostolicæ, cujus infallibilitatem in decidendo semper agnoverunt, addictissimi, & devotissimi. Si igitur à recto veritatis tramite deviarint, non id malâ fide factum est, non ex odio in Cathedram Petri, non ex superbia & ambitione, non ex intentione novellam Sectam introducendi, aut propagandi, non Constitutionibus Apostolicis resistendo, non aliis appellando non aliis technis cavillando: sed veritatem necdùm satis elucidatam in cordis simplicitate quærendo, paratissimi interim opiniones præoccupatas ad Sedis Apostolicæ nutum corrigere, deserere, ac penitùs abolere. Nos quidem illis doctrinâ, pietate, ac ingenii capacitate inferiores sumus; sed Constitutionibus Apostolicis edocti, quædam in eorum Commentariis audemus reprehendere, quæ ipsi iisdem Spiritûs S. oraculis imbuti, procul dubiò correxissent.

III. Non dubitamus, quin DD. *Lengrand* & *Marechal* agnoscant Christum esse mortuum pro omnibus sufficienter, hoc sensu, quòd mors Patri æterno oblata, omnibus hominibus salvandis, sicut & Dæmonibus ex inferno eripiendis, fuerit sufficiens: sed in suo systemate fateri non possunt, Christum, hoc sensu, pro omnibus mortuum sufficienter, quòd pro omnibus salvandis Patri æterno obtulerit pretium sufficiens, ac seriò Patrem pro omnium & singulorum salute rogaverit, & sub ista ratione, ejus Mors & Oratio à Patre acceptata fuerint.

Hinc Jansenius l. 3. de Grat. Salv. c. 21. allatis in S. Prosperi textibus, quibus hîc abutuntur Novatores, ut mortem Christi pro omnibus extenuent, vel restringant, agnitâ etiam pretii à Christo oblati sufficientiâ non tantùm pro hominibus salvandis, sed & pro Dœmonibus liberandis, fatetur candidè, id esse insufficiens, ut Chris-

tus dicatur pro omnibus mortuus, & aliam solutionem substituit. » Sed, quia, *in-*
» *quit*, in istis verbis apertè profitetur Prosper, *Redemptionis proprietatem haud du-*
» *biè penès illos esse*, qui sanctificantur in Sanguine Cbristi, & quia ipsa pbrasis, quâ
» quis dicitur se pro aliquo redemptionem dare, præ se ferre videtur redemptionem
» ex redimentis animo, in usum ac liberationem captivorum offerri ac dirigi, quæ
» oblatio ac directio Cbristi inanis esse non potest: & quia alioquin etiam pro Dæ-
» monibus se dedisse redemptionem dici posset, quibus redimendis sine dubio pre-
» tium Sangninis ejus sufficiens: ac denique quia Prospero antiquior ac doctior Au-
» gustinus, nunquam in scriptis suis fatetur, Cbristum pro omnibus, nullo excepto, se
» dedisse redemptionem, vel crucifixum esse, vel mortuum; sed tantùmmodò pro
» illis, quibus mors ejus profuit, qui certo modo multi & omnes sunt; hinc genui-
» niùs veriùsque respondemus, Cbristum dici *se dedisse redemptionem pro omnibus*, hoc
» est, pro universa Ecclesia sua toto orbe dispersa, & consequenter pro omnibus
» hominum generibus, Regibus, privatis, nobilibus, &c.....itemque pro omnibus,
» hoc est, pro bominibus omnium nationum, linguarum & gentium, Judæis vide-
» licet ac gentibus, ex quibus congregatur universus populus Dei... simili univer-
» salitate dicit S. Joannes in Epistola sua prima: *Et ipse est propitiatio*, seu Hostia pro-
» pitiatoria Dei Patris, *pro peccatis nostris? non pro nostris autem tantùm*, *sed etiam pro*
» *totius mundi*, hoc est, non pro nostris tantùm, quibus istam Epistolam scribo, sed
» pro universo populo Fidelium, seu Ecclesiâ toto mundo dispersâ; vel quod in
» idem redit, non pro nostris tantùm Judæorum, sed etiam Gentilium, ex quibus
» una constituitur toto mundo Fidelium Ecclesia.

IV. Nec est quòd quis tricetur, dicens non esse de fide: Christum obtulisse Patri suo mortem pro omoium & singulurum mortalium salute, cùm secundùm Dialecticæ leges non aliud inferatur ex secunda parte propositionis damnatæ, quàm Christum esse mortuum, non pro salute Prædestinatorum dumtaxat, sed & pro aliquorum reproborum salute: nam 1°. Nullus est Jansenista peritus, & aliqualis bonæ fidei, qui non ultrò fateatur, Cbristum Patri obtulisse mortem pro omnium & singulorum reproborum salute, si pro unius reprobi salute eam obtulerit; cùm oblatio & directio Christi morientis non magis inanis esse queat respectu salutis unius reprobi, quàm respectu salutis cæterorum reproborum.

2. Nulla veritas in Scripturis apertiùs ac uberiùs traditur, quàm Christum esse mortuum pro omnibus: mori autem pro aliquo simpliciter positum, est vitam impendere pro totali ejus liberatione. Hinc Ecclesia in Symbolo vulgò Athanasii, item in Symbolo Nicæno, omnibus & singulis credendum proponit; *qui passus est pro salute nostra, qui propter nos bomines, & propter nostram salutem descendit de Cœlis, &c. Crucifixus etiam pro nobis.* Ubi Jansenius hanc veritatem impugnare aggressus est, voluit Ecclesia fidem antiquam tueri, & sensum Jansenii oppositum damnare. Non igitur ex contradictoriarum regulis colligendum est, Summos Pontifices mortem Christi restrinxisse ad salutem omnium Prædestinatorum, & aliquorum reproborum; sed ex subjecta materiâ, & statu controversiæ certò statuendum, illos anatbematizasse sensum Jansenii in eadem latitudine, quâ fidem antiquam impetebat. Jansenius autem negabat, Cbristum esse mortuum pro salute singulorum reproborum, adeoque Ecclesia oppositum definiit; licet 2ª. pars quintæ propositiunis damnatæ expensa secundùm rigorem Dialecticum non aliud exigere videretur, quàm Christum esse mortuum pro salute alicujus reprobi. Cæterùm, si hæc decisionis Pontificiæ expositio non plenè satisfaciat, constabit nibilominùs ex Scripturis, Patribus, Symbolis, & Conciliis, Christum esse mortuum pro omnium & singulorum salute, nullo excepto.

V. Si quis â nobis inquirat, an oratio Cbristi pro omnium & singulorum salute, nullo excepto, fuerit exaudita; respondebimus, fuisse exauditam ratione mediorum, quæ Christus omnibus & singulis promeritus est ac obtinuit ut salvarentur, si mediis concessis fideliter cooperarentur.

Neque opponas, judicia Dei circa salutem & reprobationem hominum, non fore inscrutabilia, si omnibus media ad salutem & præceptorum observantiam sufficientia largiatur, cùm hoc posito reddi possit ratio, cur unus damnetur, alter salvetur, cur unus credat, alter non credat, &c. Nam inscrutabilitas judiciorum Dei non in eo fundatur, quòd aliquibus necessaria ad hunc finem deneget; aliis verò suppeditet: sed in eo quod dona sua cum summa varietate ac inæqualitate distribuat. Hinc autbor libr. de vocatione gentium l. 2. c. 9. » Revertamur, *inquit*, ad consideratio-

nem

» nem differentiarum, quibus Divinæ gratiæ opera ac dona variata sunt. Altitudo » quippe divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, cujus inscrutabilia sunt judicia & in- » vestigabiles viæ, sic semper misericordiam suam & justitiam temperavit, ut secre- » tissimâ æterni consilii voluntate noluerit in omnibus temporibus super omnes ge- » nerationes, *aut super omnes homines æquales donorum suorum esse mensuras...... ...*quæ » itaque causæ sint harum sub eadem gratia dissimilitudinum, quævè rationes, S. » Scripturis non loquentibus, quis loquetur?» Quòd ex duobus æqualiter piis unum rapiat Deus priusquam malitia mutet intellectum, alterum verò diutiùs sinat vivere, ex quo fit ut culpâ suâ damnetur, inscrutabile est. Quòd ex duobus malis, minùs malum morte subitaneâ corripiat, alterùm verò longè sceleratiorem, incolumem servet, & ad conversionem perducat, inscrutabile est. Quòd ex duobus parvulis, natum ex infidelibus ad Baptismum provebat, alterum verò ex Christianis parentibus ortum exigentibus causis naturalibus, ex hac vita eripiat sine Baptismo, inscrutabile est. Uno verbo quòd Deus imparibus paria, paribus imparia, & pejoribus majora beneficia largiatur, inscrutabile est. Verùm hæc omnia stant cum proposito Dei dandi omnibus media sufficientia ad implenda præcepta, & salutem consequendam.

MANTISSA.

Continens Censuram Sacræ Facultatis Theologicæ Duacensis de Epistola inofficiosa ab Erud. D. Pierat *Seminarii Henniniani Præside ad eandem Facultatem directa 30. Julii 1722.*

HUic Opusculo finis imponebatur, cùm ad Valvas, & viarum compita appensus est titulus Epistolæ venalis, cujus hic est tenor: *Lettre à Messieurs les Docteurs de la Faculté de Theologie de l'Université de Doüay, touchant la Dénonciation qui leur a été faite cet Esté par un Auteur Anonyme.* Lectâ illâ Epistolâ, non sine aliquo stupore compertum est, ejus Authorem esse D. *Pierart* S. Theologiæ Licentiatum, & Seminarii Henniniani Duacensis Præsidem. Si quæ habebat ille Licentiatus Sacræ Facultati communicanda, debuisset Litteris clausis, & propriâ manu scriptis ac subsignatis illa in almæ Matris sinum effundere: sed beneficiorum acceptorum immemor, & contemptis humanitatis legibus, Epistolam inofficiosam Sacræ Facultati inscriptam Typis mandavit, eamque ipsâ Facultate insciâ in Vulgus sparsit. Verum quidem est, quòd vulgata Epistolâ, unum illius exemplar sub involucro nudo ad Facultatis Bedellum destinarit: quòd insuper, sub prætextu alicujus correctionis factæ, aliud exemplar ejusdem scripti S. Facultati communicandum, Bedello tradi curarit, adjunctâ vili chartulâ, quâ eandem certiorem faciebat de adhibita correctione: sed hâc viâ ingratitudinem ac rusticitatem suam adeo non deterſit, ut potiùs multùm auxerit. Utinam non alia in eo castigandi occurrerent: verùm, proh dolor! longè plura, eaque multo graviora offendit Lector in ejus Epistola. Sæpe auditum fuerat, Dom. *Pierart* Jansenismo favere: notorium erat, ipsum studiosè & affectatè cum Appellantibus communicasse in spiritualibus, ipsumque à Jansenistis impensè laudari, nemo ignorabat; fuisse inter Commensales Seminarii Henniniani dissidia scandalosa, circa Constitutionem *Unigenitus*. Licèt ipse Præses Declarationi Sacræ Facultatis, circa eandem Constitutionem, purè & simpliciter subscripsisset, vulgabatur nihilominùs, ipsum non aliter Constitutionem admittere, quàm sub explicationibus. Multi ex taciturnitate, & temperamento melancholico Præsidis quidpiam funesti præsagiebant.

His multipliciter angebantur corda piorum, & vix à lacrymis quidam temperare poterant. Nec mirum; Seminarium Henninianum ab Illustrissimo ac Reverendissimo Domino *de Hennin* Yprensium Episcopo immensis sumptibus magnificè erectum ut instruendis Clericis, & veritati tuendæ serviret, videbatur ipsis ruinæ propinquæ expositum. Tacuit nihilominus Sacra Facultas, tum quia illud Seminarium ejus curæ non est commissum, tum quia nulla aderant Præsidis scripta, in quibus aliquod judicium fundare potuisset. Providentia Divina tandem permisit, ut ipse Præses Epistolâ publicâ, propriâ manu subscriptâ, sensus suos sufficienter manifestaret, ipsamque Facultatem, ceu *Goliathus* insultans, ad loquendum provocaret. Itaque votis

ejus & expectationi publicæ, quantùm per temporis angustias licebit, satisfiet. Et primùm quidem ejus dicta gallico sermone expressa, sed in latinum versa referemus, ac deinde reprehensione congruâ castigabimus.

EPISTOLA.

I. *Qui sparsus est rumor de Censura à vobis cudenda circa doctrinam nuper denuntiatam, me adigit, ut aliqua personam meam spectantia vobis exponam.*

CORRECTIO.

Prætextus frivolus: Doctrina D. *Pierart* non fuit denuntiata, licèt aliqua ejus mentio obiter facta sit, nec ulla ejus scripra allegata sunt. Non erat timendum, ne Sacra Facultas ex mera Denuntiatoris relatione ad examen & Censuram alicujus doctrinæ procederer. Quam igitur scribendi rationem habuit ille Licentiatus? Illa illico se prodit: verebatur ne in Dominis *Lengrand* & *Marechal* notaretur novum gratiæ systema, quod deperit: illud ejus animum exasperabat. Hinc scribens calamo felle & amaritudine imbuto usus est. Voluit igitur causæ communi, quantùm in ipso erat, succurrere vel Censuram avertendo, vel saltem ejus authoritatem apud imperitum vulgus extenuando.

EPISTOLA.

II. *Illud primùm mihi videtur, Denunciatoris relationem debere vobis esse suspectam.*

CORRECTIO.

Non indiget Sacra Facultas consiliis Domini *Pierart*; nec Licentiatum minimè requisitum decet, illius negotiis se immiscere. Cæterùm Denuntiatori non adhibuit fidem Sacra Facultas, sed Dictatis authenticis DD. *Lengrand* & *Marechal*.

EPISTOLA.

III. *Si Author Denuntiationis tantæ probitatis esset, ac nobis persuasum esse cupit, nomen suum celare non debuisset.*

CORRECTIO.

Ratio ineptissima: potest Author valdè probus ex motivis honestissimis occultare nomen suum.

EPISTOLA.

IV. *Ego quidem non obstantibus laudibus, quibus Author me immerentem effert temperare non possum, quin judicem, ipsum esse hominem malæ fidei.*

CORRECTIO.

Ingrati est, malum pro bono rependere: & temerarii, seu imprudentis, judicare gratis, virum ignotum esse malæ fidei.

EPISTOLA.

V. *Author denuntiationis loco horum verborum ex Dictatis Domini* Lengrand *extractorum*, SI.........SUFFICERET GRATIA SUFFICIENS VERSATILIS, ET A LIBERO ARBITRIO DETERMINABILIS, *&c. quæ posuit in ima parte paginæ quartæ, substituit in corpore Denuntiationis hanc sententiam caractere italico tanquam ex fideli versione prodeuntem:* GRATIA, CUM QUA SIT IN POTESTATS VOLUNTATIS AGERE VEL NON AGERE. *An non illud unicum probat, Authorem esse malæ fidei? An non evidens est, eum qui ita vertit illum textum, Lectoribus imponere, ut famam illorum quos perdere intendit, obscuret.*

CORRECTIO.

Ex falso supposito excandescit Licentiatus. Evidens est Denuntiatorem non sustinuisse sententiam memoratam *vertendo*, *sed colligendo & asserendo*. Manifestum erat Denuntiatori, D. *Lengrand* non aliam in hoc statu gratiam agnoscere, quàm delectationem necessitantem. Aliunde ipsi constabat, eundem Professorem juxta singu-

larem Janfenii methodum ab omnibus cordatis, ac eruditis S. Thomæ Difcipulis agnitam, in gratia fufficienti *Molinæ*, omnem gratiam verè fufficientem impugnaffe. Hinc in corpure Denuntiationis afferuit, non poffe juxta D. *Lengrand*, admitti *in hoc ftatu gratiam, cum qua voluntas poffet agere & non agere.* Non erat adeo bardus Denunciator, ut hæc verba: *fi fufficeret gratia fufficiens verfatilis, & à libero arbitrio determinabilis, &c.* per hæc verteret: *in hoc ftatu non eft admittenda gratia cum qua voluntas poffit agere & non agere.* Debuit tamen priora verba referre, ut faltem ex parte intelligeret Lector fundamentum affertionis.

EPISTOLA.

VI. *In quo Dictionario vidiftis, Domini, gratiam verfatilem à libero arbitrio determinabilem fignificare gratiam, cum qua poffumus agere & non agere.*

CORRECTIO.

Ut quid interrogatione tam inurbanâ ac rufticâ S. Facultatem compellat Dom. *Pierart*? An interrogationi agrefti locum præbuit S. Facultas?

EPISTOLA.

VII. *Nullus eft Theologus Catholicus, qui non admittat gratiam cum qua poffumus agere & non agere: funt nihilominùs infiniti qui gratiam verfatilem rejiciunt.*

CORRECTIO.

Omnes Janfeniftæ gratiam verfatilem rejicientes, admittunt etiam gratiam cum qua poffumus agere & non agere fenfu fuo; nec ideo funt Catholici. Debuiffet hîc oftendere Dominus *Pierart*, in quo ipfe, & Dom. *Lengrand* quoad gratiam differant à Janfeniftis: debuiffet hîc profiteri, fe, rejectâ gratiâ fufficienti, quam verfatilem appellat, fe, inquam, agnofcere in hoc ftatu gratiam verè fufficientem ab efficaci diftinctam, quæ effectu fuo immediato ac deliberato privetur in iis circumftantiis, in quibus ad illum propriè fufficiens eft, in quibus ad illum poteftatem proximam, completam, & expeditam largitur, abftrahendo à modis particularibus cujufque Scholæ Catholicæ, ut fupra expofuimus. Maluit tacere D. *Pierart*, ubi loquendum erat: infra quidem gratiæ fufficientis meminit; fed non affirmat, eam dari in hoc ftatu. Caufam Profefforis denuntiati tuetur, & Denunciatori graviter fuccenfet, quod in illius Profefforis perniciem ipfi incumbere videatur: an non hæc legitimum præbent fundamentum fufpicandi ut minimùm, D. *Pierart* iifdem erroribus confentire, quos Profeffores denuntiati docuerunt.

Quòd ait Præfes Seminarii Henniniani, infinitos Theologos rejicere gratiam fufficientem, quam verfatilem vocat, eft hyperbole, quæ quidem in Rhetorica locum habet, non verò in Theologia. Hinc colligere eft, ipfum non minori odio illud fufficientis gratiæ genus averfari quàm Janfenius averfatus fit: & verendum, ne eâdem bile percitus, omnem gratiam verè fufficientem, ficut & ipfe, refpuat.

EPISTOLA.

VIII. *Permifit Deus ad confundendum Denuntiatorem: ut ipfe errorem Cenfurâ dignum proferret, dicens*, OPUS ESSE GRATIA, QUÆ VOLUNTATEM DONET VERA FACULTATE CONSENTIENDI AUT DISSENTIENDI. *Poteftas gratiæ refiftendi, ficut & poteftas peccandi, non profluit ex ipfa gratia, fed ex natura humana: quandiu hic vivimus.*

CORRECTIO.

Clarum eft ex contextu, Denuntiatorem non aliud velle, quàm *admittendam effe gratiam, cui poffimus refiftere vel obtemperare*; quòd fanè nullâ reprehenfione dignum eft. Præterea ad liberam poteftatem gratiæ diffentiendi aut peccandi, non minùs gratiâ quàm naturâ opus eft; id faltem fine errore affirmari poteft.

EPISTOLA.

IX. *Cùm fcripta Profefforum Collegii Regii non viderim, non fum qui alias illorum*

scriptorum depravationes, de quibus conqueri dicuntur, comprobandas suscipiam: ipsorum est, id peragere, ubi congruere ipsis visum fuerit. Specimen quod vobis ob oculos posui, sufficit, ut de caractere mei accusatoris judicetis. Existimavi, id vobis aperiendum esse, ne forsan Epistolà arcanà, aut alià vià imputarit mihi aliqua, quæ nunquam dixi.

CORRECTIO.

Insinuat Dominus *Pierart*, se paratum, si Scripta Professorum Collegii Regil legisset: se, inquam, paratum alias illorum Dictatorum corruptiunes, de quibus isti Professores conqueruntur, exponere. Hinc non obscurè colligitur DD. *Pierart*, *Lengrand* & *Marechal*, singulari amicitiæ, ac doctrinæ unitatis nexu conjunctos esse, illos in eund:m scopum collimare, ac quasi ut triumvirus stare adversus gratiam sufficientem sub odioso gratiæ versatilis nomine. Sic Jansenius toto lib. 3. de Grat. Sal. postquam cap. 10. protestatus est, sibi non esse controversiam de gratia sufficienti quæ dat nudum posse, videri voluit non aliam impetere gratiam sufficientem, quàm illam, præter quam nibil aliud per modum principii requiritur ad actualem operationem.

Non est quòd Sacra Facultas de genio accusatoris extranei judicet: ipse Domin. *Pierart* in sua causa est Accusator, testis, & reus: de ore tuo te judico.........inquie Christus, Luc 19.

Justò timidior est Præses Seminarii Henniniani: Facultatum Tbeologicarum Censuræ in personas non fundantur in nudis denuntiationibus, & minùs in Epistolis arcanis. Si Epistolâ propriâ camarinam non movisset, altùm de eo siluisset S. Facultas.

EPISTOLA.

X. *Quantùm ad id quod revera sustinui, non ægrè illud vobis exponam, quia existimo, illud nulli Censuræ obnoxium esse. Fateor me semper credidisse, ac etiamnùm credere* VIRUM SAPIENTEM, SENATOREM GRAVEM ET PRUDENTEM POLLERE LIBERTATE, *seu habere veram potentiam* SALTANDI, SEU TRIPUDIANDI INDECENTER IN PLATEA, AUT INDECENTIAM (*Folie*, *Extravagance*) COMMITTENDI.

CORRECTIO.

Hæc propositio, quam sustinet D. *Pierart*, est ut minimùm *captiosa*, *suspecta*, *ac in hæresim inductiva*. Quod anteouam declaretur, Supponendum est 1°. Non hîc agi de potentia merè organica saltandi, aut similem actionem exercendi, fundata dumtaxat in membris corporeis saltationi, aut simili actioni subservientibus; sed de potentia morali & spirituali fundata in indifferentia judicii & voluntatis.

2°. Supponendum cum omnibus Philosophis, ac Theologis, voluntatem prosecutivam non ferri in malum quà malum.

3°. Voluntatem proinde non posse agere, aut omittere liberè nisi ex motivo boni honesti, vel utilis, vel jucundi; nisi ex motivo boni veri, vel apparentis.

4°. Indifferentiam judicii, quæ prærequiritur ad libertatem, & sine quâ, ex consensu omnium Catholicorum, non datur potentia completa & expedita ad agendum vel non agendum, vel contrarium agendum in eo sitam esse, si sermo sit de libertate contradictionis, quòd objectnm repræsentetur, aut saltem possit revera & moraliter repræsentari sub ratione boni finiti: si verò quæstio sit de libertate contrarietatis, debere objectum repræsentari sub ratione boni & mali; sic tamen ut si voluntas malum mortale eligat, moveatur ratione boni utilis, aut jucundi.

His præmissis: vel Senator gravis & prudens repræsentat, aut moraliter potest sibi repræsentare saltationem indecenrem ut bonam, nec aliunde vinculo indissolubili ad oppositum ligatur; vel non. Si primum, fatendum est, illum Senatorem esse liberum ad saltandum indecenter in platea: si alterum, certum est, ipsum ad hoc non esse liberum. Verùm constat, illum Senatorem, non posse regularlter sibi repræsentare illum actum ut bonum, ac proinde in illis circumstantiis non esse liberum. Præterea ille Senator in systemate *Jansenii*, *Nicolii*, DD. *Lengrand* & *Marechal* sæpe ad oppositum determinatur delectatione majori, indeliberatâ, secundùm quam necesse est operari. Propositio igitur Domini *Pierart* est *captiosa*, & sensui pravo obnoxia.

Quòd eadem propositio sit *suspecta*, patet, quia primi omnium mortalium, qui hoc exemplo, aut similibus usi sunt ad conjungendam libertatem cum necessitate simplici

simplici & variabili, fuêre *Jansenius* & *Nicolius*. Illos secuti sunt DD. *Lengrand* & *Marechal*, & reliqui Jansenistæ. Idem exemplum allegat D. *Pierart*, ad probandam quamdam libertatem. Quis hinc non statuat illam propositionem esse *suspectam?*

Quòd eadem propositio sit *in Hæresim inductiva* patet ex dictis, si Senator gravis & prudens sæpe non habeat indifferentiam judicii circa saltationem indecentem, & tamen sit liber libertate fundativâ meriti & demeriti; ergo stabit talis libertas sine indifferentia judicii, adeoque cum necessitate; ergo illa propositio inducit ad credendum, libertatem meriti aut demeriti fundativam posse in hoc statu conjungi cum necessitate simplici & variabili; in quo sita est tertia Hæresis Janseniana.

EPISTOLA.

XI. *Si denuntiator nesciat, omnes Thomistas, & infinitos alios Theologos, ejus esse sententiæ*, quòd Senator gravis & prudens habeat libertatem tripudiandi indecenter in platea, *laborat crassa ignorantiâ: si verò id sciat, illos atrociter calumniatur, eos de numero genuinorum Catholicorum excludendo.*

CORRECTIO.

Nescit Denuntiator, & Sacra Facultas pernegat, omnes Thomistas, ac infinitos Theologos illius esse opinionis. Id adeo falsum, ut ante Jansenii tempora, ne vel unum forsan Theologum reperire sit, qui exemplum Senatoris, aut aliud simile allegarit, ad probandam libertatem. Non diffitemur, Senatorem gravem, &c. In certis circumstantiis induci posse ad saltationem indecentem, non tantùm potentiâ ab actu sejunctâ, ut Jansenistæ contendunt; sed & potentiâ cum actu conjunctâ, manentibus iisdem circumstantiis ex parte actûs primi se tenentibus, in quibus non tripudiasset; sed falsum est generatim, Senatorem gravem; etiam ubi non adest judicii indifferentia, gaudere libertate saltandi indecenter in theatro,aut plateâ. Illud fallit Dominum *Pierart*, & ejus socios, quòd existiment, hominem esse liberum ad certam actionem in omnibus circumstantiis, quia in certis circumstantiis ad eam liber videri potest. Nec mirùm ita sentire Novatores, cùm ipsi profiteantur delectationem necessitantem non obesse libertati propriè dictæ. Denuntiator igitur nec ignorantiâ crassâ laborat, nec calumniatur.

EPISTOLA.

XII. *Si ille Senator tripudiare recuset, id liberè facit. Solâ prudentiâ liberâ, & solo proprii honoris amore libero impeditur à saltando. Hinc impotentia, quâ laborare videtur circa actiones turpes, est tantùm* consequens. *Talis autem impotentia, secundùm omnes, libertati non nocet.*

CORRECTIO.

Ille Senator, regulariter loquendo, non solâ prudentiâ, non solo honoris amore libero impeditur à tripudiando in platea, sed defectu indifferentiæ judicii, quo stante, nec repræsentar, nec potest moraliter sibi repræsentare tripudium indecens ut bonum. Non omnino rarum est, Senatorem gravem ac prudentem, labi in peccata jecunda, non obstante prudentiâ & honestatis amore. Quòd igitur Senator sapiens non soleat tripudiare in foro, est defectu motivi sufficientis, vel actualis, vel moraliter possibilis. Si tamen adsit motivum sufficiens, ut aliquando, sed raró contingit, fatemur, illum esse propriè liberum. Idem dicatur in aliis exemplis à *Nicolio* propositis de facultate sibi eruendi oculos, ambulandi nudo corpore in platea, sibi abscindendi nasum, exiliendi è turri excelsâ, &c.

Impotentia quæ consequitur ex defectu indifferentiæ judicii, exercitium libertatis revera antecedit, ac penitus evertit. Non est igitur impotentia consequens ad sensum Scholarum Catholicarum; sed ad sensum Jansenii, & ejus asseclarum. Ad hoc sedulò advertant cordati Theologi.

EPISTOLA.

XIII. *Beata Virgo magis aversata est peccatum, quàm Senator gravis & prudens aversetur actionem infamem: & tamen Beata Virgo fuit libera ad peccandum.*

CORRECTIO.

Senator gravis, regulariter loquendo, non solùm aversatur actionem insulsam & turpem; sed & circa illam caret indifferentiâ judicii, ideoque quoad talem actionem non est liber.

Beata Virgo ratione naturæ humanæ, libera quidem fuit ad peccandum libertate remotâ, insufficienti ad demeritum; sed attentâ gratiæ plenitudine, quâ à primo instanti conceptionis ornata fuit; & fomite in ea ligato, confirmata in bono, non habuit libertatem proximam peccandi quæ cum indifferentia judicii conjuncta sufficeret ad demeritum. Hæc tamen fuit differentia inter Christum & Matrem Dei quoad impeccabilitatem, quod ille ex essentia, ratione Divinitatis ac unionis hypostaticæ non potuerit peccare; illa autem ex accidenti dumtaxat, seu ex gratiæ privilegio non habuerit potestatem proximam & sufficientem ad peccandum & demerendum. Verùm, his non obstantibus, Mater Salvatoris fuit proximè ac propriè libera circa electionem bonorum particularium, eorumque circumstantias, manenre tamen in ea perfectissimo Creatoris amore. Nec Theologia, nec Fides Catholica aliud exigit circa libertatem Beatæ Virginis.

EPISTOLA.

XIV. *Si in hoc non advertatis contradictionem, quòd Beata Virgo fuerit libera ad peccandum, Senator autem non sit liber ad saltandum, annuntiate igitur Christianis hunc novum fidei articulum:* INDUCTA POTIUS FUISSET MATER DEI AD COMMITTENDUM MAGNUM CRIMEN, CUM HABERET LIBERTATEM PECCANDI; QUAM INDUCERETUR HOMO GRAVIS AD TRIPUDIANDUM IN PLATEA, QUIA IN FACIENDI LIBERTATE CARET. *Aut si illud dicere non auderetis, fatemini novum libertatis systema, quod hodie Duaci defenditur esse evidenter falsum.*

CORRRECTIO.

Verberat aërem Licentiatus excandescens, & ex falso supposito S. Facultatem inverecundè ac rusticè lacessit. Sicut B. Virgo non habuit indifferentiam judicii circa peccatum, ita nec eam habet regulariter Senator gravis circa saltationem in platea exercendam. Nulla hîc igitur contradictio, nec ullus novus Fidei articulus Christianis annuntiandus.

Quod autem postulat D. *Pierart*, ut S. Facultas fateatur, novum libertatis systema, quod nunc Duaci docetur, esse evidenter falsum; quod, inquam, postulat, est stolidum; cùm omnes Duaci, exceptis aliquot Jansenistis, unanimiter doceant cum tota antiquitate, ad libertatem essentialirer requiri indifferentiam judicii & voluntatis; ex quo manifestè sequitur, Senatorem gravem & prudentem non esse in omnibus circumstantiis liberum ad saltandum indecenter in platea. An ibi est novum libertatis systema? Mirum est, Dominum *Pierart*, Diœcesis Cameracensis Presbyterum, manifestæ falsitatis arguere illam sententiam, quam nuper Illustrissimus ac Reverendissimus Archiepiscopus Cameracensis, in Instructione Pastorali per modum Dialogorum Epist. 4. demonstravit esse verissimam, ac certissimam. An putat ille Licentiatus, nullos in Ecclesia Metropolitana, nullos in Seminario Archiepiscopali, nullos in tota Diœcesi superesse vindices Prælati pietate, doctrinâ, eruditione, eloquentiâ, zelo, adversus Hæresim Jansenianam, & perfectissimâ ad Sedis Apostolicæ decreta submissione, clarissimi, celebratissimi, ac prope incomparabilis? An non veretur Præses Seminarii Henniniani, ne amplissimi Vicarii Generales, ne Directores Seminarii Archiepiscopalis suspicentur, ejus Discipulos eâdem doctrinâ imbutos esse, ac ipsum præsidem.

EPISTOLA.

XV. *Non obstante magnâ animi aversione, quâ quis ab actionibus absurdis abhorrere potest, item non obstante forti proposito abstinendi à talibus actionibus, sentit ille nihilominùs in cordis intimo, se istas actiones posse exercere. Illud testimonium internum, cujus Deus est author, omnibus hominibus persuasit usque ad sæculum decimum octavum nos pollere libertate faciendi infinitas actiones, quas nunquam peragimus, quia inclinationibus nostris adversantur.*

CORRECTIO.

Non est dubium quin homines abstineant à multis actionibus ex quadam animi aversione: sed considerandum est, an abstineant propter defectum indifferentiæ judicii, aut propter delectationem necessitantem ad oppositum; an verò propter inclinationem minimè determinantem, aut propter meram nolitionem. Si primum nulla est libertas, si alterum, quis in eo casu libertatem neget? Senator autem gravis & prudens, regulariter loquendo, licèt forsan putet se, attentâ facultate organicâ, posse indecenter saltare in medio foro, revera tamen caret saltandi libertate, propter defectum indifferentiæ judicii, aut juxta Jansenistas, propter delectationem indeliberatam, ad oppositum necessitantem. Quid igitur intendit D. *Pierart*? An aliud vult quàm *Jansenius* & *Nicolius*, quàm DD. *Lengrand* & *Marechal*? An est alterius sententiæ quàm rigidi; seu veri Thomistæ? An consentit Molinistis, Scotistis, Bon-Speianis? Explicet mentem suam. Sed quid ejus explicationem præstolamur? An non evidens est, ipsum Dominis *Lengrand* & *Marechal* suffragantem, ipsum *Jansenii* & *Nicolii* exemplis liberum arbitrium adstruentem: annon inquam, evidens est, ipsum sentire hominem indifferentiâ judicii carentem, aut delectatione vitali indeliberatâ determinatum ineluctabiliter ad amorem, esse nihilominus liberum ad non amandum.

EPISTOLA.

XVI. *Qui in Senatore gravi & prudenti noluit agnoscere libertatem ad saltandum indecenter, pro fundamento novi systematis ponunt, nos non posse quidpiam facere, nisi adsit actualiter, vel saltem nisi facilè possimus habere motivum proportionatum ad illud faciendum Verùm non considerant, dum facilè possumus habere motivum nostris dispositionibus proportionatum ad aliquid præstandum, rem non tantum esse possibilem, sed & facilem: ut autem habeamus libertatem, aut potentiam agendi quidpiam, sufficit rem esse possibilem, quamvis sit difficilis.*

CORRECTIO.

Fallit, aut fallitur D. *Pierart*. Non est necessarium ad libertatem, aut potentiam agendi quidpiam, ut actualiter adsit, aut *facile* possimus habere motivum proportionatum ad illud faciendum; sed sufficit, quòd saltem possimus *revera & moraliter* habere tale motivum.

At Senator gravis & prudens in multis circumstantiis non potest *revera & moraliter* habere motivum saltandi indecenter in media platea. Neque ad libertatem sufficit mera possibilitas objectiva, sed & requiritur possibilitas subjectiva, seu ex parte causæ liberæ.

Cùm autem ad libertatem requirimus, ut quis saltem possit revera & moraliter habere motivum agendi aut cessandi ab actione, non id intelligimus de potestate morali importante facilitatem; sed de potestate morali, quæ attentâ infirmitate humanâ, veram impossibilitatem excludit, licet aliquam difficultatem admittat, & quæ ideo præcise dicitur *moralis*, quia spectat mores.

EPISTOLA.

XVII. *An avarus dives facilè moveri potest ad exercendos actus liberalitatis erga suos vicinos? Et tamen nemo negaverit: eum esse liberum ad illos actus.*

An-non personæ eximiæ sanctitatis, extra tempora tentationis, sentiunt maximam aversionem respectu certorum criminum enormium? Attamen quis neget, eas esse liberas ad committenda illa crimina, non solùm tentatione titillante, sed & extra tempora tentationis.

CORRECTIO.

Neque S. Facultas agnoscit in avaro facilitatem exercendi actus liberalitatis, neque in personis eximiè piis facilitatem committendi certa crimina enormia extra tentationis tempora. Avaro nihilominus circa actus liberalitatis, & personis piis circa enormia crimina, etiam absente tentatione, libertatem tribuit propter indifferentiam judicii, & propter exclusionem necessitatis simplicis, sive illa oriatur ex delectatione indeliberatâ actum antecedente, sive ex alio principio æquivalente. Verùm Senator

gravis & prudens, de quo tam sæpe locuti sumus, caret regulariter loquendo, indifferentia judicii circa saltationem indecentem in platea peragendam, proindeque ad hoc non est liber. Clarum est igitur, D. *Pierart*, ad libertatem hujus status non requirere indifferentiam judicii, nec proinde immunitatem à delectatione vitali indeliberatâ, secundùm quam necesse est operari.

EPISTOLA.

XVIII. *Cùm non scribam disputandi gratiâ, sed ut sensa mea simpliciter exponam, nolo deducere horrenda consectaria, quæ ex illo falso principio promanant.*

CORRECTIO.

Deliro similis est D. *Pierart*, dum falsum principium vocat, *quod ad libertatem requiratur indifferentia judicii, secundùm quam, id quod possumus agere, repræsentatur, aut saltem potest revera & moraliter repræsentari ut bonum.* Ac ex tali principio horrenda consectaria sequuntur? In hoc sanè D. *Pierart* imitatur Jansenium dicentem l. 7. de Gr. Salv. c. 14. *afferuntur quatuor absurda, quæ ex necessitate talis indifferentiæ contradictionis sequuntur*, & c. 15. ibid. *aliæ 13. absurditates ex ista indifferentia contradictionis consectaneæ aperiuntur.* Item in corpore capitis 14. citati: *& sanè si non est alia libertas vera voluntatis, quam agendi & non agendi, seu faciendi, & abstinendi ab eo quod facis, gravissima absurda evitari nequeunt: quibus non solùm tota doctrina S. Augustini funditùs concutitur, sed etiam sensus Christianæ pietatis læditur & communis offenditur.*

EPISTOLA.

XIX. *Eo minùs necessarium est, ut ista horrenda consectaria deducam, quòd Pater Daniel Societatis Jesu in antecessum refutarit eos qui me calumniantur. Ejus authoritas eo ponderosior est, quòd cùm scripserit post ortum opinionum novarum, quas tueri, ipsius manifestè intererat, sola veritatis evidentia potuit eum impellere ad eas refellendas. Hinc Zelosi illarum opinionum defensores omnem moverunt lapidem, ut ejus opus, quod est dissertatio Theologica* de necessitate ac impotentia morali, *supprimerent. Illud opus Parisiis impressum fuit anno* 1714. *cum approbatione* D. Tournely *antiqui Doctoris Sorbonici, & Jesuitis singulari amicitiâ conjuncti, ut ipsi scitis.*

CORRECTIO.

Si Pater *Daniel* docuit, Senatorem gravem esse liberum ad saltandum in Theatro, ubi tamen id præstare recusabit; ubi necessitate morali abstinendi & morali impotentiâ agendi tenebitur; id solùm docuit ex hypothesi, quod ille Senator in istis circumstantiis sibi repræsentet, aut saltem possit moraliter repræsentare saltationem indecentem ut bonam; sic ut aliquando, licèt rarò, manentibus iisdem circumstantiis, illam actionem facturus sit. Verùm illa doctrina funditùs evertit systema D. *Pierart* circa libertatem. Nam ideo Licentiatus ille exemplum Senatoris adduxit, ut probaret hominem sub gratia quocumque modo physicè determinante, remanere liberum. At juxta illum fieri non potest, ut in iisdem circumstantiis gratiæ determinantis ponatur actus oppositus: ac proinde doctrina Patris *Daniel* adeò ipsum non juvat, ut potiùs jugulet. Nullus dubitat, quin aliqua moralis necessitas, aut impotentia, ut est præcisè difficultas superabilis, stare possit cum vera libertate; sed falsum est, illam necessitatem & impotentiam, quæ oritur ex defectu indifferentiæ judicii, vel ex delectatione vitali indeliberatâ determinante ad unum, & quam Jansenistæ, ut Lectoribus imponunt, *moralem ac consequentem* appellant: falsum est, inquam, illam necessitatem & impotentiam stare cum libertate propriè dictâ. Eo tamen collimat D. *Pierart.*

Impudens, ac intolerabile est, innumeros Theologos ac speciatim Illustrissimum Cameracensium Archiepiscopum, traduci ab illo Licentiato ut novarum opinionum, novique de libertate systematis, defensores, quia ipsi & Sectæ Jansenianæ adversantur.

Ut quid ille vir S. Facultatem adducit ut testem amicitiæ singularis, quæ inter D. *Tournely* & Jesuitas forsan intercedit? Si facta similia allegare & probare velit, alios testes quærat quàm ipsam Facultatem.

Epistola

EPISTOLA.

XX. *Verum est igitur, possibile esse, quamvis difficillimum, hominem sapientem velle exercere actionem saltandi in theatro: & alienissimus sum ab ea persuasione, ut sæpe declaravi, quòd ordinariè tantùm sit difficultatis ad gratiæ resistendum, quantùm est in homine sapiente ad exercendam actionem stolidam. Satis scitur, homines sæpe resistere gratiæ cum summa facilitate; & quòd sæpè advertant, se propinquos resistentiæ, ubi tamen consentiunt.*

CORRECTIO.

Dominus *Pierart*, allegando exemplum Senatoris, lucutus est cum *Jansenio*, *Nicolio*. DD *Lengrand* & *Marechal*: maneat igitur in illorum hypothesi, secundùm quam gratia efficax, manentibus iisdem circumstantiis, nunquam effectu caret, nec totâ æternitate caritura esset. An non voluit exemplo Senatoris ostendere, hominem sub delectatione efficaci manere liberum, etsi actus oppositus nunquam sit ponendus, sicut Senator gravis & prudens est liber ad saltandum in platea, quamvis nunquam in ea sit saltaturus? Ut quid igitur comparat hîc difficultatem saltandi in theatro cum facilitate resistendi gratiæ? Ut quid asserit homines modò resistere gratiæ, modò illi consentire? Quid ista ad quæstionem propositam faciunt? Si de istis sermonem facere volebat, debuisset nobis exprimere, quam gratiam efficacem admittat, quam sufficientem, quod genus resistentiæ. Sed quid ea postulamus? An non clarum est, aut saltem præsumendum, eum qui exemplis *Jansenii* & *Nicolii* libertatem explicat, qui DD. *Lengrand & Marechal* adstipulatur in materia de gratia & libertate, ejusdem esse systematis ac *Jansenium*, *Nicolium*, & Professores Collegii Regii?

EPISTOLA.

XXI. *Ut vobis ostendam, me in hac materia, non excessisse, sufficit ut illam comparationem vobis repræsentem, quâ usus sum, & in qua permansi. Si quispiam pauperi offerat nummum aureum sub conditione præstandi alicujus officii levis, v. g. epistolam ferendi ab una Urbis extremitate ad alteram; si iste pauper sit pacatæ mentis, nec ullâ aversione ab offerente alienus sit; si nullo obstaculo, sive ex parte mentis, sive ex parte corporis impediatur à præstando illo officio levi;* PROCUL DUBIO ISTA PROMISSIO, SEU OBLATIO EXCITABIT IN EO DELECTATIONEM, & INFALLIBILITER PRODUCET IN EJUS CORDE DESIDERIUM RECIPIENDI ILLAM MERCEDEM, ET VOLUNTATEM EXEQUENDI ILLIUS OFFICII LEVIS. *Interim ille pauper liberè acceptat retributionem promissam; potest eam non admittere: liberè exequitur istud officium, sicut & liberè acceptat stipendium propositum.*

Hinc intuli, si homo qui in alterius animum potest dumtaxat agere morali modo, per media exteriora, ut consiliis, promissis, &c. possit in corde alterius causare voluntatem faciendi res quasdam, quas sine istis consiliis aut promissis nunquam præstitisset; à fortiori Deus omnipotens, qui nos ad bene vivendum invitat promissis boni infiniti; & qui præterea mentes interiùs illuminat, ac immediatè agit in voluntatem suæ creaturæ, potest in corde istius creaturæ tam validam impressionem facere, ac est illa, quàm promissio nummi aurei excitat in corde illius pauperis.

Proinde totum, quod dixi, reducitur ad hanc solam propositionem: POTEST DEUS SINE ULLO LIBERTATIS NOSTRÆ DETRIMENTO, INSPIRARE NOBIS QUEMDAM AMOREM. QUODDAM DESIDERIOM BONORUM ÆTERNORUM, ALIQUOD DESIDERIUM NOS CONVERTENDI, VEL FACIENDI ALICUJUS ALTERIUS BONI OPERIS TAM VALIDUM, AC EST VOLUNTAS PRÆSTANDI OFFICII LEVIS EXCITATA IN CORDE PAUPERIS VI PROMISSIONIS IPSI FACTÆ.

CORRECTIO.

En copiosissimum venenum in cauda. Ex illa comparatione intelligitur, gratiam à D. *Pierart* in hoc statu agnitam, esse delectationem indeliberatam cum amore seu desiderio bonorum æternorum conjunctam: quæ remotis omnibus obstaculis ex parte mentis & corporis, superior est, & tantam impressionem facit, ut ex ea infallibiliter sequatur voluntas servandi mandata; quemadmodùm promissio nummi aurei respectu pauperis pacati, nullis aliis obstaculis impediti, causat delectationem, ex qua infallibiliter sequitur desiderium recipiendi nummi, & voluntas exequendi

officii levis. Verum quidem est, D. *Pierart* sub delectatione gratiæ libertatem agnoscere; sed *Jansenius*, *Nicolius* DD. *Lengrand* & *Marechal* admittunt etiam sub delectatione cœlesti superante terrenam, libertatem conjunctam cum necessitate simplici, consequente & voluntaria. Hanc necessitatem consequentem etiam cum libertate conjungit ille Licentiatus, supra n. XII.

EPISTOLA.

XXII. *Potestis, Domini, si vultis, hanc propositionem notare. Attamen in ea comparatione reperire non possetis ideam gratiæ necessitantis, gratiæ tollentis libertatem illi resistendi, nisi diceretis pauperem in circumstantiis supra expressis, non habere libertatem respuendi nummum oblatum, ipsumque necessitari ad præstandum officium quod ab ipso exigitur.*

CORRECTIO.

Sacra Facultas judicat, eam propositionem in sensu *Calvini*, *Jansenii*, *Nicolii*, *Quesnelli*, DD. *Lengrand* & *Marechal*, juxta quos, homo sub delectatione cœlesti, indeliberatâ necessariò operatur, illo genere necessitatis quam ipsi appellant consequentem, voluntariam, licet reverâ sit antecedens, &c. Sacra, inquam, Facultas judicat, eam propositionem esse Hæreticam. In quo D. *Pierart* ab iis differt?

Pauper, de quo est sermo, procul dubio est liber secundùm principia Scholarum Catholicarum, sed non secundùm principia *Calvini*, *Jansenii*, *Nicolii*, &c. Juxta quos, omnis homo semper agit necessariò vi delectationis alteram superantis, non quidem necessitate coactionis, aut necessitate immutabili, sed necessitate quam appellant simplicem, voluntariam, consequentem, mutabilem, &c.

EPISTOLA.

XXIII. *Mihi persuasum est, illam Creatoris actionem in voluntatem humanam, ut faciat eam amare bonum supernaturale, esse revera motionem physicam, qualem docent. Thomistæ.*

CORRECTIO.

Thomistæ docent, actionem Dei in voluntatem humanam esse motionem physicam; sed nullibi insinuant, sicut D. *Pierart*, eam motionem semper esse conjunctam cum amore boni supernaturalis; ac proinde salutarem gehennæ timorem non pertinere ad gratiam Christi propriè dictam.

Thomistæ docent motionem physicam, sed sub ea tuentur libertatem à simplici necessitate immunem; nec utuntur exemplis *Nicolii* ad eam probandam, quemadmodum utitur D. *Pierart*. Si qui juniores illius Scholæ Lectores in hoc à Pseudo-Thomistis delusi fuerint, non id Scholæ celeberrimæ tribuendum est; sed paucorum privatorum infirmitati.

Calvino ac Jansenio etiam persuasum fuit, actionem Dei in voluntatem humanam esse motionem physicam; sed eo non obstante in Hæresim libertati oppositam lapsi sunt. Ostendat D. *Pierart*, in quo à Jansenio speciatim differat.

EPISTOLA.

XXIV. *Thomistæ in explicanda motione physica gratiæ variant: liberum est, è variis explicandi modis unum eligere.*

CORRECTIO.

Qui habet aures audiendi, audiat. Liberum est, inquit D. *Pierart*, è variis modis quibus utuntur Thomistæ in explicanda motione physica gratiæ, unum eligere. *Massoulieus* quatuor modos assignat ut probabiles, quorum quartus quem speciatim commendat, est ipsissimum Jansenii systema. Liberum est igitur, juxta D. *Pierart*, illum modum amplect. ad *Massoulieum* procul dubio attendebat, dùm *ex industria*, *& sine necessitate* ILLAM ELIGENDI LIBERTATEM concedebat.

Legerat in *Massoulieo* tomo 2. dissert. 3. q. 6. *cæteros forsitan hic quartus explicandi modus superare non incongruè dici potest, cùm plura habeat commoda, quæ prosequemur..... unde ex ex parte hic quartus explicandi modus singularem commendationem habere potest, quà cæteris explicandi modis nec inferior, nec minùs probabilis, meritò existimari possit.*

Et rursum : *nihil prohibet, hunc explicandi modum à veris & germanis SS. Augustini & Thomæ Discipulis ultrò ac velunti obviis ulnis amplecti.*

Item, *cùm hic explicandi modus sua pleraque commoda habeat, quorum aliquam partem recensuimus, nihilque habeat, quod communibus D. Thomæ, ejusque scholæ principiis adversum sit, quid vetat eum usurpari ? Ipse quàm frequentissimè eo utor.*

EPISTOLA.

XXV. *Quod addidi Doctrinæ communi totius Scholæ Thomisticæ, ut conarer exponere concordiam gratiæ & libertatis, id ex Bellarmino desumpsi ; & quidem ex aliquo ejus opere approbato à quibusdam Thomistis. Nullus suspicatur, illum Cardinalem voluisse libertatem evertere.*

CORRECTIO.

Nec ullus suspicatur, *Bellarminum* collocasse efficaciam gratiæ in delectatione indeliberata, secundùm quam necesse sit amare bonum supernaturale, nec ille Cardinalis concessit libertatem eligendi quemvis modum explicandæ motionis physicæ : nec usus est exemplis *Jansenii* & *Nicolii* ad explicandam libertatem cum necessitate conjunctam. Cur D. *Pierart* non citavit illud opus *Bellarmini*, ex quo probare contendit, se isti Cardinali consentire ?

EPISTOLA.

XXVII. *Hinc multi Thomistæ rigidi dixerunt mihi, me adeo non destruere libertatem, ut potiùs illi nimium tribuam, & ipsò plus ad Molinismum accedam ; quod tamen non existimo.*

CORRECTIO.

Audite, & populi attendire : audite Commensales & Bursarii Seminarii Henniniani : audite & Provisores illius Seminarii, huc usque forsan ignorastis, quis aut qualis esset D. *Pierart* quoad Doctrinam : ipse vobis annuntiat, se non esse de numero *rigidorum Thomistarum.* Aliunde nec est Molinista, nec Scotista, nec Bon-Speïanus : quis igitur est ? An forsan Theologus nullius Scholæ particularis ? Minimè. An Jansenista nomen pernegabit. Dicebat supra, adducto exemplo Senatoris nolentis tripudiare in media platea, se cum omnibus Thomistis sentire : sed excipiendi sunt ut minimum Thomistæ rigidiores. Qui sunt igitur illi Thomistæ molliores, quibus consentit ? Perpensis omnibus, clarum est, illos esse *Arnaldos*, *Nicolios*, *Lengrandios*, *Mareschallos*, qui etiam protestantur, se non esse de grege rigidorum Thomistarum. Illi quidem appellari volunt Augustiniani, seu S. Augustini Discipuli ; sed verè dixeris esse Pseudo-Thomistas, esse Theologos larvatos, qui sub pallio Thomistico veros errores captiosè proponant, ubi apertiùs loqui non possunt. Reflectant, deliberent, consulant Provisores Seminarii Henniniani, an hono Ecclesiæ, an honori ejusdem Seminarii congruat, septuaginta Clericos ibi commorantes doctrinâ Theologicâ imbui : & formari à molliori Thomista undequáque suspecto. Vereantur, ne, si munere suo non fungantur, alii vices eorum suppleant.

EPISTOLA.

XXVII. *Videtur mihi has explicationes non impedire, quominùs gratia sit per se efficax, & liberum arbitrium determinet ad volendum & faciendum bonum.*

CORRECTIO.

Idem etiam dicunt & inculcant Jansenius & Jansenistæ. Cur plusculum non addidit D. *Pierart*, quo se ab eis discerneret ?

EPISTOLA.

XXVIII. *Si sententia de gratia determinante hominem ad agendum, foret illa Doctrina quæ vobis sic displiceret, ut eam proscribere velletis, ut verisimiliter Denuntiator optat ; perderetis, existimo, oleum & operam.*

CORRECTIO.

Nunquam S. Facultas ullam sententiam in Ecclesia communiter defensam vel levi notâ afficiet, nisi præeunte Supremo Christi Vicario. Hinc non est timendum, ne gratiam physicè determinantem ad agendum juxta modum rigidorum Thomistarum, proscribat: sed S. Facultas abhorret à gratia determinante ad agendum juxta sensum molliorum Thomistarum, quibus gratia efficax sita est in delectatione cœlesti indeliberatâ, secundùm quam necesse est operari: quibus opus est exemplis à *Jansenio* & *Nicolio* confictis ad conciliandam libertatem cum gratia, &c.

EPISTOLA.

XXIX. *Omnes ferè Episcopi hujus Regni in explicationibus Constitutioni* UNIGENITUS *additis, renovarunt Summorum Pontificum declarationem in favorem gratiæ per se efficacis.*

CORRECTIO.

Non ægrè conceditur, Pontifices prohibuisse, ne sententia rigidorum Thomistarum, circa gratiam physicè determinantem ullâ notâ aut injuriâ afficiatur: sed simili privilegio non gaudet gratia physicè determinans molliorum Thomistarum, prout, v. g. explicatur à *Massoulieo*, tom. 2. dissert. 3. q. 6. ubi quartum explicandæ gratiæ prædeterminantis modum assignat.

EPISTOLA.

XXX. *Istæ explicationes Constitutioni additæ à duobus annis, oblatæ fuerunt Summo Pontifici: duo Cardinales Galli: qui eas approbarunt, Romæ excepti fuerunt cum omni honore dignitati eorum debito: hinc dubitari non potest, Romæ sicut & in Gallia, judicatum fuisse, explicationes illas ab omni Jansenismi suspicione alienas esse.*

CORRECTIO.

Cùm S. Facultas Constitutioni *Unigenitus* sese ex corde submiserit, purè simpliciter, ac independenter ab omni explicatione, & per Dei gratiam omnibus Sedis Apostolicæ Constitutionibus Dogmaticis eandem submissionem sit semper exhibitura, non est quod explicationum additarum negotium scrutetur. Unicum scit, nec plura circà hoc scire cupit, videlicet illas explicationes non fuisse ullo judicio authentico Romæ approbatas.

Dominus *Pierart* anno 1714. explicationibus non indiguit, ut ad instantiam Eximii Domini de la *Verdure* Benefactoris sui Constitutioni *Unigenitus* subscriberet: sed mortuo Viro optimo ac Doctissimo, animus illius Licentiati vacillare cœpit, ac explicationibus fulciri debuit.

EPISTOLA.

XXXI. *Attendetis ad ea quæ vobis dixi, quantùm volueritis.*

CORRECTIO.

Fatebitur haud dubiè Præses Seminarii Henniniani S. Facultatem sufficienter attendisse ad ejus Epistolam. Ipsius est modò reflectere, & omnia S. Facultatis monita & correctiones velut in varia meditationum puncta distribuere, ut iis debitè & coram Deo perpensis ad meliorem frugem revertatur, seu doctrinam malè sanam, aut æquivocam corrigat, determinet, aut omnino deserat. Caveat, ne occulto superbiæ motu, aut aliâ animi infirmitate ab audiendis S. Facultatis monitis avertatur.

EPISTOLA.

XXXII. *Sum cum omni veneratione, quam vobis debeo, Domini, vester humillimus, ac obsequentissimus Servus* Pierart. 30. *Julii* 1722.

CORRECTIO.

Epistolâ suâ inofficiosâ probavit D. *Pierart* S. Facultatem non revereri, ut decet. Si deinceps non habeat plus venerationis erga illam, ostendet se, esse indocilem, ac incorrigibilem, suæque parvæ dispositioni permittendum.

Existimavit D. *Pierart*, sibi gloriæ vertendum, quòd Epistolæ suæ intrepidè subscripserit, quòd S. Facultatem apertâ fronte impetierit: verùm aliter sentiunt viri moderati, quidquid in contrarium pauci adulatores, illi suggerant.

PROFESSIO SACRÆ FACULTATIS.

HOc opus complectens Monitum, Præfationem, Censuram in septem Articulos subdivisam, Appendicem, & Mantissam, Sacra Facultas Theologica Duacensis, sanctæ Sedis Apostolicæ judicio ex corde submittit, paratissima improbare, & corrigere quidquid improbandum aut corrigendum Supremo Christi Vicario visum fuerit.

De Mandato Eximiorum Dominorum ac Magistrorum Nostrorum Decani, Doctorum, ac Regentum Sacræ Facultatis Theologicæ Duacensis subscripsi, Die 22, Augusti 1722.

Josephus DERBAIX, S. Facultatis Theol. Bedellus Juratus.

Anno Domini 1733.

Bulla Clementis Papæ XII. ad libertatem scholarum, circa modum explicandi efficaciam gratiæ, conservandam & fovendam

CLEMENS PAPA XII.

AD FUTURAM REI MEMORIAM.

APostolicæ Providentiæ officio à prædecessoribus nostris fel. recor. Clemente XI. & Benedicto XIII. Sapienter impenso ad dissipandas Novatorum calumnias & artes: per quas inducta prescriptis erroribus Catholicorum dogmatum larva, & Sanctorum Doctorum Illustria nomina obtendentes, simplicium animos à debita, Constitutioni quæ incipit, *Unigenitus*, obedientiâ deterrere moliebantur, Nos paternâ quoque sollicitudine inhærentes, magnoperè dolemus, tenebras à dissensionis filiis offusas nondum ex quorumdam mentibus satis esse discussas; sed plerosque etiam nunc intolerabili pertinaciâ contendere, censuris laudatæ Constitutionis doctrinam Sanctorum Augustini & Thomæ de Divinæ gratiæ efficacia esse perstrictam. Ut igitur nullas charitatis partes ad revocandos errantes nobis reliquas faciamus, universis & singulis Christi Fidelibus quâcunque dignitate, etiam Episcopali & majori fulgentibus in virtute S. Obedientiæ districtè præcipimus, & sub Canonicis pœnis mandamus, ne disputantes aut docentes, sive in Scholis, sive in Concionibus, sive scriptis editis, sive aliter propositiones defendant, aut enuncient, quæ ante dictas Novatorum calumnias firmare aut promovere possint. Mentem tamen eorumdem prædecessorum nostrorum compertam habentes, nolumus aut per nostras, aut per ipsorum laudes Thomisticæ Scholæ delatas, quas iterato nostro judicio comprobamus & confirmamus, quidquam esse detractum cæteris Catholicis Scholis diversa ab eadem in explicanda Divinæ gratiæ efficacia sentientibus, quarum etiam erga hanc sanctam Sedem præclara sunt merita, quominus sententias ea de re tueri pergant, quas hactenus palam & liberè ubique etiam in hujus almæ Urbis luce, docuerunt & propugnârunt. Quamobrem fel. record. Pauli V. & aliorum prædecessorum nostrorum ad restinguendum dissentionum fomitem vestigia profequentes, & saluberrima mandata renovantes, authoritate quoque nostrâ omnibus & singulis superiùs expressis interdicimus & prohibemus sub iisdem pœnis ne vel scribendo, vel docendo, vel disputando, vel aliâ quâlibet occasione no-

tam, aut censuram ullam Theologicam iisdem Scholis diversa sentientibus inurere, aut earum sententias conviciis & contumeliis incessere audeant; donec de iisdem controversiis hæc Sancta Sedes aliquid definiendum ac pronunciandum censuerit. Pacem siquidem, quam cum veritate diligendam Dominus præcepit, inter Catholicæ Ecclesiæ filios fovere & communire debemus & curamus; ut conjunctis diversarum licet Scholarum studiis firmiùs sit adversus erroris insidias præsidium.........Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 2. Octobris 1733. Pontificatûs nostri anno 4.

Carolus Archiepiscopus Emissenus.

Etsi hæc Bulla non adhuc in Galliis suscepta nec promulgata sit, tamen à Theologis ignorari non debet.

Benevolos Lectores, monitos velim, quædam Decreta Romanorum Inquisitorum in hoc Libro exscripta esse, non quod jurisdictionem huic Tribunali in Galliis attribuamus, sed ne eruditi Theologi ignorent quid à Romanis Censoribus reprobatum sit, tum ut ad verum dignoscendum citiùs perveniant.

FINIS TOTIUS OPERIS.

SUPPLEMENTUM TERTII TOMI.

Anno Domini 1610.

EDICTUM PHILIPPI HISPANIARUM REGIS contra Tractatum de Monarchia Siciliæ, à Cæsare Baronio, undecimo annalium Ecclesiasticorum tomo insertum.

PHILIPPUS, &c.

Locum tenens in Regno Siciliæ, Illustribus Spectabilibus, Magnificis & Nobilibus Regni ejusdem, Magistro judiciario, Præsidibus Regiorum Tribunalium, Judicibus Majestatis Regiæ Catholicæ, Magistris Rationalibus, Thesaurario & Conservatori Regii patrimonii: Advocatis quoque & Procuratoribus Fiscalibus, cæterisque demùm dictis Regni Officialibus majoribus, & minoribus, præsentibus & futuris, cui vel quibus ipsorum præsentes præsentatæ fuerint: Consiliariis & fidelibus Regiis dictis, Salutem.

Sacra Catholica Regia Majestas Regis Domini Nostri, diplomatibus suis quod sequitur decernit.

DOM. Philippus, Dei gratiâ, Rex Castiliæ, Legionis, Aragoniæ, utriusque Siciliæ, Hierusalem, Lusitaniæ, [a] Navarræ, Granatæ, Toledi, Valentiæ, Galleciæ, Majoricæ, Hispalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corsicæ, Murciæ, Iaen, Algarbiorum, Algeziræ, Gadium, Insularum Canariarum, Orientalis & Occidentalis Indiæ, Insularum, & continentis Oceani. Archidux, Austriæ, Dux Burgundiæ, Brabantii, Mediolani, Athenarum, Neopatriæ. Comes Habspurgi, Flandriæ, Tirolis, Barcinonis, Russinonis, Cerdaniæ. Marchio Oristani & Goceani. Cantabriæ, & Molinæ Dominus.

Quoniam nobis innotuit: & consultationibus nostrorum consiliorum, & prudentum virorum relationibus, qui obsequii, existimationis nostræ, & quietis clientum nostrorum, speciatim fidelissimi Regni nostri Siciliæ Indigenarum æmuli sunt, ad nos perlatum est, Cæsarem Baronium olim S. R. E. Cardinalem, in undecimo annalium suorum Ecclesiasticorum tomo (quos scriptos & editos reliquit) in vita Urbani Pontificis II. an. CIO.XC.VII. longâ & prolixâ dissertatione, verbis & rationibus minùs æquis & modestis, ac ipsius postularet professio, cùm accusantis & invehentis, potiùs quàm historiam referentis personam induat, aggressum, non modò in suspicionem adducere, sed etiam falsos & injustos, ac violentos titulos & origines evincere, quarum ope decessores nostri Serenissimi Reges Siciliæ, simul cum dominio regales & prærogativas acquisiverunt, quas huc usque

a Quem sibi Regis Navarræ titulum Hispaniarum Rex arrogat, ne quis immutatum quicquam quæreretur delere noluimus; adde quod cùm hæc ipsius verba sint, justo legitimoque Regis Christianissimi juri non præjudicat

pacificè tutati sunt, & conservarunt, & quæ ad nostra usque tempora sine interruptione legitima derivatæ sunt. Quia verò non debemus nec possumus sinere, ut lectione relationis adeò temerariæ, cujusmodi est hæc Cardinalis, commoveantur, turbentur, & in nos subditorum insurgant animi, & regum illorum ac nostra existimatio & conscientia ulla unquam labe adspergi queat, cùm certum sit, ut ex ipsius exclamationibus & exaggerationibus colligere est, privato abreptum fuisse affectu, exiguâ cognitione præditum & ex veritatis historiæ ignorantia, minimè condonanda scripsisse, cùm id palam notum sit illos decessores nostros, jura illa, Majestatis, sceptri, & hujus Regiæ Coronæ, ceu attributa propria, & prærogativas antehac acquisivisse & obtinuisse, ut deinde retinuerunt & conservârunt, cùm benedictionis, concessionis, permissus taciti & expressi summorum Pontificum, quantum foret opus, accessione, qui hæc, ratione justæ gratitudinis devincti, in aliquam magnorum & eximiorum beneficiorum remunerationem contulêre; quibus Catholici Reges de Dei Ecclesia & Sancta Sede benemeriti sunt, quòd Regnum hoc, in ipsius sinum, & ejus obedientiam revocârint & coëgerint: posteaquam multos jam annos, arcano Dei permissu, in dedecus & ignominiam, non sine discrimine & terrore aliorum Regnorum, ac Orbis Christiani Provinciarum præcipuè verò Italiæ: quinimò ipsius Urbis in qua est thronus Sacræ Sedis Apostolicæ, Matris & Capitis Ecclesiæ Catholicæ; potestati Saracenorum subjectum, & Mahumetanorum jugo mancipatum fuisset: quodque in adeo præclara victoria sanguinem suum profuderint, atque etiam ingentes opes & Regium Patrimonium consumpserint, instaurandis & dotandis Ecclesiis & Monasteriis, quæ cùm olim templa fuissent, in quibus cultu Divino verum Domini Nostri nomen celebrabatur, ubi confessio & professio Catholicæ Religionis fiebat, illa infideles in perfidi Mahometis Meschiras, & equilia versa & mutata, sacrilegio detestabili contaminaverant. Quæ gesta cùm adeò grata Sanctis Romanis Pontificibus fuerint, nec non aliis, quæ non minoris æstimanda sunt, cumulata sint, quibus successores primorum illorum Regum & nostri progenitores, ac nosmet ipsi, Sedis Apostolicæ autoritatem, Majestatemque tutantes, personas & facultates nostras, quibuscumque hostibus, quibus eam minuere, aut evertere fuit animus objiciendo; bene mereri de illa sede perreximus, ita ut Dei beneficio floruerit, & etiamnum purius & Catholicè magis in Siciliæ regno quam in cæteris Orbis Christiani partibus vigeat. Inde colligere licebit, non injusta aut vitiosa, sed contra justissima & illustrissima principia fuisse, quæ titulum possessioni vindicârunt, quâ per tot sæcula supradicti Reges, ex harum regalium & prærogativarum jure potiti sunt; & qua cum nostræ conscientiæ, famæ Christianæ & ad S. Sedem Apostolicam observantiæ fiducia, frui potuimus & potiri perpetuo possumus. Quocirca opportuno præcavere volentes remedio quo periculum id arceatur, quod tandem nobis tolerantibus aut dissimulantibus libri illius concessa lectio & relatio pareret: ac officio satisfacere cupientes, quo jura legitima & justa, in quæ simul cum Regnis, & ditionibus quas Domino nostro nobis visum est committere, successimus, tueri tenemur: ansam, qua per has ipso etiam malevolorum & nostræ felicitatis æmulorum judicio, calumnias Majestati & coronæ nostræ nota inuratur, manifesto cum scandalo quod & in nostro Siciliæ Regno, vel aliis accidere posset, præbere nolentes; causâ communicatâ, & in consistoriis nostris in deliberationem vocatâ, decernere, mandare, & jubere hoc Edicto & Pragmaticâ Sanctione constituimus. Ne cui cujuscunque sit ille dignitatis, sortis & conditionis, quovis insignitæ privilegio, dictum undecimum tomum, adscripto autoris, vel alterius cujuspiam nomine, excusum vel manu scriptum, quocunque extet idiomate, cum dissertatione illa adversus dictam Monarchiam, quæ à verbu incipit, *hic Author aggreditur*, & desinit *(jam verò canentes receptui, quæ post Urbani Papæ datum Diploma Salerni, sunt secuta, narremus)* sine examinis & castigationis à delegatis factæ testimonio, exponere, habere, vendere, & in Regnis nostris & ditionibus emptitare liceat. Mulctâ primò delinquenti quingentorum aureorum in Regno & ditione in qua id accidet usitatorum, irrogatâ: qui Regio nostro fisco, Judici & delatori ad trientem addicantur. Iterum delinquenti eadem mulcta pecuniaria irrogabitur, & quinquennale à Regno exilium, quo non servato duplum nobilis pendet, ignobilis, ad remigia damnatus addicetur; quod ad eos etiam pertinet, qui nunc

[illegible] varios labores. Ipsi præfecti Christianorum Tribunalia frequentare debent etiam diebus qui apud nos festi sunt, sub pœna privationis officii. Missionarii sunt pauci numero, Regnum est vastissimum, ideo quàm plures Christiani Missam audire diebus festis, confiteri semel in anno & communicare non possunt. S. Congregatio juxta ea quæ superiùs posita sunt censuit, jus positivum Ecclesiasticum, quoad jejunia, observationem festorum, Sacramentalem confessionem & communiunem semel in anno, esse à Missionariis, Sinensibus Christianis notificandum ut obligatorium sub peccato mortali; posse tamen simul explicare causas propter quas excusantur Fideles ab observatione præceptorum, si sanctissimo placuerit, posse concedi Missionariis facultatem dispensandi in casibus particularibus tantùm eorum arbitrio.

2°. Quæritur utrùm omnia sacramentalia in baptismate fœminarum adultarum adhibenda sint: quæritur iterùm utrùm sufficiat fœminis petentibus tantùm Extremæ Unctionis Sacramentum conferre; quæritur iterùm num etiam petentibus negandum, cùm incommoda & pericula Christianitatis totius prudenter futura prævidentur? ratio dubitandi est incredibilis apud Sinas fœminarum modestia, zelus & laudabilis earum ab omni virorum non solùm congressu, sed & aspectu fuga: qua in re nisi magna adhibeatur à Missionariis cautela, scandalum ingens Sinis datur, totaque Christianitas evidentissimo periculo potest exponi.

S. Congregatio juxta ea quæ superiùs proposita sunt censuit ex gravi necessitate proportionatâ, posse omitti quædam sacramentalia in baptismate fœminarum ac etiam posse omitti ipsum Sacramentum Extremæ Unctionis.

3°. Quæritur num accipiendorum graduum cæremoniam quæ fit in aula Confucii, Christiani Litterati licitè agere valeant, nam nullus intervenit sacrificulus vel ex idololatrica sectâ ministellus, nihil omnino fit ab idololatris institutum, sed soli studiosi & Philosophi conveniunt Confucium tanquam Magistrum suum agnoscentes civilibus ac politicis ritibus ex sua prima institutione ad merum cultum civilem institutis.

Omnes enim graduandi simul aulam Confucii ingrediuntur in qua eos expectant Cancellarii, Doctores, & examinatores ibi simul omnes ante nomen Philosophi, nihil omnino offerendo, illas faciunt cæremonias & inclinationes more Sinico quas omnes discipuli faciunt suis magistris vivis, atque ita cognito Philosopho Confucio pro Magistro, gradus accipiunt à Cancellariis ac discedunt.

Prætereà aula illa Confucii Gymnasium est & non templum propriè dictum: nam clausa omnibus est, præterquam studiosis.

Sacra Congregatio, juxta ea quæ superiùs proposita sunt, censuit permittendas Sinensibus Christianis prænominatas cæremonias, quia videtur cultus esse merè civilis & politicus. 4°. Quæritur num cæremoniæ quæ fiunt ex Philosophorum placitis circa defunctos, Christianis permitti possint prohibendo quidquid superstitiosum accessit.

Quæritur iterum num Christiani simul cum infidelibus consanguineis easdem licitas cæremonias facere possint.

Quæritur iterum num adesse possint Christiani, præcipuè factâ fidei protestatione, quando infideles etiam superstitiosa peragunt non cooperando aut authorisando, sed quia valde notaretur, si consanguinei tunc abessent & essent inimicitiæ causa ac odii. Sinæ nullam divinitatem animabus defunctorum concedunt, nihil ab eis sperant aut petunt.

Triplex est modus quo defunctos suos honorant, primus est cum aliquis moritur sive Christianus sit, sive gentilis. Pro inviolabili more habetur in domo defuncti quoddam altare præparare, in eodem imaginem defuncti seu tabellam collocare, in qua ejus nomen scriptum est. cum ornatu odorum, florum & candelarum, retroque cadaver feretro inclusum ponere. Omnes autem, qui ad condolendum domos illas ingrediuntur, coram præparata tabula & defuncti imagine, ter vel quater genu flectunt humi sese prosternentes capitibus usque ad terram demissis aliquas secum candelas portantes & odoramenta, ut in præparato illo altari, seu potiùs tabula coram defuncti imagine sumantur & comburantur.

Secundus modus est qui fit bis in anno in avorum & progenitorum aulis, ita Sinæ vocant & non templa; hoc enim *Tsu-tang* sonat quæ verè familiarum memoriæ vel monumenta sunt. Has soli habent magnates aut ditiores consanguinitates. In illis nullus sepelitur mortuus; sed in montibus. Sola ergo intùs nobi-

liuris proavi imago, deinde fupra gradus alios aliis altiores difpofitæ funt tabellæ ad palmi altitudinem in quibus omnium in illa familia defunctorum nomina, qualitas, dignitas, fexus, ac ætas infcripta funt diefque mortis etiam infantium & puellarum, in hac ergo aula bis in anno confanguinei omnes conveniunt ex quibus ditiores offerunt carnes, vinum, candelas, odoramenta. Pauperiores autem qui has aulas habere non poffunt defunctorum fuorum tabellas domi fervant vel in loco particulari, vel etiam fupra altare ubi Sanctorum imagines, quæ ob loci ac domus parvitatem alium locum non habent quas tamen nec venerantur, nec illis offerunt quidquam, fed ex defectu alterius loci ibi funt: cæremoniæ enim illæ fupradictæ à Sinis non fiunt nifi in aula defunctorum, quàm fi non habent, etiam cæremonias omittunt.

Tertius modus eft, qui fit ad mortuorum fepulchra, quæ omnia in montibus funt extra mœnia juxta Regni leges. Ad hanc Filii aut Affines accedunt femel faltem in anno circa initium Maii, herbas ac gramina circa fepulturas nata eradicant, purgant, plorant, ejulant, genuflectiones (ut in primo modo dictum eft) faciunt, cibos coctos vinumque difponunt, mox finitis lacrymis edunt & bibunt.

Sacra Congregatio juxta ea quæ fuperiùs propofita funt cenfuit poffe tolerari, Sinas converfos adhibere dictas cæremonias erga fuos defunctos, etiam cum gentilibus, fublatis tamen fuperftitiofis, poffe etiam affiftere tantùm cum gentilibus quando agunt fuperftitiofa, præfertim factâ fidei proteftatione & ceffante periculo fubverfionis, & quando aliter odia & inimicitiæ vitari non poffint.

Feriâ quintâ die 23. Martii 1656.

In Congregatione generali Sanctæ Romanæ & univerfalis Inquifitionis habita in palatio Apoftolico apud S. Petrum coram Sanctiffimo Domino noftro Alexandro, Divinâ Pruvidentiâ, Papa VII. ac eminentiffimis & reverendiffimis Dominis S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Chriftiana adverfus hæreticam pravitatem generalibus Inquifitoribus à S. Sede Apoftolicâ fpecialiter deputatis.

Factâ relatione fupra Scriptorum quæfitorum unà cum refponfis & refolutionibus S. Congregationis Sanctiffimus Dominus N. Alexander Papa VII. præfata refponfa & refolutiones approbavit.

Loco figilli, Joannes Lupus Sanctæ Romanæ & univerfalis Inquifition. Not.

Anno Domini 1676.

Ordonnance de Mr l'Evêque d'Angers, portant fufpenfe encouruë ipfo facto, *contre tous ceux qui feront ou exigeront le ferment fur la condamnation des cinq Propofitions, fans diftinguer le fait d'avec le droit.*

HEnry, par la mifericor de de Dieu, & par la grace du Saint Siege Apoftolique, Evêque d'Angers, aux Doyen, Syndic & Docteurs de la Faculté de Theologie de cette Ville, SALUT. Nous avons appris au retour du cours de nos vifites, que vous avez reçu une lettre de Cachet du Roi, par laquelle Sa Majefté vous enjoint d'enregiftrer fa lettre du 14. Fevrier dernier, adreffée au Chancelier de cette Univerfité, ordonne qu'on rétablira le ferment qui avoit accoutumé d'être fait par les Bacheliers ou autres du Corps de cette Faculté dans le ferment qu'on leur fait faire lors de leur reception en icelle fur le fait des 5. Propofitions de Janfenius condamnées par les Papes, & d'autant que lad. Lettre n'a été obtenuë de Sa Majefte que par la furprife qu'on lui a faite, en lui expofant qu'on avoit coûtume d'exiger des Bacheliers ou autres du Corps de votre Faculté dans le ferment qu'on leur fait faire lors de leur reception, la condamnation defdites Propofitions, quoique le contraire foit d'une notorieté publique; & que dès le mois d'Avril 1669. vous vous foyez oppofés à l'addition que ledit Chancelier entreprit alors de faire de fon autorité privée à l'ancien ferment, comme il paroît par l'acte que vous en avez fait inferer fur vos Regiftres. Nous nous fommes donné l'honneur d'écrire à Sa Majefté, pour l'informer pleinement de la verité de ce fait, ainfi qu'Elle nous a témoigné le fouhaiter; mais comme en attendant la reponfe que Nous en efperons, & une déclaration plus précife de fon intention fur l'addition qu'on prétend faire à l'ancien ferment, Nous apprenons que quelques-uns d'entre vous interpretent mal ladite Lettre de Cachet, voulant dans les actes de Vefperies de la Doctorande de *Bubigné* affignés à l'après-diné de ce jour demain matin, ajoûter à l'ancien ferment, non-feulement la condamnation des cinq Propofitions; mais même contre les veritables intentions de Sa Majefté, mêler le fait de Janfenius,

ce qui feroit donner lieu au renouvellement des contestations passées, & troubler la paix de l'Eglise que le Roi a tant de fois declaré qu'il vouloit qu'on gardât inviolablement, & qui est fondée uniquement sur la distinction de la doctrine des 5. Propositions que tout le monde doit condamner; d'avec le fait de Jans. pour lequel il suffit de demeurer en un silence respectueux, tel que les autres Evêques nos confreres & nous, avons fait dans nos procès-verbaux, sur lesquels cette paix a eté faite, & qui ayant eté concertée avec Mr. le Nonce, ne contient autre chose que l'intention de Sa Sainteté même; mais voulant de notre part contribuer à l'execution des desseins de Sa Majesté pour la conservation de la paix qu'elle a si heureusement donnée à l'Eglise, & en attendant qu'il lui plaise de declarer plus precisement son intention touchant l'addition que quelques-uns pretendent faire à l'ancien serment de notre Faculté, nous vous défendons en general, & à chacun de vous en particulier, d'exiger des Bacheliers, & autres de votre corps, lors de leur reception, autre chose sur le sujet des 5. propositions que la condamnation de la doctrine de cesd. propositions, & une soumission de discipline à l'égard du fait de Jans. qui consiste à demeurer sur ce point dans un silence respectueux & aux Bacheliers, & autres de faire le serment avec ladite condamnation, sans distinguer la doctrine desd. prupositions d'avec le fait de Jansenius, & ce sous peine de suspense encouruë *ipso facto* tant par ceux qui auront exigé la condamnation de la doctrine desd. propositions & du fait de Jans. sans en faire la distinction ci-dessus, que par ceux qui auront fait ledit serment sans ladite distinction; cequi sera signifié au Syndic de votre Faculté & autres à qui il appartiendra, & executé nonobstant oppositions ou appellations quelconques, & sans prejudice d'icelle en maodant &c. Donné à Angers sur les 8. heures du matin, ce Lundi 4. de Mai 1676. Signé *Henry* Ev. d'Angers. *Et plus bas*, par le commandement de Monseigneur, MUSARD.

ARREST DU CONSEIL d'Etat, portant cassation de l'Ordonnance ci-dessus.

Extrait des registres du Conseil d'Etat.

LE Roi étant en son Conseil se feroit fait rapporter l'Ordonnance du Sr. Evêque d'Angers du quatrieme jour de Mai de l'annee presente, par laquelle pour éluder l'effet des lettres que Sa Majesté à écrites tant a l'Universite d'Angers, qu'au Chancelier d'icelle les 14. Fevrier & 16. Avril de la même année, touchane le retablissement des sermens à faire par les Bacheliers & autres du corps de lad. Université, lors de leur reception en icelle, sur le fait des cinq propositions de Jansenius condamnées par les Papes, suus pretexte que lesdites lettres auroient ete obteoués par surprise; ledit Sieur Evêque defend en general & à chacun des Suppôts de lad. Université en particulier, d'exiger autre chose sur le sujet desdites propositions que la condamnation de la doctrine desdires propositions, & une soumission à l'égard du fait de Jansenius, qui consiste ainsi qu'il le declare à demeurer sur ce poine dans un silence respectueux, & aux Bacheliers & autres de faire le serment avec ladite condamnatiun, sans distinguer la doctrine desdites propositions d'avec le fait desdires propositions, & ce sous peine de suspense encouruë *ipso facto* tane par ceux qui l'auroient exigé sans faire cette distiodion, que par ceux qui auroient fait ledit serment saus que la distinction fût inserée, ce qu'il auroit voulu être signifié au Syndic de la Faculté de Theologie, & autres qu'il appartiendra, executé nonobstant oppositions ou appellations quelconques, & sans préjudice d'icelles, laquelle Ordonnance auroit eté signifiée le même jour par ordre dudit Sieur Evêque au Chancelier de ladite Université, à ce qu'il n'en prétendît cause d'ignorance; & de laquelle Ordonnance Sa Majesté auroit été d'autant plus surprise, qu'outre la désobeisance manifeste que ledit Sieur Evêque apporte à l'exécution de ses ordres, & le peu de difference qu'il y a entre ce qui est porté dans le serment que ledit Chancelier de l'Université d'Angers a exigé des Bacheliers, & la signature du Formulaire que ledit Sieur Evêque a envoyé au Pape Clement IX. Il pretend encore autoriser ladite Ordonnance sur un fondement faux, pernicieux, & de dangereuse consequence, comme si non seulement on n'etoit plus obligé, mais même qu'il ne fût pas permis de signer le Formulaire sur le fait des cinq propositions de Jansenius dans la maniere que les Assemblées du Clergé, que les Bulles des Papes, & que les Lettres Patentes

de Sa Majesté & Arrest de son Conseil l'ont ordonné, & qu'il fût au pouvoir d'un Evêque, sous pretexte de nom de paix qu'il interpreteroit à sa mode, & dont il abuseroit manifestement, d'aneantir dans son Diocèse le Formulaire, & la Signature portée par les Constitutions Apostoliques reçuës, acceptées, ou publiées dans le Royaume, ou que la condescendance que le S. Siege a euë avec beaucoup de prudence en admettant quelques signatures du Formulaire avec quelque explication plus étenduë en faveur de quelques particuliers seulement, & pour les mettre à couvert de leur scrupule & des peines portées par lesdites Constitutions, étoit une revocation de la Bulle qui prescrit avec serment la signature dudit Formulaire, sans faire mention de cette interprétation, & qu'elle dût être à l'avenir une loix de necessité & de changement à la signature des Ecclesiastiques qui ont fait gloire de se soumettre purement & simplement à l'autorité du S. Siege, ce qui auroit paru d'autant plus injuste à Sadite Majesté, que l'Ordonnance defendant de signer comme le Pape l'a prescrit à peine de suspense *ipso facto*, il s'ensuivroit de-là que ceux qui ont rendu & rendent journellement une prompte obéïssance aux Constitutions Apostoliques au lieu de louanges qu'ils ont meritées & meritent sans cesse en vertu de leur soumission seroient exposés, même en faisant leur devoir, aux Censures de l'Eglise qui ne peuvent jamais tomber que sur ceux qui ont assez de temerite pour désobeïr à ses Ordonnances, à joindre encore que dans une matiere où tout est conforme à ce qui est contenu dans les Constitutions du S. Siege, que le Chancelier de ladite Université fait tous ses effors pour mettre en pratique, Sa Majesté, ne peut s'empêcher de donner sa protection à un corps independant touchant la discipline de l'autorité dudit Sieur Evêque dont elle est tout ensemble le fondateur & le protecteur. Vû le serment presenté aux Bacheliers les Lettres de Cachet de Sa Majesté du 14. Fevrier & 16. Avril, l'Ordonnance du Sieur Evêque d'Angers en date du 4. May 1676. acte de la signification de la susdite Ordonnance faite au Chancelier de ladite Université d'Angers: Oüy le Raport & tout consideré: Sa Majesté étant en Son Conseil, a cassé & annullé l'Ordonnance dudit Sr. Evêque d'Angers, & tout ce qui s'en est ensuivi, comme ayant été fait au prejudice des Constitutions Apostoliques reçuës & acceptées; Lettres Patentes enregistrées, & des Lettres de Cachet exprimées ci-dessus; Ordonne Sa Majesté que lesdites Constitutions, Lettres Patentes & Lettres de Cachet seront executées selon leur forme & teneur, avec ordre au Chancelier & autres suppôts de l'Université d'Angers d'y tenir la main; & à l'égard du serment presenté aux Bacheliers, veut que dans un mois, à compter du jour de la signification du present Arrest tant ledit Chancelier de ladite Université, que le Syndic de la Faculté de Theologie mettent leurs demandes respectives entre les mains du Sieur Marquis de Châteauneuf Secretaire d'Etat pour le tout vû & rapporté à Sa Majesté être par elle ordonné ce que de raison, & sera le present Arrest executé nonobstant oppositions ou appellations quelconques pour lesquelles ne sera differé; & si aucunes interviennent, Sa Majesté s'en reserve la connoissance, & icelle interdit à toutes ses Cours & Juges, & cependant sera ledit Arrest enregistré à la diligence dudit Chancelier & Syndic dans les registres de l'Université dont ils seront obligés d'informer Sa Majesté dans le temps dudit mois pour toutes les prefixions & delais. FAIT au Conseil d'Etat du Roi, Sa Majesté y étant, tenu au Camp près Ninove le trentieme May 1676. *Signé*, PHELYPEAUX.

Anno Domini 1694

Humbertus Guillelmus A precipiano, Dei & Apostolicæ Sedis gratiâ Archiepiscopus Mechliniensis, Primas Belgii, ad exercitus Regios delegatus Apostolicus, Suæ Majestati à Consilio Status, &c.

Omnibus has visuris, salutem in Domino.

INnocentius XII. Pontifex Maximus pro pastorali sua sollicitudine Ecclesiarum Belgicarum necessitatibus prospiciens ad removendas dubitationes omnes & cavillationes circa condemnationem quinque famosarum propositionum & præscriptam adversus eas formulam juramenti, omnes ad quos pertinet, certiores reddere dignatus est Apostolico Brevi

Brevi ad nos dato sextâ Februarii ultimò elapsi, *se firmiter inhærere Constitutionibus prædecessorum suorum Innocentii X. & Alexandri VII. in quibus quinque Propositiones ex libro Cornelii Jansenii, cui titulus est* Augustinus, *excerptæ & damnatæ unà cum Formulario juramenti in earumdem condemnationem præstandi continentur; easque* Constitutiones *in suo robore fuisse & esse declarat*. Ne verò altercatio deinceps fit de sensu, quo in memorato libro propositiones prænominatæ deprehenduntur, addit *eas* esse *ex libro Jansenii excerptas in sensu obvio*. Declarat præterea nos *per Constitutionem Apostolicam munitos esse facultate, Formularii subscriptionem, seu juramentum ad praxim reducendi, in quo zelum & charitatem nobis commendat*. Quapropter voluimus primi omnium juxta eamdem formulam jurare, eique manu propriâ subscribere, uti reipsa juravimus & subscripsimus, exemplum nostrum mox sequente Vicario nostro Generali, ut cæteris inferioribus Presbyteris murmurationum ansa præscindatur. Neque enim est, cur in re tam honesta & Sedis Apostolicæ judicio comprobata oves pudeat sequi exemplum Pastoris, aut Presbyteros exemplum Episcopi. Præstandum autem est juramentum juxta Formulam ab Alexandro VII. præscriptam, quæ hìc subjicitur, cuique nihil sive interne addi potest, aut demi quocumque pretextu; sed omnes, *qui ad juramentum adigendi sunt illud præstare debent sincerò, absque ulla distinctione, restrictione, seu expositione*, neque, *alio sensu, quam obvio, quem ipsius Formularii verba per se exhibent* Si quis aliter jurare præsumpserit hominibus fortè illudere poterit, sed non Deo qui scrutatur corda, & horrendum perjurii crimen non patietur impunitum. Datum Bruxellis in Palatio nostro Archiepiscopali die....Julii 1694. H. G. A. M. Vt.

De Mandato Illustrissimi ac Reverendissimi Domini Archiepiscopi præfati.

H. J. *Van susteren*, Secret.

Formula juramenti.

EGo N. Constitutioni Apostolicæ Innocentii X. Datæ die 31. Maii 1653. Constitutioni Alexandri VII. datæ 16. Octobris 1656. Summorum Pontificum me subjicio, & quinque Propositiones *Ex Cornelii Jansenii* libro cui nomen *Augustinus* excerptas, & in sensu ab eodem authore intento, prout illas per dictas Constitutiones Sedes Apostolica damnavit, sincero animo rejicio ac damno (& ita juro, sic me Deus adjuvet, & hæc sancta Dei Evangelia.

Anno Domini 1703.

Judicium Facultatis Theologiæ Lovaniensis, super octo articulis inter alios plurimos, casûs cujusdam conscientiæ à 40. S. F. P. Doctoribus signati 20. Julii 1701. ad Universitatem Lovaniensem, ab Illustrissimo D D. Mechliniensi Archiepiscopo delati.

I.

De silentio super facto Jansenii.

C*Ontradicit sibi exquisita illa silendi ambitio, dum sese submissione reverentiæ & silentii* (il croit qu'il lui suffit d'avoir une soumission de respect & de silence) *defungi putat, & interim in eodem Articulo audacissimè loquitur, quòd ergà decisionem Facti & Juris fidem non exerceat eandem.* (Il dit qu'il n'a pas la même creance pour cette decision, que pour la decision du droit.) *Quis enim hunc silentii amatorem talia coegit loqui, dum medium silentium tenerent omnia? Et quomodò quadraginta Subscriptores temerati silentii, (quod approbare videntur) reatum evadent qui tanquam Viri Doctissimi ignorare non potuerunt, quod ejusmodi scriptiones & subscriptiones per se loquantur, sopitos ignes suscitent, & ut verbis Episcoporum Galliæ Parisiis die 28. Martii 1654. ad Innocentium X. datis utamur*, Hâc arte, restaurandis disputationibus iisdem, sibi locum apertum relinquere parant, & redivivæ litis prolixam materiam?

II.

De restrictione quam adhibent subscribendo Formulæ Alexandri VII. juxta mentem ut aiunt brevis Innocentii XII.

C*Aptiosa atque suspecta, nec non à quibusdam, quantùm equidem videtur; cavillatoribus Belgii mutuata est restrictio;*

Juramenti in Formularium Alexandri VII. ad mentem Innocentii XII. in brevi suo ad Episcopos Belgii dato expressam : Qu'il les condamne, & qu'il les a toujours condamnées purement & sans restriction dans tous les sens que l'Eglise les a condamnées, & même dans les sens de Jansenius, en la maniere que notre Saint Pere le Pape Innocent XII. les a expliquées dans son Bref aux Evêques des Païs-Bas.

Captio in eo sita, quòd restringit ad Breve Apostolicum in numero singulari Cur enim non nominat Brevia omninò duo super eadem materia ab eodem Pontifice, ad eosdem Episcopos data ? Sed nempe abutuntur brevi die 6. Februarii 1694. dato, quod sic interpretari ausi sunt, ac si Pontifex ille aliquid de Alexandrinæ Constitutionis vigore remittens, contentus fuerit condemnatione Propositionum in sensu obvio, sine respectu ad sensum ab Authore intentum. Pravam autem hanc ipsorum interpretationem idem Pontifex circumscripsit in Brevi altero, die 24. Novembris 1696. ad eosdem Belgii Episcopos date, ubi dicitur : Non sine admiratione intelleximus, nonnullos istis in Diœcesibus reperiri, qui verbis & calamo ausi fuerint affirmare, supradicto nostro brevi alteratam esse Constitutionem Alexandri VII. 16. Octob. anni 1656. editam, nec non Formularium ab ipsomet pronuntiatum, cùm dicto Brevi utrumque specificè confirmetur, & omninò intenderimus, & intendamus iisdem adhærere, & nequaquam sinere ut aliquid addatur vel demarur à prædicto Formulario, illud quovis modo alterando in aliqua ejus minima parte, sed quod in omnibus & singulis ejusdem partibus, uti mandavimus, mandamus etiam ad amussim observari. *Hactenus Pontifex.*

Prætensus Ecclesiasticus ille, si in jurando Formulario mentem suam ad Innocentii XII sensum componere voluit, non unius tantùm Brevis, sed etiam alterius meminisse debuit, atque ita Formulare totum quantum, quoad omnes & singulas ejus partes observare.

III.

De distinctione, seu separatione facti à jure.

Totum prætensi Ecclesiastici studium in hoc versatur, ut distinguat Factum à Jure, & utrumque separando, apertis verbis profiteatur se fidem non exhibere eamdem erga decisionem unius quàm alterius. In quo contumaciter resistit determinationi Ecclesiæ, quæ non egit in hoc casu de Facto personali, sed doctrinali, non de Facto transeunte quod per testes fallibiles probari debeat, sed de Facto permanente (videlicet libro) quod per se ipsum comparuit in judicium, adeòque à Jure est inseparabile, unàque & eàdem jubetur condemnatione & uno ac eodem juramento perstringi verba Formularii, cujus omnes & singulæ partes, juxta secundum Innocentii XII. Breve, ad amussim observari debent, sunt clara. Quinque Propositiones ex Cornelii Jansenii Libro, cujus nomen AUGUSTINUS, excerptas, & in sensu ab eodem Authore intento, prout illas per dictas Constitutiones Sedes Apostolica damnavit, sincero animo rejicio ac damno, & ita juro. *Clara sunt pariter verba Constitutionis* ad Sacram, *die 16. Octobris 1656. datæ, & in præfato Formulario reclamatæ :* Quinque illas Propositiones ex Libro præmemorati Cornelii Jansenii, Episcopi Iprensis, cui titulus est AUGUSTINUS, excerptas, ac in sensu ab eodem Cornelio Jansenio intento damnatas fuisse definimus & declaramus. *Atque hæc de Formulario, quod sine ulla distinctione jurandum esse prætensus Ecclesiasticus ex prædicto primo Brevi Apostolico Innocentii XII. discere debuit, ubi dicitur :* Qui ad juramentum adigendi sunt, illud præstare debent sincerè absque ulla distinctione, restrictione, seu expositione, damnando &c. *Proindéque impactum esse in Constitutiones Pontificias, & Brevia Apostolica, Ordinationes Episcoporum Synodales, & præsertim nuperas Parisienses anno 1700. denique in Decreta Regia, perspicuum est. Alioqui si attentatum subsistat, eò tandem devenietur, ut sexaginta & ampliùs annis, ab omnibus Mundi Potestatibus adversus unum Jansenii Librum seu falsas doctrinas ejus (quod absit) nihil actum esse videatur. Cùm tamen Ecclesia Catholica, quidquid in hac materia fecit, exemplum doctrinamque Pauli Apostoli secuta sit, ubi Epist. 2. ad Timoth. c. 2. primò quidem docet damnare Hæreses in communi in omni sensu Hæretico quem habent,* Profana autem & vaniloquia devita. Multum enim proficiunt ad impietatem, *vers. 16. Statim autem Authores citat atque nominat :* Et sermo eorum ut Cancer serpit è quibus est Hymenæus & Philetus, *v. 17. Posteà verò declarat ipsos errasse :* Qui à veritate exciderunt, *v. 18. Deinde exhibet ipsorum propositionem Hæreticam :* Dicentes Resurrectionem esse tum factam. *Ibid. Denique quasi causam exprimit cur non sufficiat damnare doctri-*

nam, sed veniendum etiam sit ad personas: Et subverterunt quorumdam fidem.

Non intendimus tamen per hanc Assertionem nostram, Formularium Alexandri VII. seu quidquam ad illud pertinens quovis modo exponere, explicare, declarare, addere vel minuere, aut præceptum silentium frangere, seu quidquam facere, quod prædictis Brevibus Apostolicis aut Decreto vel Decretis vetitum, vel interdictum est; sed illorum tenori simpliciter inhærentes (in quo per prætensum Ecclesiasticum, in proposito casu contra prædicta peccatum esse existimamus) rogati judicium nostrum, salvo meliori, ferimus.

De operibus quæ Deo non placent.

IN fine Articuli quarti videtur asseri vigesima quinta Baiana, à Pio V. Gregorio XIII. & Urbano VIII. proscripta: Omnia opera Infidelium sunt peccata, & Philosophorum virtutes sunt vitia: *Verba prætensi Ecclesiastici sunt:* Toutes les actions qui ne lui sont rapportées au moins en cette manière, & qui ne se font point par l'impression qui doit venir de quelque mouvement d'amour de Dieu SONT DES PECHEZ faute d'une fin bonne & droite: quoique les actions puissent être bonnes à raison de l'objet particulier ou de la fin. *quasi verò nullæ Peccatorum vel etiam Infidelium tales Eleemosynæ, aut alia misericordiæ vel alterius moralis virtutis opera rectè possint à peccatis vindicari. Etsi enim & nos existimemus, opera omnia virtualiter saltem in Deum veluti finem ultimum nostrum referenda esse; agnoscimus tamen multa opera in Deum non sic relata, non tantùm ex objecto & fine sive in sua specie, verùm etiam in se ipsis à parte rei; & in individuo bona esse, quin imò homines per ea hoc obtinere, ut (verbis Augustini utimur)* mitiùs ardeant. *Non enim Deus ad quem ista opera sic referenda esse & nos sustinemus, operum istorum propriè finis est, sed operantium. Quare hanc expressionem,* sont des pechez faute d'une fin bonne & droite, *censemus erroneam esse & ab Ecclesia sæpiùs proscriptam.*

De pietate erga Sanctos.

QUæ referuntur articulo 6. de Cultu Sanctorum, ac præsertim D. Virginis, in præsentibus circumstantiis non carent suspicione. Non enim tantùm dicit veram devotionem consistere in magno erga ipsam amore, humilitatis & virtutum ejus cultu, atque in patrocinii ejus confidentia; sed insuper generatim rejicit omnia vana vota & praxes minùs serias, quas in quibusdam authoribus videri posse dicit: Il ne croit pas que cette devotion consiste dans tous les vains souhaits & pratiques peu serieuses qu'on voit dans des certains Auteurs. *Et interim præter veram suam quam descripsit devotionem, nec commendat, neque declarat se approbare venerationem Imaginum, Rosariorum, Sodalitatum, aliarumque pietatum, quæ ab Authoribus Catholicis Catholicè juxta Ecclesiæ praxim, Decreta Pontificum, & Conciliorum, & maximè Tridentini proponuntur. Quousque in hac materia, nimirum de Cultu Sanctorum, ac præsertim D. Virginis quidam Rigoristæ processerint, ex variis ipsorum factis & scriptis, ac signanter libello cui titulus:* Monita salutaria ad indiscretos B. Virginis cultores, *per Innocent. XI. proscripto, satis compertum est. Quare manet suspicio non contemnenda, utrùm prætensus Ecclesiasticus ille has etiam probatas pietates inter vana vota & praxes parùm serias forsan non reputet.*

De Rituali Aletensi.

INcurrit Ecclesiasticus ille censuras in Constitutione Clementis IX quæ incipit, Credito nobis, *anno 1668. inflictas. Temerariè vitilitigatorum more asserit Pontifici subreptum fuisse. Quod ridiculè conficere nititur ex Epistola communicatoria à Pontifice ad Authorem, mensibus aliquot post condemnationem datâ. Quis enim nesciat quot & quantas idem Author (proscripti libri, ut fieri assolet, censuris manentibus) posteà receperit communicatorias etiam ab Innocentio XI.? Et tamen ipse Author propter hoc non existimavit Librum suum condemnationi severissimæ subtractum fuisse; sed usque ad finem vitæ sensit & indoluit, & frustrà deprecatus est mitigari censuram quam Clemens IX. his verbis tulerat,* In quo non solùm continentur nonnulla ab ipso Rituali Romano jussu fel. Record. Pauli Papæ V. Prædecessoris nostri edito, aliena, sed etiam Doctrinæ, quædam, & Propositiones falsæ, singulares, in praxi periculosæ, erroneæ, & consuetudini in Ecclesia communiter receptæ, atque Ecclesiasticis Constitutionibus oppositæ & repugnantes, quarum usu & lectione Christi fideles in jam damnatos errores sensim induci, ac pravis opinionibus infici possint. *Hactenus Censura Pontificia. Verba autem Epistolæ deprecatoriæ à Nicolao Pavillon præfato Aletensi Episcopo die 25. Oct. 1677. ad Innocentium XI. frustrà datæ, sunt: » est & aliud gra-*

» *ve mihi, Beatissime Pater, quod meæ* » *cum Apostolica Sede communioni umbram* » *aliquam offundere videatur, Censura* » *scilicet à Romanis Inquisitoribus* » *(nota benè, adscribit Romanis Inquisitoribus id quod Summi Pontificis fuerat)* » *Rituali* » *Libro qui à me ad usum nostræ Diœcesis* » *editus est, injusta. Libri illius à plurimis* » *licèt Fratribus Coëpiscopis solemni appro-* » *basione laudati, novum examen subire* » *non detrecto, imò peropto, si modò Sanc-* » *titas Vestra per se pro sua benignitate* » *oculos, & animum advertere dignata fue-* » *rit. Quidquid in eo emendandum pro sua* » *sapientia duxerit, hoc pro reverentia mea* » *emendandum duco. At pristinum Inquisito-* » *rum judicium, acerbum nimis & injurio-* » *sum eò magis* deprecor, *quò pleraque* » *Etica Christianæ dogmata, tanquam* » *sub Generali Ritualis nostri censura dam-* » *nata, à Viris illusoribus qui supra popu-* » *lum, juxta Prophetam, dominantur,* » *passim traduci doleo. Hanc labem à me,* » *hanc à sanctissimis dogmatibus fraudem &* » *calumniam, ut amoliatur Sanctitas Ves-* » *tra ultimùm obsecro, & supplico.* «

VII.

De versione Montensi Nov. Testamenti.

IN hoc etiam prætensus Ecclesiasticus art. 9. cæspitat. Ad quod demonstrandum nolumus diu inhærere Regulæ, 4. Indicis, pro ea parte quà contra illam dictus Ecclesiasticus lectionem Scripturæ Sacræ idiomate nativo fidelibus passim indulgendam putat; attento quòd nobis integrum non sit disquirere, an & quid Gallicani Antistites, quos veneramur, eà de re constituerint. Vim autem in eo ponimus præcipuam, quòd commendetur hic Versio Montensis, quam non jam Inquisitionis aut alia aliqua Congregatio, verùm ipse Clemens Papa IX, in Constitutione sua, quæ incipit, Debitum Pastoralis Officii, *meritò sub censuris proscripsis tanquam Librum* temetarium, damnosum, à vulgata editiune prædicta difformem, & offendicula simplicium continentem, *prout à Viris Doctis abundè demonstratum fuit: ut taceamus illam, ferè ubicumque occasio fert, Jansenianis Dogmatibus, ac præsertim in materia Prædestinationis & Gratiæ favere.*

VIII.

De aliis libris prohibitis.

TOta denique præsensi Ecclesiastici Bibliotheca, quæ hic producitur consistens in litteris Abbatis Sancirani, *Horis D.* Du Mont, Morali Gratiapolitano, *& libro* de frequenti Communione, *apertè insinuat quam ideam de ipso formare licet: cùm similes libri nec tractari cum santo zelo, nec laudari unicè, & commendari aliis soleant, nisi ab hominibus Rigorismi & ejusmodi Novitatum generis plenis. Dabamus Lovani (non intendentes tamen per hoc Judicium nostrum de supradictis Articulis octo depromptum, alios in oblato* Casu *contentos approbare) die* 10. *Martii* 1703.

HENRI OVERBEKE.

Anno Domini 1703.

JUssu Clementis Papæ XI. sententia adversus quædam Edicta Ducis Lotharingiæ profertur.

Anno Domini 1703.

ATrebatensis Episcopi Edictum contra librum sic inscriptum: *Synopsis Theologiæ practicæ* & anthore P. *Platel* S J. aliud Edictum Atrebatensis Episcopi adversus Georgii *Gobat* S. J. Theologi, opera moralia omnia.

Anno Domini 1703.

DIe 21. Maii Decretum S. Facultatis Theologiæ in Universitate Lovaniensi adversus quasdam Theses Theologicas Christophori *Freuts* F. Prædic. apud Eleutherium in historia controversiarum de auxiliis, p. 88. col. 2.

Anno Domini 1704

DIe 3. Octobris Rector Universitatis studii Parisiensis, convocatis Jussu Regio Philosophiæ Professoribus, declaravit Christianissimi Principis voluntatem esse ut decreto an. 1691. adversus undecim errores è Scholis Philosophiæ Eliminandis paterent.

Anno Domini 1704

DIe 2. Novembris acta in Congregatione propagandæ fidei contra superstitiones Sinensium.

anno

Anno Domini 1704

Die 24. Novembris judicialis sententia Mechliniensis Archiepiscopi adversus Domnum Gabriel *Gerberon* errorum Jansenii fautorem.

Anno Domini 1714.

Exstinctio & Abolitio prætensæ Apostolicæ in regno Siciliæ Legationis & Monarchiæ nuncupatæ, ejusque Tribunalis, judicis, Ministrorum, & Officialium quorumcumque.

Clemens Episcopus, Servus Servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Romanus Pontifex, quem Salvator & Dominus noster æqui bonique supremum assertorem in terris constituit, ut juxta Propheticum Verbum noxia evellat & destruat, utiliaque plantet, & ædificet, ea interdùm quæ non solùm minus legitimis subnixa titulis in Ecclesiasticæ libertatis, atque Apostolicæ authoritatis perniciem invecta esse cognoscit, sed quæ etiam rationabilibus ex causis ab hac Sancta Sede aliquando concessa fuisse non dubitat, ubi rerum experientia ita suadeat, gravioresque causæ, quibus præsertim rationibus animarum saluti, rectoque ordini opportunè consulitur hoc ipsum exposcant, sapienti consilio abolet, revocat, rescindit, & immutat, ac alias desuper Pastoralis sollicitudinis, & providentiæ suæ partes interponit sicut omnibus maturæ considerationis trutinâ perpensis, conspicit in Domino salubriter expedire.

I. Sanè cum Divinâ Ordinatione, sacrorumque Canonum definitionibus, Ecclesiasticæ, ac sæcularis potestatis discreta sint munera nemo propè est, qui ignoret gravissimos viros eximiâ non minùs pietate conspicuos quàm zelo incorruptæ disciplinæ celebres, sacræque antiquitatis cognitione præclaros magnas protulisse querelas de eo Regni Siciliæ Tribunali, quod Monarchiam appellant, S. Romanæ Ecclesiæ Primatui ipsâmet sui nominis novitate plurimùm injurioso, in quo scilicet, non sine aperta sacrarum legum violatione, Spiritualia jura Sanctuarii per sæcularem potestatem administrari noverant, prætensæque Pontificiæ legationis titulo acerbissima Apostolicæ Sedis authoritati vulnera infligi deplorabant. Ut talem proinde, ac tantam Ecclesiasticæ jurisdictionis perturbationem, quantùm in ipsis erat funditùs everterent, luculentis commentariis primò quidem planum facere studuerunt, non obscuris judiciis deprehendi privilegium illud, quo sæculares Ministri Monarchiam siculam suffultam esse contendunt, quudque dudùm *Rogerio* Siciliæ Comiti à fel. record. Urbano Papa II. prædecessore nostro concessum ferunt, vel omnino fictum, ac commentitium esse, vel saltem insignis alicujus veteratoris fraude corruptum ac depravatum. Nullum deinde in eo, licet verum esset ac minimè vitiatum, supradictæ Monarchiæ, vestigium reperiri. Sed pravos potiùs plurésque illius Tribunalis usus ipsismet allati privilegii verbis coërceri declararunt, cùm nullam per hujusmodi privilegium eidem *Rogerio* Comiti Ecclesiastici juris dicendi Facultatem tributam fuisse contenderent. Sed filialis auxilii partes dumtaxat demandatas, ut Apostolicas ordinationes pro sua in Ecclesiam reverentia exequeretur.

II. Addiderunt præterea, tametsi decantatam illam Apostolicæ legationis potestatem, ac Monarchiam, memorato *Rogerio* Comiti, atque ejus filio Simoni, sive alteri, qui legitimus illius hæres extitisset idem Urbanus prædecessor concessisset, imò etiam ad alios ipsius hæredes, quod falsum omnino censuerunt extendisset, nunquam profectò illam ad omnes promiscuè Siciliæ Reges propagari potuisse, aut ita cum temporalibus juribus Regni coalescere, ut in quamdam veluti sæcularis imperii prærogativam evaderet; ad hæc pluribus documentis probarunt prædicti Urbani prædecessoris privilegium, si quod unquam concessum fuisset, etiam cum ea potestatis amplitudine, quam Monarchiæ magistratus temerè arripuerunt (quod tamen illi sine gravi ipsius Urbani prædecessoris, acerrimi Ecclesiasticorum jurium, ac fortissimi vindicis injuriâ nequaquam dici posse constanter asserebant) abrogatum postea fuisse iteratis plurium Romanorum Pontificum etiam prædecessorum nostrorum litteris, ac decretis, quibus nullo obstante rescripto, quod ab

eadem Apostolica Sede fuisset impetratum, Romanæ Ecclesiæ jura etiam quoad legationes & appellationes in Regno prædicto restituta fuerunt, ipsis Siciliæ Regibus subortos contra Ecclesiasticam immunitatem abusus palam detestantibus, atque ejurantibus. Postremò quoniam optima legum, ac privilegiorum interpres est consuetudo, hujus etiam plurimis testimoniis monarchiam præfatam improbare non omiserunt, recensentes scilicet frequentissimas post ejusdem Urbani prædecessoris tempora, Apostolicas in Siciliam missas legationes, delatas ad Sedem prædictam appellationes, aliosque in siculorum causis Pontificiæ authoritatis editos actus, quibus asserta memoratæ monarchiæ privilegia cohærere minimè poterant. Mirandum idcircò sibi videri, quo pacto nonnisi post plurium sæculorum silentium emergere potuerint, & confestim ad tantam amplitudinem progredi prætensæ legationis facultates, quarum diploma superioris Siciliæ Reges nunquam produxerint, iis præsertim in controversiis, in quibus illud maximo usui rebus suis fuissent habituri. Hæc omnia neque illustrium scriptorum authoritate, nec pluribus historiarum monumentis, nec validu duorum argumentorum robore destituta esse majores nostri probè agnoverunt. Maluit nihilominùs hucusque Apostolica Sedes de Catholicorum principum religione confisa, à Siculorum Regum pietate, quos paternis identidem monitis ad id hortari, atque excitare non prætermisit, optatam, atque integram Ecclesiæ libertatem præstolari, quam positâ ad radicem securi invectæ servitutis causas, quas tamen interea nunquam approbavit, imò sæpiùs reprobavit exscindere.

III. Cùm autem ex diuturna patientia adeò in dies ingravescere, ac præsertim ab aliquot annis in tantum Apostolicæ potestatis contemptum grassari malum perrexerit, ut in eos novissimè abusus eruperit qui nimium omnibus innotescunt, apertèque patefaciunt ultra visibile illud Ecclesiæ, quod à Fidelibus unicum colitur, novum aliud, ac verè monstruosum in Regno Siciliæ, ostentari caput, eidem Ecclesiæ super inductum, à quo scilicet per summam ac intolerabilem semeritatem vero Ecclesiæ Capiti, ac Jesu-Christi Vicario, quasi infestis signis, bellum palam indicitur, dum ab eo nostra, atque hujus S. Sedis mandata rescinduntur, litteræ ac rescripta contemnuntur, censuræ revocantur: illi insuper, qui nobis ac Sedi prædictæ debitam obedientiam exhibent, exilii, carceris, bonorum interceptionis, aliisque gravioribus pœnis severè plectuntur, ii denùm, qui illâmet ligandi, ac solvendi potestate, quam per beatum Petrum, ejusque successores à Domino accepimus, ligati à nobis sunt, nefariè solvuntur: aliique contra, qui à nobis soluti sunt impudentissimè ligantur. Explorati verò ac comperti juris sit invalescentibus corruptelis etiam certissima ipsa ab eadem Sede concessa, ac sæpiùs confirmata privilegia omnino deleri, atque abrogari posse, imò etiam debere: cùm legum omnium judicio privilegium mereatur amittere qui permissâ sibi abutitur potestate, nec unquam sit inexcusabilior abusus, quam cùm is qui privilegium accepit, adversus eum qui illud concessit, insurgit, ejusque jussionibus pertinaciter obsistere non veretur: meritò propterea rec. mem. Alexandro Papa III. etiam prædecessore nostro quibusdam Archiepiscopis & Episcopis scribente *Pro certo sciatis, quod nos concessa vobis privilegia decurtabimus, cum Ecclesiæ Romanæ scriptis authenticis obviare minimè timeatis.* Hinc est quod nos, pro commissi nobis divinitùs Pastoralis muneris debito, sacrificare sacrificium justitiæ & Ecclesiæ Dei jura, ac libertatem, nec-non hujus S. Sedis authoritatem, dignitatemque constanter ac viriliter propugnare parati nihil profectò de nobis, sed omnia de eo præsumentes, qui nos confortat, & operatur in nobis, exurgere tandem in Domino, atque ut judicium nostrum de vultu illius prodeat, Divinâ ejus ope enixis tam nostris, quàm aliorum precibus, humiliter priùs imploratâ abominationem desolationis stantem in loco sancto, Apostolicæ districtionis sarculo radicitùs evellere, atque extirpare decrevimus: probè agnoscentes liberum jam nobis non esse diuturniori longanimitate committere, ut Siculæ monarchiæ privilegiorum obtentu Ecclesiastici Ordinis dignitas penitùs collabatur.

IV. Habitâ itaque super præmissis cum particulari Congregatione nonnullorum venerabilium Fratrum nostrorum S. R. Ecclesiæ Cardinalium immunitati Ecclesiasticæ, & controversiis jurisdictionalibus præpositorum, nec-non quorumdam dilectorum filiorum Romanæ Curiæ Prælatorum, qui rem maturè discusserunt, longâ, ac diligenti deliberatio-

ne: Auditisque insuper hac in re quàm pluribus in sacra Theologia magistris, & in Decretis Doctoribus, qui omnes unanimi voce adversus Monarchiam præfatam ad nos clamarunt, Propbeticum illud repetentes *succidite arborem, & dissipate illam:* omnium denique, & singulorum si quæ sint, privilegiorum, seu indultorum tam à memorato Urbano quàm ab aliis quibuscumque Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris eidem monarcbiæ, illiusque Tribunali, quandocumque, & quacumque ex causa concessorum, ac quantiscumque vicibus confirmatorum nec-non quarumcumque si quæ pariter sint, desuper expeditarum litterarum tenores, & daras ac circumstantias quaslibet, præsentibus pro plenè & sufficienter expressis & incertis; personarum verò, in quarum favorem privilegia, sen indulta hujusmodi concessa asseruntur, qualitates ac dignitates quantumcumque sublimes, & in laïcali Ordine supremas, nec-non ejusdem Tribunalis, judicis, notariorum, scribarum, ministrorum, seu officialium quorumlibet nomina & cognomina, aliave quæcumque etiam specificam, & individuam mentionem requirentia pro plenissimè & exactissimè specificatis habentes: de eorumdem Cardinalium consilio pariter & assensu ac etiam motu proprio, & ex certa scientia & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine: prætensam Apostolicam Regni Siciliæ legationem ac monarchiam nuncupatam, ejusque assertum Tribunal, unà cum illius judicis, Notariorum, Scribarum, Ministrorum, aliorumque Officialium quorumlibet quovis nomine nuncupatorum dignitatibus, officiis & ministeriis quibuscumque, omnique eorum titulo essentiâ ac denominatione, tenore præsentium perpetuò extinguimus, supprimimus & abolemus; nec-non omnia, & singula privilegia, facultates & indulta, si quæ sint, tam specialia, quàm generalia illis, & illorum cuilibet à quibuscumque Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris ex quacumque causa ac quorumcumque meritorum intuitu & contemplatione, seu aliàs quomodolibet concessa ac pluries confirmata & innovata, penitùs & omnino rescindimus, cassamus, delemus, revocamus, & abrogamus. Volentes propterea, ac mandantes, ut illa omnia pro extinctis, suppressis, & abolitis nec-non respectivè rescissis, cassatis, deletis, revocatis & abrogatis ab universis Christi Fidelibus perpetuò baberi, ac reputari debeant, adeòque eisdem Cbristi Fidelibus, cujuscumque statûs, gradûs, conditionis, qualitatis, ordinis, præeminentiæ, ac dignitatis, sive Ecclesiasticæ, sive laïcalis, etiam specialem & individuam expressionem requirentis existant harum serie interdicentes, ne aliquid unquam, quod extensioni, suppressioni, abolitioni, aliisque præmissis directè, vel indirectè, seu alias quomodolibet adversetur, facere, moliri, seu attentare quoquo modo audeant, vel præsumant sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, per Contrafacientes absque alia declaratione ipso facto incurrenda, à qua nemo à quoquam, præterquam à nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, nisi in mortis articulo constitutus, absolvi possit.

V. Cæterùm, quia ad præmissa devenimus, non quidem animo avocandi Siculas causas ad nostra hæc Romanæ Curiæ tribunalia, licet id cæteroqui perspicuis, ac notissimis bujus S. Sedis juribus inniteretur, priscoque Ecclesiæ mori omnino esset consentaneum, sed eo tantùm consilio ut Sacrosanctæ Dei Ecclesiæ libertatem tuetemur, nostram & hujus S. Sedis autboritatem vindicaremus, nec-non periclitantium animarum saluti pro Pontificiæ sollicitudinis nostræ debito prospiceremus; idcircò Christi Fidelium illarum partium, quos verè in visceribus gerimus paternæ charitatis, incommodis, & dispendiis, quæ eis quomodolibet binc evenire possent, opportunis mediis, quantùm nobis ex alto conceditur, occurrere non omittemus; interea verò modum aliquem prope diem præscribemus, quo causæ prædictæ ad forum Ecclesiasticum pertinentes, etiam abolito Monarchiæ Siculæ rribunali, de cæterò eodem in regno Siciliæ, & quod caput est, rectè ac ordine cognosci possint, fineque debito terminari, donec à nobis, & Sede Apostolicâ prædictæ Nationis Siculæ indemnitati amplloribus gratiis consulatur.

VI. Decernentes pariter easdem præsentes litteras & in eis contenta quæcumque etiam ex eo quod prædicti, & alii quilibet in præmissis interesse babentes, seu habere quomodolibet prætendentes cujusvis statûs, gradûs, ordinis præeminentiæ, & dignitatis etiam Regiæ, & imperialis existant, illis non consenserint, nec ad ea vocati, citati,

& auditi, causæque, propter quas præsentes emanarint sufficienter adductæ, verificatæ, & justificatæ non fuerint, aut ex alia qualibet etiam quantumvis juridica, & privilegiata causa, colore, pretextu & capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intensionis nostræ, vel interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam quantumvis magno & substantiali ac inexcogitato & inexcogitabili individuamque expressionem requirente defectu notari, impugnari, infringi, invalidari, tractari in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato, seu etiam motu, scientiâ & potestatis plenitudine paribus concesso, vel emanato quempiam in judicio, vel extra illud uti, seu se juvare ullo modo posse; sed ipsas præsentes litteras semper firmas, validas & efficaces existere, & fore, ac quibuscumque juris, seu facti defectibus, qui adversus illas à sæculari potissimùm potestate, seu prædicto abolito & extincto Monarchiæ Siculæ Tribunali, illorum ve ministris quibuslibet, ad effectum impediendi, seu retardandi. Earum executionem quovis modo, seu ex quavis causa opponi, seu objici possent minimè refragantibus, suos plenarios & integros effectus sortiri, & obtinere: easque propterea omnibus & singulis per eandem sæcularem potestatem, sive per idem obolitum, ac extinctum tribunal, eorumque ministros quoscunque quomodolibet allatis, seu afferendis impedimentis penitus & omnino rejectis ac nequaquam attentis, ab illis ad quos spectat, & pro tempore quandocunque spectabit, inviolabiliter & inconcussè observari: sicque & non aliter in præmissis per quoscunque judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac ejusdem S. Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de latere legatos, & præfatæ Sedis nuncios, aliosve quoslibet quâcunque præeminentiâ & potestate fungentes, & functuros, sublatâ eis & eorum cuilibet quâvis aliter judicandi & interpretandi facultate & authoritate, judicari & definiri debere, ac irritum & inane si secus super his à quoquam quâvis authoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

VII. Non obstantibus præmissis & quatenus opus sit nostrâ & Cancellariæ Apostolicæ regulâ de jure quæsito non tollendâ, aliisque Apostolicis ac in universalibus provincialibusque, & Synodalibus Conciliis editis generalibus, vel specialibus Constitutionibus & ordinationibus, nec non quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quâvis firmitate aliâ roboratis statutis, & consuetudinibus, ac præscriptionibus, quantumvis longissimis & immemorialibus; privilegiis quoque indultis, & litteris Apostolicis quibuscunque regnis, provinciis ac personis, etiam imperiali regiâ, aliâve quâlibet mundanâ, seu etiam Ecclesiasticâ dignitate fulgentibus, seu aliàs specificâ & individuâ mentione dignis à Sede prædicta ex quacunque causa, etiam per viam contractûs & remunerationis, sub quibuscunque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis etiam motu, scientiâ, & potestatis plenitudine paribus ac consistorialiter, seu aliàs quomodolibet in genere, vel in specie, in contrarium præmissorum concessis, editis, factis ac pluries iteratis, & quantiscunque vicibus approbatis, confirmatis & innovatis etiam continentibus, quod excommunicari non possint per litteras Apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de privilegiis, & indultis hujusmodi mentionem quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hæc servanda foret. Tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, exprimerentur, & insererentur, præsentibus pro plenè & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, & derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque.

VIII. Cùm autem eædem præsentes

tes Litteræ in memorato Regno Siciliæ nequeant tutè publicari, ut hactenus experientiâ compertum est, ac nobis per legitimas probationes satis superque constat; prout harum serie declaramus, volumus illas, seu earum exempla, ut ad omnium notitiam deveniant, ad valvas Ecclesiæ Lateranensis, ac Basilicæ Principis Apostolorum nec non Cancellariæ Apostolicæ, Curiæque Generalis in Monte Citatorio, ac in acie Campi Floræ de urbe, ut moris est, affigi & publicari; sicque publicatas & affixas, post duos menses à die earum publicationis, & affixionis computandos, omnes & singulos, quos illæ concernunt, perinde arctare & afficere, ac si unicuique eorum nominatim, & personaliter intimatæ fuissent; utque ipsarum Litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in judicio, quàm extra illud ubique adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrarum extinctionis, suppressionis, abolitionis, rescisionis, cassationis, deletionis, revocationis, abrogationis mandati, interdictionis, declarationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ 1714. decimo Kalendas Martii Pontificatûs nostri anno 15.

† *Ego Clemens Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.*

† *N. Episcopus Portuen. Card. Acciajolus.*

† *Ego F. Episcopus Prænestinus Card. Spada.*

† *Ego F. Episc. Sabinensis Card. Astallius*

† *Ego F. Episcopus Albanensis Card. de Abdua.*

† *Ego G. tit. S. Laurentii in Lucina Prior Presbyterorum Card. Marescot.*

† *Ego B. tit. S. Praxedis Card. Panciaticus.*

† *Ego F. T. M. tit. S. Clementis Card. Ferrarius.*

† *Ego Joseph. tit. S. M. Transpontinæ Presbyter Card. Sacripantes*

† *Ego J. B. tit. S. Cæsarei Cardin. Spinula S. R. E. Camerarius.*

† *Ego F. tit. SS. Joannis & Pauli Card. Paulutius Major Pœnitent.*

† *Ego F. Tit. S. Eusebii Presbyter Card. Martellus.*

† *Ego L. Tit. S. Petri ad vincula Card. Casonus.*

† *Ego L. Tit. S. Susannæ Presbyter Card. Corsinus.*

† *Ego T. tit. S. Mariæ trans Tyberim Cardinalis Rufus.*

Ego Joseph tit. S. Mariæ Angelorum Cardinalis Vallemanus.

† *Ego A. C. tit. S. Aug. Presbyt. Card. Fabronus.*

† *Ego M. A. tit. SS. Quirici & Julictæ. Presbyter Card. de Comitibus.*

† *Ego L. tit. S. Silvestri in capite Presbyter Card. Picus.*

† *Ego P. M. tit. S. Joannis ante portam Latinam Presbyter Card. Corradinus.*

† *Ego A. tit. S. Marci Card. Priolus S. Marci Nuncupatus.*

† *Ego Joan. B. tit. S. Stephani in monte Cælio Presbyter Card. Ptholomæus.*

† *Ego F. M. tit. S. Priscæ Presbyter Card. Casinus.*

† *Ego B. S. Mariæ in via lata Prior Diaconorum Cardinalis Pamphilius.*

Ego P. S. Laurentii in Damaso Card. Otthobonus S. R. E. Vice-Cancellar.

Ego C. M. Agathæ Gothorum Diaconus Card. Bichius.

Ego J. R. S. Georgii in velabro Diaconus Cardinalis Imperialis.

Ego Franciscus S. Angeli in foro Piscium Diaconus Cardinalis Barberinus.

Ego L. S. Nicolai in carcere Tulliano Diaconus Cardinalis de Alteriis.

Ego C. S. Mariæ de Scala Diaconus Cardinalis Columa.

Ego Nicolaus S. Mariæ in Cosmedim Diaconus Cardinalis Grimaldus

Ego Annibal S. Eustachii Diaconus Cardinalis Albanus.

Ego Curtius S. Mariæ in Domnica Diaconus Cardinalis Origus.

Josephus Card. Prodatarius.

F. OLIVERIUS.

Visa de Curia pro R. P. D. Masserio L. Sergardus.

Loco † plumbi. J. Pelucchius.

Registrata in Secretaria Brevium.

Die, mense & anno quibus supradictæ Litteræ affixæ & publicatæ fuerunt ad valvas Ecclesiæ S. Joannis Lateranensis, Basilicæ Principis Apostolorum, Cancellariæ apostolicæ, magnæ Curiæ Innocentianæ, montis Citatorii, & in aliis locis solitis & consuetis urbis per me Thomam de Unionibus Apostolicum Cursorem.

Petrus Romulatius Magnus Curs.

Anno Domini 1717.

Decretum, Feriâ quartâ die 17. Februarii

SAcra Congregatio Eminentissimorum & Reverendissimorum DD. S. R. E. Cardinalium in tota Republica Christiana, Generalium Inquisitorum habita in conventu Sanctæ Mariæ super Minervam. Attento quod nuper non sine magno Christi fidelium scandalo in lucem prodierint quidam Libelli, Epistolæ, aliaque folia Gallico idiomate conscripta mole quidem exigua, sed abundantiâ malitiæ teterrima sub infra scriptis titulis.

Primùm. *Lettre de M. Moulin, Curé de Barils, Doyenné de Laigle, du Diocèse d'Evreux, écrite à Monseigneur l'Evèque d'Evreux le vingt-huit Decembre 1716.* cum subscriptione *Moulin*, sine loco impressionis, & nomine Impressoris.

Item, *Lettre de M. Barbaut, Curé de Bovillant Diocèse de Senlis, écrite à Monseigneur l'Evèque de Senlis au mois de Novembre* 1716. cum subscriptione *Barbaut*, sine loco impressionis & nomine Impressoris.

Secundùm. *Rétractations du Chapitre de Nevers & des Curés d'Evreux, de Nevers & de Toulon, de la publication de la Bulle* Unigenitus 1716. sine loco impressionis & nomine Impressoris, in quo continentur folia sequentia, videlicet.

Copie de la Lettre de Messieurs les Curés de Saint Estienne & de Sainte Foy de Conches presentée à Monseigneur d'Evreux, le vingt-quatre Novembre 1716. cum subscriptione *de Houetteville, Curé de Saint Estienne de Conches.* Rignier, *Curé de Ste. Foy de Conches.*

Déliberations du Chapitre de Nevers, quod incipit: *ce jourd'huy treize Novembre, plusieurs des Messieurs ont representé au Chapitre,* & definit, *qui demandent publiquement pardon à leurs Paroissiens & à leurs Evêques d'avoir publié la Constitution.*

Interrogatoires faits le 16. Octobre 1616. à M. Begue, *Curé de la Paroisse Saint Loüis de Toulon, par le Vice-gerent, à la Requête du Promoteur, au sujet de la rétractation de la publication de la Constitution* Unigenitus.

Copie de la Lettre de Messieurs les Curés de Nevers à Monseigneur le Cardinal de Noailles, cum subscriptione, Jean Gilbert, *Curé de Saint Trohé, Docteur en Théologie & Syndic des Curés de Nevers:* Claude Camuzet, *Curé de saint Pierre:* Charles de Saint Divier, *Curé de saint Victor:* François Vincent, *Curé de saint Estienne:* Joseph Moutardier, *Curé de saint Lazare.*

Tertium. *Lettre de* Monsieur Bellaunay, *Archidiacre* & de M. Loüis Martin, *Chanoine Théologal de Seez, au mois de Novembre ou Decembre 1716. sur les dispositions de ce Dioceèse par rapport à la Constitution* Unigenitus, cum subscriptione, *de Bellaunay, Archidiacre de Carbonois,* L Martin, *Chanoine Théologal*, sine loco impressionis & nomine Impressoris.

Quartum. *Lettre écrite à Monseigneur l'Archevèque de Roüen, par Messieurs les Curés d'Ennecourt-Leage, de Jammericourt, de Tourly, de Lattainvilla, de Notre-Dame de Liencourt, de l'Aillerie, de Senot, de Sorifontaine, de Flavacourt, Doyenné de Chaumont; Vicariat de Pontoise, au sujet de la Constitution* Unigenitus, cum subscriptione, *Pierre Grivet, Curé d'Ennecourt-Leage; Jean Birot, Curé de Jammericourt, Bachelier en Théologie de la Faculté de Paris;* Nicolas Poupart, *Curé de Tourly;* Jean Charles Roffet, *Curé de Lattainville;* Jean Vallée, *Curé de Nôtre-Dame de Liencourt* Jean du Buse, *Curé de l'Aillerie;* Pierre Hamel *Curé de Senot*, Jean Angot, *Curé de Flavacourt, Maitre ès Arts de l'Université de*

Paris, Doyenné de Chaumont en Vexin, Vicariat de Pontoise, sine data, sine loco impressionis, & nomine Impressoris.

Quintum. *Lettre de six Cures de Senlis, à Monseigneur l'Evêque de Senlis*, quod incipit: *Il faudroit etre insensible pour ne point prendre part aux troubles que cause dans l'Eglise la Constitution*, & desinit, *Nous sommes avec un très-profond respect*, cum subscriptione, *Dorgon, Curé de Baron, & Doyen Rural*: Doutreleau, *Curé de Daray*: Coger, *Curé de Borest*, Haré, *Curé de Bailly, & Doyen Rural*: le Févre, *Curé de Versigny*: Vignon, *Curé de Droiselles*, sine data, sine loco impressionis & nomine Impressoris.

Sextum. *Lettre de* M. Bizault, *Prêtre de l'Oratoire, Curé de Fossey, écrite à Monseigneur l'Archevêque de Rouen le.... Octobre 1716 au sujet de la Constitution* Unigenitus, cum subscriptione, Bizot, *Curé de Fossey*, sine loco impressionis, & nomine impressoris

Septimum. *Lettre écrite à Monseigneur l'Evêque de Beauvais, par M. de Cambronne, Chanoine de Clermont*, quod incipit: *ayant appris dans le public*, & desinit, *& un respectueux attachement*, cum subscriptione, *de Cambronne, Chanoine de Nôtre Dame de Clermont en Beauvoisis, le 5. Novembre* 1716. sine loco impressionis, & nomine impressoris.

Octavum. *Lettre des Curés de Paris, & du Diocèse, à Son Eminence Monseigneur le Cardinal de Noailles, le 15 Decembre 1716.*, quod incipit: *Nous sommes trop interessés dans la Cause que V. E. a la gloire de soutenir*, & desinit: *Nous sommes avec le dévouement le plus tendre & le plus respectueux & le plus inviolable, &c.* sine subscriptione, sine loco impressionis, & nomine Impressoris

Post maturum examen Theologorum ad id specialiter deputatorum, auditâ illorum censurâ eâque Sanctissimo D.N. CLEMENTI PAPÆ XI. relatâ, unà cum eorumdem Eminentissimorum Cardinalium votis, de mandato Sanctitatis Suæ libellos, epistolas, seu folia hujusmodi tanquam continentia assertiones & propositiones respectivè falsas, piarum aurium offensivas, seditiosas, scandalosas, authoritati sanctæ Sedis Apostolicæ, Episcoporum præsertim Galliæ injuriosas, præsumptuosas, temerarias, impias, hæreticis faventes, erroneas, atque etiam schismaticas, & hæreticas, & spiritu hæretico plenas præsentis Decreti tenore damnat & prohibet.

Quoniam verò in ferè omnibus prædictis libellis, Epistolis & foliis exprimuntur actus omnino nefarii & execrabiles, quibus Parochi aliique Ecclesiastici viri palam, imo aliqui etiam pro concione inter Missarum solemnia respectivè asseruntur, publicationem à se alias factam Apostolicæ Constitutionis, quæ incipit *Unigenitus Dei Filius*, & obedientiam eidem Constitutioni præstitam retractasse, & revocasse. De tali publicatione, & obedientia doluisse, pœnituisse, non solùm universo populo, sed & (quod planè horrendum & incredibile est) ab ipso Omnipotenti Deo veniam implorasse; eâ que omnia à se fieri impellente conscientiâ, ac proinde se in rejiciendâ eâdem Constitutione tuendisque in ea damnatis propositionibus usque ad effusionem sanguinis constanter, seu veriùs pertinaciter præstituros; ideo ut tam indignæ rei adhuc inter Catholicos inauditæ memoria quantum fieri potest aboleatur, aut saltem non sine perpetua infamiæ nota recoli unquam possit: eadem sacra Congregatio de mandato, ut supra, præcipit ut omnia, & singula supradicta folia, epistolæ, & libelli in platea S. Mariæ supra Minervam, die tertiâ futuri mensis Martii eo tempore, quo in proximo ejusdem Sanctæ Mariæ Conventu habebitur hæc sacra Congregatio, publicè per justitiæ Ministrum comburantur.

Postremò, cum (sicut prædictæ Congregationi innotuit) iniquorum hominum operâ, quamplures aliæ ejusdem argumenti epistolæ in variis Galliæ Diœcesibus similiter typis editæ fuerint, & in dies edantur, nec-non libri, aliaque scripta vulgentur in quibus memorata SS. D. N. Constitutio subdolè eluditur, temerè carpitur, aut etiam abjecto omni pudore contemnitur, & impugnatur: quæ non nisi ad subversionem ad simplicium Christi fidelium scandalum, ipsiusque tandem Catholicæ Religionis perniciem præcipuè in Gallia vergere dignoscuntur. Eadem S. Congregatio jussu Sanctitatis Suæ districtè vetat & prohibet omnibus Christi fidelibus etiam speciali notâ dignis: ne quis tam libellos, epistolas & folia in hoc decreto superiùs expressa & damnata, quam omnes, & quoscunque alios libros, libellos, epistolas & folia tum impressa, manuscripta quocumque idiomate & versione evulgata seu in posterum, quod ab eis edenda aut publicanda in quibus præfa-

ta Constitutio quoquo modo imperatur eidemque debita ab universis Christi fidelibus obedientia eludatur, limitetur, aut abnegetur, audeat ullo modo & sub quocumque prætextu, iterum describere, imprimere, aut describi, & imprimi facere, neque apud se retinere, & legere valeat & præsumat, sub pœna excommunicationis per contrafacientes, ipso facto absque alia declaratione incurrenda, sed illa ordinariis locorum, aut hæreticæ pravitatis inquisitoribus statim, & cum effectu tradere, & consignare teneatur, qui nullâ interpositâ morâ ea comburant, aut comburi faciant, ac tandem de eodem mandato Sanctitatis Suæ declarat, omnes & singulos ejusdem generis libros, aut scripta ad instar librorum, aut scriptorum hæreticorum contra Catholicam Religionem expresse tractantium esse damnanda & prohibenda prout præsentis Decreti tenore damnat & prohibet adeoque nullis licentiis, seu facultatibus generalibus legendi aut retinendi quoscumque libros prohibitos contineri, nisi de iis specialis in illis & expressa mentio fiat die secundâ Martii 1717. JOS. BARTHOLUS. *Sanctæ Romanæ & universalis Inquisitionis Notarius.*

Loco † Sigilli.

Die 2. Martii 1717. supradictum affixum & publicatum fuit ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum, Palatii S. Officii ac in aliis locis solitis & consuetis urbis, per me Franciscum Perinum Sanctissimæ Inquisitionis Cursorem.

Anno Domini 1723.

DECRETUM.

Feriâ quartâ die 14. Julii.

Sacra Congregatio Eminentissimorum & Reverendissimorum Dominorum sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium in tota Republica Christiana Generalium Inquisitorum habita in Conventu sanctæ Mariæ super Minervam, auditis prius censuris plurium insignium in sancta Theologia Magistrorum, & ejusdem Congregationis qualificatorum ad examen infra scriptorum libellorum Gallico idiomate editorum specialiter deputatorum, ipsisque censuris sanctissimo Domino Nostro Innocentio Papæ XIII. relatis, unà cum eorumdem Dominorum Cardinalium votis, de mandato Sanctitatis Suæ sequentes libellos modo infra scriptu prohibet & damnat.

Primum, sub titulo, Lettre de Monseigneur l'Evêque d'Auxerre à Monseigneur l'Evêque de Soissons, à l'occasion de ce que le Prélat dit de lui dans la premiere lettre à Monseigneur l'Evêque de Boulogne 1722. *sine nomine Impressoris, & loco impressionis; uti spiritu schismatico & heretico plenum.*

Secundum sub titulo, Ordonnance & instruction Pastorale de Monseigneur l'Evêque & Cumte de Rhodez, pour la condamnation du Traite des actes humains dicté au College de Rhodez par le Pere Cabrepine Jesuite, l'an 1722. à Rhodez, chez N. le Roux, Imprimeur du Roi & de M. l'Evêque & Comte de Rhodez, *uti continentem non nullas opiniones & doctrinas temerarias, suspectas, sedi Apostolicæ injuriosas, damnatisque erroribus faventes.*

Tertium sub titulo, Mandement de Son Altesse Monseigneur François Armand de Lorraine, Evêque de Bayeux, contenant le Jugement qu'il a porté sur differentes Propositions qui lui ont été denoncées à Paris chez Baptiste de Lepine mil sept cens vingt-deux, *uti continentem nonnullas opiniones & doctrinas temerarias, suspectas, sedi Apostolicæ injuriosas, damnatisque erroribus faventes.*

Eadem verò sacra Congregatio declarat per præsens Decretum prohibitionis secundi & tertii ex enuntiatis libellis non approbare nec reprobare propositiones in eis damnatas, sed super illis cognitionem & judicium quatenus opus fuerit, sibi reservare.

Hos itaque libellos sic prohibitos & damnatos, per idem Decretum, eadem sacra Congregatio, de mandato (ut supra) vetat ne quis cujuscumque status & conditionis quocumque loco, idiomate & versione impressos vel imprimendos audeat ullomodo & sub quocumque prætextu iterum imprimere vel imprimi facere, neque impressos apud se retinere, & legere licitè valeat, sed ipsos Ordinariis locorum aut hæreticæ pravitatis Inquisitoribus statim & cum effectu tradere & consignare teneatur sub pœnis in indice librorum prohibitorum contentis.

ANTONIUS LANCIONUS, S. Romanæ & universalis Inquisitionis Notarius.

Loco † sigilli.

Die XX. *Jul.* M. D. CCXXIII. *supradictum decretum affixum & publicatum fuit ad valvas basilicæ Principis Apostolorum, Palatii Sancti Officii, in acie Campi Floræ, & aliis locis solitis & consuetis Urbis, per me Petrum Romulntium sanctissimæ Inquisitionis Cursorem*

FINIS TOMI TERTII ET SUPPLEMENTI.





